

Q. CURTII RUFI
ALEXANDER MAGNUS
et in eum Commentarius
exhibente
SAMUELE PITISCO.

ULTRAJECTI
Apud FRANCISCUM HALMA Acad. Typogr. Ordinarium.
M.D.C.LXXXV.

УНИВ. БИБЛИОТЕКА
И. Бр. 14639
П. Б. 4/26

Q. CURTIUS RUFUS

De Rebus

ALEXANDRI MAGNI,

Cum Commentario perpetuo & Indice absolutissimo

SAMUELIS PITISCI.

Quibus accedunt

MOTTEVAYERI *de* CURTIO *Dissertatio*: FREINSHEMII *Supplementa*: *Figuræ ex Veterum Monumentis ad historiam* ALEXANDRI *illustrandam depromptæ & illarum Exegesis*: ALEXANDRI *Genealogia, & Synopsis Chronologica.*



УНИВЕРЗИТЕТСКА БИБЛИОТЕКА * БЕОГРАД *

Jo. Alberti Fabricii.

ULTRAJECTI, [illegible]oro hereditario, [illegible]onsuli.

Apud FRANCISCUM HALMA, Academ. Typogr. Ordinarium. CIↃ. IↃC. LXXXV.

5

Illustribus ac Potentibus

COMITATUS

ZUTPHANIENSIS

ORDINIBUS,

LITERARUM PATRONIS,

PATRIÆ PATRIBUS,

D. MAURITIO HERMANNO RIPPERDA, Domino in VORDEN, territorii Zutphanienſis Prætori:

D. FREDERICO vander CAPPELLEN, Domino tot den BOEDELHOF, HAEGEN & ESSELT:

D. ROBERTO, libero Baroni van HEECKEREN, Domino in ENGHUYSEN, in curia Gelrica extra ordinem Senatori:

D. ENNONI MATTHIAE ten BROECK, Domino tot den WIERSCHE, & Proprætori:
D. STEPHANO ANDREAE, a WINSHEM:
} Reipublicæ Zutphanienſis Coſſ.

D. ADRIANO WARNERO Comiti de PALLANT, libero Baroni, & Domino in KEPPEL, Ducatus Gelriæ, & Comitatus Zutphaniæ Bandophoro hereditario, Druſiburgenſis Reipublicæ Conſuli:

AMPLISSIMO CONSULTISSIMOQUE

VIRO

D. GISBERTO opten NOORTH J. C.
Reipublicæ Zutphanienſis Conſuli, & illuſtri huic conſeſſui a ſecretis

ὑγιαίνειν, εὐπραγεῖν, χαίρειν.

SAMUEL PITISCUS.

EX quo tempore in hoc faſtigium, in quo me poſitum cernitis, *Viri Illuſtr.* & *Pot.* me admovit Ampliſſimus hujus civitatis Ordo, omnes in id intendi curas, ut pueris ætatis flore pubeſcentibus, curæ meæ commiſſis, quocunque prodeſſem modo. Prodeſſe vero illis conatus ſum tum voce, tum calamo. Quanta vocis contentione, quanto zelo ſapientiæ præceptis illorum compoſuerim animos, clament fora, clament templa, in quibus laborioſiſſime & dexterrime, qui & ſub meo olim fuerunt magiſterio, ſacra & jura dicunt. Calamo ut eisdem prodeſſe poſſem, labori nunquam peperci, ne nocturna quidem quan-

quandoque quiete (quod præfiſcini tamen dixerim) diurnum laborem relaxante; minimum tempora ſomni, quam noctis etiam æſtivæ ſæpius arctiora fuerunt. Ad quem modum dum tempora in ſtudia contuli, varia in varios congeſſi Auctores, qui ſic quoque lucem videre non erubeſcerent. *Lexicon-Catullo-Tibullo-Propertianum*, ad quod concinnandum ultra trecentos Auctores improbo labore excuſſeram, niſi Johannem a Someren, Bibliopolam Amſtelædamenſem fatum præcepiſſet, jam dudum prelo commiſiſſem. Quia vero illud publicandi ſpes in hoc decollavit tempus, quo tabernas librarias adhuc hi onerant Poetæ, quos accuratiſſima diligentia recenſitos paucis abhinc annis, dum ego meum premo Lexicon, edidit Academiæ Trajectinæ columen & ſidus, Joannes Georgius Grævius, mecum loquutus ſum, me adhibui in conſilium, ad quid ſcribendum potiſſimum applicarem animum. Et cum me ad omnes verſaviſſem cogitationes, aliud atque aliud, ita ut fieri ſolet, ubi prima quæque damnamus, ſubjiciente

jiciente animo, ante alios Scriptores mihi placuit Q. CURTIUS. Nec de nihilo. Est enim *auctor facundissimus*, ut Scaligero, *elegantissimus & nitidissimus*, ut Turnebo, *tersus & elegans*, ut Budęo, *condidus*, & *lectu dignissimus*, ut Erasmo, *uberrimæ & suavitatis & prudentiæ*, ut Gronovio, *in scribendo candidus, purus, vehemens & perquam elegans*, ut Popmæ, *accuratissimus, nobilissimus, amœnissimus, utilissimus, in paucis elegans, argutus, sententiosus & verissimus*, ut Radero, ita *historicorum ocellus*, ut Bernartio dicitur: & *ita semper, ut eum nunquam de manibus deposuerit, neque ullum, quem ei præponeret, habuerit, probatus* Rutgersio. Et, ut multa in compendium conferam, *probus, legitimusque historicus, si quisquam fuit* Lipso, unde eidem, quia *mira in sermone ejus facilitas, in narrationibus lepos. Astrictus idem, & profluens; subtilis & clarus; sine cura ulla accuratus. Verus in judiciis, argutus in sententiis, in orationibus, supra quam dici possit, facundus, velut proprius est principum, & assidue iis in manu, sinuque habendus.* Hic, inquam, Q. CUR-

CURTIUS, quem explicandum mihi sumerem, mihi arrisit. Neutiquam enim accedo illis, qui putant omnia in *Curtio* plana & prona esse, ita ut a quovis nullo labore intelligi queant. Quibus illa Raderi reponere est animus: *Sed ubi sunt*, inquit ille suarum ad *Curtium* explanationum f. 452. *quibus omnia liquent in Curtio, quem negant vel notis, vel commentario indigere? qui intelligendo faciunt, ut nihil intelligant. Multa attente, non perfunctorie legenti obscura & incerta occurrent.* Hunc utcunque a me explicitum, quia nondum satis maturuisse opinabar, utpote cui biennium, & si quid amplius, negotiis qua publicis, qua privatis protelo destrictus duntaxat impendi, donec refrigerato inventionis amore diligentius repetitum, quod & de suis, quos ad Marcellum suum de institutione oratoria scripserat libris, dicit alicubi Quintilianus, tanquam lector perpendissem, premere ferebat animus. Libri enim celeriter dum scribuntur, verba velut primoribus labris nata, aut superficiario ingenii æquore natantia eduntur.

Semper quoque utroque laudavi pollice Horatii consilium, quo vult, ut si quis quid scripserit, *in Metii* non tantum *descendat judicis aures;* sed etiam *nonum prematur in annum*, quia

Membranis intus positis delere licebit,
Quod non ediderit.

Qui etiam Pisones docet carmen esse reprehendendum, quod non

Multa dies, & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non castigavit ad unguem.

Cujus quoque sententiæ fuit Cornelius Helvius Cinna, cui Smyrna

nonam post denique messem,
Quam cœpta est, nonamque edita post hyemem,

ut Catullus & Quintilianus memoriæ prodiderunt. Nec minus Isocrates, qui, ut idem narrat Quintilianus, decem annis suum dicitur elaborasse Panegyricum. Imprimis, quia Claudio Fabro Vogelasi domino, cujus patri Antonio Fabro Codicem suum debent Fabrianum Jurisconsulti, ut illum in idioma transferret Gallicum, triginta annorum dispendio dignus

dignus fuerit visus, ut quidem in Variis refert Borremansius. Quoniam vero & amici, qui hujus consilii mihi fuerunt participes, & typographus, ut doctorum judicia expertus erat, quotidiano, ut illum mitterem, convicio efflagitarunt, utrisque velificari, illumque e loco edere visum fuit. Timor quoque subiit animum, ne pubi scholasticæ illum me invidere, uti invidiæ, quod *Lexicon* meum *Catullo-Tibullo-Propertianum* non ediderim, sæpius insimulatum me esse negare non ausim, ante ædes pipulo quis differret: aut illo, quo Proculum Ausonius ultus est modo, ulciscereturr. Ultus autem est illum scriptorum malorum lectione, quia scripta sua meliora malo consilio suppressurus videbatur. Ausonii hac de re hoc legitur carmen:

Irascor Proculo: cujus facundia tanta est,
Quantus honor: scripsit plurima, quæ cohibet.
Hunc studeo ulcisci: & prompta est ultio vati:
Qui sua non edit carmina, nostra legat.

Et quoniam, ut qui in publico suas manu

nu ponunt ædes, ita scripta sua publici qui faciunt juris, ad omnium convicia sunt expositi, nec ego aliam sortem mihi polliceri habeam, nec vices mitiores, aut fortunam præcipuam mihi postulare velim, ea de re vobis *Viri Illust.* & *Potent.* hoc quicquid est scripti, deputo, & submissa offero manu, precibus vos fatigans, ut me, & hasce meas curas lividorum morsibus prohibeatis. Quod si feceritis, erit, quod mihi & *Curtio* meo gratuler, & genua ponens, supinasque ad cœlum tendens manus, tum Deo ter Opt. Max. admovebo preces, ut propitius sine invidia eodem, imo meliore, quo adhuc fluxere Reipublicæ vestræ res, cursu ire patiatur: tum vobis seram immortalitatem, utque vita diuturna sit, & æterna majestas, corde atque animo precabor. Dabam Zutphaniæ, M. DC. LXXXIV. a. d. XII. Kalend. Novemb.

LECTO-

BENEVOLUM

Salvere jubet

SAMUEL PITISCUS.

QUid ad te B. L. *ex hoc scripti, quod vides, genere redire possit, ipse titulus te docebit. Scribo in* Q. CURTIUM. *De cujus ætate multa garriverunt Barthius in Adversariis, Brissonius de regno Persarum, Casaubonus in Suetonium, Catanæus in Plinium, Lipsius in Tacitum, Rutgersius in Variis, Vossius de Historicis Latinis, & quotquot fere Curtium ediderunt, vel in illum in hoc tempus commentati fuerunt: illamque illorum alii Augusti & Tiberii, alii Caligulæ, alii Claudii, alii Vespasiani, alii Theodosii temporibus transscripserunt. Gallus tamen ille, quo præceptore usus est* Guido Patinus, *ab omnibus iis, quos modo laudavi, pedibus discessionem fecit, quum suos docuit discipulos, historiæ Alexandrinæ scriptorem non fuisse quemquam illorum temporum, de quibus tanquam pro aris & focis inter se depugnarunt tanti nominis Viri; sed Italum quendam temporum recentiorum, Virum doctum quidem, & magno literarum humaniorum flumine inundatum, qui, ut famam acquireret, & scriptis suis auctoritatem pararet,* CURTII *sibi nomen mentitus fuerit. Istius Galli sententiam ex Gallico sermone, quo scripsit, qui illam prodidit,* Patinus *M. D. Ejusque in collegio regio Parisiensi Professor, in* Epistolis Selectis, *in ea, quæ numero est* XXVII. *pag.* 95. *Edit.*

Edit. Hagienſ. 1683. *ad Carolum Sponium, M. D.* XV. *Sept.* 1650.: *in Latinum translatam, quia ejus alibi promendæ occaſio oblata non eſt, una cum corollario Scaligeri, manu affert Vir Clariſſimus, & Experientiſſimus* Henricus Chriſtianus Henninius, *Medicinæ Doctor, amicus non e multis.* Anne, *ait Patinus interprete modo laudato*, Tibi certum & indubium eſt, Q. CURTIUM ſub Tiberio vixiſſe? Sunt, qui ſtyli illius elegantia inducti volunt Eum ſub Auguſto floruiſſe. Alii, neque hi ſine quadam veri ſpecie, Veſpaſiani temporibus Eundem donant. Uſus ſum aliquando Viro quodam Erudito doctore, qui omnino ſingularem de CURTIO fovebat ſententiam. Ejus librum ajebat eſſe quaſi fabulam, ut hodie vulgo dicitur, Romanenſem, excellentem ſane dictionis elegantia; verum magnis erroribus circa Geographica obnoxiam. inter eos graviſſimum & enormem eſſe illum libro VII. capite VIII. & IX. ubi loquitur de Scythis Alexandrum rogantibus, ne Tanaim transiret; qui fluvius ex Moſcovia occidentali in Mæotidem effuſus Europam ab Aſia, Aſiaticamque Scythiam dividit ab Europæa. Jam vero cum Alexander Tanaim trajeciſſet, & largior de Scythis opinio Eum fefelliſſet, mox rediit, ut ait Auctor, in Sacarum regionem, & ex hac in Indiam penetravit; quæ omnia mirum quantum a vero Tanai ſunt remota. Idem vir doctus ajebat, hujus operis auctorem fuiſſe Italum quendam, doctrina excellentem ante hos admodum annos CCC. Neminem Veterum laudaſſe CURTIUM, eſſe enim nomen ſuppoſitum, in Ejus opere multa narrari de Indo, Gange, aliisque,

isque, quæ Indiam ſpectant, quæ tamen Antiquioribus ante Ptolemæum ignorabantur, qui primus omnium ex veteribus paulo magis ſpeciatim *Sinæ*, ſeu hodiernæ *Chinæ* mentionem fecit: cum Juvenalis, qui paulo ante vixit, tantum canat: *Quid Seres, quid Thraces agant*, & Plinius *Oceani* modo meminerit *Serici. Seres* autem iſti incolæ ſunt Cathayæ, quæ Aſiæ regio longe lateque patens hinc Tartariam inde Chinam contingit. (Favere videtur huic ſententiæ Joſ. Scaliger, ſi vera ſunt, quæ ex ore ejus excerpta ſunt a Fratribus Puteanis, ad quos dixit, *omnia Mſſ. Curtii exemplaria eſſe recentiſſima, & ex unico tantum codice tranſcripta*, ut habetur in Scaligeranis Gallice editis p. m. 88.) *Non ſcribo autem in hunc Auctorem, quisquis ille fuerit, aut quacunque ætate vixerit critica* B. L. *Quæ ſi amas, ut nihil de Criticorum, qui in operibus ſuis vel obiter, vel deſtinatis capitibus illum emendare voluerunt, turba dicam, ad Glareanum, Modium, Acidalium, alios, qui ſuis ſuſpicionibus & divinationibus, dum huic quod placet, alteri displicet, Auctorem elegantiſſimum ſic ſatis, ut neſcias, quem ſequi debeas, vexarunt, te transire jubeo. Nunquam mihi placuit moroſa illa Critice, qua mire ſibi blandiuntur Viri eruditi, etiam hoc tempore, quo ſatis adoleverunt literæ, ſi literam innocentem vel ſuſtulerint, vel addiderint, vel, ſi Fors tulerit, immutaverint. Auribus accipe* B. L. *quid de hodiernorum Criticorum moroſitate illorum alioquin Coryphæus Joſephus Scaliger ſentiat: quod, quia ſibi elegans videbatur, in ſuum de Bibliothecis Syntagma, transtulit Johannes Lomejerus, Theologus*

&

ſtoricos alios, ubi illorum fidem implorare opus fuit, pauciſſimis, prout reſtulit, adduxi, & libros, librorum capita, capitumque tmematia, ut, quibus illi ſuppetunt, & illos evolvendi libido eſt, abſque tædio evolvere queant, ſubtexui. Multa, quæ tibi trado B. L. *ab aliis jam tradita fuerunt, quod & de ſuis alicubi non diffitetur Quintilianus: Qua de re Auctorum, quorum chartæ pluribus Auctoris mei locis lucem fœnerantur, nomina bona, fide ſubjeci.* Eſt enim, *ut inquit in præfatione ſua ad Veſpaſianum Plinius*, benignum & plenum ingenui pudoris, fateri, per quos profeceris. Obnoxii *contra ea*, animi, & infelicis ingenii eſt, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. *Maxime* quum ipſe Cicero, *ut idem addit*, in libris de Republica Platonem: in conſolatione filiæ Crantorem: in libris de Officiis Panætium, ſe ſequi profiteatur. *Unde, nec immerito, viris doctis oculos dolere, ſua ſibi non nominato nomine auferri ſi ſentiant, ſæpius obſervavi. Illa, quæ de plagio hoc amicus noſter, Vir Clariſſimus & Experientiſſimus Theodorus Janſſonius ab* Almeloveen *in ſuis* Inventis Novantiquis *diſſeruit, repetere non eſt animus. Sed Raderum, ut qui quæ de* domi nobilibus *dixerat, omnia Tiraquello de Nobilitate ſcribenti ſublegerit, in Indice ſuo taxat Freinshemius. Lipſium, licet magno verborum molimine in Epiſtolis ad Belgas id a ſe amoliri conetur, quod ne tenuiſſima quidem Fabri mentione facta, ex ejus libri ſecundi Semeſtrium duobus capitibus Saturnalium concinnaverit librum, traducunt ad Priapeja Scioppius, & in Agoniſtico ipſe Faber. In P. Manutium*

nutium, ſtrenuum in aliorum ſcriptis deſcribendis mangonem agentem, & ſingula eodem ordine verba in omnibus adagiis, aut ex Gyraldo, aut ex Eraſmo audaciſſime peculantem invehitur, de Sacrificiis ubi agit, Saubertus. *Ante biennium quoque Antiquitates Macedonicas Jenæ edidit juvenis quamvis doctus Johannes Baptiſta Crophius, & in illis plurifariam Curtium meum ſatis dextre explicuit. Illum oculis ſubjicere mihi non contigit, antequam ultimam fere manum huic Commentario admoviſſem, & ejusdem bene magna pars typis deſcripta eſſet. Teſtem laudo eundem, qui illas evolvendas pro humanitate ſua, & pro familiari uſu atque amicitia Ultrajecto mihi miſit, amiciſſimum* Henninium. *Hac de cauſa non miraberis* B. L. *ſi, de antiquitatibus Macedonicis ubi ago, eadem, quæ ille, dixero, & nusquam illum in teſtimonium citavero. Attamen auctorem meum paſſim proprio Marte explanavi, & quicquid lectione improba collegeram, ſtylus in hoc, quod vides, redegit corpus. Et ne quid eſſet, quod deſiderares* B. L. *ad pleniorem hiſtoriæ Alexandrinæ cognitionem, Commentario ſubjeci ex Freinshemio, qui illam ex Reineccio ſe deſcripſiſſe fatetur, Alexandri Genealogiam, & ex Telliere, qui jubente Chriſtianiſſimo Rege in uſum Sereniſſimi Delphini Curtium edidit, Synopſin, quæ, quid quovis anno acciderit, te docebit, Chronologicam. Indicem quoque (nam te & illum expetere vel domi conjecturam faciebam) ultimo loco hisce omnibus addidi, non quidem qui Curtium, multo minus qui juxta illum alios explicet Scriptores; nam ut, quod ſentiam, libere dicam, nunquam in*

quos

quos Commentariorum fragmenta rejicerentur, quum ipsi contextui commodius me judice subnectantur, mihi placuerunt indices. Et tales jam dudum exhibuerunt ad calcem suorum in Curtium commentariorum viri diligentissimi Johannes Freinshemius, & Johannes Loccenius. Nec etiam, qui singula exhibeat vocabula, illorumque sedem; nam ad hanc formam suum composuit, quem modo laudabam, le Telliere: sed qui integras tibi, quæ apud Curtium leguntur, indicet phrases. Quas, ne plus vice simplici tibi occurrerent, maximam partem dispositas invenies ab illo elemento, quod in elementorum serie primum locum obtinere solet. Quibus B. L.

Vive, vale: si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his utere mecum.



Q. CURTII RUFI,

Ejusque interpretationem, a Rever. Literatissimoque VIRO,

D. SAMUELE PITISCO,

Gymnasiarcha Zutphanensi, adornatam;

JOHANNIS LOMEIERI

Ecclesiæ Zutphan. Pastoris

ELEGIA.

Est locus in Susis, ubi regia mœnia surgunt,
Mœnia, Elamitæ quæ tenuere patres.
Hic, gemina auratus taurino cornua vultu,
Eulæus cultos flumine lambit agros.
Illius ad ripas facies vidisse Deorum
Dicitur Ebræis Daniel ortus avis.
Nox erat, & fessos somnus circumvolat artus,
Et canis, & variæ conticuistis aves.
Parrhasiæque feræ dum flectit plaustra Bootes,
Hæc, monstrante Deo, somnia Vatis erant:
Hinc Aries sterili consistit margine ripæ,
Binaque sublimi cornua fronte gerit.
Ex illis unum majus fuit: attamen illis
Pugnat, & invitos sub sua jura trahit.
Nunc sese ad Zephyrum, nunc se vertebat ad Austrum,
Nunc illum Boreas sensit adesse gravem.
Ast illinc, celeri glomerans vestigia gressu,
Corniger Hesperiis sedibus Hircus adest.
Hic sibi dum totum currendo subjicit orbem,
Par levibus ventis, vix pede pressit humum.
Continuo (horrendum!) magna vi concutit hostem,
Arietis & frangit cornua bina simul.
Concidit hic, nullas potuitque resumere vires,
Non illi, auxilium qui ferat, ullus adest.

Fortior insurgit, viresque acquirit eundo
Hircus, nec toto cernit in orbe parem.
Frangitur at subito cornu sublime: resurgunt
Quattuor, haud tantis viribus illa tamen.
Horruit, & trepidas volvebat pectore curas
Vix capiens Vates, quid sibi visa velint.
Explicat hæc sacris ænigmata tecta figuris
Curtius, eventu conciliante fidem.
Hactenus Assyrii florentia sceptra gerebant,
Persarum tamen his gloria mixta fuit.
Barbara Massagetum, funestaque rura petuntur,
Sensit & Ægyptus, sensit & Hellas opes.
Quam cito Pellæus juvenis sibi subjugat orbem
Bello, addens annos ad duo lustra duos?
Græcia servitium vidit, Dominumque paratum,
Victaque jam discit jura superba pati.
Granicus arma virum, galeasque & fortia volvens
Corpora, purpureo sanguine tingit aquas.
At matrem, natos, uxorem, castra Darii
Pyramus, & Cilicum tradidit Issus humo.
Ultima in Assyriis concurrunt prælia campis,
Arbella hac tristi clade notata fuit.
Besse, dabis pœnas: non digna morte peremti
Regis Rex alter protinus ultor erit.
Sub juga jam Rorus, jam barbarus ivit Hydaspes,
Jam Bacchi minor est, Herculeusque labor.
Venit summa dies, & ineluctabile fatum,
Quod te, Rex ingens, in Babylone manet.
Miscuit hæc herbas, hæc miscuit acre venenum:
Vix isti, & tecum gloria tanta jacet.
Hæc tibi Chaldæi cecinere pericula vates,
Sed Sophus absurdos judicat hosce senes.
Talia divino prædixit carmine Jaddus,
Numine qui sacro cœlitus actus erat.
Quid tibi Mæonidæ preconia, Magne, petebas?
Qui queat heroa bella sonare tuba.
Manibus, ecce, tuis prebens solatia Rufus,
Te facit a sera posteritate cani.
Nec tibi Lysippi statuæ, nec pictor Apelles,
Sed vitę genium Curtia penna dedit.

Chœri-

Chœrile, quid versus incultos, & male natos
Jactas? indignus regia dona capis.
Cedat Alexandro Tydides, cedat Achilles,
Et cedat, cujus Pergama victa manu.
Curtl trans terras, trans altas æquoris undas
Auditur Latio lingua diserta sono.
Hanc dedit expositam docti tibi cura PITISCI,
Possit ut a quovis clarius illa capi.
O tali fœlix interprete nostra juventus!
Quæ colis Aonias, numina sancta, Deas.
Hoc duce Parnassi conscende cacumina montis,
Te manet hic Phœbi flexa corona manu.

Ejusdem, de Eodem

INTERPRETE,

Ad Phaselum Catulli parodia, ex puris jambis.

PITISCUS ille, quem legetis, hospites,
Ait fuisse lector impigerrimus,
Ait fuisse scriptor integerrimus.
Neque ullius studentis impetum viri
Nequisse præterire, sive noctibus
Opus foret labore, sive solibus.
Et hoc negat minax sinus Batavici
Negare littus, Isalamve Gelricum:
Genusque Frisonum inclytum, & Tuisconis:
Ubi PITISCUS iste deditus fuit
Libris & artibus. PITISCUM in his locis
Apollo proluit liquore Castalis.
Groninga frigida, & lutosa Zutfana,
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima
Ait PITISCUS, ultima ex origine
Sacro stetisse dicit in cacumine:
Aqua imbuisse corculum sacerrima.
Et inde tot per ora docta cursitans
Virum, tulisse læva sive dextera

Vo-

Vocaret aura, ſive utramque miſcuit
Potens ſecunda temperare triſtibus.
Neque ulla vota Murcialibus Diis
Sibi eſſe facta, cum rediret a ſacris
Ad hæc amœniora ſacra literis.
Sed hæc prius fuere, nunc ſcholaſtica
Sedet quiete, ſeque dedicat tibi,
Apollo Præſes, & novem ſororibus.

In

CURTIUM

Nova

SAMUELIS PITISCI V. C.

Recenſione pulcerrime illuſtratum.

CUm ſubdifficilis facundi pagina CURTI,
Turgida vel notis pæne neglecta foret;
Indoluit tandem cura indefeſſa PITISCI,
Quamque tulit, docta rem bene geſſit ope;
Nam breviter repetens veterum monumenta virorum
Aeternæ exegit ſedulitatis opus;
Laurigerosque legi Macetarum rite triumphos
A non laſſanda poſteritae dedit.

Aſt

Aſt Tibi victura, tanto pro munere, lauro
Cingentur meritæ, docte PITISCE, *comæ:*
Quotque Jovis gnato vigilaſti ſedulus horas;
Annos tot reddet Jupiter ipſe Tibi.

L. M. P.

HENR. CHR. HENNINIUS.

Doctiſſimo VIRO

Dn. SAMUELI PITISCO

Zutphanienſium Rectori vigilantiſſimo,

In Ejus in Q. CURTIUM notas.

QUidquid Alexandro peperere volumina CURTI,
Huic tuus exacta præſtitit arte labor.
Sicut enim nigris lethi jacuiſſet in umbris
Heros, ſi CURTI non reperiſſet opem:
Sic etiam ignotus noſtro latitaret in ævo
CURTIUS, absque notis, docte PITISCE, tuis.

P. PLATEL.

Clariſſimo Viro

D. SAMUELI PITISCO,

Scholarum Zutphanienſium Rectori vigilantiſſimo, ſua in CURTIUM *Commentaria edenti.*

IN gente fragili quisquis hac mortalium
Capaciore mentis altæ discupit
Præſtare ſeſe ceteris animalibus,
Impenſius niti decet, ne transigat
Silendo vitam, quæ velut flumen fugit,
Nec cui refundit hora, quod velox rapit.
Hoc tu PITISCE maxime omnium ſtudes,
Ut ne trahas ad inſtar inglorI gregis
Torpens inertia citos ævi dies.
Dum ſacra ſcriptis eruditis edoces;
Ut & profana, lumen & decus ſuum
Reddens *Triumviris amorum* (quas premis
Cur quæſo curas ſeculo noſtro invidens?)
Et *Curtium* clarans politum, qui cluet
A Livio Saluſtioque & Cæſare
Tenere primas, quemque noſtri Belgii
Flos Lipſius vult Principum eſſe proprium,
Ut exequentem digna vero Principum.
Quod omne punctum jure ferre non minus
Exiſtimo debere, quam res ſcribere
Geſtas viris ab inclytis. Quare tibi
Devinctus eſt & ſcriptor & mundi tremor
Fortis Macedo, cujus legi ſicut queunt
Jam facta plane, ſcripta ſic & illius.
Ergo ſuos faſces tibi Freinshemius
Submittat & Raderus, & qui Curtium
Voluere cunque illuminare interpretes.
Ut ſolo Apellis artifex Coi manus
Heroa magnum pinxit, ut dignus fuit
Lyſippus, hunc qui ſolus ære duceret:
Sic ſolus & PITISCUS hicce debuit
Enucleatum Curtium nobis dare.
Qui dum vetuſtis vendicat Scriptoribus
Veros honores, poſthumam laudem feret.
Nefas mori, qui literas vetat mori.

S. a DIEPENHEIM.

In luculentam

Q. CURTII RUFI

Editionem, accurrante Doctiſſimo Clariſſimoque Viro

D. SAMUELE PITISCO,

Vigilantiſſimo Zutphanienſium Scholarum Rectore.

Horat. od. IV. 8. 28.

Dignum laude virum Muſa vetat mori;
Cœlo Muſa beat.

QUi cupit atque minus metuit, ſi dicitur ille
Rex, ea ſi quisquis dat ſibi regna libens,
Felix, O nimium felix Pellæe fuiſſes,
Ut de ſorte tibi cum Jove lucta foret.
Aſt avidam illius cum nec diademata mentem,
Triſtia quæ magni fata dedere patris,
Nec ſatiaret eum mundi, qui ſe movet, unus
Orbis ad Eoas occiduasque plagas,
Indomitos Perſas domuit Rex natus Amynta,
Sed fovet ille nurus, cui ſtola ſacra fuit.
Nec mora. Fortunam quotus & reverenter habere,
Contentusque ſua vivere ſorte valet?
Quos non injuſtis vicinos terruit armis?
Quæ non bella truci geſſit iniqua manu?
Quid Danaos, Tyrios, aut quid loquar oſtia Nili?
Et tua nexa jugo colla Sabæe dabas.
Quid loquar immanes petras, quid littora Gangis
Proſequar, & fulvas quas vehit Hermus opes?
Hic magis atque magis clarus validusque trophæis
Quo potiora capit, quo potiora cupit.
Et Babylonis opes petiit, ſuperavit Araxem,
Phœnices, Lydos, Caſpia regna, Phryges.
Usque gerit calidos felicia ſigna per Afros,
Usque per Eoas Sarmaticasque plagas,
Marte ferox, armis fretus, belloque ſuperbus,
Dum ſummi prolem ſe Jovis eſſe putans
Heu, Stygio patriæ proceres demitteret orco,
Unde ſuæ cauſam præbuit ipſe necis,
Diſſidii ſegetem; hinc populos laniataque regna
Diripuit quisquis, quæ ſibi vellet, ovans.
Singla quid hic refero? Quintus nam Curtius olim

Prolixe

Prolixe denis rettulit illa libris;
Attamen illius tortos (ne chasmata dicam)
Quis caperet nodos grandiloquumve stylum?
Si desint teneræ pandant qui cuncta juventæ,
Quos nostræ superat Gloria prima *scholæ.*
Freinshemius siquidem, Blancardus, Popma, Raderus,
Versa procul victi dant sua terga fuga.
Aggerat inde iterum PITISCUS læta laborum
Præmia, PITISCUM gloria summa manet.
Illius auxilio phrasibus cecidere tenebræ,
Ut possint tanti Principis arma Legi.
Invigilabat eis, fierent cum sacra Vacunæ
PITISCO nullis festa diebus erant.
Quis dignis igitur PITISCUM laudibus ornet,
Illius & meritis digna referre queat?
Sit licet huic justo præconia dicere versu
Mens, Pimplæa vetat talia voce ferens:
A quoquam pingi sese fingique vetabat
Pellæus juvenis, ne minor hinc fieret,
Vel nisi pinxisset, Venerem qui pinxit, Apelles,
Vel nisi Lysippus fingeret arte nova.
Hisce novum terris Musarum sidus obortum est,
Phœbus & Aonides hoc sine fine colent.
Enthea qui docuit, docuit sacra dogmata Vatum,
Hic jam Pellæum finxit, ut arte decet.
Hæc servanda cedro, viridi servando cupresso
Zoilus haud rodet, secula nulla prement.
Gnaviter hæc studiosa cohors versato diurna
Nocturnaque manu, quam tenet artis amor.
Queis tu cunque, docet gnavos quas dia Minerva,
Artibus ingenuis erudiare velis.
Seu juvet Ausoniam penitus cognoscere linguam,
Cecropiove loqui perdidicisse modo,
Dogmate Socratico mentem seu fingier optes,
Ardua Parnassi seu juga montis ames,
Volve revolve frequens docti monumenta PITISCI,
Vindicis Aonidum, volve revolve frequens,
Pieriis sacrisque bonis explebere mentem;

PITISCO *quivis auspice doctus erit.*

J. SMIT.

Viri Nobilissimi

DE LA MOTTE LE VAYER

De

Q. CURTIO RUFO

Disertatio.

Henricus Christianus HENNINIUS ex Gallico Latinum fecit, & uncinulis inclusa addidit.

INviderat olim Magnus Alexander Achilli Homerum gloriæ & virtutis illius immortalem præconem, quem Achillem eo nomine felicem lividulus prædicabat: veruntamen hodie multum sibi poterunt gratulari Ejus Manes, cum inter Latinos repertus sit QUINTUS CURTIUS, qui disertissime rerum ab eo gestarum memoriam immortalitati consecravit. Hic namque CURTIUS, si verum amamus, inter optimos Auctores jure meritoque recensetur, cujus tanta est dictionis elegantia, tantus nitor, ut eum vel ipsi Tito Livio ac Paterculo ætate præponere, ac eundem, cujus ad Q. Fratrem epistola II. libro III. meminit Cicero, putare non dubitarem, nisi fere doctiores, qui Ejus ætatem sunt perscrutati, temporibus Vespasiani, & quidam etiam Trajani, hunc Auctorem adsererent.

Non immorabor hic illis, quæ libri IV. capite II. & III. de Tyro prodidit, neque iis, quæ X. libro capite IX. per digressionem de sæculi sui felicitate inseruit, quandoquidem singuli hos locos ad suas partes trahunt: hoc solum dicere habeo, nihil impedire, quo minus sit ille ipse CURTIUS, cujus in excellentium Rhetorum indice Suetonius, & Annalium libri XI. capite XX. ut prætoris & proconsulis in Africa sub Tiberio, meminit Tacitus, cum noster Auctor longa senecta duos & triginta annos, qui inter

ter exceſſum Tiberii & primum Veſpaſiani annum interjiciuntur, facile potuerit conjungere. Illud etiam, quod Plinius Cęcilius Secundus epiſtola XXVII. libri VII. ad Suram perſcribit, de phantaſmate, mulieris figura, humana grandiore & pulcriore, in Africa CURTIO RUFO oblata, ad Eundem pertinet, cujus modo diximus meminiſſe Tacitum. Verum enim vero non inſtitui hoc loco diverſas Auctorum conciliare ſententias, quas ſuper CURTII ætate congeſſerunt Voſſius & Raderus. Forte filius fuit eorum, vel cujus Cicero, vel cujus Suetonius mentionem fecere: Fortaſſean nihil habebit commune cum illis, quos dixi, quandoquidem neque Quintilianus, neque ullus Antiquorum, qui hodie exſtant, ſpeciatim vel hujus CURTII vel ejus Hiſtoriæ meminerint, & ſane neſcio, qua ratione ſilentium Quintiliani excuſem, qui libro X. capite I. Inſtitutionum, quas ſub Domitiano ſcripſit, ne gry quidem de CURTIO habet, cum cæteroquin diligentiſſime omnes melioris notæ Hiſtoricos illic percenſeret, niſi velimus excipere, fortaſſis illo tempore necdum fuiſſe publicatos Q. CURTII libros.

Editiones hujus Auctoris vulgares fatentur primi & ſequentis libri lacunas, qui temporis injuria periere cum fine libri V. & initio VI. præferunt etiam libro X. hinc inde hiatus. Illi vero libri, qui in vulgatis primi & alterius ſupplent defectum, non Quintiani Stoæ ſunt, ſed Chriſtophorum Brunonem habent Auctorem, qui in eo ſupplemento ad partes vocavit illa, quę Arrianus, Diodorus, Juſtinus aliique de rebus Alexandri prodiderant. [*Hunc autem longo poſt ſe intervallo reliquit doctiſſimus* Freinshemius, *qui tanta eloquentia & dexteritate* CURTII *vulnera ſanavit, ut illa in florentiſſimo Auctore pæne optanda fuiſſe videantur.*]

Prudentiſſime vero CURTIUS, ut ad eum redeamus, abſtinuit figmentis Pſeudo-Callisthenis, verus enim Plutarcho laudatus intercidit. Quis enim

ferat, quod ille mendaciſſimus aretalogus aſſerere non erubeſcit, Alexandro neſcio quem magum nomine Nectanebum loco Philippi fuiſſe Patrem? quis non rideat hominem hunc, dum Alexandrum ſiſtit non tam heroa, quam hypobolimæum quendam erronem, ſeu, ut noſtris moribus loquar, ceu Rolandum furioſum, aut Amadiſium?

Hiſtoriam noſtri Auctoris Henricus Glareanus in XII. libros partitur, diſcerptis nimirum reliquis octo in decem libros. Verum quocunque modo hæc Hiſtoria diſtribuatur, veriſſimum ſemper erit, digniſſimum eſſe Auctorem ſuo Achille Homerum, &, quod ſine ullo merito ſibi inſolenter, teſte Photio ſectione CXXXI. rapiebat neſcio quis Amyntianus, elogium huic jure meritiſſimo convenire, Noſtrum ſcilicet rebus pulcerrime & præclare ab Alexandro geſtis, ſtyli ſui nitore & dexteritate ex aſſe reſpondiſſe.

Cum vero plerique docti hodie in Auctores cenſuram, licet ſępius ſine populi ſuffragio, exerceant, non potuit eorum ſeveritatem & notas Noſter effugere. Inter eos, quem modo dixi, Glareanus CURTIUM imperitię in rebus Geographicis arguit, dum Gangem a meridie arceſſit, dum Taurum cum Caucaſo confundit, dum Jaxarten Plinii pro Tanai venditat. Sed non advertunt præclari hi Cenſores, hunc Auctorem Latinum Græcis præcipue in conſcribenda Alexandri hiſtoria fuiſſe uſum. Sic certe Strabo Geographiæ libro XV. docet Macedonibus partem montis Tauri Caucaſum fuiſſe appellatam, cum hic Græcorum fabulis inclitus, præ illo altero nomine magis faceret ad ambitionem Alexandri ipſorumque Macedonum, [*& credibile eſt eandem in culpa fuiſſe, ut Tanain pro Jaxarte dixerint.*] Quod ad Gangem, certum equidem eſt, eum, ſi totum, quantus quantus eſt, reſpicias, a Septem trionibus ferri ad Meridiem; idem tamen Strabo addit eundem obiter nonnunquam interpellari, atque ab iſto curſu deflecti,

ita

ita ut fere Orientem declinet.

Dictionem quoque CURTII nota censoria adoritur Mascardus, qui libro, quem de Arte Historica Italico sermone publicavit, Tractatus v. capite II. Auctorem arguit nimiæ in Sententiis luxuriæ: & quamvis lubens admittat, omnes esse perquam elegantes & ingeniosas, judicium tamen in CURTIO desiderat, ceu quæ nonnunquam ab Eo præter Decorum sine ulla judicii acrimonia adhibeantur, & aliquando in eorum ore reperiantur, quibus minime conveniebant. Fidem huic culpæ, cui Nostrum vult affinem, facere conatur ex oratione Scytharum ad Alexandrum, quæ libro VII. capite legitur VIII.

Sed posteaquam sæpius atque iterum illam orationem relegi, nihil minus, quam id, quod in ea carpit Mascardus, potui observare; ne quidem potui a me impetrare, ut putem hanc orationem a CURTIO animi & ingenii caussa suæ Historiæ fuisse intextam; quin imo adeo belle hæc ipsa oratio per omnia personæ legatorum Scythiæ quadrat, ut certo mihi persuadeam, esse illam CURTIO ex commentariis Ptolemæi, Aristobuli, Callisthenis, Onesicriti, seu alius, qui Legatis eam recitantibus apud Alexandrum præsens tum temporis eandem maximi Regis rebus inseruerit, arcessitam. Non adferam huc Scytharum dona, *jugum boum*, *aratrum*, *sagittam*, *pateram*, quæ mirifice eos decent: Tacebo proverbium, quo Græci *Scytharum solitudines* eludunt, aptissime ab illis prolatum; sicco etiam pede præteribo picturam illam Scythicam *Fortunæ sine pedibus*, *quæ dum manus porrigit*, *pennas quoque comprehendi non sinat*, quę ineffabilem in ore Scytharum habent gratiam & decorem. ¡Hæc omnia quamvis mirum in modum conveniant personę eorum, a quibus proferuntur; multo tamen magis quadrant eidem, quę ab illis pronunciantur sententiæ, in quibus tricatum vidimus Mascardum. Imo vero si usquam ab ullo Rhetorum *Decori* ratio fuit habita, in hac certe Scytharum oratione

tione a CURTIO religiosissime & accuratissime habitam profiteor. Quis nescit, quanta, ut ita loquar, luxuriosa licentia Scythæ & Tartari omni sermone frequentent fabulas, & ex iis depromta vitæ humanæ monita? Quis nescit, quanto non solum opere hi, sed & omnis Oriens delectetur, ut Rhetorum filii loquuntur, parabolis; usque adeo etiam, ut vix sine parabolarum mixtura familiari etiam sermone loquantur? Nonne igitur nobis acre & examussim factum censeri debet nostri Auctoris judicium, dum Scythas pro ista suæ patrię indole introducit loquentes? *Quid Tu*, ajunt ad Alexandrum Legati Scythæ, *ignoras magnas arbores diu crescere, una hora exstirpari? Stultus est, qui fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Vide, ne, dum ad cacumen pervenire contendis, cum ipsis ramis, quos comprehenderis, decidas. Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fuit: & ferrum rubigo consumit, nihil tam firmam est, cui periculum non sit etiam ab invalido!* En tibi revera sententiosam & pæne allegoricam, ut Rhetorum vocibus utar, dictionem, qua, ut videtur, censoriam Mascardi virgulam Noster commeruit. Sed enim ea in ore Scytharum non tantum, ceu præter *Decorum* non reprehendenda, verum e regione maximi facienda, cum genuinam nec ementitam suæ patriæ indolem referat, & in qua nihil fere est, quod genium Græcæ Latinæve dictionis redolere videatur.

Quod si vero me Censoribus CURTII & ipse aggregare vellem, non Geographicam, non Rhetoricam cramben recoquerem, potius ea, quæ bonos Mores spectant, excussurus. Accusatem in eo CURTIUM, in quo, si verum admittimus, extra excusationem est. Hephęstionem primæ apud Alexandrum admissionis amicum non adeo infamem hic in medium non producam, sed Bagoam. Posteaquam enim Noster libro VI. capite v. & I. libri x. retulisset, ut Bagoas eodem, quo antea Darium, quem

*** ille

ille catulaſter Regem regebat, cuique affectus dabat, ut eodem, inquam, corporis obſequio devinxerit Alexandrum; Poſtea tamen Auctor noſter, ubi relata Alexandri morte virtutes & vitia iſtius Monarchæ ad judicii libellam expendit, neſcio qua fronte libri x. capite v. auſus eſt ſcribere, *Veneris uſum intra naturale deſiderium, nec illam, niſi ex permiſſo, voluptatem* Alexandro *fuiſſe*. Quid ais diſertiſſime Rufe, infamis ille Bagoæ amor Tibi *intra naturale deſiderium* eſt, & *ex permiſſo voluptas?* Nonne jam olim vel in mediis tui Paganiſmi tenebris Phocylides cecinerat, ipſa etiam bruta duce Natura ab hac nefanda Venere abhorrere? Divinus etiam Plato veſter, licet primum eo nomine male audiverit, poſtea tamen libro de Legibus VIII. graviſſime ſcripſit, etiam ante Laii tempora beſtiarum naturam teſtem fuiſſe citatam, qua probarint hoc vitium eſſe contra Naturam. Hæc igitur, ut molliſſime loquar, Curtii inconſiderantia, nulla poterit palliari Gentium ſeu Græcæ ſeu Latinæ ſeu Barbararum perverſa conſuetudine. Sed mittamus iſta.

Non reponam rurſus illa, quæ de Arriano verba faciens monui, & nonnullis in Curtio prioris ope facile emendandis, cum & hic verſa vice alteri mutuam faciat viam ad clariorem intellectum. Jam vero de ipſa Curtii Hiſtoria paucula in medium ponamus. Ea, ut alibi diximus, Græcorum Hiſtoricorum laus eſt, quod in recenſendis prodigioſis cauti admodum ſint & circumſpecti; verum ſi cujusquam Hiſtoria ſeu Græci ſeu Latini præcipue ea laude debeat cenſeri, primam profecto feret Curtius. Neque opus eſt operoſa probatione; in promtu ſunt bini illi fontes prodigioſi ſubito exorti, poſtquam Alexander ad Oxum fluvium caſtra eſſet metatus; quorum alterum ait Arrianus fluxiſſe oleo, alterum aqua clariſſima, quaſi vero Phæacibus lectoribus ſub perſona Ulyſſis loqueretur. Quanto modeſtior & bonæ mentis amantior Curtius;

tius; qui eandem rem libri VII. capite X. narrat, *militem fodiſſe puteos, nec tamen humo alte egeſta exſtitiſſe humorem, cum in ipſo Regis tabernaculo conſpectus ſit fons, quem, quia tarde notaverant, ſubito exſtitiſſe finxerint, Regemque ipſum voluiſſe credi, donum Dei id fuiſſe.* & ut clariſſime appareat, quam caute noſter Auctor ſit verſatus circa ea, quæ ſeu fabuloſa, ſeu hyperbolica, ut cum Rhetoribus iterum loquar, videri poſſent, laudabimus ex libri IX. capite I. ingenuæ verba ſimplicitatis. Cum enim retuliſſet, canes Indicos tanta eſſe virtute & ad venandum cupiditate, ut eorum unus coram Alexandro cum leone commiſſus tam pertinaciter inhæſerit prædæ, ut partitim cęſus & ſectus, moribundus tamen adhuc in vulnere ferę dentes fixerit, hisce ſubjicit candidiſſimus Auctor: *Equidem plura tranſcribo, quam credo. nam nec affirmare ſuſtineo, de quibus dubito, nec ſubducere, quæ accepi.* Ingenuo utique pudore. Eadem applicanda ſunt laudati libri VIII. capiti, ubi Ptolemęus mirifico Alexandri ſomnio reſtituitur ſanitati: eaque moderatione omnia ejus notæ perſequitur, ut facillime pateat, nolle eum lectorum abuti credulitate; qua moderatione adhibita poſſe mirabilia iſta caute Hiſtoriis intexi, multis docuimus, cum de Tito Livio diſputaremus.

Hoc certe, ut iſtis miſſis ad finem properemus, in confeſſo eſt, Curtium hoc ſuo opere omne tuliſſe apud Eruditos punctum. Cum enim hic delectetur Livio, ille Tacito, iſte alio, omnes tamen omnium ordinum docti, elegantiſſime ſimul & facundiſſime Noſtrum ſcripſiſſe, uno ore confitentur. Juſtus Lipſius, at quanti judicii vir? *hunc Auctorem, velut proprium Principum, aſſidue iis in manu ſinuque habendum* cenſuit [in notis ad Politic. libri I. capite IX. hunc judicat *probum eſſe, legitimumque Hiſtoricum, ſi quisquam fuit. Miram in ſermone ejus facilitatem, in narrationibus leporem. adſtrictum eundem & profluentem; ſubtilem & clarum, ſine ulla cura accuratum. in*

judiciis verum, argutum in sententiis, in orationibus, supra quam dixerit, facundum.] Veriſſime profecto. cumque hic Auctor ad animi cultum Principibus inſerviat, quibusdam etiam ipſam corporis amiſſam reſtituit ſanitatem. rem ſane mirificam, qualem quoque retuliſſe memini, cum de Livio mihi eſſet ſermo; neque, ſi recte recordor, illa Laurentii Medicis abludit curatio, qui neſcio quo morbo implicitus Imperatorum hiſtoriam ſibi recitari juſſerat, cumque acroama de Conradi III. Imperatoris quodam dicto factove audiſſet, tantopere illo fuit delectatus, tantaque dulcedine intimas ipſius medullas permulſit iſtud acroama, ut illi ipſi acceptam tulerit ſanitatem. Sic gemellam Antonius Panormitanus in rebus geſtis Alphonſi, & nonnulli alii de CURTIO prodiderunt hiſtoriam. Cum enim Alphonſus Sapiens, Aragoniæ Rex, morbo hæreret lecto affixus, fruſtra revocantibus Medicis priſtinam ejus ſanitatem, decumbendi tædia CURTII lectione fefellit, idque tam feliciter, ut paulo poſt priori ſanitati plane reſtitutus publice ſit profeſſus, Pluris ſibi in poſterum fore præ Hippocrate & Avicenna Q. CURTIUM, utpote cui ſoli ſuam deberet ſanitatem. Licet autem ſimilium me vadem eventorum nolim ſiſtere, hoc tamen profecto veriſſimum eſt, omnes CURTII orationes ſeu obliquas, ſeu directas itas excellere facundia & judicio, ut generoſam mentem mirifice poſſint aſſicere.

Non luxuriat florentiſſimus hic Auctor digreſſionibus, neque a ſcopo evagatur. In toto opere, præter Epiſtolam, qua Dario reſpondet Alexander, nulla eſt; & hæc tamen ipſa ad conſtitutionem Hiſtoriæ pertinebat. Itaque vix puto ullam fore digreſſionem, præter unicam illam, eamque breviſſimam libro X. capite IX. quam & ſupra attingebamus, qua ſæculi ſui fui felicitatem, & Populi Romani ſub optimo Principe concordiam deprædicat, reſpiciens diſcordias, quibus Macedones ab Alexandri

xandri morte, cui & ſalutem & orbem debebant pacatum, lacerabantur. Largior autem illa deſcriptio libro IX. capite I. non eſt ducenda digreſſio, ſiquidem omnino ad inſtitutum CURTII pertinebat, præmittere illius regionis, Indiæ puta Latinis fere ignotæ, ſitum, gentes, urbes, mores; res ab Alexandro in ea geſtas tradituri.

EXEGESIS

Figurarum, quæ illuſtrandæ ALEXANDRI *M. Hiſtoriæ ad* CURTIUM *ex Veterum monumentis acceſſere,*

Auctore HENR. CHR. HENNINIO.

Detur hoc Illuſtrium virorum, & de Eruditione præclare meritorum nomini, ut quemadmodum rerum geſtarum decore & magnitudine a promiſcua multitudine ſeparantur, ita & magis honorifica memoria poſteris commendentur. Sane in eorum albo primas jure meritoque ſemper mihi meruiſſe viſus eſt ALEXANDER MAGNUS, *quo nemo Regum in omni antiquitate majori ſtudio Eruditos fovit, benignius habuit, munificentius aſſeruit. Hujus curæ & regiis ſumtibus, præter omnia fere magni Ariſtotelis opera, & præſertim divinos illos libros, quibus Naturæ hiſtoriam in Animantibus princeps Philoſophus accurate perſequitur; pæne omnis, inquam, Literarum dignitas huic Monarchæ debetur. Hujus æmulatione Pergameni & Aegyptii Reges publicaverunt Bibliothecas, & præeunte Alexandro in Urbe ſibi cognomine, illuſtrium animarum prytanea, & publicas ingenii excolendi palæſtras aperuerunt: atque adeo, ſi rem ex vero æſtimes,* ALEXANDRI *præcipue beneficio ad poſteritatem transmiſſa eſt Græcanica Eruditio. Nolo declamatorem hic agere, aut in laudes excurrere maximi Regis, ſed hoc pro mea pietate meritis optimi Principis bona cum Lectorum venia dabo, ut figuris nonnullis ex Veterum monumentis gratior legentibus reddatur Ejus hiſtoria, quam florentiſſima*

tissima eloquentia RUFUS pertexuit, quæ nunc demum vigiliis doctissimis V. Cl. & in republica literaria nominis jam olim celebrati, SAMUELIS PITISCI illustrata tua industria committitur. Potuissem equidem plures inseruisse figuras, sed hæc sufficere videbantur, ne liber juventuti præcipue scriptus nimii foret precii, cujus & ego præsertim in hisce figuris habui rationem, ne quis ineptus forte cavilletur, non satis cum judicio nos in seligendis præ cæteris maxime figuris versatos. Utinam vero potuissem Lectoribus exhibere PORI & DARII icones, quos viros multi in Alexandrina historia nominis miror nusquam mihi equidem in Antiquariis reliquiis occurrisse; destinaram iis figuras numero sextam decimam, & sequentem, sed cum nusquam post diligentem inquisitionem comparerent, alias substituere, quas ibi vides, sum coactus. Illa enim DARII cujusdam figura, quam Gulielmus Rovillius in Imaginum Promtuario exhibet, pictoris audaci licentiæ potius, quam genuinæ Antiquitati debetur. Eas vero, quas ex meo consilio Bibliopola de republica literaria bene merendi, si quisquam, cupidissimus aterno operi figuras, consentiente clarissimo & mihi amicissimo Editore, inseruit, breviter illustrabo, earumque Tibi, Benevole Lector, rationem, quantum per occupationes licebit, festino stylo reddere conabor.

FRONS OPERIS nostra ex inventione in eam redacta formam ostendit Tibi Macedoniam habitu militari, galeatam, sellaque item militari insidentem, cujus læva manus Orbem devictum, dextra clavam Herculis ostentant, quæ clava, præterquam quod sit Virtutis & Fortitudinis militaris symbolum, etiam Macedoniæ speciatim in nummis fuit adoptata, sive ea ratione voluerit fortitudinem suæ gentis exprimere, sive Regibus suis, qui se ab Hercule oriundos jactabant, scita adulatione gratificari. Sunt certe nummi Græci, in quorum altera facie Diana cernitur cum arcu & pharetra, quod Macedonibus venationum studiosissimis sigillatim coleretur; in altera facie est clava Herculis querna corona circumdata & epigrammate: ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΠΡΩΤΗΣ. Utrinque vero in hujus libri fronte cernis tot victoriarum tro-

pea

pæa, vario armorum, præcipue Macedonicorum, genere onusta, de quibus consulere poteris in Notis hinc inde Cl. Pitiscum, nec non Crophii Antiq. Maced. Part. III. §. 3. p. 93-100. Gubernaculum dedita opera ex tropæis omitti jussimus, cum Heros noster vix semel ad Tyrum, & id quidem ope auxiliari, decertarit navali prælio. In suprema parte vides laureatam Alexandri M. imaginem, eamque cornutam ex argenteo nummo expressam; quam Daniel Heinsius V. Cl. hoc disticho (quod in ejus poematis video desiderari) olim prosequebatur:

Εἶδ' Ἀλιξάνδρου τόδ' ἔλυ, Κόσμιον τροπαῖον.
Ἐκ γενετῆς, Θυμὸς τὰ Διὸς, ἐκ κεφάτων.

Cur cornuta sit hæc facies, lippi & tonsores hodie sciunt, quibus innotuit mirifica Alexandri ambitio, qua se Jovis Hammonis F. volebat dici & haberi. Sed vide, si lubet, quæ de cornutis imaginibus præclara habet vir illustris Ezechiel Spanhemius de Præst. & us. Numism. diss. v. p. m. 349. & seqq. Cæterum laureata illa, de qua loquimur, Maximi Regis effigies sustinetur hinc a Fama bellico habitu induta, illinc a Victoria, quæ altera lauream tangit, manu altera obsidionalem præfert coronam: advolant dein bini Genii, quorum alter coronam ostentat muralem, alter vallarem. Reliquas felicis expeditionis coronas, ut puta quernas aut navales, non usque adeo putabamus convenire Alexandro, quare illas omitti satius duximus. Prospicis hinc in Titulo Pyramides Aegyptias, quibus Africa pacata significatur; & per nebulam e longinquo naves, quibus, teste Curtio, feliciter ad Tyrum pugnavit. inde vides Babylonem turri sua & hortis pensilibus superbam, locum emortualem Monarchæ nostri, qui cum hanc Urbem a figulis munitam fato intrasset adverso, contentus sarcophago, cui orbis unus non sufficerat, documento fuit, etiam Heroas in medio ridentis Fortunæ cursu ab obvia Morte abripi. MAPPA GEOGRAPHICA expeditionis Alexandrinæ est expressa ex conatibus Ortelii, sed nonnihil emendata & locis aliquot omissis aucta.

Figura I. exhibet Alexandrum cum Jove Hammone in pectore, Ejusque matrem Olympiadem, cujus Jovis concubitu Olympias tantum filium concepisse visa, ne-

que minori ambitione Alexander idem credi volebant. ectypon est gemmæ apud Fulv. Ursinum in Imag. Vir. Illustr. tab. 5. *ex quo alii idem hinc inde depromsere.*

Figura II. *est Alexandri M. effigies e nummo, quæ Regem leonino spolio exornat, seu in Herculis memoriam, seu quod ornatus hic proprius esset loco diadematis apud Macedonas, ut præter Amyntæ & aliorum nummos testari videtur Constantinus Porphyrogennetas* lib. 11. de Themat. *certe Leoninum nomen adeo gratum fuit Alexandro, ut urbem illam, quam somnio monitus in Aegypto condidit, quamque Successores dixere Alexandriam, ipse prius appellarit* Leontopolin. *scio etiam esse æreos Alexandri nummos, in quorum altera facie est Leo, cum epigraphe* KOINON MAKEΔONΩN, *vide* Suppl. Curt. I. 1. 22. & 23.

Figura III. *est aversa superioris nummi facies Jovem cum hasta sellæ insidentem referens, quod scilicet hujus F. esset Alexander. Cur hic* ἀστέροφορος *Jupiter sit, nemini potest obscurum esse, qui cum cura legit Justini locum* XII. 16. 5. & *Arrian.* I. p. 54.

Figura IV. *e nummo est galeata Alexandri effigies, atque galea fere talis, qua Achilles in Græcorum nummis ornatur.*

Figura V. *superioris nummi aversa facies Pegasum habet, sive is expeditionum celeritatem, famam, aut Poetarum amorem arguat, sive in Divinitatis adoptatæ jactantiam, uti in nummis Galieni eo nomine Soli tribuitur equus alatus, & in nummo quodam Antonini Antinoum Pegasus in cœlum vecturus a Mercurio adducitur; sic & in illustri illa Gemma Tiberiana Pegaso Marcellus vel Drusus Germanicus Diis se miscet: seu vero hoc Symbolo profiteri voluerit Alexander, quantopere Musas colat. Vide* Suppl. Curt. 11. 2. 23.

Figura VI. *Alexander denuo est e nummo, si fides sit Nonnio ad Golzium, aut si aliis, Lysimachus. Diadema vides & cornua, utrumque nostro ejusque Successoribus post expeditionem Persicam adscitum, quorum illa genus a Diis, hoc Regem Regum, ut Persiæ Reges salutabantur, demonstrant.*

Figura VII. *altera superioris nummi facies, Minerva est Victoriolam tenens, cum hasta, clypeo & galea. Huic Deæ colen-*

colendæ, ut omnes Macedones, ita præcipue Alexander deditus fuit. Vide Curt. III. 12. 27. VIII. 11. 24.

Figura VIII. *Philippus Macedo, Alexandri Pater est, expressus ex marmore apud Sandrart.* Acad. Pictur. part. 1. lib. 11. num. 8. *Cæterum Alexandri, Olympiadis, & Philippi plures imagines vide, si vis, in Golzii* Græcia, *in rei nummariæ & statuariæ scriptoribus, & apud Rader.* in Proleg. ad Curt. cap. 13.

Figura IX. *Aristoteles Alexandri Præceptor est, ex marmore expressus apud Sandrart.* l. l. 11. 1. 8. I. *Ea vero effigies, quæ vulgo in nummis exhibetur cum Natura, vix genuina videtur.*

Figura X. *Demosthenis est ex marmore Tarraconensi apud Fulv. Ursin.* l. l. tab. 55.

Figura XI. & XII. *Diogenem referunt e marmoribus, quæ dederunt Ursin.* tab. 56. *Sandrart.* 11. 1. 12. *etss.*

Figura XIII. *e nummo argenteo Claudii apud* du Choul de la Relig. des Anc. Romm. p. m. 77. *refert Dianam Ephesinam ejusque templum.*

Figura XIV. *infelix est Callisthenes, vir optimus, cujus indigna cædes magnam secum trahit summi cateri Regis, quem comitabatur, invidiam. Vel hæc ipsa figura ostendit austeris moribus fuisse barbatum hunc magistrum seu Philosophum, unde non mirum, fuisse eum haudquaquam aulæ & adsentantium ingenio accommodatum, ut Curtius loquitur* VIII. 8. 22. *Truncum Lysimachi vultum ad Lysimachum Regem, de quo & Curtius, Callisthenis olim discipulum aptissime retulit amplissimus Cuperus in* Apotheos. Hom. *p. m.* 168. *ubi plura de hac imagine, quæ apud Fulv. Ursin. in* Marmore 41. *male a Commentatore ad nescio quem Comicum refertur.*

Figura XV. *Freinshemio debetur præclare merito de Curtio, qui ad Rufi relationem talem, suæ Editioni Persici agminis ordinem ad* III. 3. 9. *inseruit, ex qua nos eandem depromsimus.*

Figura XVI. *e nummo Mediceo Antigoni est, qui primus Asiæ Rex inter Successores Alexandri, ex solenni Asiaticorum Regum more hedera caput est revinctus. Sed vide, unde hæc imago mutuata, illustrem Spanhemium doctissimi operis supra laudati* diss. v. p. m. 402.

Figura XVII. *Cidarim Perſicam exhibet e nummo Auguſti, cum arcu & jaculo armis Perſarum præcipuis. Sed notet Lector eam imperitia Chalcographi inverſam exhiberi, cum radii apicis ſuperna ſpectare debeant. Vide Spanhem.* l. l. p. m. 428. *&* 455. *& ſeqq. ubi multis de Cidari agit.*

Figura XVIII. *Semiramis eſt, quam ex antiquo monumento talem exhibuit Sandrart.* Acad. Pict. part. 11. lib. 3. tab. *Z.* p. 67. *cujus fide eam tibi damus. Illa enim icon, quam Raderus ad* IX. 12. p. 601. *exhibet, mera eſt illuſio. Regium vultum & ardorem virilem noſtra hæc imago præfert, unde eo magis arriſit.*

Figura XIX. *iterum oſtentat Semiramidem, Reginam toto oriente rerum geſtarum magnitudine celeberrimam; vides ibi hanc Regimam & Ninum Regem maritum equites in venatione, & pardalim Leonemque ſagittis & haſta expugnandos. Eclypon hoc ex Aegyptiaci Labyrinthi picturis, nec non veterum Auctorum relatione extractum nobis in* Turri Babel. lib. 11. ſect. 2. cap. 2. pag. 43. *exhibet Kircherus, qui &* pag. 57. *ex Iſmendis monumentis Semiramidem jaculatricem cum Leone concertantem depingit; ſed viro optimo ſæpe fraudi fuiſſe credulitatem mecum queruntur doctiores, adeoque non auſim fidenter hæc venditare antiqua. placuit tamen hæc inſerere in juventutis gratiam, nec non clariſſimæ Reginæ memoriam, quæ Alexandro rerum geſtarum ſplendore vel ſuperior, vel certe par eidem exemplum India intrandæ videtur monſtraſſe.*

Figura XX. *Reginam Amazonum neſcio quam ex antiquo vitro refert, ut eam nobiscum communicavit Sandrart.* l. l. part. 11. lib. 3. pag. 30. tabul. *C.* num. 1. *Accurate hæc figura convenit deſcriptioni, quam Curt.* VI. 5. 27. *&* 28. *tradit. Sed vita iterum imprudentiam Chalcographi, qui, quæ in Sandrarto recte ad lævam erant, ad dextram transtulerit, unde contra fidem Curtii dextra mammilla comparet, quam aduſtam & tectam oportuit. Si hanc figuram a tergo ſpectaveris, rite ſe habebit. nota obiter comas nodo collectas, ſecurim, peltam, quæ Auctores idonei Amazonibus tribuunt. Raderus ad* l. l. *Curt.* p. 359. *iterum fumos vendit, cum oſtendit Thaleſtrim ex ingenii ſui ludibrio.*

Figura XXI. Templum Jovis Hammonis depingit, ad de-

deſcriptionem Curtianam. Illud primo ab Ortelio adjectum ad Mappam expeditionis Alexandri, poſtea vulgo in Editiones Batavas recipi meruit. Nos auctarii loco duas Jovis Hammonis imagines ex nummis depromtas adjecimus, quarum altera litera A *ſignatam, ex nummo æreo Hadriani in Græcia cuſo dedit du Choul* lib. ſupra laudati p. m. 51. *ubi Jupiter inſignitus calatho caput, (eſſe enim illud calathum* lib. 1. Saturn. *docet Macrob.) capræ inſidet & dextra ſceptrum præfert, quem Jovem Hammonem Auctor explicat. talem quoque, ſi recte memini, quoad caput, e nummis edidit faciem Jovis Hammonis in* Imag. Deor. *Ortelius. at illuſtris Spanhem. operis nobiliſſimi* diſſ. v. p. m. 350. *cornutam Jovis Hammonis faciem bis terve ex nummis ſtatuisque exhibet: a quibus iterum nonnihil abit ea, quam in Macarii* Abraxa *habet* Gemma 110. *quæ cornua a fronte per totum caput ad aures circumflectit, calatho onuſta, & radiis conſticua. multum vero ab utraque facie πεποσωπω abludit ea, quam ex antiquo Cyrenenſium nummo in eruditiſſimis ad Melam notis* p. m. 34. *protulit doctiſſimus Iſaac. Voſſius, ex quibus eandem repetit nobiliſſ. Spanhem.* l. l. p. m. 350. *Sed Sculptoris inertia non exprimuntur fideliter omnia, qualia e ſereniſſimæ Reginæ Suedicæ armario publicavit Voſſius. In eo nummo, quem nos litera* B *damus, Jupiter Hammon ſub figura ovis Africanæ villoſæ umbilico tenus exhibetur, qui ſmaragdis coagmentatur & gemmis, ut Curt. etiam* IV. 8. 23. *tradit & Diod.* lib. XVII. *unde Cl. Voſſius* l. l. *Curtii pro* umbilico ſimilis *legit* Umbriculo ſimilis. *Nam* Umbros *Plin. ſcribit ex ove & muſmone natos villis loco lanæ gaudere. Quid in hac ſententiarum & figurarum divortio eligamus? Certe me expedire viſus ſum, ſi hunc Umbro ſimilem Hammonem dixero* Libycum; *alterum vero Cornutum facie humana,* Græcum. *Græci enim ſuum Jovem & Junonem Ammones habuere & quidem πεποσωπως, ut ex nummis abunde conſtat. Diodor. ait ideo Hammonem cornutum fingi, quod galeam hoc ſigno ornatam in bello geſtarit. certe & Libero Patri ideo videtur adaptata, ut ex ſtatuis liquet.*

Figura XXII. Currus ſeu Quadrigas falcatas Perſarum oſtendit, quales quidem duce Rufo fuiſſe ſumus perſuaſi;

ea

ea enim, quas ad Vegetii III. 24. *exhibet Stewechius, locis valde incommodis sunt falcatæ, neque equi satis muniti; quod utrumque tamen observatum oportuit, uti docent rei militaris Auctores. ad clariorem Curtii intellectum additæ sunt figuræ, tum in ipso curru dedita opera (ne quis nasutulus tantum hominum quadrijugis vehi cavilletur) pluscula, tum ad currum, ut subjicerent quasi oculis illa Curtii* IV. 15. 4.

Figura XXIII. tibi monstrat Equuleum, & varia torturæ instrumenta, ardentes faces, ungulas ferreas, stimulos, forfices & reliquum crudelitatis apparatum, quibus lacerabantur torquendi. Equuleum Cl. Pitiscus describit nota 19. *ad Curt.* VI. 10. 10. *Petita vero est hæc Equulei figura ex Gallon.* de Cruc. Mart. cap. 3. *sed oculo ad Curtii verba* VI. 11. 15. *& seqq. intento paucula ei adjunximus.*

Figura XXIV. Babylon est, celeberrima illa urbium, initium gloriæ Alexandrinæ ac ejusdem terminus. Eam ita depinxit diligentissimus Kircherus in Turr. Bab. lib. 11. sect. 2. cap. 4. p. 52. *qui eandem ibi prolixe describit, ut & Curt.* V. 1. *& in Notis ibidem Cl. Pitiscus. neque operæ pigebit, si quis voluerit conferre figuram eique subnexam descriptionem, quam ad Curt.* V. 1. 24. *adjunxit suæ Editioni Freinshemius.*

Figura XXV. Hortos pensiles Babylonis ostentat, quas ex Kircher. l. l. cap. 6. p. 58. *ubi eos persequitur, depromsimus. describit eos Curt.* V. 1. 32. *& seqq. ubi vide in Notis Cl. Pitiscum.*

Figura XXVI. Regiam Semiramidis Babyloniam habet, quam Curtius leviter tantum attingit & quasi obiter. ex professo eam ita delineat, & hæc annectit Kircherus l. l. pag. 58. „ *Regias,* inquit, *duas ex utraque pontis regione ad fluvium magnis impensis magnificentissime Semiramis extruxit. quæ ad Occidentem sita erat, prout Diodorus Siculus recensuit, tres habebat ambitus. Primus* LX. *stadiorum & L. orgyiarum, altis & sumtuosis mœnibus ex cocto latere constructus. Turris ad* LXX. *orgyias surgebat. Alter* XL. *stadiorum, in cæteris primo æqualis, præterquam quod in crudis adhuc lateribus, omnis generis animantia colorum artificio ad veritatis similitudinem efficta, continebat. Tertius tandem murus & intimus arcem circumdans* XXX. *stadia complexus tam longitudine, quam latitudine medii structuram operis superabat. Inprimis venatio illic erat variorum plena animantium, quæ magnitudine* IV. *cubitos excedebat. Et inter hæc Semiramis consiciebatur ex equo pardalim jaculans, & prope Vir Ninus lancea feriens leonem. Cæterum interior Arcis structura a Diodoro & Herodoto omissa ex placito & conjecturis Kircheri videtur substituta.*

Figura XXVII. rudera præfert regiæ Persarum, ut creditur, quam Alexander ab ebria Thaide impulsus una cum Persepoli in incendium misit, teste Curt. V. 7. *Ea inter Asiæ rudera hodie celeberrima sunt. Herbertus* Itinerarii p. m. 61. *& seqq. prolixe describit, quorum summa huc redit:* „ *Fundamentum totum marmoreum esse, ac* XXII. *circiter* „ *pedes Geometricos surgere: cætera splendidissimo marmore* „ *ac jaspide nitere, columnas plures* XL. *videri, unde & nomen* Chehel-Manor, *seu* Tzil-minar, *quasi dicas* XL. „ *turres (quamvis Mandelslo* XIX. *majores & XI. minores tantum numerare potuerit, unde patet ab indigenis auferri rudera in ædium suarum usus.) „ Ingressum Palatii, pariesque inferius variis & artificiosissimis Regum, triumphorum, prœliorum, animalium imaginibus refertos. videri* „ *etiam incognitos figurarum triangularium, pyramidalium* „ *etc. characteres: nec defuturum pictori quantumvis industrio laborem, etiamsi totum trimestre depingendis rebus singulis impenderet. Unde sane miror neminem hucusque tam curiosum esse repertum, qui tam preciosas ultimæ Antiquitatis Persicæ reliquias propius inspexerit, & cum orbe Erudito communicavit sigillatim depictas. Nobilis quidam Anglus mihi retulit, quendam suorum civium ea opera defunctum, inde forte aliquando huic desiderio satis fieri posset. Inter tot vero Hodœporicos secuti sumus præcipue Petri a Valle relationem, quam habet* IV. 15. p. m. 83. *ex cujus descriptione hæc rudera ea forma concinnavimus, cum vulgaris figura ad ipsius Itinerarium adiecta nihil minus, quam id, quod de eis refert, exprimat. Eo autem verior nobis Vallensis relatio, quod accurate satis conveniat cum teste itidem oculato, qui fere eandem habet, de Silva Figueroa* dans l'Ambassade en Perse p. 145. & seqq. *Edit. Gallic.*

Figura

Figura XXVIII. *Elephas turriger militibus ſuis in ſpeciem caſtellorum onuſtus, qualem fere Stewechius ad Vegetii* III. 24. *repræſentat. Nos nonnulla addi juſſimus, ut juventus eo melius perciperet Curtium* VIII. 14. 23. & ſeqq. *Cæterum Chalcographus contignationes ſupra elephantum nimium extulit, ſecutus errorem Stewechii, nulla habita proportionis ratione. Sed hoc ſolenne huic hominum generi. Noli vero turbam illam militum in turri mirari, cum ex Macchab.* lib. I. cap. 6. com. 37. *conſtet, præter magiſtrum belluæ in machina fuiſſe fortiſſimos fere milites duos & triginta, & ſane retulere mihi oculati teſtes, ſe vidiſſe elephantos, quorum ſoli dentes ponderarint ultra* CCC. *libras, unde conjicere potes, quantæ molis ipſa belluæ fuerint & majori oneri ſuffecturæ. Vidi ego elephantem non ita magnum, qui tamen viginti ſeſſores & plures admiſſos mira facilitate circumportabat, cum tamen vix duorum eſſet annorum, uti circumforaneus ejus magiſter ajebat.*

Figura XXIX. *& ultima refert duplicem effigiem Alexandri M. Bucephalum domantis, æmulatione Phidiæ & Praxitelis nobiliſſimorum Artificum e marmore perfectam. Sed adi ipſas figuræ hujus inſcriptiones. Acceſſebamus eam ex Radero ad Curt.* IX. 7. p. 583. *& ad Curtii* IX. 3. 23. *retulimus, ubi Alexander* Bucephalon *Urbem equi memoriæ ac nomini dedicat, tum ut ibi equi tantopere æſtimati ſimul exſtaret effigies, tum ut figuræ eo decentius per Curtii paginas ſpargerentur. Hiſtoriam vero, quam Artifices expreſſere his marmoribus, vide enarratam in* Suppl. Curt. I. 4. 11. & ſeqq. *illud etiam es monendus benevole Lector, diverſam quandoque reperiri figuram hanc quoad Bucephalum, qui ſubinde apud Antiquarios occurrit ſolo collo ex marmore effictus, uti videre eſt in Phidiæ opere apud Sandrart.* Acad. Pict. part. I. lib. 2. tab. f. *quales figuras putem olim deſcriptas, antequam* SIXTUS V. *Pont. Max. ſummus Antiquitatis vindex eas in priſtinam formam reſtituiſſet.*

FINIS.




ALEXANDRI MAGNI MACEDONIS EXPEDITIO,
EVROPÆ
PA
Scythæ Europæi.
Scythæ Asiatici
Abij Scythæ. omnium barbarorum justissimi
Paropamisus mons quem Macedones Caucasum in Alexandre gloriam vocabant. nullis in Asia altitudine secundus, in quo præter terebinthum et silphium nihil nasci tradit. Aristobulus.
Germania
R S.
Getæ
Autariatæ Triballi
Pontus Euxinus.
Cercetæ.
COLCHIS.
Amazonum Campi
ASIA MINOR
Mare Hyrcanum siue Caspium. Magnum etiam Arriano 3.
Sogdæ
Dai.
Sacæ
GABASA
Memaceni
Massagetæ
SUSIANA.
BACTRIANA.
MARGIANA.
Bactra
Mardi
MEDIA SATRAPE
HYRCANIA.
ARIA.
PARTHIA.
Parthi
Paritacæ
CARMANIA.
Chelonophagi.
ARABIA. Isarus
Bethemanei
Orcheni
Sinus Persicus
ARABIÆ FELICIS PARS.
INDICUM PELAGUS.
Erythræum siue Rubrum Mare sic dictum non a colore sed ab Erythro rege. Cetaq; haud procul continenti insula quædam, palmetis frequentibus consita et in medio fere nemore columna eminet regis Erythri monumentum litteris gentis ejus inscripta. testis Q. Curtius. Daracta vocatur hæc insula apud Arrianum. Hæc mare margaritiferum esse scribunt Plinius, Aelianus, Philostratus, alij. –
F. HALMA. excudit.



J. FREINSHEMII
Supplementorum
IN Q. CURTIUM
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

ARGUMENTUM. Historiam Alexandri ex pluribus auctoribus cum judicio excerptam, & cognitu dignam esse. Genus Alexandri, quod ipse postea ad Jovem Hammonem transferre conatus est: alii ad Nectanebum Ægyptium, qui Olympiadem adulterio cognoverit. Verum id fabulosum: perinde ut illud de Jove. Caterum multa omina præcesserunt nativitatem ejus aut comitata sunt. Philippo Potidæam subjuganti multa prospera nunciantur.

1 ALEXANDRI, qui ademptum Persis imperium in Græciam intulit, vitam atque res gestas plurimi Græcorum memoraverunt. ex quibus plerosque operum suorum spectatores; quosdam etiam socios atque ministros habuit: nonnullos, ut erat avidus mansuræ post mortem gloriæ, ad hoc ipsum evocavit, ut res suas traderent
2 posteritati. Cæterum præter ipsam rerum magnitudinem, innata genti fabularum cupido effecit, ut eorum complures monstris, quam vero similiora proderent. fide autem dignissimi videntur Ptolemæus, qui postea regnavit, & Aristobulus. Etenim exstincto jam Alexandro sua
3 edentibus metus & adsentationis caussæ decesserant, quibus fere narrandarum rerum veritas corrumpi solet: nam Ptolemæum etiam regii nominis dignitatem mendaci historia polluere voluisse, quis crederet? Uterque autem
4 quum multis ad res Alexandri pertinentibus negotiis non


Justin. 12, 6, 17.

Arrian. in præfat.

Synesius in encomio calvitii.

Arrianus.

interfuerint modo, verum etiam præfuerint; veriſſima præ aliis tradere potuiſſe liquet. Quoties igitur conſentiunt, cæteris antehabuimus: ubi in diverſum abeunt, ex copia rerum ea potiſſimum ſecrevimus, quæ diligenter inter ſe compoſita proxime ad rerum geſtarum fidem videbantur accedere. Quod etiam poſt ætatem Alexandri 6
Quem maxime ſequi viderunt Curtius.
alios Græcorum ſequutos video, quibus aliqua veri cura fuit; & nuper ex Sicilia Diodorum. Nam qui ex Romanis animum ad hiſtoriam adplicuerunt, ii patriis rebus contenti, externa neglectui habuere: quia victoris populi geſta componentibus neque majeſtas rerum deerat; & plus utilitatis adlatura videbantur in eadem republica degentibus. Quorum ſtudium ut laude digniſſimum arbitror; ſic extra reprehenſionem fore confido, ſi noſtris 7
etiam hominibus oſtendam eum Regem, qui unus omnium mortalium, intra breviſſimum ævi ſpatium, maximum imperium conſtituit. quo adpareat, non forte 8
neque temere res humanas ferri; ſed plerumque fortunam pro moribus; neque diuturnam eſſe felicitatem, quæ virtute deſtituatur. Igitur Alexandrum omnibus ingenii 9
fortunæque dotibus abunde auctum ornatumque fuiſſe comperio, quibus fatalem tantæ potentiæ virum oportebat inſtrui. Genus ab Hercule repetebant Macedonum
Diod. 17, 1. Vellej. 1, 6, 6. Oroſ. 3, 12. Arrian. 2, 1, 34 Pauſan. lib. 1. Juliani Cæſares.
Reges; Olympias Alexandri mater initia ſuæ gentis ad Achillem referebat. Puero neque incitamenta exemplaque gloriæ; neque virtutis magiſter aut exercitatio deerant. quippe Philippus pater continuis bellis contemptam ante Macedonum gentem extulit, & coacta in ordinem Græciæ, cunctis formidabilem fecit. Denique 10 11
non ſolum operum poſt ſe geſtorum fundamenta poſuit; verum etiam quum decederet, Perſico bello intentus, delectus habuerat, commeatus, pecuniam, exercitum paraverat; & Parmenionis opera jam Aſiam aperuerat.
1, 9, 26.
Curt. 7, 1, 5.
Sed in eo rerum momento ſubductus eſt, ut & maxima 12
Curtius 10, 5, 35.
gerendi belli ſubſidia filio; & plenam geſti gloriam relinqueret: quadam fortunæ induſtria, quam unus hic perpetuo obſequentem ſibi habuit. Cujus admiratione non 13
poſtea modo, ſed ſtatim ab initio dubitatum eſt, rectiusne foret, non per Æacidas aut Herculem, ſed ab ipſo protinus Jove, tanto homini divinæ ſtirpis originem adſerere. Ipſe quidem, quum Hammonen Libycum adiret, ejus filium ſe adpellari voluit, ut poſtea trademus. Cæterum *draconem in cubili matris ejus viſum*, 14
4, 7. 30.
Lucian. dial. mort. Silius lib. 13. Victor in Galerio. Dio Chryſoſt. orat.
quem Jupiter induerit, eoque genitum fuiſſe Alexandrum, multi crediderunt: *inſomniis etiam, vatumque reſponſis fidem generis factam: & quum Philippus Delphos ſciſcitatum miſiſſet, oraculo monitum*, ut Hammonem inprimis reverereturi. Nec deſunt, qui *fabuloſum id quidem; non tamen*



tamen adulterium matris falso jactatum adserant. *Quippe pulsum Aegypti regno Nectanebum, non, ut vulgo arbitrantur, in Æthiopas concessisse; sed quum adversus vim Persicam in Philippo maxime præsidium speraret, in Macedoniam vectum, magicis præstigiis inlusisse Olympiadi,*
16 *thorumque hospitis temeravisse. Suspectam quidem exinde Philippo, neque aliam tam intimam divortii, quod inter eos secutum est, causam, pro comperto postea fuisse. Etiam quo die Philippus Cleopatram domum deduxerat, Attalum sponsæ avunculum, Alexandro natalium dedecus exprobrare ausum, ipso quoque Rege ex sese genitum negante:*
17 *Denique de Olympiadis adulterio non in nostro orbo; sed apud devictas quoque nationes, pertinacem rumorem obtinuisse. Verum velandæ ignominiæ repetitum ex antiquis fabulis de draconе commentum: idem enim olim de Aristomene Messenios, de Aristodamo Sicyonios jactavisse.* Sane apud majores nostros de Scipione, qui Carthaginem prior
18 adflixit, eadem ferme fama fuit: similisque divinitatis opinionem Romani modo principis ortus habuit. nam de conditore Urbis Romulo quid attinet dicere; quum nulla gens tam vilis reperiatur, quę sui generis auctorem non fa-
19 ciat Deum, aut Deo editum? Cęterum Nectanebi fuga temporibus hisce non congruit: sexennis enim jam erat Alexander, quum ille ab Ocho victus, avitis opibus excide-
20 ret. Nec ideo minus vanum est, quod de Jove fertur. Ipsa quidem Olympias dempto post mariti necem metu, adseverationem filii Jove se genitum credi volentis inrisisse dicitur, missaque epistola petivisse, *ne se nihil tale commeritam, odiis Junonis obiectare pergeret.* Antea enim ipsa maxime fabulam confirmasse creditur; proficiscentemque in
21 Asiam Alexandrum monuisse, ut *memor originis digna*
22 *tanto genitore capesseret.* Verum tamen ostentis Deum variisque præsagiis inter conceptum editumque partum significatum fuisse, quantus homo nascereretur, consensu traditur. Obsignatam Olympiadis alvum annulo, cujus sculptura leonem prę ferret, per quietem Philippus vidit. Ejus-
23 que rei memoriam servavit Alexandria, quam in Ægypto conditam, aliquam diu Leontopolim adpellavere. Nam de Alexandri magnanimitate & robore somnium illud interpretatus erat Aristander peritissimus vatum, qui postea co-
24 mes ei hęsit, sacrisque ejus præfuit. Qua autem nocte Olympias peperit, maximi per Asiam nominis templum, Ephesiæ Dianæ, ignis hausit. Intulerat eum cujusdam hominis perditi furor, qui comprehensus tortusque, non alia mente id commisisse fassus est, quam ut magno ali-
25 quo facinore memoriam sui diuturnam efficeret. Ergo tam fœdi exempli cladem non istius tantum ædis damno æstimavere Magi, qui tum Ephesi degebant; verum

Sidon. carm. 2, & 9. Plut. c. 2. Justin. 11, 11. & 12, 16. Solin. c. 14.

Εὐσέβ. λόγ. α. Antonin. Otto Frising. 2, 25. Cedrenus. Glycas.

Justin. 11, 11, 4.

Texeira Hist. Pers. 1, 22. Pausan. l. 4. Liv 26, 19. 6. Silius l. 9. Agell. 7, 1. Valer. Max. 1, 2, 2. Quintil. 2, 4. Suet. Augusti. c. 94. Livius in præfat. v. 6. Plutarch. cap. 3. Agellius 13, 4. Solin. c. 14. Plutarch. cap. 3. Plutar. c. 2. Ephorus apud Tertullian. de anima c. 46. Stephan. v. Ἀλεξάνδρεια. Fustath. ad Perieget. 254. Plutarch. c. 4. Cicero de divin. 1, 23. de nat. Deor. 2, 2. Solin. c. 43. Val. Max. 8, 14. Zonaras. Hieronymus adv. Helvid. & 9.

pro majoris ruinæ præsagio habentes, totam urbem mœstis implevere clamoribus; *exortam alicubi facem, cujus incendio, similem ob caussam, totus olim Oriens conflagraturus esset.* Forte per idem tempus Potidæam Athenien- 26
Plutar. c. 4. sium coloniam Philippus subegerat; quum & Olympia
Justin. 12, 16, 6. quadrigis se vicisse cognovit: & a Parmenione, quem in Illyrios miserat, majoris moventi nuncius venit, *fusis ingenti prælio barbaris, Macedonas prospere pugnavisse.* Exsultanti tam læto ubique votorum exitu etiam de Olym- 27
piadis partu renunciatum est: nec dubitavere vates, *invictum fore, qui inter tot victoriarum palmas nasceretur.* Ferunt tot simul prosperarum rerum cumulo adtonitum 28
Plut. consol. ad Apoll. c. 9. & apophth. cap. 9. Regem, & invidiam Deum veritum, oravisse Nemesin, *ut hoc fortunæ obsequium, modica aliqua calamitate ulcisci contenta foret.* Proditum etiam est memoriæ, *in oppido* * *Pella, duas aquilas in culmine domus, ubi puerum enixa* 29
* Mela 2, 3. Serv. ad Virg. Georg. 4. 278. Antonin. *erat regina, tota die persedisse, gemini per Europam Asiamque imperii augurium id fuisse* post eventum facile interpretati sunt. *Terram quoque tum movisse, magnamque tonitruorum fulminumque vim erupisse cælo,* auctores habeo. Natus est * autem, ut accuratiores tradunt, incipiente 30
* Ὀλυμπ. α' ναγρα-φῶ. Bunting. Chronol. Jac Cappel. in hist. sacra & ex Plutar. c. 5. Demosth. de corona. Agell. 17, 21. Histor. Misc. 2, 4. Olympiade sexta supra centesimam, prætore Athenis Elpine, A. D. XII. Kal. Sextil. quem tum mensem Macedones *Loum* vocabant: quo tempore pop. Rom. quadringentesimum fere annum agens, vicinorum bellis exercebatur, & subjugando terrarum orbi quotidianis incrementis præludebat.

CAP. II.

ARG. Tempus nativitatis ejus, & de ea Philippi ad Aristotelem philosophum epistola. Alexandri pædagogi & nutricii: venustas formæ cultu non effeminatæ: corporis habitus: color: capillus: pernicitas: temperies calidissima: statuæ & imagines: gressus citatior. Eum successores ipsius imitati cum aliis corporis motibus; non item animum. Gloriæ cupido in puero: vigilantia: in Deorum cultu magnificentia, Leonidæ pædagogo increpita: Animi sublimis matura documenta; & inde Persicorum satraparum legatorumque admiratio. Aristoteles ei prima literarum elementa tradit.

AT Philippus auctus filio, de quo propter oblata 1
tot omina spem amplissimam conceperat, in educationem curamque ejus omnes cogitationes convertit. Quippe vir prudens & amans patriæ, nihil 2
moli-

molitionibus suis profectum facile sentiebat, si rebus undique motis, hominem imperitum aut segnem Macedoniæ post se relinqueret. suam quoque gloriam haud durabilem futuram, si maximarum rerum instrumenta, quæ tanta industria parabat, successoris inertia corrupisset. Le- 3
Dio orat. 2. Agellius 9, 3. guntur inter epistolas ejus, venustatis & prudentiæ plenas, literæ, quas tum ad Aristotelem, qui cum Platone exercebatur, Athenas misit, in hunc ferme modum scri- 4
ptæ: *Philippus Aristoteli salutem dicit. Certiorem te facio, filium mihi genitum esse. Nec perinde Diis gratiam habeo, quod omnino natus est, quam quod te florente nasci illum contigit. a quo educatum institutumque neque nobis indignum spero evasurum, neque successioni tantarum rerum imparem. Satius enim existimo carere liberis, quam opprobria majorum tollentem, in pœnam genuisse.* Neque fefellit 5
Plutarch. eum opinio. quippe puer Aristotele doctore diu usus ad res in ea ætate gerendas insigne præsidium sibi comparavit. Sed hæc postea acciderunt. interim constituti sunt infanti nutritores atque pædagogi, Leonidas Olympiadis propin- 6
Curt. 3, 6, 1. quus, & Lysimachus Acarnan. Philippus nationis ejusdem adjectus, qui valetudinem pueri regeret: Hellanicæ (Dropidis erat filia, ex inlustrioribus Macedonum feminis) corporis & morum recta temperie pro- 7
Justin 12, 6, 10. Arrian. 4, 2, 12. Curt. 8, 2, 8. batæ, nutricis munus demandatum est. Hac cura paucos intra annos effectum est, ut jam tum polliceri videretur eum Regem, quem postmodum exhibuit. nam & in puerilibus membris indomitus eminebat vigor: & eximiæ indolis argumenta ætatem longe prævenerant. 8
Eum. Paneg. Constantini c. 17. Aelian. hist. var. 12, 14. Arrian. 7, 5, 18. Solin. cap. 14. Curt. 3, 12, 16. 6, 5, 29. Solin. c. 14. Excellens nativa & genuina venustate corporis, cultum aspernabatur; *Anxiam formæ curam feminis convenire* dictitans, *quæ nulla alia dote æque commendarentur: si virtutis potiri contigisset, satis se speciosum fore.* Fuit autem 9
Plutarch. cap 5. Tzetzes. Glycas. Aelian. hist. var. 12, 14. quum adolevisset, justa membrorum proportione conspicuus, artubus robustus, probeque compactis: vi tamen, quam specie validior; quippe corporis ejus habitus intra 10
Plut. de adul. & amic. discrim. c 29. & de animi tranquill cap. 20. Arrian. 7, 5, 18. proceritatem stetit. Cutem habuit candidam, nisi quod in malis, itemque pectore, grato rubore suffundebatur, capillum flavum, leniter intortum: nasum aquilinum: oculos varios, nam lævus glaucus fuisse traditur, altero nigerrimo. Inerat autem ipsis occulta quædam vis, ut sine veneratione atque horrore quodam intuentium non 11
adspiceretur. Pernicitate pedum admirabili fuit; quam ut magnæ in expeditionibus utilitatis, etiam Rex non omisit exercere, sæpeque cum velocissimis suorum cursu certare visus est: patientia laboris supra fidem eximia; qua sæpe, difficillimis temporibus, sibi exercitibusque 12
suis salutem peperit. Exercitationibus crebris, & calidissima corporis temperie, adeo quidquid vitiosi humoris

moris sub cute conlegi solet, expugnavit ut suavem ex ore membrisque exhalaret odorem, eoque etiam tunicas, quibus uteretur, impleret: ob easdem causas, ut quidam putant, ad vinum iramque proclivior. Visuntur adhuc 13 imagines ejus statuæque, summorum artificum opera, ne enim vulgarium sculptorum pictorumve temeritate oris sui honor obsoleseceret, studiose cavit; *pœnam* comminatus, *si quis injussu suo conaretur*. Ergo abundante tum artificum copia, volentem unus Apelles pinxit, sculpsit Pyrgoteles, Lysippus & Polycletus ex ære duxerunt. *Citatiorem gressum Leonidæ vitium fuisse* * ferunt; *ex* 14 *ipsius consuetudine id hæsisse Alexandro: quod postea, quum emixe vellet, corigere non potuerit.* Equidem educationi plurimum tribui debere non infiteor; cæterum hoc quidem naturæ potius adolescentis, quam adsuetudini deputo. etenim in homine velocissimæ mentis, necessum erat, ut ardorem animi corporis etiam motus sequeretur. Quem adeo non in vitio posuere successores ipsius, ut 15 etiam studiose æmularentur; simul depressiore in lævum collo, obtutum ejus vibrantem, & elatiorem vocem imitati: quum animum non exprimerent. quippe plurimorum ex illis longa vita vix quidquam habuit dignum, quod cum hujus puerilia compararetur. Neque enim 16 quidquam aut loquebatur, aut agebat humile; sed dictis factisque par fortunæ suæ, vel etiam supra erat. Nam quum esset laudis avidissimus, non undecumque eam adsectabat, sed optimis quibusque comparari gaudebat: Ingloriam ex vilibus palmam intelligens; tantoque illustriorem victoriam, quanto, quos vicisset pluris haberentur. Ergo dicentibus, *quoniam cursu plurimum valeret*, 17 *debere profiteri nomen si um inter eos, qui Olympicis ludis certaturi essent, cognominis sibi Regis exemplo; magnam ea re per Græciam sibi famam comparaturum: facerem*, inquit, *si Reges haberem adversarios.* Quoties aut præclara 18 aliqua pugna Philippus vicerat, aut oppidum opulentum in potestatem redegerat; lætantibus aliis, ipse haud obscure indoleseebat. exceptaque vox est querentis inter æquales; *nihil reliqui facturum patrem sibi ipsique, quum adolevissent.* quippe deperituram gloriæ verebatur, quidquid a lcessisset opibus: nec tam harum possessione, quam istius cupidine movebatur. Somni natura parcissimus, 19 etiam arte vigilantiam adjuvabat. si quid occurrisset, quod seria meditatione dignum videretur, comprehensa pila argentea, brachium extra lectum porrigebat, ut in subjectam pelvim inlapsa, excitato sonitu, torporem in somnum deficientis discuteret. Deos ab ineunte ætate ma- 20 gnifice coluit. Sacro quodam ita liberaliter thura flammis intulit, ut Leonidas vir severus & parcus, profusionem

Plut. Sympos. 1, 6.

2, 5, 27. Apul. 1. Flotid.

Horatius epist. 2, 1. Himerius apud Phot. Plin. 7. 37, 6, 35, 10, 25, 17, 1, 7 Ciceroepist fam. 5, 12. * Hiero. ad Lætam Hinemar. epist. 3, 1.

Plut. Pyrrho. c. 14 & Alex. c. 5. & de fort. 2, 5. & Pomp. c. 2. Tzetzes Chil. 8, 200. & 11, 368 Victor in Caracalla. Hist. Misc. 10, 23.

Plutar. c. 6. & de fort. Alex. 1, 13. & Apophth. cap. 36. Herodot. 5, 22. Justin. 7, 2, 14.

Plut. c. 6. & apophth. c. 36. Gregoras li. 9.

Marcellinus 26, 6.

Plut. c. 44. apophth. c. 37. Plin. 12, 14, 17.

sionem istam non ferens, exclamaret; *Sic adolebis, quum* 21 *regiones subegeris, ubi hæc nascuntur.* Cujus vocis memor, quum postea thuriferam Arabiam pacaret, multa odorum talenta misit Leonidæ, cum mandatis; *ne posthac in Deorum honoribus adstrictior esse vellet, quos intelligeret* 22 *dona hilariter oblata tam larga manu rependere.* Animi sublimis & magna conaturi documenta mature dedit. Persis ea tempestate Artaxerxes cognomento Ochus præerat. Eum Artabazus & Menapis satrapæ, Memnonque Rhodius, egregius dux, bello lacessiverant; sed potentia Regis oppressi, deserta Asia ad Philippum profugerant. His 23 tum Alexander septenni minor mire delectabatur; crebroque de rebus Persicis interrogabat, nihil quidem puerile & sordidum, sed *quibus maxime firmamentis opes regiæ niterentur? quis armorum usus, quæ audacia viris; quanta equis pernicitas esset? quot dierum itinere Macedonia distaret Susis? quæ Regi morum via, quæque exercitatio cor-* 24 *poris, atque opinio virtutis foret?* Postea quum deprecante fratre Memnonis Mentore, cujus sororem in matrimonio Artabazus habebat, cum exulibus in gratiam rediisset Ochus, eosque a Philippo repeteret; Alexander legatos eximiæ in tantilla ætate indolis admiratione ita perculit, ut unus eorum in hæc verba prorumperet: *Hic qui-* 25 *dem puer Magnus est Rex; noster vero, dives.* Hæc autem quum merito quidem naturæ suæ debere videretur, haud minus institutioni debuit. Nam pater satis gnarus, quantum Epaminondæ commercium sibi profuisset, quantoque plura eloquentia, quam vi confecisset; summa cura incubuerat, ut a tenera statim ætate liberalium ar- 26 tium studiis probe imbueretur. Igitur Aristotelem, magni nominis philosophum, ingentibus præmiis evocatum perpulit, ut etiam prima literarum elementa puero traderet. Nec abnuit Vir doctissimus, quum intelligeret, quantum esset a principio recte instrui multis imperaturum; frustraque contemni pro parvis, sine quibus ad ma- 27 jora profectus non esset. Variis deinde magistris, ut alius alia arte excellebat, usus, non modo mentem egregiis implevit disciplinis; verum etiam corpus omnis generis exercitationibus, ad usum bellorum, & patientiam laboris edomuit: ne tum quidem vacuus, quum otiari videretur, quippe pila, vel saltatione virili, non tam laxabat animum, quam seriis obsequiis membra præparabat.

Diodor. 16, 53. Curt. 6, 4, 25. 2, 8, 17.

Plutarch. cap. 7.

2, 12, 23. Diodor. 16, 53. Plutar. de fort. Alex. 2, 24.

Dio otat. 49.

Diodor. 16, 96.

Quintil. 1, 1, 20. Hieronym. ad Lætam. Erasmus lib. 2. de ratione concion.

Dexippus apud Cedrenum. Plut. c. 70 Athenæus 1, 15 & 19. Dio. orat 2. Suidas v. Ὀρχήσεις.

CAP. III.

ARG. Aristoteles Alexandro adolescenti tradit Philosophiam, cujus indagationem, etiam quum rerum potiretur, & bella gereret, non omisit. Medicinam quoque adtigit; sed præ cæteris Politica. Unde tam ipse, quam Philippus Aristotelem in honore habuerunt: restituta etiam in gratiam ipsius Stagira, philosophi patria. Cujus epistolæ ad Alexandrum, & præcepta bene imperandi obiter memorantur. Sed extremo vitæ tempore multum de pristino favore remisit Rex. Unde suspicio in Aristotelem. Musicæ studium in Alexandro, item narratiuncula, ut Lampsenis propter Anaximenem præceptorem suum pepercerit. Comœdos & pugiles sprevit. cæteras artes impense fovit: unde artificum ad ipsum concursus.

POstquam deinde ætas & ingenium paulisper adolevit, jamque severioribus studiis idoneus visus est, revocatum, qui tum apud Mitylenæos agebat, Aristotelem continuo secum habuit, donec post mortem patris rerum potitus, in Asiam transjiceret. Quo tempore spatio, quidquid a tanto præceptore tradi potuit, perdidicit. Cognoscendæ rerum naturæ tanto avidius incubuit, quanto pertinaciore spe imperium universi præceperat. Cujus indagationem postea quoque adjuvit, plane regio & animo, & sumptu. Aristoteli, quo naturas animalium certius atque perspectius commentari posset, tota Asia Græciaque parere jussit, quotquot venatu, aucupio, piscatuve vitam tolerabant, aut aliquam in ejusmodi negotiis peritiam adsequuti fuerant. Constat in ejus operis impensas octingenta talenta philosophum accepisse. Adeo autem cognitionem illam dilexit, ut in eam sumptum faceret, curamque impenderet, cujus fructum visurus non erat. Post centum annos capti sunt cervi cum torquibus aureis, quos addiderat, ut vel posteri cognoscerent, quanta fides habenda foret iis, quæ de istorum animalium longævitate ferebantur. Sublimioribus quoque disciplinis, quas *acroamaticas* adpellant, eruditum fuisse, ipsius testatur epistola: qua queritur, Aristotelem *dignitatem earum vulgatis præceptis profanasse*. Et ille excusavit; rescribens, ita libros illos esse editos, ut haberi possint pro ineditis. nec enim quemquam sententiam ipsorum magnopere percepturum esse, nisi, quæ iis continerentur, jam antea didicisset. Idem, quum

Laert in Aristot. Ὀλυμπ. ἀναγραφ. Dionys. περὶ Δημοσθ. 2

Plinius 8, 16, 5. 3

Athenæus 9, 13. 4

Plinius 8, 22, 25. 5

Plut. cap. 12. Agellius 20, 4. Zonaras. 6 7

quum Rhetorica ab eo exigeret, solicite vetuit, ne aliorum etiam in manus perveniret pateretur. Neque enim minus honestis artibus, quam potentia cæteros præstare cupiebat: indignabaturque communicari laudem illam cum humillimis. Medicinæ quoque studio imbutum ab Aristotele filio medici, ex gente Asclepiadarum, fidem ipsius epistolæ faciunt. Eam autem philosophiæ partem, quæ sibi aliisque probe imperare docet, ita coluit, ut magnanimitate, prudentia, temperantia, fortitudine, quam armis & opibus instructior, tantam imperii Persici molem subruere adgressus censeatur. Ipse quidem prædicavit, *non minus se debere Aristoteli, quam Philippo: hujus enim munus fuisse, quod viveret; illius, quod honeste viveret.* Ingenium tamen ardens ambitione, nimia honoris gloriæque prædicatione, quam inter genera bonorum referendam esse Aristoteles sciverat, elatum fuisse, ut non modo imperii prorogandi gratia bella ex bellis sereret, verum etiam Deus haberi vellet, quidam non immerito credidere. Cæterum non solum imperante Alexandro eximio honore, maximisque muneribus adfectus est Aristoteles; sed & vivo adhuc Philippo ingens institutionis suæ precium tulerat: impetrato, ut in ipsius gratiam patria instauraretur. Olynthios Philippus acerrimos hostes expertus fuerat; nam vicini Macedoniæ, & potentia hactenus haud impares, ægerrime tulerant, sub Rege bellicoso utroque regni opes crescere, adcolis perniciem, aut servitium adlaturas. Ergo quo infensioribus animis certatum est; eo asperior victoria fuit. urbem captam direptamque solo æquavit Philippus: cives veniere. in reliqua etiam ditionis eorum oppida sævitum est. Inter quæ Stagiram, unde Aristoteles genus ducebat, par calamitas obruerat. Eam tum Regis permissu atque opibus ex integro condidit: restitutæque leges tulit, quibus postmodum usa est. Ita quam stantem florentemque tot fortium virorum manus ab excidio prohibere non potuerant, eam incensam atque dirutam unius civis excitavit ingenium.

Aristot. c. 1. Rhetor. ad Alexand. 8

Plutarch. cap. 13. Laert. in Aristot. 9

Plut. c. 13. 10

Ethic. 4, 7. Lucian. in dial. mort. 11

Zamosius analect. antiquit. Daciæ c. 11. 21

Aelian. hist. var. 12, 34. Tzetzes Chil. 7. 140. Dio Chrys. orat. 2. f. Laert. in Aristot. 13

Plin. 7, 29, 3. Val. Max. 5, 6, 5. ext. Plut. c. 51. adversus Colotem. 14

Plutarch. adversus Colot. c. 50. Laertius. 15

Quanti autem Aristotelem fecerit Philippus, hinc etiam æstimari potest, quod sæpe filium monuit, *ut sub tam idoneo magistro sapientiæ gnavam operam daret; ne mox multa committeret, qualium causa ipse pudore & pœnitentia angeretur.* Igitur postea quoque maximis rebus intentus Alexander non omisit magistrum venerari; creberoque per literas compellavit hominem, nec disciplinarum modo arcana, sed & morum remedia petiit. Atque ille rescripsit, quibus ipsius atque subditorum felicitati consultum opinabatur: *meminisset, tantam ipsi concessam esse potentiam, ut prodesset hominibus, non ut eos læderet. iræ quoque*, in quam maxime

Plutarch. apophth. cap. 33. 16

Casaub. in Athenæum 14, 22. Proleg. not. in Curt. cap. 4. v. Alexandri. 17

Melanch. in Chron. Aelianus hist. var. 18

Aelianus hist. var. 12, 54. Rutgersius var. lect. 1, 6. Plut. c. 13. & 94.

præcipitem noverat, *modum poneret; neque enim invidendum inferioribus: parem autem ipsi esse neminem.* Ad 19
postremum tamen animo jam elatior spernere eum cœpit: præsertim, quum ob Callisthenis exitum infestum sibi, & præter sapientiæ præcepta, etiam vindictæ caussa, ambitionem humanum fastigium despicientis, disputationibus exagitare crederet. Certe paulo ante mortem, Cassandro objecta patri suo crimina purgante, exclamasse fertur; 20
Aristotelicæ versutiæ machinationibus instructum venisse, ut justas aliorum querelas fallacibus argutiis eluderet, deinde *utrique, si vera, quæ deferrentur, comperisset, malum* minitatum esse: tam vehementi vultu, ut diu post ejus 21

Plutar. de profectu virt. sent. c. 10. & de laude sui cap. 19. Plutarch. cap. 226.

interitum, quum forte Cassander, tum rerum in Græcia potens, imaginem Alexandri Delphis positam intueretur, revocatus in periculi sui memoriam, toto corpore cohorruerit. Quæ res Aristoteli etiam magnæ infamiæ 22
occasio fuit: quippe venenum, quo Alexander periisse creditus est, non alterius ingenio equinæ ungulæ inditum, & Babylonem deportatum, rumor suspicatus est.

Curtius 10, 10, 16.

Adamavit & musicam, eique seriam initio operam dedit: donec contumeliosa interrogatione patris, *ecquid puderet tam scite canere?* velut artem suæ majestati indecoram, negligentius tractare cepit. Quo quidem tem- 24
pore magistro chordam quamdam ex artis præscripto pulsare jubenti, *quid autem referat*, inquit, *si hanc pulsavero?* in aliam intendens digitum. At ille, *nihil referre futuri regis, futuri autem citharœdi referre*, respondit.

Plut. Pericle cap. 2. Gregoras lib. 9.

Aelianus hist. var. 3, 32.

Delectatus deinceps est masculo cantu, quum molles fractasque modulationes, ut perniciem, averteretur. Quo 25
nomine maxime amplexus est Timotheum, artis ejus professione celebrem. Ille enim adcommodata ad 26
ingenium illius scientia, modo, quem *Phrygium* appellant, ita aliquando eum rapuit, ut tamquam divino instinctu exardesceret animo, &, velut propinquo jam hoste, ad arma capienda profiliret. Eloquentiæ etiam 27
sub Anaximene Lampsaceno studuit. quæ res postmodum incolumitatem urbi adtulit, quum Persarum opibus studentem Alexander diruere constituisset. Con- 28
spicatus enim Anaximenem extra mœnia prodeuntem, nec dubitans, quin pro patria deprecatum venisset, *Græcorum Deos* testatus est, *non facturum se, quod petisset.* Quo audito callidus ille rogavit, *ut Lampsacum dirueret.* Ille & jurisjurandi religione adstrictus, & magis etiam præceptoris olim sui sagacitate delinitus, gratiam delictorum Lampsacenis fecit. Comœdos, ut instituto suo parum 29
congruentia tractantes, corrumpendisque moribus natos, contempsit. Neglexit & pugiles, quamquam maximi tum in Græcia fierent, forte quod otiosos & saginæ ad-

Dio Chrys. orat. 2. Suidas v. Τιμόθ. Dio pr. orat. 1. Erasm. adag. *a Dorio ad Phrygium.* Plut. de fortun. Alex. 2, 4. Pausanias lib. 6. Val. Max. 7. 3, 4. Suidas V. Ἀγαθ. εἰμ. 2, 4, 14.

Athen. pr. lib. 13. Dio Chrysost. orat. 2. Plut. cap. 6, 7, 12.

addictos, valida membra spectaculorum potius ludibriis, quam patriæ necessitatibus, commodare, non probabat. Reliquas artes, etiam quas ipse non adtigerat, impense fovit. Unde ex toto fere orbe passim ad ipsum confluebant, quicumque insigni aliqua peritia præcellere sibi videbantur: eique vel ingenii sui monumenta dedicabant; vel exhibito artis suæ specimine, a munificentissimo Regum, & cujus animo fortuna responderet, immensas plerumque divitias consequebantur. Etiam quos procul positos præclara eruditio aut virtus commendabat, iis ingentia munera ultro largiri consueverat. Igitur tantus ea tempestate doctorum atque sortium hominum proventus fuit; ut vix ulla ætas bonis artibus copiosior exstiterit. Solent enim ingenia moresque componi ad principum mentem; omnisque fere temporum inclinatio regnantium infamia, vel decus est.

Plutar. de fort. Alex. orat. 2. Schoner. c. 1. Algebræ. Quintilia. 2, 20, 5. Vituv. præf lib. 2. Lucianus pro imagin. Laert. in Xenocrate. Plut. adversus Colot. c. 50. & in Phocione cap. 120. & de fort. Alex. 1, 14. & 2, 1, & 4.

CAP. IV.

ARG. Homerum inprimis dilexit, semperque secum tulit: eique pretiosissimi operis capsulam dedicavit. unde edutio e narthecio adpellata. versus in eo probatissimus Alexandro. Cultus & cura corporis: voluptatum contemptus: animi robur ab Alexandro ostensum in equo Bucephala: quem specie & ferocia præcipuum, quum omnes tractare pavescerent; ipse patrem rogavit, ut domare liceret: remque sagaciter & prospere confecit: magna cum omnium admiratione, patrisque lætitia.

EX veterum monumentis nihil antehabuit Homero; quem unum omnem sapientiam, qua imperia constant, optime complexum esse autumabat. adeoque eum cordi habuit, ut Græco cognomento *amator-Homeri* diceretur. Libros ejus semper secum ferre solitus, etiam quum quiesceret, una cum pugione sub cervicali reponebat; *militiæ suæ viaticum*, & *institutionem bellicæ virtutis* adpellans. *Achillem* prædicabat *felicem, quod tantum virtutis suæ præconem invenisset.* Reperto inter Damascenam prædam materiæ curæque exquisitissimæ scrinio, & disquirentibus amicis, *cuinam usui convenientissime destinaretur?* ipse, *Homero*, inquit, *dedicabimus; ut pretiosissimum humani ingenii monumentum elegantissimo etiam opere servetur.* Inde obtinuit, ut emendatissima Poetæ editio, quam magna cura comparaverat Alexander, *e narthecio* vocaretur. quippe serinium

Dio Chrysost. tota orat. 2.

Plut. c. 13. de fort. Alex. 1, 4. Vopisc. pr. Probi. Cicero pro Archia cap. 10.

Plutarch. cap. 44.

Strabo lib. 13. Plutar. c. 13. Plin 7, 3.

nium illud, quum adhuc Persarum esset, unguentis & odoribus adservandis serviverat. Quidam prospere gestę rei nuncius, quum citato cursu ad eum ferretur, dextramque porrigeret, vultu maximæ lætitiæ notas præferente: *Quid mihi nunciaturus es tanto gaudio dignum*, inquit, *nisi forsan Homerus revixit!* Sed tum eo jam felicitatis pervenerat, ut propemodum exsatiatæ gloriæ nihil deesse putaret, præter idoneum buccinatorem. Crebra autem lectione totum fere edidicit, ut nemo neque promptius eo familiariusque uteretur; neque exactius de eo judicaret. Ex omnibus autem ejus carminibus maxime probabat versum, quo boni simul imperatoris, robustique militis laudes Agamemnoni tribuuntur; eumque præcipuum virtutis incitamentum, & veluti morum suorum magistrum habuit His itaque disciplinis imbutus, summæ fortunæ vim atque dignitatem egregie tutatus est; superbia & licentia, qua quidam sola principes agunt, abstinuit. Cultu curaque corporis haud multum supra privati modum eminens, virtute potius quam vestium ornatu anteire suos, imperatorium censebat: hilaris, humanus, adfabilis; ut tamen contemptum excluderet: vino deditus; sed citra ebrietatem. nam si otium nactus esset, sermonibus magis, quam compotatione tempus extrahebat. Voluptates ita contempsit, ut matri curam injiceret, ne plane ad generandum inhabilis esset. Illud inprimis religiose tenuit, ne cujus thorum violaret. Quibus vitæ morumque institutis diu inhæsit; magnumque & memorabilem Regem egit: donec impetu quodam, & velut torrente fortunæ convulsus & mutatus pristinam animi moderationem paulatim exueret. Animi robur cum insigni dexteritate, magna patris & aliorum admiratione ostendit in equo bucephala; nam id nomen bubuli capitis figura insignitus acceperat. Plurimum tum equestri laude pollebat Thessalia, nobilumque equorum greges multis locis alebantur. Eminebat tamen inter omnes viribus & specie bucephalas, quem Philonicus ex Pharsalia oriundus, maximo in illis regionibus principe dignum existimans, ad Philippum adduxerat, sedecim talentis venalem. Quum autem velocitatem equi obsequiumque experturi in campum descendissent; nemo amicorum satellitumque Regis tractare eum potuit. quin insurgebat in omnes, & conscendere conatos ferocia exterrebat. Jamque pro indomito, & ob feritatem inutili, relinquebatur; quum suspirans Alexander, *Qualem isti equum perdunt, per mollitiem animi, & tractandi imperitiam!* Quo sæpius repetito a patre increpitus, *quod emendare non posset, majores pertioresque conviciis incesseret; Ego vero*, inquit, *emendabo*

Lucian. dial. mort.

Plutar. de fort. Alex. 1, 13. Homer. Iliad. 3, 179.

Curtius 3, 6, 19.

Plutarch. cap. 38.

Athen. 10, 10. Plutarch. apophth. cap. 36.

Scholiast. Aristoph. in nubib. Plin. 8, 24. Justinus 7, 6, 8. Plin 8, 42. Plut. c. 9.

15 *dabo pater, si permiseris.* Atque illo subjiciente; *frustratus autem quam pœnam pendes? equi*, inquit, *pretium luam.* exortoque omnium risu, convenit, *ut victor equum patre emente haberet; victus amitteret pecuniam.*

16 Tum Alexander comprehensis equi habenis, eum ita statuit, ut in adversos Solis radios conversus, umbram suam conspicere non posset: ea enim antea exterritum acrius ferocisse observaverat. quumque nihilominus æstuaret, jubam demulcens, dimissaque sensim chlamyde,

17 in sævientem adhuc insilit. Ille parendi insolens cervicem & calces jactare, multaque pervicacia contra frenum niti; denique proripere se conari, & ingenti violentia cursum moliri. Spatiosa & equitabilis planicies

18 suberat, ergo ferocientem exultantemque effusis collum habenis, adactisque calcaneis cum ingenti clamore in

19 cursum permittit. Ingens deinde campi spatium evectus, jam lassatum & consistere volentem impellere non antea destitit, quam exhaustum cursu, & labore domitum,

20 mansuetiorem jam mitioremque reduxisset. Descendentem manantibus gaudio lachrimis complexus est pater; osculoque capiti impresso, *majus imperium sibi circumspicere* jussit, *nec enim Macedoniæ regnum tantam indolem*

21 *capere.* Posthæc * bucephalas, quum in cæteros ferociam suam retineret, uni Alexandro mira submissione paruit; multorumque mox laborum atque discriminum

22 socius, in prælio adversus Porum periit. Dignum id argumentum visum est, quo inlustrarent opera sua nobilissimi artifices: *duas ex marmore statuas equum domantis ostentant; Praxitelis & Phidiæ certamen. Alexandri eas imagines esse, quamvis ambigi possit, auctores haud obscuri crediderunt.

* Curt. 6, 5, 18. 8, 14, 34.
* Blondus l. i. Romæ instauratæ. Merulæ Cosmogr. in regione urbis sexta Ant. Lafrerus Sequanus formis æneis excudit. Bern. Gamucci lib. 3. dell. antichita di Roma. Rosin. antiquit. 1, 6.

CAP. V.

ARG. Post hac absente patre Macedoniæ præpositus, Medaros domat: urbem condit: deinde a patre evocatus, ipsi militat: quo tempore Philippus omissa Byzantii obsidione, Scythiam ingressus, Atheam Regem vicit. deinde per Triballos iter facienti, exorta seditione ob prædam grave vulnus accepit. Quem jacentem protegit Alexander & claudicantem ex vulnere consolatur. At Philippus universæ Græciæ imperio imminens, quum multos jam populos obnoxios haberet; Athenienses invadere statuit. Interim Illyrii rebellantes ab Alexandro subiguntur. Philippus Amphictyonum decreto, contra Amphissenses dux electus, Elatea occupata

cupata maximum Athenienſibus terrorem incutit. Sed illi Demoſthenis oratione confirmati, exercitum & claſſem educunt; ipſum Thebas mittunt, quo & Philippi legatio venerat.

Plutarch. cap. 14.

HIs atque talibus ingenii animique experimentis eam apud Philippum exiſtimationem nactus eſt, ut, quum ipſe Byzantinos obſidione urgeret, idoneum jam crediderit filium, cui libera cum poteſtate Macedoniæ curam committeret, annos omnino ſedecim habentem. Quo comperto Medarorum quidam, Thracia natio, Macedoniæ ſubjecta, opportunum defectioni, quam dudum agitabant, tempus adveniſſe rati, conſilia nudavere. Sed adoleſcens oſtentandæ virtutis occaſione lætus, cum ducibus a patre relictis propere in eos movit: victisque & ejectis rebellibus, urbem eorum varii generis convenis habitandam dedit: illi Alexandropolin ex nomine auctoris ſui adpellavere. Philippus eventu rei gaudens, cæterum ſolicitus, ne ſuo arbitrio permiſſus adoleſcentis animus, majora viribus cum exitio capeſſeret; evocavit eum, ut ſe magiſtro, ardorem prudentia temperare diſceret: & in ſubigendis Cherſoneſi oppidis, ſtrenua promptaque opera ejus uſus eſt. Cæterum quum ad Byzantium, validam urbem, hæreret obſidio, civibus egregie pro libertate pugnantibus; *iisque Græci barbarique, quibus incrementa Philippi ſuſpecta erant, certatim auxilio venturi* nunciarentur; deſperata victoria, id unum agitabat, quanam ratione quam minimo copiarum atque famæ damno ab obſidione diſcederet. Imperabat eo tempore Getis, Scythico populo, Atheas: qui armis Iſtrianorum preſſus, auxilium a Philippo petiverat, ſpe adoptionis facta, ſi feſſis Getarum rebus ſuccurreret. Idem, quum hoſtium imperator deceſſiſſet, belli metu liberatus, Macedonas vacuos remiſerat, negans *vel ipſorum auxilio, vel adoptione Philippi eguiſſe; cui adverſus hoſtes ſatis propriarum virium, & in ſucceſſionem regni filius eſſet.* Eam barbari contumeliam ulturum ferens Philippus, omiſſo Byzantio in Scythiam convertit agmen. Ubi conſerto prælio, quum numero ſuperiores Scythæ eſſent, nec virtutis pœniteret, arte Philippi Macedonibus victoria ceſſit. Cujus omne precium pecorum equorumque maximi greges, & infirmiores ætatis ſexusque captivi fuere: cæteræ prædæ nihil exceptum eſt. quippe opibus minime ſtudebant Getæ; ſed quotidiano victu contenti, paupertatem inter vitæ commoda numerabant. Cæterum quum ex Scythia regrediens, longo impedimentorum agmine, per Triballos iter faceret; illi opportunis locis occupatis trans-

Paul. Diac. de geſt. Longobard. 5, 40.

Stephanus V. Ἀλεξάνδρεια.

Juſtin. 9, 1, 8.

Juſtin. 9, 2. Oroſ. 3, 13.

Otto Friſing. 2, 24. Io. Magnus hiſt. Goth. 3, 10. Aeſchines contra Ctefiphontem.

9 transitum negabant, niſi prædæ partem accepturi. Erant in exercitu Philippi mercenarii Græcorum milites, qui & ipſi, quum in diſcriminis partem veniſſent, commodorum exſortes haberi moleſte ferebant. Inde orta ſeditione
10 ad manus ventum eſt: tam acri certamine, ut multis utrimque cadentibus etiam Rex fauciaretur; transfoſſo femore, eodemque vulnere interfecto equo: tanta vis adacti teli, tantaque virtus inferentis ictum fuit. Ibi tum
11 ante omnes proſiluit Alexander, jacentemque clypeo protegens, inruentium in eum alios occidit, alios avertit in fugam. Ita filii pietate ſervatus eſt, abſcedentibus qui oppreſſuri fuerant; eo promptius, quod interfectum crediderant: ſic ipſi vulneris atrocitati vitam debuiſſe viſus, mortis opinione mortem effugit. præda in-
12 ter conſternationem amiſſa eſt. Cæterum ex vulnere claudicare coactus, quum initio eam corporis deformationem ægro animo ferret, memorabili ad poſteritatem adoleſcentis voce monitus eſt, *non iraſci vulneri, cujus opera ad ſingulos greſſus ſuæ virtutis admoneretur.* Satis
13 jam gloriæ potentiæque Philippo quæſitum erat; ſatis etjam periculorum atque vulnerum pertulerat: ſi quietem pati poſſet animus ambitione vecors. Tributarios Illyriorum Macedonas, omnium non vicinorum modo, ſed
14 etiam longe diſitorum dominos effecerat: Triballos ſubegerat: Thraciam habebat in poteſtate: multis Græcorum populis imperabat; alios metu, aut largitionibus tenebat obnoxios. Theſſalos Daochus, Cineas, Thraſy-
15 dæus, cum Eudico & Simo Lariſæis; Arcades Cercidas, Hieronymus, Eucalpidas; Argivos Myrtis, Teledamus, Mnaſeas; Eleos Euxitheus, Cleotimus, Ariſtæchmus, regio jugo ſubdiderant: Meſſenios Philiadæ liberi, Neon & Thraſylochus; Sicyonios Ariſtratus & Demaratus:
16 Megarenſes Ptœodorus, Helixus, Perilaus; Eubœenſes Hipparchus, Clitarchus, & Soſiſtratus, ſuæ quique civitatis principes, conciliabant: Olynthum Euthycrates & Laſthenes prodiderant. Una Spartanorum civitas veteris diſciplinæ egregie tenax, & proditionis im-
17 munis fuit. Sed quum imperio totius Græciæ immineret, Athenienſium maxime opes morari deſtinata cernebat: nec deerant in civitate, qui res ad ipſum traherent; ſed populus, qui omnia poterat, impellente Demoſthene contra Macedonum opes nitebatur, crebrisque, ut inter potentes vicinos, contentionibus, ingenium Philippi callidum, audax, & ob dominationem fidei famæque
18 negligens cognoverat. Maxime urebat Regem recens dolor, quod ad Byzantium, Athenienſium opera, ſpe ſua excidiſſet: qui non modo centum & viginti navium claſſem obſeſſis auxilio miſerant; ſed & Chius Rhodiisque eadem auden-

Curtius 8, 1, 24.

Plutarch. de fort. Alex. 1, 13. Cicero de orat. 2, 61.

Demoſth. de corona. Curtius 10, 2, 23.

Demoſth. de corona. Plutar. Demoſth. c. 4.

Demoſth. de falſa legatione Diodor. 16, 54. Pauſanias lib. 7.

Demoſth. de corona. Diodor. 16, 78.

audendi auctores fuerant. Igitur dum perquiratur vulnus 18
in Triballis acceptum, omnia occulte præparabat, quo
Athenienſes improviſus opprimeret. Exercitum retinenti
obtentui erant Illyriorum nationes, quæ ingenio feroces,
& ſervitutis inſuetæ, impoſitum nuper jugum excutere
Curtius 8, 1, 25. tentabant. In eos Alexander miſſus, barbaris fuſis fu- 19
gatisque, eam de fortuna atque virtute ſua ſpem, & reli-
quis fecit, & ipſe concepit, ut jam ſine patre rebus gerun-
dis ſe parem exiſtimaret. Hæc per biennium geſta. Phi- 20
lippus autem præparatis omnibus, quæ olim deſtinave-
rat exſequi maturum ratus, exoptatiſſima occaſione obla-
ta, ante initium veris cum exercitu in Græciam venit:
Aeſchines contra Cteſiphontem. convocatis etiam ex Peloponneſo copiis ſociorum. Quippe 21
Amphictyonum decreto creatus erat Imperator Græco-
rum, ut inſolentiam Locrorum, qui Amphiſſam inco-
lunt, caſtigaret: namque Cyrrhæum agrum Apollini dica-
tum, Amphictyonum auctoritate contempta, colere
perſeverabant; ducemque ab his creatum, interemptis
quibusdam, vulneraverant. Erat cum Philippo fœdus 22
cum Athenienſibus, ſed parum in eo præſidii futurum
arbitrabantur, ſi Regi violandæ fidei merces adfuiſſet.
Igitur legatos ad ipſum mittunt, petituros, *ut pactis ſtaret; aut certe ante ver adultum nihil hoſtile moliretur. deliberaturum interea populum Athenienſem, qua ratione controverſiæ*, quæ inciderant, *componi poſſent.* Thebas quo- 23
que legationem decernunt, quæ expoſito *communi periculo*, hortaretur, *ut ſimul cum ipſis tutelam Græciæ ſuſcipe-*
Demoſth. de corona. *rent.* Sed Philippus per hoſpites & amicos, quorum
Timolaus, Theogitonque & Anemætas plurimum apud
cives ſuos poterant; Thebanos in amicitia Macedonum
continuit. Ratusque ſi cum ſolis Athenienſibus futura res 24
eſſet, facile ſe ſuperiorem fore, victis ad Amphiſſam
Plutarch. Demoſth. cap. 24. Locris eorumque ſociis; in Phocidem raptim ducto
agmine, Elateam finibus Thebanorum ſimul Athenien-
ſiumque imminentem occupat, impoſitoque præſidio,
velut in belli ſedem, operibus munit. Ejus rei nuncius 25
noctu Athenas perlatus tanta tripidatione urbem imple-
vit; ut quum primo diluculo populus in concionem ve-
niſſet, invitante ex more præcone, *qui ſalutare patriæ*
Demoſth. de corona. *conſilium haberet, uti diceret*, nemo ſurrexerit. Donec 26
Demoſthenes congruentia tempori diſſerens, perſuaſit,
ut e veſtigio claſſis & exercitus educerentur; & legati tum
Diodor. 16, 86. *ad cæteros Græcos, tum inprimis ad Thebanos mitterentur.*
in hanc ſententiam decreto facto, Chares & Lyſicles co-
piarum imperatores conſtituti; *Demoſthenes legationis*
ad Thebanos princeps iri juſſus eſt. Non fefellerat ea res 27
Macedonis ſolertiam, ſatisque proſpiciebat, quanta bel-
li moles oritura eſſet, ſi inter iſtos populos fœdus conve-
niſſet,

28 niſſet. Quippe Athenienſium civitas tunc etiam opibus
& auctoritate ſatis pollebat: nec Thebanorum aut poten-
tia contemnenda erat, aut opinio. necdum exoleverat
memoria Leuctricæ pugnæ, qua principatum Græciæ Nep. Epa-
29 Lacedæmoniis extorſerant. Igitur ut & ſociorum con- minond.
firmarat animos, & diverſæ factionis machinationes
præverteret, Amyntam & Clearchum Macedonas eo mi- Plut. De-
ſit; addito, cujus eloquentiæ plurimum fidebat, Pytho- moſt. c. 24.
ne Byzantio: quem in concilio Bœotorum ita loquutum
accepimus. Diodor. 16, 86.

CAP. VI.

ARG. Scytho Byzanius ſocietatem Regis Athenienſium amicitiæ præferendam contendit; iſtos, homines ſuperbos & Thebanis mimicos eſſe: contra Philippum hoſpitem, alumnum, bene de ipſis meritum, cui ſi ſe jungant, Atticis ſpoliis ditandos eſſe. Philippum Athenienſium injuriis a barbaricis bellis avocatum, invitum arma per Græciam, quam tantopere amet, circumferre: Macedonum potentiam unius nutu regi: apud hoſtes, ut in populari ſtatu, audaciſſimi cujusque arbitrio cuncta geri.

1 *SI Philippo in Macedonia deſidente, Elateam Athe-*
nienſis exercitus haberet; neque vobis ullum cum
Rege fœderis aut amicitiæ jus eſſet: tamen dubitare
non debeo, quin illius ſocietatem eſſetis optaturi. quis
enim illum tanta potentia, tantisque rebus geſtis, civita-
2 *ti ſama, quam viribus, validiori non præponeret? Nunc au-*
tem quum illo, qui victricibus copiis velut veſtibulum urbis
veſtræ obtinet, ſocio atque amico utamini; ab Athenienſi-
bus multis veteribus atque novis injuriis adfecti ſitis; ho-
rum amicitiam, neglecto Rege, vobis ſuadere, profecto con-
3 *tumelia eſt, Thebani. Sed ſuperbiſſimi mortalium ſibi ſolis* Juſtin. 5, 3, 5.
ingenium conſiliumque ſupereſſe autumant; reliquos, & in-
primis Bœotos (vobis enim præ cæteris inſultant) ineptos Plutarch. Alcibiad. cap. 4.
& rudes eſſe, nec quæ utilia honeſtaque factu ſint, digno-
4 *ſcere. Itaque, quo nihil eſt dementius, id ſe vobis perſua-*
ſuros putant, ut ex ipſorum potius arbitrio, quam utilita-
te veſtra hoſtes atque amicos habeatis; verbis conſiſi, in
5 *quibus omnis ipſorum vis eſt. Sed verba nemo ſanus ante*
facta habuit; præſertim in bello: ubi res manu geritur;
linguæ promptitudo ſupervacanea eſt. Ut ſibi diſerti vide-
6 *antur, virtus & fortuna Philippi, tantis ſuis ſocio-* Livius 23, 20. 1.
rumque viribus ſubnixa plus poterit. Nec enim fa-
cile dixerim ſtolidior an impudentior ſit eorum
poſtulatio. Intentatum Atticæ fulmen excipite

Thebani: socio atque amico Regi bellum cum exitio vestro facite, ut nos in tuto simus: vestros agros, vestra corpora objicite, ne injuriarum suarum vindictam ab Athenienſibus Philippus exigat. *Hæccine ſunt poſtulata hominum, qui aut ipſi ſano judicio utantur, aut alios uti credant! Qui modo nullam premendi vos occaſionem prætermiſerunt; qui vos contumeliis, injuriis, armis, quantum potuerunt, perſequuti, veſtras clades atque pericula felicitatem ſuam rati ſunt: it nunc a vobis petere audent, ut cum ipſis perire malitis, quam cum Philippo vincere. At* 7 8

Juſtin. 7, 5, 3. *iſte hoſpes & alumnus veſter, educatus in contubernio Epaminondæ clariſſimi imperatoris, ſanctiſſimique viri, cum ipſius moribus a tenera ætate caritatem urbis veſtræ imbibit: veſtras & Apollinis injurias Phocenſi bello ultus*

Plutarch. Demoſth. cap. 24. Juſtin. 8, 1, 11. *eſt; quum Athenienſes odio veſtri ſacrilegis auxilia mitterent: iterum communi Amphictyonum decreto exoratus* 9 *ejuſdem numinis contumeliam in Locros vindicavit: huc quoque profectus eſt, ut veſtris commodis conſuleret, non abſceſſurus, donec vos metu æmulæ inimicæque civitatis*

Demoſth. de corona. *ſolverit. Id ſive communibus conſiliis viribusque lubet exſequi; non vetat, quo minus in prædæ verius quam belli ſocietatem veniatis; ſive quieſcitis, transitum concedite, ipſe communium injuriarum idoneus ultor erit. neque mi-* 10 11 *nus ad vos redibit emolumentum victoriæ: greges, armenta, mancipia, quæ ex hoſtibus capientur, maxima ex parte penes vos, ut vicinos, erunt: inde Phocenſis belli damna ſarcietis. Id magis ex uſu veſtro ſit, an veſtros agros uri,* 12 *veſtra oppida expugnari, incendi, diripi, veſtras denique res agi ferriqæ, quod Athenienſes optant, expendite. Nam iracundares eſt ſuſpectus immerito candor, quoque pronior benevolentia fuerit, acrioribus ſtimulis in vindictam agitur. Cæterum hæc ita refero, non quo vobis ingratitudi-* 13 *nem exprobrem, de qua nihil vereor; nec ut formidinem incutiam, qua nihil opus futurum exiſtimo: ſed ut Philippi in vos beneficia, & viciſſim in illum veſtra cogitantes, admoneamini, ea demum firma atque perpetua eſſe fœdera, quæ ſervari utriusque interſit. Quod ſi majora ſunt* 14 *illius merita, vobis curæ erit, ut mutuo in illum animo ſitis: ille maximum laborum præmium putat, ſubveniſſe Græciæ, pro cujus ſalute atque dignitate perpetua cum barbaris bella gerit. Atque utinam illum Athenienſium fu-* 15 *ror ingenio ſuo uti paſſus eſſet, jam in Aſia audiretis arma ipſius eſſe, quæ nunc coercendis improborum motibus, invitus per Græciam circumferre cogitur. Poterat qui-* 16

Demoſth. de Haloneſo. Literæ Philippi ad Athenienſes. *dem amicis Athenienſibus uti, niſi huic Demoſtheni, atque aliis quibusdam, qui imperitam multitudinem, ut expoſitum ventis mare; orationum ſuarum aura, quo volunt, impellunt, vettigalem ſe facere indignum, uſuque & exemplo fa-*

apud Demoſthenem. *dum exiſtimaſſet. Quippe ſi apud illos honeſtati precium* 17 *eſſet, gratuito boni forent. Quibus honeſta vendere mos eſt, ſi eadem flagitii merces detur, utilia a noxiis, recta ab inhoneſtis non diſtinguunt; lucro, non adfectu virtutis aut patriæ, neque Deorum hominumve reverentia du-* 18 *cuntur. Nolite honeſti aliquid aut egregii exſpectare ab his hominibus: Veſtris utilitatibus non moventur, qui patriæ tam male conſulunt. Implicare vos volunt iisdem calamitatibus, ex quibus modo Macedonum virtute atque fide liberati eſtis: tantoque majoribus, quanto formidabilior hoſtis futurus eſſet Philippus, quam Philomelus,* 19 *aut Onomarchus fuere. Nam in precario imperio etiam boni ducis conatus haud minus cives, quam hoſtes, præpediunt: Regum juſſis nemo intercedit, nemo refragatur:* Demoſth. de corona. 20 *unius arbitrio cuncti reguntur. In quo, quantum in rebus bellicis momentum ſit, non ignoratis. Nec jam in uno corpore Macedonibus id præſidium eſt. Philippum etſi fatum auferret, Alexander regenerat. qui jam in adoleſcenti hac ætate ea animi ingeniique documenta edidit, ut prope conſtet, ſummis imperatoribus parem eſſe futurum.* 21 *Contra apud Athenienſes pacis bellique arbitrium, quia penes omnes eſt, velut in medio poſitum audaciſſimus quisque ad ſe trahit; impetu magis quam conſilio cuncta diguntur: homines maligni ſuadent, imperiti decernunt: bellum ſumitur animoſius, quam geritur: fœdera haud* 22 *minori facilitate, quam junxere, violant. Nam & cum Philippo fœdus ipſis eſt. quod quam ſancte ſervent, re ipſa declarant. nec enim pro ſe fidem violaſſe ſatis habent; niſi* 23 *per ipſos latius ſerpat iſta contagio. Veſtra autem conſtantia, Thebani, qua non minus, quam rebus fortiter feliciterque geſtis, magni clarique habemini, non ſinit ambigere, quin multis experimentis cognitam Regis amicitiam,* Juſtin. ii. 4, 9. 24 *ſemper infeſtæ æmulæque civitati prælaturi ſitis. Neque vero averruncator malorum Hercules ſiverit, ut, quem indigenam civemque Deum præcipua religione colitis, ejus ſanguinem impio injuſtoque bello perſequamini. Nam cæteros quidem ſocios, quam amicitiæ regiæ non pœniteat,* 25 *ex ipſis vos malo cognoſcere.* Hæc Python. Auditi dein ſociorum legati, prolixe commendato Regis animo, petiverunt, *ut ipſum potius Græciæ vindicem, quam perturbatores ejus Athenienſes ſequerentur.*

CAP. VII.

ARG. Demosthenes & Philippi laudes extenuat, & Athenienſibus objecta crimina purgat. popularem ſtatum ſibi cum Thebanis communem, & contra regiorum odia ab utrisque conſtanter tuendum eſſe. Oratores Philippi, ſuis urbibus proditis, idem cæteris perſuadere velle; ut ſerviant Regi perfido, & potentiam perjuriis nacto. Se nihil unquam a Philippo petiviſſe, contra quam illi objeciſſent. Libertatem gregibus & mancipiis non permutandam. Thebanis non licere regios ſe gerere: ſed omnino, ſi ſalvi eſſe cuperent, cum Athenienſibus eſſe ſentiendum. Id ſi fecerint, ſuperiores Philippo fore. cujus potentiam, dolos & largitiones frangi caverique poſſe. Alexandri, ut pueri, rationem non habendam.

AT Demoſthenes facta dicendi poteſtate, *Non ignorabam*, inquit, *iſtos Philippi mercenarios neque laudibus in ipſum, neque in nos conviciis eſſe temperaturos. nam qui pudorem conſumpſerunt, quid loquantur aut faciant, parum penſi habent, dum cupiis potiantur. Sed illi quidem, ſi bene vos novi, Thebani, ſpe ſua egregie falſi, dignum virtute veſtra, Græcorumque moribus reſponſum ad Macedonem, referent: vos autem ad ea, quæ nunc agenda ſunt, animum diligenter advertite. nam veſtrorum quoque negotiorum ſummam nunc agi ipſis rerum argumentis oſtendemus, non verborum præſtigiis, quibus iſti vereri ſe dicunt, ne capiamini. Sed quando ſic pro nobis ſunt ſoliciti, ponant metum, nihil faciemus, quo eloquentiores videamur. malam quandoque cauſſam adjuvit facundia: Ubi nudam veritatem ſpectari dicentis intereſt, verba nemo prudens adpendit. Nec de Philippo laboramus; ſit ſane per nos, qualem iſti fingunt: ſit etiam pulcher, eloquens, atque adeo in conviviis etiam hilaris. nam & hinc eum commendavere quidam; adeo inanem veræ gloriæ fatebantur. Cæterum legatos ejus miror ea civitati noſtræ coram vobis objeciſſe, quæ ſi crimina ſunt, non magis Athenienſibus, quam Thebanis defendenda eſſe, in confeſſo eſt. popularis enim ſtatus incommoda exagitant: quæ licet non ignoremus utrique, tamen regio dominatui merito præferimus. Atqui illi ſic loquuti ſunt, tamquam in circulis & conviviis Macedonum adulatione gratiam quærerent; non apud liberam civitatem officio legatorum fungerentur. Scimus quidem Regum regiorumque mancipiorum adverſus gentes urbesque liberas pertinacia odia, & ſimpliciter fecerunt iſti, qui detegunt: ſed eo magis adnitendum nobis eſt, The-*

Thebani, ut jura legesque noſtras tueamur. Et optandum inprimis eſſet, ut qui rempublicam adtigerunt, iis unum, idemque pulcherrimum certamen foret, quinam rectius civitati ſuæ conſulerent, aut conſulta exſequerentur: nemo communia commoda poſthaberet privatis; nemo accideret munera; nemo iſtorum exemplo patriam Philippo proderet. Verum, Thebani, nulli unquam non civitati modo, ſed etiam homini integra perfectaque felicitas obtigit: beatiſſimus habetur, cujus fortuna minimum ex adverſo trahit. Malos autem nobis cives eſſe, neminem fugit: ne vos quidem caruiſtis, aut caretis, Thebani: nam ſine eo eſſet, non jam Elateæ Philippus libertati noſtræ plagas tenderet; ſed de regno Macedoniæ nobiscum decretaret. Habemus tamen & bonos, eosque plures malis, & potiores. Argumentum poſcis? liberi ſumus: non ſervimus Philippo, ſicut tu Python Byzantios tuos ſervire voluiſti; tu autem Daoche, & tu Thraſidæe Theſſali os Regi vendidiſtis. Theſſaliam enim ſervituti Philippi premi, videtis Thebani, & nisi fallor, juxta nobiscum ingemiſcitis: Byzantium, quantum in Pythone fuit, idem manebat exitium; quod Olynthus perpeſſa eſt: nos liberavimus. Quippe Græcam civitatem, cum maxime ſociam atque fœderatam, ille religioſus atque venerabilis adſertor Græciæ nec opinantem opprimere adgreſſus fuerat. Hæc eſt nimirum præclara ipſius prudentia, calliditatem pro ingenio habet: periurium artem putat: perfidia tamquam virtute utitur. Aut dicat denique, quo alio pacto formidabilem illam potentiam nactus eſt: ſi Græcos fraudibus, inſidiis, proditione non cepit, ſi barbaros etiam non auro magis, quam ferro vicit; ſi denique cuiquam mortalium aut fidem dare gravatus eſt, aut datam fallere non ſuſtinuit. Iſtis tamen ille Græciæ vindex, nos perturbatores ſumus! Sed quid iſtos pudeat, qui ſua crimina nobis objectare malunt, quam non admonere vos eorum, quorum ipſi manifeſti ſunt? Si quis captorum munerum aut proditionis reus eſſet, illum tuendo, propugnando, legibus & pœnis eripiendo veſtrum negotium ageretis: nunc alios accuſando, in vos ſententiam dicitis. Quod ſi ignari, quorſum ea res pertineret, id admiſiſtis; prudentiam in vobis requiro: ſi ſcientes prudentesque, verecundiam. Pro mea, quique in eadem mecum cauſa ſunt, innocentia ſuffecerit, quod nos a Philippo nihil accepiſſe ipſi fatemini. nec enim, ſi quid petiviſſemus, vacuos abire paſſus eſſet liberaliſſimus Rex, ut a vobis quidem prædicatur. An qui vos corrupiſſe operæ pretium putavit, nobis, etiam petentibus, non largietur? At Thebanos modo monuiſtis, ne conſilium eorum ſequerentur, qui patriæ male conſuluerunt. Ego vero deſino adverſari illis, Thebani, ſi ita ſentiunt: in ipſorum opinionem transeo; vosque, quanto maximo poteſt, opere hortor, oro, obſecro, perque veſtram & communem

Plutarch. cap. 24.

Demoſth. de coron. Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή.

nem Græciæ salutem obtestor, ut hoc ipsorum decretum amplectamini. Id si feceritis, nequa pecorum atque armentorum gratia vos ipsos venire patiemini; neque ut ergastulis ager vester frequentetur, inter cætera Philippi mancipia Pæonibus & Triballis servietis. Nam isti greges & mancipia intueri vos jubent, egregia servitutis præmia; uxores, liberos, parentes, libertatem, famam, fidem denique & fas Græcorum vilia habere. Hæc enim profecto perdidistis, Thebani, nisi fraudi violentiæque Philippi una nobiscum restitistis. Quod si alienis laboribus tutos vos persuasum habetis, vereor, ne magnopere decipiamini. Etenim (quod abominor) Philippo victore, cui dubium est, quin neque vos, neque quisquam Græcorum libertatem tueri possitis (nam in fide Philippi multum reponere, eorum est, qui perire velint) at si nos Victoria respexerit, quid ab hominibus, quos in extremo salutis atque dignitatis discrimine deseruerit is, exspectandum vobis putetis, considerate. Nam quæcumque vobis sententia federit, Atheniensibus certe omnia experiri, neque libertatem prius, quam vitam amittere, decretum est. Quamquam etiam viribus non diffidimus; quibus si vestras sociatis, conjuncti utique superiores erimus hosti, cui singuli pares esse possumus. Non ignoramus potentiam ejus Athenienses, quam olim nascentem augescentemque prævidimus; & si cæteris Græcorum eadem mens fuisset, præcaveramus. Diu enim bellum cum eo gessimus, non de Amphipoli, aut Haloneso, ut plerisque credebatur; sed pro salute & libertate Græciæ: donec destituti ab omnibus; a nonnullis etiam oppugnati, pacem necessariam magis, quam honestam fecimus. Sed nunc, opinor, præses arcis nostræ Minerva, & Apollo Pythius patrium nobis numen, cæterique Græcorum Dii * aperuerunt oculos, & in vindictam avitæ libertatis populorum suorum animos excitant. Certe Herculem non sine indignatione verba legatorum audivisse arbitror, Philippo stirpem ab illo Deo repetentium. Ille enim agnoscat Deus, omnium religionum contemptorem; Græcus, Macedonem; tyrannum, osor, punitor, exstirpator tyrannidis! Nullo enim alio argumento clariora sunt Herculis opera, at ille Græciam dominatu premit; quibusdam etiam civitatibus domesticos tyrannos imposuit, Philistidem Oreo, Hipparchum Eretriæ, Chalcidi Taurosthenem. Ergo jam * Euboei, Achæi, Corinthii, Megarenses, Leucadii, Corcyræi nobis favent: alii fortunam spectant, * quæ hactenus unicum Macedoniæ potentiæ vinculum fuit, quo leviter abrupto, ultro dilabetur. Quippe Thessali, * unde Philippo robur equitatus est, * neminem unquam diu fovere: Illyrii cæterique Macedoniam adcolentes barbari, quorum & natura ferox est animus, & indignatione recentis servitii irritatus, si principia belli Philippo sequius evenerint, reliqua pro

Demosth. de corona. Plutarch. Alcibiad. cap. 4. * Curt. 5, 5, 9.

Demosth. Philipp. 4. Dinarch. contra Demosth. * Demost. de coron. Plutarch. Demost. c. 24. * Demosth. ad Philippi epistolam. * Justin. 7, 6, 8.

pro nobis conficient. Vos modo nobiscum acriter in hanc curam incumbite: sepositis interim contentionibus, quas inter vicinas urbes sæpe levis occasio concitat, odia privata, postrem bene gestam, communis lætitia in benivolentiam verret; aut quum porro insanire vacabit, cum dedecore forte damnoque utrorumque, sed tamen citra exitium resumentur. Neque dolos Philippi timueritis: modo promissis ejus aures occludite; manus continete a muneribus. Si nihil ante libertatem habueritis, callidi tas, & largitiones frustra erunt: potentiam ut discordiæ Græcorum extulerunt, ita consensus obruet. Quin & ipse, ut est temerarius, excipi potest, quod si cadat, nihil a cæteris est periculi. nam ipse gloriam atque dominationem; qui sui eo sunt, quietem expetunt. Nisi forte Alexandrum veremini: quoniam isti quidem ita vos contemnunt, ut ideneos putent, quibus etiam pueri nomen formidinem possit incutere.

* Demosth. adversus Aristocratem. Demosth. Olynth. 2. Plut c. 19.

CAP. VIII.

ARG. Thebani Philippo deserto fœdus cum Atheniensibus jungunt. unde orta ad Chæroneam pugna, qua victor Philippus Græciam in potestatem redigit. venia tamen Atheniensibus data; Thebanos graviter exagitat. Conventu Græcorum (præter paucos) Corinthum indicto, de bello Persis inferendo disserit. Ipse Græcorum imperator eligitur, eique maximæ copiæ decernuntur.

1 CRederes alios repente factos Thebanos, qui modo regios legatos adtente, atque etiam cum adsensu audiverant, adeo in contrarium mutati sunt, ut Philippum hostem judicarent, ni quamprimum suis sociorumque finibus decederet: Macedonicæ factionis homines urbe pellerent: & Atheniensium copias eo re- 2 ciperent. At Philippus inopinata Thebanorum defectione turbatus magis, quam territus, insistere destinatis non omisit. Duobus levibus præliis commissis, quum Athenienses successus non pœniteret; tandem utrique ad Chæ- 3 roneam Bœotiæ oppidum totis viribus consedere. Græcos decora majorum, & cura libertatis adcendebant: Philippus egregiis copiis, totque bellorum victoribus fidebat. in se quoque non parum momenti conlocabat, quod imperatoriis artibus ipse præcelleret; Græcorum 4 celebratissimi duces jam decesserant. Theagenes Thebanis præerat, modico militiæ usu, neque satis firmus

Plutar. Demosth. c. 25. Justin. 9, 4, 8. Demosth. de corona. Diodor. 16, 86.

Dinarch. contra Demoſthenem.

mus adverſus pecuniam : Athenienſium quoque imperatorum virtutem atque peritiam ipſe animo uſuque rerum longe anteibat. Sed duorum potentium populorum in unum converſæ vires, quorum auctoritatem

Strabo lib. 9.

Corinthii quoque aliique ſequebantur, injecerant curam, minima unius diei parte, de capite fortunisque omnibus dimicaturo. Ne Thebanorum quidem 6

Aeſchines contra Cteſiph. Plut. Demoſth. cap. 25.

principes a pacis conſiliis abhorrebant ; ſed Athenienſium ardor evicit, ut omnes Græciæ ſpes opesque unius prælii fortunæ permitterentur. Alexander etiam immodicus animi teſtabatur patrem, ne tantam gloriæ

Dio pr. orat. 2.

occaſionem e manibus elabi ſineret: eoque tandem impulſo, primus in hoſtem impetum fecit. Pugnatum 7

eſt acriter ambigua diu victoria, donec adoleſcens, quem cum delectis alteri cornuum præfecerat pater, ſumma animi viriumque contentione connixus ſacra

Plutarch. cap. 14. Curt. 8, 1, 23. Arrian. 7, 2, 13.

Thebanorum cohorte, quæ ex optimis conſtabat, loco 8

mota, victoriæ viam aperuit. Nam & Athenienſes ſociorum calamitate fracti, æſtuque & vulneribus fatigati, non amplius ſuſtinuere Macedonum impetum. quippe Philippus æmulatione, & pudore, ſi filio adoleſcente deterior videretur, gravis intolerandusque incubuerat Ita de libertate Græciæ iſta pugna decretum eſt Cecide- 9

Diod. 16, 87. Pauſan. lib. 7.

runt ex Athenienſibus amplius mille, ſupra duo millia capti fuere. ſociorum quoque multi aut pugnando mortem occubuerunt, aut vivi venerunt in poteſtatem vi- 10

Juſtin. 9, 4, 5.

ctoris. Miſſus poſthæc Athenas Alexander *veniam delictorum pacemque Athenienſibus Philippum dare* pronunciavit; *captivos etiam gratis reddere ; nec vetare, quin occiſi tumularentur.* quippe Rex intentus in Perſicum bel-

Plutarch. apophth. cap. 30. Polyb. 5, 10.

lum, Græcorum fidem atque ſtudia clementia & moderatione provocabat. Imperio tamen maris & inſularum 11

Pauſan. lib 1.

Athenienſes exuit : in Thebanos immitior. quorum ſubita defectione in ſummum rerum omnium discrimen ſe adductum fuiſſe meminerat ; nec judicabat veteribus ſociis, poſt beneficia ſua cauſſam fuiſſe contra ipſum 12

Pauſan. lib. 9. Diod. 16, 88. Juſtin. 9, 4, 6.

cum Athenienſibus ſentiendi. Ergo quum urbem dediſſent ; præſidio Macedonum impoſito, interfectisque, quos maxime inviſos ſuſpectosque habuerat, aliis ſolum vertere juſſis ; reductis ſuæ factionis exſulibus ma-

Aelian. 6, 1, 8.

giſtratus & judicia tradidit. Reliquos deinde populos, 13

Juſtin. 9, 5, 3. Arrian. 1, 1, 3. Diod. 17, 3.

qui adverſus ipſum arma ceperant, eodem victoriæ impetu perdomuit. Nec quisquam tota Græcia, præter Spartanos & Arcades dominationis ejus expers manſit : alios armis, alios impari ſocietate imperiis ſuis obnoxios habebat. Igitur conventu totius Græciæ Corinthum indicto, 14

Diod. 16, 90. Juſtin. 9, 5.

de bello Perſis inferendo diſſeruit : *obviam eundum eſſe barbaris ; imperium orbis immani ſuperbia ſibi deſtinantibus, aut*

aut parendum ſemper, aut mature reſiſtendum eſſe. Nec enim hoc agi, bellum an pacem habeant Græci ; ſed utrum in hoſtiles agros id transferre malint, an domi accipere. Non veteres tantum injurias vindicandas eſſe ; ſed præſens dedecus amoliendum, ereptis ex Perſarum ſervitute Græcis civitatibus, quæ Aſiam incolerent. Commodiſſime id fieri poſſe, dum compoſitis in Græcia rebus, univerſas vires in transmarinum bellum convertere liberum eſſet. Domeſticæ etiam quieti ea ratione proſpectum iri, amotis occupatisque longinquæ militiæ, qui otioſi diſcordiis & audacia reſturbare conſueviſſent. Conſtituerent igitur, quo imperatore, quibusque copiis bellum iſtud adminiſtrandum videretur. Non fallebat plerosque, quantum e republica peteretur : ſed armis amiſſam libertatem intempeſtivum videbatur verbis repetere. Nihil ergo dubitatum eſt, quin fauſtis adclamationibus *Philippus Imperator Græciæ ad liberandum orbem terrarum in Aſiam proficiſci* juberetur. Deſcriptæ deinde ſingulorum opes ; & quantum quisque militum frumentique & pecuniæ mitteret, in tabulas relatum eſt. Ducenta peditum, quindecim equitum millia promiſſa fuiſſe reperio ; quum in eo numero neque Macedones, neque parentes Macedonibus barbari cenſerentur.

Curtius 3, 10, 5.

Juſtin. 9, 5, 6.

CAP. IX.

ARG. Philippi domus diſcordiis agitatur. Alexandrum, ob jurgium cum Attalo, Philippus ipſe ſtricto petit : ille cum matre Olympiade ex Macedonia profugit. Reverſus amicos ſibi parare ſtudet, increpante patre ; quum ipſe iisdem artibus uteretur. Crebra inter eos jurgia : ob quæ Olympias marito bellum ſtruit. ille id avertit, filia Alexandro Epirotæ data, in quibus nuptiis a Pauſania quodam proprio dolore, & inſtinctu Olympiadis infenſo, theatrum (ubi ſuam imaginem inter Deos conlocaverat) ingreſſurus obtruncatur, magnis rebus geſtis. Olympias Cleopatram ad ſuſpendium adigit.

1 CAEterum, ut ſine mixtura calamitatis nulla in rebus humanis felicitas eſt, res foris proſperas domeſticæ turbæ exceperunt. Animum conjugis olim, ut diximus, alieniorem Olympias moroſitate & adrogantia indies magis magisque averte- 2 bat. Inde *repudiatam* nonnulli tradunt : ego in eodem matrimonio manenti Cleopatram ſuperinductam com-

I, 1, 16.

Plut. c. 14.

Juſtin. 9, 5. 9. Veſſio

Arrian. 3, 1, 24. Curtius 5, 2, 22.

comperio. Nec enim in tanto dedecore dulcissimæ matris, cujus pudor ad ipsum quoque pertineret, (nam *ob stupri suspitionem expulsam* addunt) interfuisset novercæ nuptiis. interfuit autem, & demum post contentionem,

Plutar. c. 15. Justin. 9, 7, 3.

quæ in eo convivio exarserat, matrem abduxit. Quippe 3 quum avunculus sponsæ Attalus, post longam compotationem spem male tegens, *orandos Macedonibus Deos diceret, ut ex nova nupta legitimum regni successorem Philippus tolleret*; Alexander in iram alioqui præceps, & tunc injuria irritatior, *nos ergo, sceleste, spurii tibi videmur?* inquit: simul calicem, quem forte dextra tenebat, in os illius impegit; ille quoque invicem conjecit

Athenæus pr. lib. 13.

poculum. Exorto tumultu, Philippus qui in alio lecto 4 adcubuerat, ejus diei lætitiam turbari molestè ferens, ense stricto Alexandrum petit: occideratque filium, nisi claudicantem ex vulnere pridem accepto gressum, ira vinumque præpedivisset. Prolapsus amicis subita re ex- 5 territis spatium dedit, ut precibus, & utrisque medios interponendo, Alexandrum eriperent. Nec minoris 6 operæ fuit illum exorare, ut salvus esse vellet. multiplici injuria adfectus sibi videbatur; & quamquam *patris regisque* nomina, *naturæque & gentium decreta* ingererentur, non abstinuit, quin insultans Philippo juberet *intueri Macedonas, egregium transmittendi in Asiam belli auctorem, qui ex lecto in lectum transiliens procidisset*. In- 7 de sibi matrique juxta timens, in Epiro, cui frater Olympiadis præerat, eam reliquit; ipse ad Illyriorum Regem

Plutarch. cap. 15. & Apophth. cap. 33.

profectus est. Postea quoque quum reconciliatore De- 8 marato Corinthio in Macedoniam reversi essent; pervicacis ingenii mulier filium, suopte ingenio potentiæ anxium, incitare non destitit, *ut, quos posset, humanitate aut pecunia in amicitiam inliceret; & adversus iracundiam patris, etiam adfinitate potentium hominum se muniret*. Sane olim monuerat Philippus, ut adfabilitate 9

Plutarch. apophth. cap. 31.

sibi conciliaret hominum studia; largitiones autem non usquequaque probaverat: etiam per literas increpito instituto ejus, *quod benevolentiam auderet sperare ab hominibus, quos muneribus corupisset. Falli, qui regium id*

Cicero de offic. 2, 15. Val. Max. 7, 2, 8. Diodor. 16, 55. Plut. apophth. cap. 31. Demosth. de corona. Plut. cap. 16.

putaret, ministri & diribitoris officium esse. Verum quum 10 ipse *pecuniæ omnia penetrabilia* jactaret, eaque haud minus sæpe, quam armis uteretur; non tam recta præcipiendi studio ita scripsisse visus est, quam metu, ne ab adolescente filio suis artibus oppugnaretur. Idem objurga- 11 vit Alexandrum, quod Pexodori filiam, quam Aridæo destinaverat pater, ambivisset: *degenerem, & fortuna, in cujus spem educaretur, indignum* adpellando, *qui Carem barbarum, barbaroque Regi subjectum, socerum optaret*. Sed ipse, ut potentiam suam firmaret, nullam con- 12

Athenæus

ditio-

ditionem aspernatus erat, quin ex asperrima barbarie Illyrias Geticasque mulieres matrimonio jungeret. quamquam ex aliis etiam uxoribus pellicibusque complures liberos suscepisset. Quod quum Alexandro molestum ad- 13 cideret, urbane adolescentem conripuit; hortatus, *ut multos imperii æmulos habiturus, operam daret, quo omnibus melior præstantiorque, non ob Philippum, sed ex* 14 *suo merito rerum potiri videretur*. Quum autem ob has similesque causas crebra incideret jurgia, nec abrupta semel benivolentia fido adfectu coalesceret; ad extrema prolapsi sunt. præcipua Olympiadis violentia, in qua contumaciam sexus ingenium vastum & vehemens virili sce- 15 lere in vindictam armabat. Stimulaverat ea fratrem Alexandrum, ut Philippo bellum faceret. Id ne alieno tempore excipere cogeretur, callidus Rex, quamquam viribus plus poterat, firmata per novam adfinitatem gratia prævenire studuit, desponsa Epirotæ, Alexandri ger- 16 mana, Cleopatra. Ad istas nuptias celebrandas finitimarum gentium reguli, Græcarumque civitatum legati frequentes Aegas convenerant. id oppidum elegerat Philippus, non sine quodam omine eorum, quæ postea adci- 17 dere: nam ibi Macedonum Reges sepeliri mos erat. Ferunt etiam Apollinem Delphicum de bello Persico consulenti maturum interitum cecinisse. Sed ambiguum, ut mos oraculis, responsum Philippus ad barbarorum exitium blanda interpretatione traxerat. Alia quoque præ- sagia, quæ tum nemo animadverterat, eventus mon- 18 stravit. Erat inter custodes regii corporis Pausanias quidam, quem in solatium acceptæ ab Attalo injuriæ, Rex in cum dignitatis gradum provexerat. Quippe Pausaniam Attalus mero onustum nefariis convivarum ludi- 19 briis exposuerat. Hujus ultionem quum a Rege peteret, honorem accepit. Etenim Philippus virum spectatæ in bello fortitudinis, ad hoc nuper propinqua adfinitate conjunctum punire adeo non sustinuit; ut insuper copiarum parti præfectum cum Parmenione & Amynta in Asiam præmitteret, opera ejus usurus in expeditione Persica. Pausaniam autem rogatum, *ut ipse temporibusque reipublicæ dolorem suum condonaret*, comitate adloquii & honestiore stipendio placare conatus est. Sed adolescens majorem contumeliæ, quam beneficii rationem habuit: odiumque ab auctore injuriæ, in negligentem ejus vin- 21 dicem convertit. Cum iis etiam, quos infensos Attali domui, nec Philippo concordes esse noverat, consilia communicasse non præter rationem creditum est; post- quam ab Olympiade parricidæ in cruce pendenti coronam auream impositam nemo nubitavit, aliaque facinora perpetrata sunt, ex quibus totius sceleris ordo caussæque

haud

pr. lib. 12. Stephanus V. γέτται. Aelian. hist. var. 13, 63. Jornand. de reb. Get. c. 10. Jo. Magnus 3, 11. Plutarch. apophth. cap. 33.

Diod. 16, 93.

Plin. 4, 10, 3. Athen. 4, 14.

Tacit. 2, 54, 5. Pausan lib. 8.

Diod. 16, 29. Justin 9, 5, 8.

Plutar. c. 17.

Justin. 9, 7, 10.

haud obscure perspicerentur. Dubia adhuc luce theatrum ingens hominum multitudo impleverat, spectaturaludos, qui superiorum dierum spectacula luxu & magnificentia longe superaturi dicebantur. Inter alia, quibus divitiis inludere solent opulenti Reges, & fortunæ suæ magnitudinem non capientes, duodecim Deorum effigies eminebant, in quibus artificum industria cum materiæ dignitate certaverat. Tertia decima Philippithensa adcesserat; nulla in re cæteris vilior. Id mortalitatis fastidium matura ultio consequuta est: & successu rerum insolescentem, seque Diis immortalibus æquantem, priusquam indebito honore frueretur, fatum occupavit. Pausanias theatrum intrare volentem observaverat: utque præmissis amicis, qui eum deduxerant, relictisque a tergo satellitibus (nam in tanta omnium benivolentia nihil iis opus esse volebat ostendere) solus ingrediebatur; percussor improvisus adsilit, gladioque barbarico, quem sub veste habuerat, latus nihil tale exspectantis haurit. Hic fuit exitus maximi ætatis suæ Regum. Macedoniæ regnum magnum ex inopi reddiderat: circumjectam barbariem domuerat: Græciæ impositurat jugum: tum etiam Persico Imperio imminebat. jam auxilia Græcorum coibant; jam in Asiam transjecerant præmissi ab eo duces; quum in ipso rerum gerendarum articulo, prolixum victoriæ fructum sibi pollicentem vita destituit. Ita maxima quæque in lubrico sunt; & audacissimas spes hominum quilibet ex improviso casus eludit. Olympias comperta morte Regis Cleopatram Attali neptem ad suspendium adigit; natum ex ea paucis ante patris necem diebus puerum in ænea pelvi torruit: in clientes etiam propinquosque ejus atrocibus suppliciis sæviit, & occasione vindictæ per muliebrem impotentiam crudelissime usa est.

Diodor. 16, 93.

Josephus Antiq. 19, 1.

1, 7, 11.

Justin. 9, 7, 12. Diod 17, 2. Pausan. l. 8.

Cap. X.

ARG. Alexander suscepto regno, omnia mota conturbataque internis seditionibus, & rebellione exterorum offendit, ut etiam amicorum quidam Græciæ curam omittendam putarent. Ille contra in primordio rerum audacia utendum censet. Confirmatis que omnibus, Amyntam, Attalum & Philippi interfectores occidit: ad delendam suspicionem, qua conscius ipsis fuisse putabatur.

Plut. c 17.

SEd Alexander, per cujus absentiam mater ista perpetraverat, tamquam salutare sidus, componendis tantis fluctibus tempestivus adfulsit. Quippe erectis

1

2

erectis in spem libertatis Græcorum animis, quos Philippus oppresserat; & tumultuantibus in vicinia barbaris; ne Macedoniæ quidem tranquillæ res erant. Attalus haud spernendi exercitus prætor, ambitioso imperio mirum sibi favorem apud militum vulgus conciliaverat: principibus Macedonum propinquitate innexus, etiam Philotæ sororem sibi desponderat: neque post tantas utrimque offensas inviso infestoque fides haberi poterat. Amyntas, quem fratre Perdicca genitum, data in matrimonium Cyna Philippus generum legerat, ad paterni regni successionem per Alexandri cædem adspirabat. Populi magna pars Olympiadis tyrannidem exosa; alii rerum novarum cupidine, varie in hunc aut illum inclinabant studiis: nec deerant, qui *Alexandro Aeropi filio restituendum dicerent fastigium, quod excluso legitimo regni hærede, Amyntas prius, deinde Philippus, vi ac fraude invasissent.* Exercitus quoque variis ex nationibus compositus, ut cuique animus aut spes erat, discordibus consiliis & sermonibus agitabatur. Contra Alexandro novum imperium, ac subito Philippi casu nihil adversus ingruentes motus provisum erat: & quamquam indolis haud pœniteret; ætas spernebatur. Viginti annorum adolescentem tantæ rerum moli humeros subjecturum; aut, si recepisset, parem futurum non arbitrabantur. Etiam nervus gerendarum rerum pecunia defecerat; qua abundantes Persæ in omnem fere Græciam corruptores miserant: &, ne quid malis deesset, Macedoniæ maritima * Tusci piratæ deprædabantur. Convocatis amicis, * quum de præsentium rerum statu deliberatio instituta esset; non defuerunt, qui censerent, *omissa Græciæ cura, quanta posset lenitate deficientes barbaros in officio continendos esse: postquam intestini motus consedissent, longinqua facilius compositurum.* Verum adolescens insigni animi magnitudine, cauta consilia pro ignavis fastidiebat. *Perpetuo omnium contemptui obnoxium fore, si in principio regni impune se sperni pateretur. Ad omnem deinceps vitam pertinere, qualem de se opinionem in animis hominum incipiens Imperator excitet. Philippi necem haud magis sibi, quam rebellibus inexspectatam accidisse: trepidantes adhuc, & consilii incertos nullo negotio opprimi posse, per Macedonum cunctationem erigi seditionis auctores; &, qui nunc etiam nutarent animis, tumultuantibus adcessuros. ita contra paratos confirmatosque anceps discrimen subeundum: nunc celeritatis magis, quam virium certamen esse. Quod si adversus singulos audacia non esset; quid deinde futurum, si metum confesso omnes uno impetu superfunderentur?* His deinde congruentia ad populum loquutus, adjecit; *effecturum se, ut cives hostesque*

Diod. 17, 2.

Curtius 6, 9, 17.

1, 12, 15.

Plutarch. de fort. Alex. 1, 3. Curt. 6, 9, 17.

Plutar. de fort. Alex. 1, 3. Arrian. 1, 3, 6.

Justin. 11, 1, 2.

Justin. 11, 2, 19 Arrian. 1, 1, 7, 7, 5, 17.

Suidas V. Ἀλέξαν-δρος.

Plut. de fort. Alex. 1, 3.

Justin. 11, 2, 7. Arrian. 2, 3. 18. Diod 17, 4.

* Strabo l. 5.

* Plutarch. c. 18. Justin. 11, 1, 5.


Diod. 17, 2. Justin. 11, 1, 10. *hostesque fateri cogerentur, erepto patre corpus nomenque Regis mutatum esse, consilium animumque non desiderari. Eam rerum conversionem nonnullos occasionem tumultuandi putaviße; sed brevi pœnas daturos. modo Macedones eosdem animos, eosdemque lacertos sibi commodarent, quos tanta cum ipsorum gloria, tantoque victoriæ fructu, patri suo per tot annos præstitissent. Id quo promptius alacriusque facerent; omnium præter militiæ vacationem ipsis concedere.*

Justin. 11, 1, 8. Consilium Regis fortuna comprobavit. Non segnius, quam loquutus fuerat, singula adgressum felicissimus omnium exitus sequutus est. Et Amyntam quidem, patefactis, Diod. 17, 2. & 5. Curt. 7, 1, 3. quas ille struxerat insidiis, occupavit: Attalum per Hecatæum & Parmenionem sustulit. Ex iis, quos in Philippi necem consensisse rumor arguebat, unum Alexandrum Artian. 1, 8, 2. Curt. 7, 1, 6. Justin. 11, 2, 2. Lyncestem exemit supplicio, quod imperium suscipienti adfuisset, primusque *Regem* salutasset: cæteros occidit. Ea severitate suam salutem in vindicta Philippi muniri credebat; simul aboleri famam, qua ut conscius paternæ cædis notabatur. Crebræ inter eos discordiæ fidem fecerant; & quæstum injurias Pausaniam ad facinus confirmasse ferebatur: prolato ex Tragœdia carmine, quo Plutarch. cap. 17. Medea *pariter pellici suæ, quique eam in matrimonium tradidisset, & cujus in manum convenisset, idem exitium* minabatur. Verum ipse, quum aliquando Darii epistolæ Artian. 2, 3. 12. Curt. 4, 1, 12. responderet, invidiam in Persas transferre conatus est; *illorum auro percussores Philippo comparatos fuisse.* Quoque magis omnem culpæ suspicionem extergeret, poDiod. 18, 4. stremo vitæ tempore magnificum Philippo templum exstruere cogitaverat: id, inter alia in commentariis ejus reperta, successores neglexere.

CAP. XI.

ARG. Alexander Thessaliam invadit. in qua Tempe describuntur. Achillem commilitonem optat. in concilio Pylaico imperator Græciæ creatur, apud Corinthum conventum indicit, ubi cum Diogene congreditur. mox Delphos profectus Pythiam vi cogit ad responsum reddendum. In Thraciam movens hostes, qui summum montis Aemi cacumen occupaverant, superat. in Bacchi luco sacrificanti lætum prodigium offertur. Orphei effigies sudat. Triballorum Rex Syrmus frustra oppugnatur ab Alexandro.

QUum autem ad perficienda, quæ animo agitabat, maximum in eo momentum positum arbitraretur, ut Græciæ principatum, quem Philippus com-



comparaverat, retineret; raptim exercitu ducto Theſſa-
2 liam improviſus iurupit. Sustulerant animos Theſſalo-
rum quidam, & inſeſſis ad Tempe anguſtiis iter ex Ma-
3 cedonia venienti occludebant. Quippe eas regiones Olym-
pus atque Oſſa celebrati montes dirimunt: per quorum
convalles Peneus amnis labitur, mira amœnitate ſolen-
nia gentis ſacrificia meritus. Lætis utrimque nemoribus Maximus
obumbratus incedit; multoque cum fremitu ruenti, ex Tyr. orat. 38.
4 vicinis arboribus avicularum garritus obſtrepit. Anguſta Plin. 4, 8.
ſemita per quinque fere millia paſſuum protenditur, vix Liv. 44, 6, 5.
onuſto jumento ſufficiens iter præbens: quod adverſus
quemcumque numerum hominum vel decem armati ſe-
5 piant. Sed ille qua minime perviæ rupes exiſtimabantur, Polyæn. 4,
ſcalarum in modum exciſo montis Oſſæ latere, circumi- 3, 23.
tu penetravit; adeoque celeritate ſua cunctos exterruit, Juſtin. 11,
ut *omnia ei vectigalia reditusque, ſimul univerſæ gentis* 3, 2,
imperium, quibus id legibus Philippus habuiſſet, nullo
6 jam repugnante, decernerentur. Phthiam, *quæ generis* Philoſtrat. in
ſui auctorem Achillem protuliſſet, immunem eſſe juſſit, Heroicis.
eumque heroem expeditionis adverſus Perſas ſocium atque
7 *commilitionem eligere ſe* dixit. Ex Theſſalia Thermopy- Plin. 35, 9, 3.
las petiit, publicum Græciæ concilium, *Pylaicum* ad- Liv. 31, 32,
8 pellant. ibi quum frequens per eos dies conventus eſſet, 3, 33, 21, 4.
in locum patris Amphictyonum decreto ſummus Græco-
rum imperator creatus; *Ambraciotis ratam eſſe libertatem* Diod. 17, 4.
juſſit, quam nuper expulſo Macedonum præſidio rece- Diod. 17, 3.
perant: *ultro redditurum fuiſſe* dictitans, *ni paucis die-*
9 *bus ipſum antevertiſſent*. Exinde Thebis admoto exerci- Diod. 17, 4.
tu, fractaque Bœotum & Athenienſium contumacia,
qui populi maxime ſuis conſiliis obſtiterant; *apud Corin-* Juſtin. 11, 2,
10 *thum Græcorum legatos occurrere ſibi* juſſit. Ibi confirma- 4. Arrian. 1,
to Amphictyonum decreto, communi omnium ſenten- 1, 2.
tia, in Philippi partis locum imperator Græciæ ſuffectus
11 eſt: & in bellum Perſicum auxilia decreta. Forte in ea-
dem urbe Diogenes degebat, qui Cynico inſtituto ſpon-
taneam paupertatem amplexus, liberum & ſui juris ani-
12 mum opibus curisque prætulerat. Apricabatur ille in Pauſan. lib. 2.
Craneo, Corinthi ſuburbio, ubi cupreſſorum lucus eſt.
eo quum Alexander videndi ejus deſiderio veniſſet, optio-
nemque faceret, *quæ vellet ab ipſo petendi; parumper diſce-* Plutar. c. 22.
13 *dere* juſſit Regem, *ne Solem interciperet*. Inopinatum re- & ad Pr. in-
ſponſum, hominemque, in quem in tanta ſua fortuna doct. capi 7.
ne beneficii quidem jus haberet, admiratus Macedo di- Dio orat. 4.
xiſſe fertur, *Diogenem eſſe voluiſſe, ni Alexander eſſet*. Seneca de be-
14 Scilicet magnitudo animi, qui ex alto deſpiceret omnia, nef. 5, 4. & 6.
quorum cauſſa reliqui mortales ſemetipſos cupide per- Laert. in
dunt, non plane fallebat mentem acerrimi juvenis; ſed Diog. Juve-
obcœcata cupiditatibus pervidere non poterat, quanto nal. 14. 309.
melius Arrian 7, 1, 6.
Val. Max.
4, 3. f.

melius esset carere supervacuis opibus, quam habere necessarias. Ex Peloponneso Delphos invisit; Apollinem de eventu belli, quod moliebatur, consulturus. Sed virgo fatidica negabat *per eos dies adiri Deum fas esse*: donec ipse eo profectus, vi corripuit virginem, & ad templum traxit. Sed quum inter eundum illa patrium morem pertinacia Regis victum reputans, exclamasset, *invictus es, fili; Accipere omen*, dixit, *nec alio oraculo sibi opus esse*. His rebus celeriter confectis in regnum regressus, summo studio in vindictam spretæ Macedonum majestatis incubuit. Jamque præparatis omnibus, vere novo ex Amphipoli movens, adversus liberas Thraciæ gentes, decimis castris ad montem Aemum pervenit. Magna Thracum manus jugum occupaverat transitu prohibitura Regem, castra plaustris in modum valli circumdederant; propulsuri in hostem, si vis inferretur. Alexander barbarorum astu cognito edixit militibus, *ut plaustris inruentibus, diducta phalange innoxia dilabi paterentur; aut, si deprehensi essent, humi strati, clypeis arcte commissis, testudine se protegerent.* Ita hostium dolus irritus fuit. magna plaustrorum pars per intervalla ordinum devoluta est: quę armatis incidere, clypeis impacta, suoque impetu subsilientia nihil ponderis ad obterendum habuere: omnisque illa tempestas citra noxam detonuit. Quo metu liberati Macedones, alacri clamore edito, impressionem faciunt. Procurrentes barbaros prægressi a dextro cornu sagittarii frequentibus telis incessebant: ita sine periculo phalanx in verticem enisa, ut primum æquo loco consistere potuit, haud ambigua victoria hostem nudum aut leviter armatum disjecit. Sed eadem res, quæ barbaros in prælio prodiderat; in fuga adjuvit. armis haud sane onerati per nota loca facile dilapsi sunt. ita desideratis ex omni numero mille quingentis, cæteros fuga abstulit: mulierum puerorumque ingenti multitudine, prædaque pro locorum conditione satis ampla, victor potitus est. Sic aperto montis Aemi transitu, in interiora Thraciæ penetratum est. Lucus est in iis gentibus, quem Libero Patri dicatum prisca religione colunt. ibi quum Alexander barbaro ritu sacrificans, vinum aris infunderet, tanta flammæ vis erupit, ut superato ædis culmine, in cœlum emicare videretur. *eosdem gloriæ fines Regi ostendi*, omnes credidere. Alia subinde res nunciata prioris prodigii affirmavit. In Thracibus, qui *Odrysæ* adpellantur, Libethrus mons & civitas est, Orphei natalibus inclutæ: *ejus sacram effigiem ex cupresso fabricatam multo sudore manasse*, qui viderant, ad Regem retulere. De interpretatione solicitis Aristander exemit metum, *ad res Alexandri pertinere* adseverans, *quibus decantandis alumni si-*

15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26

Plutarch. cap. 22.
Diodor. 17, 93.
Arrian. 1, 1, 5.
Polyæn. 4, 3, 11.
Arrian. 1, 1, 13.
Sueton. Augusst. 94, 7.
Tzetzes Chil. 7, 91.
Plutarch. cap. 22.

27 *filiique Musarum multum desudaturi essent.* Triballi valida natio trans montem Aemum colunt. in eos quum descenderet Alexander, Rex gentis Syrmus in Peucen Istri insulam confugerat, expeditione Macedonis multo ante comperta; seque & quidquid ætate vel sexu invalidum
28 erat, objecto amnis munimento tuebatur. Quippe Alexandro paucæ naves erant; & in aspera præruptaque ripa difficilis exscensio, ab hoste intento validoque haud
29 ægre impediebatur. Ita Macedones re infecta discesserunt, contenti inlata paucis ante diebus clade. nam priusquam eo processissent, alium Triballorum exercitum adorti, vix quinquaginta suorum amissis, tria hominum millia occiderant.

Arrian. 1, 1, 7.
Strabo lib. 7.
Arrian. 1, 1, 28.
Plut. c. 19.
Arrian. 1, 2, 35.

CAP. XII.

ARG. Alexander Syrmo omisso, Getas trans Istrum colentes, transmisso noctu flumine, vincit urbemque eorum diruit. Syrmo & aliis pacem petentibus dat: Germanorum legationem audit. ipsorum bellum vitat. ea de re avunculi ejus Alexandri dictum. Thraciæ regulis secum abductis contra Clitum in Illyriis tumultuantem proficiscitur. Autariatas per Langarum coercet. Ipse Pelium progressus hostes proturbat. a Glaucia & Clito in locis impeditis propemodum intercluſus, strategemate se expedit. & quamquam acriter instanti hostium multitudine, sine ulla suorum jactura flumen transjicit. Deinde post triduum regressus, securos obruit; multis que cæsis, reliquos in fugam conjicit.

1 SYrmo Rege nequidquam oppugnato, in Getas con-
2 vertit impetum, qui in ulteriore ripa quatuor equitum, decem peditum millia instruxerant. Id periculum non tam ex usu belli sumpsit, quam cupidine famæ; ut *maximum Europæ flumen, defendentibus ferocissimis gentibus, transivisse* gloriari posset. Igitur equi-
3 tibus, quotquot capere navigia poterant, impositis, pedestrium copiarum partem Istribus, quorum ibi magna erat, copia, alios utribus transduxit. Improvisa Mace-
4 donum impressione (quippe transmittentes nox, & in ripa, quam petebant, densa frumenti seges texerat) terriri Getæ vix primum emissi equitatus impetum tulere.
5 Ut deinde cum phalange Nicanor successit; effuso cursu urbem quatuor ferme passuum millibus a flumine distantem petiverunt: mox, instante Alexandro, avectis conjugibus liberisque, quod eorum equis eripere potuerant,

Jo. Magnus hist. Gothi. 3, 12.
Arrian. 1, 1, 29.

cæteros reliquere victori. Eos Rex Meleagro & Philippo abducendos dedit: excisaque urbe, & in ripa fluminis Jovi Herculique & ipsi Istro, qui transeunti propitius fuisset, aris consecratis eodem die reduxit exercitum, incruenta victoria potitus. Venerunt deinde finitimarum gentium, Syrmique Regis oratores cum donis, quæ apud ipsos in precio habentur. Germani quoque, qui usque a fontibus Istri terras ad sinum Adriaticum spectantes habitant, legatos miserant. Nam Ister in Germania oritur; ipsi patrio vocabulo *Danubium* adpellant. Magnitudinem corporum animorumque alacritatem admiratus Alexander interrogavit, *quidnam omnium maxime vererentur*? putans suam potentiam formidabilem ipsis esse, eamque se confessionem expressurum. illi *nihil se magnopere vereri* responderunt, *nisi forte, ne cœlum in ipsos rueret. cæterum virorum fortium amicitiam plurimi facere.* Perculsus improviso responso paulum reticuit; deinde hoc unum effatus, *Germanos adrogantes esse*, fœdus, ut petiere, junxit; Syrmoque & reliquis pacem dedit: satis gloriæ expeditione partum existimans, & in Persicum bellum animo conversus, unde cum leviori discrimine longe majus opere pretium exspectabatur. Taxasse id avunculum ejus Alexandrum constat, quum paulo post bello in Italia gerendo fatigaretur; nam *inæqualem virisque sortem quæstus, sibi cum viris pugnam evenisse* dixit, *Macedoni cum mulieribus*. Cæterum regulos Thracum, quique alii ad res novandas opibus aut animis idonei videbantur, specie honoris, tamquam commilitones adversus Persas adscisceret, abduxit; capitaque ademit factionibus, sine principibus nihil ausuris. Per Agrianos & Pæonas Macedoniam repetenti Illyriorum motus nunciatur. Bardylis ex carbonario multarum in eo tractu nationum Rex, etiam Macedoniæ gravis incubuerat; donec magno prælio a Philippo victus, atque instaurato deinde bello fractis omnino viribus, in ditionem victoris concederet. Atque ille jam obierat, vita ad nonagesimum ætatis annum producta: cæterum filius ejus Clitus *opportunum recuperandæ libertatis tempus advenisse* dictitans, *dum asperrimarum gentium armis Alexander trans Istrum adtineretur*; populares ad arma capienda impulit: inita societate cum Glaucia Rege Illyriorum, qui Taulantii vocantur. Autariatæ alia natio iter facientes Macedonas adgressuri fuerant: sed Langarus Agrianorum Rex Alexandro fidus, petiit, *ut sibi curam eam permitteret: sese domi eorum tantum negotii ipsis comparaturum, ut animum a vexandis Macedonibus ad sua tuenda conversuri essent.* Conlaudatum donisque magnifice cultum juvenem dimisit Rex; etiam sororis Cynæ nuptias pollicitus, quam ex

Strabo lib. 7. Arrian. 1, 1, 55.

Tacitus Germ. 1, 4.

Arrian 1, 1, 57.

Liv. 9, 19, 11. Agell. 17, 21.

Frontin. strateg. 2, 11, 3. Justin. 11, 5, 3.

Arrian. 1, 2, 1.

Helladius apud Photium

Diodor. 16, 4. & 22. Justin. 7, 6, 7. Lucian. in Macrobiis.

Arrian. 1, 2, 2.

ex Illyria muliere susceptam Amyntæ in matrimonium dederat pater. Et Agrianus quidem promissam operam præstitit; sed morbo conreptum, ne pacta mercede fructus esset, brevi consequuta mors prævenit. Ita cohibitis Autariatis sine certamine Pelium perventum est, Dessaretiæ oppidum, Eordaico flumini imminens. Speciem pugnam expetentium præbebant hostes, & velut manus conserturi extra præsidia sua ferociter procurrerant. sed priusquam prælium committi posset, refugerunt; licet opportuna loca, sylvisque & callibus impedita præcepissent. Fœdum ibi spectaculum Macedonum oculis objectum est. tres pueri, totidemque puellæ cum tribus nigris arietibus confusa strage jacebant, quos barbari sacrilego sacro Diis suis immolaverant, quo pugnaturis audaciam inspirarent. Sed vindex Numen scelestis mentibus pro virtute vecordiam injecit. Rex intra mœnia compulsos ducto exteriore muro intercludere statuerat; quum postridie cum magnis Taulantiorum copiis Glaucias advenit. ita spe capiendæ urbis abjecta, quomodo tuto discederet, cogitabat. Interim Philota cum jumentis castrensibus, & præsidio equitum frumentatum misso, comperit *suos in discrimine versari* quippe Glaucias colles campo circum datos occupaverat, in occasionem gerendæ rei intentus. Igitur adversus oppidanorum eruptionem parte exercitus in castris relicta, cum cæteris copiis impigre profectus est; territisque Illyriis, suos recepit incolumes. Cæterum iter facturo maximum periculum imminebat. hinc flumen, inde prærupti arduique colles viam coarctabant, relicto itinere, quod multis locis vix quaternos armatos caperet: montium jugis Clitus atque Glaucias sagittariorum & funditorum cohortes magnamque gravis armaturæ manum imposuerant. Alexander ducentis equitibus ante utrumque phalangis cornu conlocatis, imperat, *ut erigerent hastas; mox signo dato versus hostes tamquam impetum facturi, infestas protenderent, modo in dextrum, modo in sinistrum latus in vicem conversi.* Suspensis eo commento hostibus, phalangem raptim progressam nunc in plures acies diducit, nunc divisam conligit; ad extremum cuneo facto, in læva Illyriorum præsidia strenue infert. Illi celeritate & peritia Macedonum in stuporem versi, deserris, quos tenuerant montibus, versus urbem refugerunt. Pauci restiterant in edito colle, qua jam transierat Macedonum agmen: iis dejectis, Alexander duobus fere millibus Agrianorum sagittariorumque locum capit; phalangi, quam flumen transmittere jusserat, præsidio futurus. Ea re conspecta universa hostium multitudo iter ad montes adripuit; eo consilio, ut transjecta gravi armatura, extremum agmen, in quo ipse Rex

1, 10, 4.

Arrian. 1, 2, 3.

Livius 31, 40, 1. Arrian. 1, 2, 6.

transiturus erat, adorirentur. Ille nihil territus venientes fortiter excipit: simul phalanx sublato clamore, quasi iterum transmisso amne subsidio suis itura, metum incussit hosti. nam Rex, quæ evenerunt, futura ratus, præceperat, ut in adversam ripam delati statim aciem instruerent, lævum cornu, quod a flumine hostibusque propius aberat, in speciem multitudinis, quantum possent, expiicantes. Itaque quum universum exercitum incumbere sibi putarent Taulantii, paulisper retrocesserunt. Id spatium nactus Alexander, suos raptim ad flumen ducit: quo ubi ventum est, ipse inter primos transgreditur; & quum eos, qui agmen claudebant, reversus hostis urgeret, machinis dispositis, quæ trans amnem missilia spargerent, eum submovit: simul, qui jam ingressi flumen erant, e mediis aquis tela conjecere. ita nemine desiderato cæterum iter quietum habuit. Triduum intercesserat; quum *hostes, tamquam fugato Macedone, metu vacuos, passim nullo ordine iendere, neque more militari vallum fossamve pro castris habere, neque vigilias & stationes obire* nunciatur. Igitur adsumptis sagittariis Agrianisque, & ea Macedonum militum manu, quam Perdiccas & Cœnos ducebant, noctu superato flumine, celeriter ad eos contendit; reliquo exercitu sequi jusso. nec exspectato eo, ne occasionem mora consumeret, levis armaturæ militem præmittit: mox ipse cum cæteris impetu facto semisomnos & inermes magna strage adficiunt; multos vivos capiunt; reliquos conjiciunt in fugam, & ad Taulantiorum usque montes persequuntur. Clitus in ea consternatione in oppidum Pelium se recepit; deinde sive munimentis urbis, sive suorum animis diffisus, incensa urbe, in Taulantios exsulatum abiit.

29 30 31 32 33 34 35

CAP. XIII.

ARG. Græci, audito Regem occubuisse, rebellant. Thebani inprimis: adjuti Athenienſium, & privatim Demosthenis studiis. Peloponnesii Thebanis auxilio futuri, aliique eos oppugnaturi, pecunia avertuntur. Alexander, iis rebus cognitis celeriter ad Thebas contendit: ibique castris positis pœnitentiam oppidanorum exspectat: defectionis auctores dedi postulat: illi contra amicos Alexandri deposcunt. Perdiccas non exspectato Regis imperio Thebanos invadit: tandem urbs capitur; inque ea promiscua cædes editur. reliqui civium, paucis exceptis, sub corona venduntur. Timoclea

moclea Theagenis soror, occiso Thrace, a quo violata fuerat, a Rege absolvitur. Pindari quoque posteris, ipsiusque domui parcitur. Alexandri mos virtutem honorandi.

1 INterea per universam Græciam diffusus rumor, *Alexandrum in Triballis cecidisse*, omnes Macedonicis opibus adversos in spem rerum novandarum erexit. Ea quoque in rebus humanis haud postrema calamitas est, quod utcumque levi auctori, quæ facta optamus, tam enixe creduntur, quasi veritati vim adferre 3 possit pertinax & impatiens rationis opinio. Repertus est, qui, *se insidiente, circumventum Regem, & quo minus ambigeretur, se in ea pugna vulneratum esse* adfirmaret: id pronis auribus acceptum vulgatumque, civitati The- 4 banorum extremæ calamitatis initium exstitit. Quippe eo nuncio exciti quidam exsulum, quos a Philippo ejectos diximus, ducibus Phœnice & Prothyte, præfectos Macedonum, qui Cadmeam obtinebant, quum nulla doli suspicione extra arcem progressi essent, obtruncant: civibus ad speciosum liberandæ patriæ titulum strenue concurrentibus, præsidium obsident; & duplici vallo fossaque, ne commeatus aut auxilia submitti possent, circum- 5 dant. Legatis deinde supplicum habitu circum civitates Græciæ missis orabant, *ne deesse vellent indigne ereptam libertatem repetentibus*. Et Demosthenes quidem veteri in Macedonas odio Athenienses permovit, ut auxilia prompte decernerent. missa tamen non sunt; quia subito Alexandri adventu perculsis exspectanda fortunæ inclina- 6 tio videbatur. Demosthenes privatis copiis Thebanos adjuvit, magnumque armorum numerum gratis submi- 7 nistravit. quibus perarmati, qui Philippo adimente sua amiserant, Cadmeæ præsidiariis acriter institerunt. Peloponnesiorum haud invalida manus ad Isthmum convenerat, ad quos quum Antipater, quem interim, dum abesset, Macedoniæ præfecerat Rex, misisset petitum, *ne contra commune Græciæ decretum cum profectus Alexandri hostibus consilia miscerent*; nihilominus Thebanorum orato- 8 res admiserunt. Quumque vulgus militum misericordia permoveretur, dux eorum Astylus, Arcas genere, moras nectebat; non tam incepti difficultate territus, quam per avaritiam, ut a festinantibus & necessitate anxiis majus stipendium acciperet. Decem talenta poscebantur; ea quum 9 Thebani non conficerent, a Macedonicæ factionis hominibus oblata sunt, ut quiesceret. Ita de Arcadum auxi- 10 liis Thebanorum spes in nihilum recidit. Alias tamen

Justin. 11, 2, 8.

Arrian. 1, 7, 1. Plutarch. cap. 19.

Diod. 17, 8. Arrian. 1, 3, 10. Dinarch. contra Demost. Diod. 17, 8.

Plutarch. Demosth. cap. 32 & in X. Oratorib. 8, 9. Dinarch. contra Demosth. Diodor. 17, 8.

Plutarch. in X. Oratorib. 11,2 Dinarch. contra Demosth. Justin. 11, 2, 7. Arrian. 1, 3, 5.

ex Peloponneſo copias, ne adverſus Thebas militarent, pecunia Demoſthenes avertit. Namque trecenta talenta a Perſis accepiſſe dicebatur, queis ad faceſſendum Alexandro negotium uteretur. His ita nunciatis, Alexander præter 11
Eordæam & Elymiotin, rupesque Stymphæas & Paryæas rapit exercitum; ſeptimoque poſt die quam a Pelio moviſſet, Pellenen Theſſaliæ oppidum pervenit. Poſt ſextum deinde diem in Bœotiam venit; mox Onchestum, ſex

Pauſan. lib. 9. circiter paſſuum millibus a Thebis diſtantem proceſſit.
Inter hæc Thebani majore animo, quam conſilio, admi- 12
Arrian. 1, 3, 5. niſtratis rebus, omnium ignari agebant; nec dum intra Pylas eſſe credebant Macedonum copias: ipſum vero Regem adventare adeo fidem ſuperabat, ut *potius alium Alexandrum Aeropi filium exercitui præeſſe* contenderent.
Pauſan. lib. 9. Rex ad fanum Jolai poſitis caſtris, quod ante Prætidem 13
portam eſt, pœnitentiæ eorum locum dare conſtituerat;
Arrian. 1, 3, 8. quum illi eruptione facta, in ſtationes Macedonum invecti, quosdam interficiunt, alios loco pellunt, donec ad ipſa jam caſtra ſuggreſſos emiſſa Regis juſſu levis armatura rejecit. Poſtero die ad portas, quibus in Atti- 14
cam cuntibus iter eſt, promoto exercitu, ut ſuis in arce concluſis præſto eſſet; adhuc contabatur, &, ſi pœniteret erroris, veniam oſtentabat. Sed quibus pax placebat, 15
potentia exſulum eorumque, per quos revocati fuerant, opprimebantur: qui nulla ſpe ſalutis reliqua, ſi Macedones urbe potirentur, patriæ ruinis obrui malebant, quam illius incolumitatem ſuo interitu emere: & ex Bœotarchis nonnullos in conſilium traxerant. Quantaque hominum 16
Plutarch. cap. 19. vecordia fuerit, vel hinc cognoſci poteſt, quod Alexandro poſtulante, *ut defectionis auctores dederent, duobus capitibus omnem civitatis noxam expiaturi*; ipſi viciſſim Philotam & Antipatrum principes amicorum Regis depo- 17
Diodor. 17, 9. ſcere ſint auſi, & per præconem pronunciare, *ſi qui cum magno Rege & Thebanis Græcorum libertatem adverſus tyrannum adſerere vellent, eos apud Thebas perfugium habituros*. Nec tamen Alexandri imperio oppugnata urbs 18
Arrian. 1, 3, 11. eſt; ſed, ut Ptolemæus tradidit (nam quidam aliter
Polyæn. 4, 3, 12. Sabellic. ex Plut. c. 19. narrant) Perdiccas, qui in ea caſtrorum parte curabat, quæ vallo hoſtium, quo Cadmeam incluſerant, obverſa erat, non exſpectato ſigno impetum in eos fecit: ſuper- 19
Diodor. 17, 11. atoque munimento manus cum hoſte conſerere cepit; & Amyntam, qui cum ſua cohorte juxta ipſum tendebat,
Arrian. 1, 3, 13. ut idem auderet, exemplo permovit. Mox Alexander 20
ſuis timens copiarum mole adfuit, & *leviter armatis perrumpere, ſuisque auxilio ire* juſſis, ipſe cum reliquis pro vallo ſubſtitit. Acri conſerto prælio Perdiccas dum inte- 21
rius vallum molitur, graviter ſaucius pugna efflertur; & Cretenſium ſagittariorum multi, cum Eurybota duce ſuo cadunt.

cadunt. Thebani perculſis inſtant, & ad Alexandrum re-
22 fugientes inſequuntur. Ibi quum Rex inſtructa phalange diſperſos & turbatos hoſtium ordines invaderet; ſtatim verſa pugnæ fortuna, tanta Thebanorum trepidatio fuit; ut ne ad portas quidem, per quas in urbem ſe receperant, occludendas mente competerent: ſimul qui Cadmeam
23 tenebant, in ſubjectos arci vicos excurrerunt. Ita nobiliſſima Græciæ urbs intra eumdem diem oppugnata & capta eſt. Nullum in ea crudelitatis exemplum prætermiſſum conſtat: viros feminasque promiſcua ſtrages hauſit;
24 nec ab impuberum cæde temperatum eſt. Phocenſium Platæenſiumque & Orchomenionum & Theſpienſium ea infamia fuit, quibus olim, dum Thebana res valebat, vicinæ civitatis opulentia exitio fuerat: Macedones ultra
25 fas belli non ſæviere. Tandem *ut cædibus abſtineretur*, proclamatum eſt, quum jam ſex hominum millia periiſſent: cæteris captis, ad triginta millia liberorum ca-
26 pitum venierunt. *Ex omni præda quadraginta talenta redacta fuiſſe* Clitarchus tradidit, alii, *ex precio captivorum id pecuniæ effectum*. Centum talenta, quæ Thebanis Theſ-
27 ſali debebant, Alexander ſociis accepto tulit. Pauci *, quos bellum diſſuaſiſſe conſtabat, ſervitutem effugerunt: item ſacerdotes, & quorum hoſpitio Rex paterve ejus uſus
28 eſſet. Ex reliquis Timoclea nobilis facinoris mercedem, cum præſenti libertate, famam apud poſteros tulit. Inter Thracas, qui Alexandro militabant, quidam * equitum ductor poſt vim mulieri inlatam, *ubi pretioſiſſima*
29 *quæque occuluiſſet*, minitabundus interrogabat. Illa non tam opum, quam pudoris damno mœſta, avaritiam barbari in occaſionem vindictæ convertit: oſtenſoque puteo, in quem mundum ſuum conjeciſſe ſimulabat, hominem cupide eo deſpicientem ſubductis pedibus impulit; conjectisque deſuper ſaxis, quum ex anguſto profundoque lo-
30 co adſcenſum fruſtra moliretur, obruit. Comprehenſa a turmalibus occiſi, ad Alexandrum trahitur, ut interfecti
31 ducis pœnas daret. Ibi interrogante Rege, *quænam eſſet, & ob quod delictum adduceretur*? intrepido vultu & voce, *Theagenis*, inquit, *ſoror ſum: ejus, qui pro li-*
32 *bertate Græciæ Thebanorum imperator occubuit. Injuriam meam ulta caſtitatis meæ prædonem interemi. cui ſi meo ſupplicio parentari jubeas, ſcies honeſtæ mulieri poſt extortam pudicitiam ſpiritu nihil vilius eſſe. quem utcumque expellere feſtinaveris, ſero moriar, pudori patriæque ſuperſtes.* Alexander cognita cauſſa *Thracem jure cæſum* pro-
33 nunciavit; *neque ſibi placere ingenuis mulieribus vim fieri*: conlaudatamque *feminam, cum omnibus, qui cognatione ipſam adtingerent, liberam eſſe* juſſit; & *quo quis-*
34 *que vellet, diſcedendi* poteſtatem fecit. Pepercit & Pindari

Diodor. 17, 13. Arrian. 1, 3, 7.

Plutarch. de virtut. mulier. c. 48. Diod. 17, 14.

Athenæus lib. 4. Diod. 17, 14. Grotius de jur. bel. c. 8. f. ex Quintiliano.

* Plut. cap. 20. Aelian. hiſt. var. 13, 7. Arrian. 3, 1, 26.

* Polyæn. ſtrat. 8, 39. Plutarch. c. 20. & de virtut. mulier. c. 46.

Arrian. 1, 1, 26. Aelian. hiſtor. var. 13, 7. Dio]

Chrysost. orat. 4. Zzetzes Chil. 7. 139.

dari posteris, in honorem vatis, qui proavum Regis Alexandrum carminibus suis inseruerat: ipsiusque domum cremari vetuit. Non enim præsentem tantum virtutem adamavit, verum etiam memoriam magnorum virorum reverentia, & progeniem illorum beneficiis prosequutus est. Nam & postea, quum postremo prælio Darium vicisset, Crotoniatis prædæ partem misit, quod Xerxis bello, cæteris Græcorum coloniis de Græcia desperantibus, Phayllo duce triremem unam ad Salaminem misissent: & Platæenses honore donisque adfecit, quia majores eorum Græcis adversus Mardonium præliantibus agrum suum dono dederant.

Plutarch. cap. 36.

Herodot. 8, 47.

Plut. Aristid. de c. 25.

Cap. XIV.

ARG. Ostenta, quæ cladem Thebanorum præcesserunt. Thebæ ex sententia sociorum, ad quos ea de re retulerat Alexander, ad tibiæ cantum diruuntur. templis tamen aliisque sacris ædificiis abstinetur. Thebæ post viginti annos instauratæ. Alexandri pœnitentia, & infortunia ob excisas Thebas. ab Athenienſibus oratores tradi petit. Id suadenti Phocioni repugnat Demosthenes sibi metuens, ob commissa in Macedonas. Alexander iratus Athenienſibus, maxime ob Thebanos receptos, per Demadem placatur. Charidemus in exilium pellitur. Leucadia astu Alexandri fame expugnatur. Arcades, Elei, Aetoli, veniam impetrant. Megarenses Regem civitate donant: qui se Græciam nihil contando jubegisse fatetur.

Diod. 17, 10. Pausan. lib 9.

HAnc Thebanorum cladem multa ostenta præcesserunt. Tribus ante mensibus, quam Alexander advenisset, in fano Cereris, quæ *Thesmophoros* adpellatur, conspecta est aranearum tela nigra; quum circa tempus Leuctricæ pugnæ, qua res Thebana ad summum felicitatis evecta fuit, candida comparuisset. Adhęc sub adventum Macedonum sudantes in foro statuæ, eque lacu apud Onchestum tristis mugitus, & prodigioso sanguine fluens Dirce, terrere obstinatos poterant, nisi destinatos sorti suæ superbia perdidisset. Quippe majorum gloriam intuentes, a quorum moribus longe recesserant, & in dispatibus artibus eamdem sibi fortunam polliciti, patriæ ruinam adceleraverunt; quum adversus triginta peditum, tria equitum millia, eumque veteranum & toties victorem exercitum, paulo plus decem armatorum

Diod. 17, 9. Julian. in Cæsar.

rum millibus opponere non essent veriti. Cæterum Alexander urbe capta ad consilium sociorum retulit, *quomodo ea utendum videretur.* Erant inter eos Phocenses, multique ex Bœotis, quibus antiquissimæ cum Thebanis discordiæ gravibus sæpe damnis constiterant: neque dum Thebæ starent, aut odiis suis satisfactum, aut securitati prospectum rebantur. Horum auctoritas valuit, ut muri atque ædificia diruerentur; ager arbitrio Regis inter victores dividere. tr. Ita nobilissimam urbem, non hominum modo clarissimorum, verum etiam * Deorum natales adferentem sibi, e media * Græcia una dies eripuit, postquam octingentos fere annos post oraculum * de corvis, eosdem incolas habuisset. Olim enim pulsis a gente Thracum atque Pelasgorum Bœotis edita sors fuerat, *post quartam demum ætatem patrias sedes recepturi, considerent interim, quo loco corvos albos conspicati forent.* Ita quum ad Arnen Thessaliæ oppidum venissent, corvis conspectis, quos pueri gypso inleverant, ibi substiterunt. Diruta urbs est ad tibiæ * cantum; quomodo sexagesimum ante annum Athenas * Lysander deleverat. Templis tamen aliisque sacris ædificiis abstineri jussit Alexander; etiam, ne quod per incuriam damnum iis daretur, solicitus. præter initam in Deos venerationem recens religio permoverat: quia militum quosdam Cabirorum fanum, quod ante urbem est, spoliare adgressos, subita tempestas fulminibus & flamma cœlesti consumpserat. Relictæ sunt etiam effigies statuæque, Diis, vel hominibus virtute præcellentibus, per loca publica positæ. proditumque est memoriæ, fuisse, qui inter consternationem captæ direptæque urbis aurum in sinus aut amicula statuarum abdiderint; idque salvum repererint, quum vigesimo post anno Cassander Antipatri filius Thebas instauraret. Quod quidem non tam misericordia in profugos feciſse creditus; quam ut Alexandri, quem oderat, gloriam detrectaret. Quamquam autem veterem murorum ambitum urbi restituisset; neque mores antiquos, neque fortunam reddere potuit. nunquam postea resurrexit, ut convaleſceret: sed multis subinde calamitatibus vexata, vix tenuis oppidi speciem ad memoriam nostram retinuit. Pœnituisse postea ferunt Alexandrum, quod, excisis Thebis velut alterum Græciæ * oculum eruisset. utique postquam Cliti cædem, & Macedonum ignaviam, expeditionem in penitiores Indos pertinaciter recusantium, *Iram Liberi patris* interpretatus est, *ob adflictam patriam ejusmodi pœnas repetentis.* & reperti sunt, qui ipsam Regis mortem, non sine vindicta Bacchi ab ebrietate & vino profectam crederent. His ita perpetratis,

Arrian. 1, 3, 26.

1, 13, 74. Justin. 11, 3, 8. Diod. 17, 14. Plutar. c. 20. * Justin. 11, 4, 4. * Aeschin. contra Ctesiph. Dinarchus contra Demosth. Agatarchides apud Photium. * Diod. 10. 51. Ὄλυμπ. ἀνὰ 39. Strab. lib. 9. Cœlius l. oct. Ant. 17, 11. * Tzetzes Chil. 7, 139. * Plutarch. Lyc. c. 28. Suidas ex Polyb. 5, 10. Pausanias lib. 9.

Plin. 34, 8, 17. Athen. 1, 15. Emmii Græcia. Diod. 19, 53. Pausan lib. 9.

Plut. Demetrio cap. 53. Strab. lib. 9. Emmii Græcia. * Agathar. apud Phot. Plut c. 11. Arrian 4, 2, 13. Athenæus 10, 9.

Diod. 17, 15. Arrian. 1, 4, 29.

Athenas misit, nunciatum, *ut oratores, qui populum adversus Macedonas concitare non desinerent, traderentur; aut si illos amittere gravarentur, eadem contumaciæ præmia exspectarent, quorum exemplum in Thebanorum calamitate conspicerent.* Ibi quum Phocion, cujus ob integritatem vitæ maxima ad populum auctoritas erat, *non invitandum adolescentis victorisque animum* diceret, hortareturque eos, ad quos periculum maxime pertinebat, *ut Lei & Hyacinthi filias imitati, spiritum pro patriæ salute profundere ne dubitarent*; Demosthenes, qui nominatim petebatur, surrexit, docuitque *falli Athenienses, si paucorum deditione periculo defungi posse crederent: callidos Macedonas eos expostere, quorum vigilantiam atque virtutem maxime invisam suspectamque haberent, amotis publicæ libertatis custodibus, in orbam indefensamque civitatem, tamquam lupos in oves canibus destitutas, impetum facturos esse.* Multa commiserat in Macedonas Demosthenes, ob quæ haud injuria nullum apud eos veniæ locum relictum arbitrabatur. Philippo occiso auctor exstiterat, ut Pausaniæ sacellum exstrueretur; apud pulvinaria Deum supplicationes haberentur; aliaque ob insignem lætitiam decerni solita curarentur. Alexandrum alias *puerum*, alias prodigiosæ vecordiæ vocabulo *Margiten* adpellaverat: Persico auro corruptus, omnium fere bellorum, quæ contra Alexandrum patremque ejus Philippum Græci depugnaverunt, fax atque concitor fuerat. Attalum, quo graviorem * adversarium non habuerat Alexander, Athenienſium * societatem pollicitus, ad bellum Regi palam inferendum exstimulaverat. Neque civitas Athenienſium mediocriter deliqueraſ, detractis Philippi ſtatuis, earumque materia in fœdos uſus converſa: aliisque admiſſis, quæ vulgus imperitum & mobile, nulla futuri cura, ex arbitrio ſuaſuque paucorum animoſe perpetrat. Sed nihil ex iis, quæ præfracte & contumaciter fecerant, æque commovit Regem, quam in Thebanos humanitas, quos inter patriæ ruinam elapſos, contra ipſius edictum receperant; tantum ob eorum vicem doloris præ ſe ferentes, ut etiam myſteriorum ſolennia, quæ in honorem Liberi Patris præcipua religione quotannis celebrant, ob publicam mœſtitiam intermitterent. Verum cupidine belli Perſici, condonare Græcis injurias ſuas, quam exſequi malebat. Igitur quum Demades, qui Philippo quoque gratus acceptusque fuerat, preces civitatis ad eum detuliſſet, Athenienſibus indulſit, *ut Demoſthene, Lycurgoque, & aliis, quos de popoſcerat, retentis, unum Charidemum in exſilium mitterent.* Ille ad Perſas ſe contulit; magnoque ipſis uſui fuit, donec ob libertatem * linguæ Darii juſſu inter-

Plutarch. Phoc. c. 21.

14

Plutarch. Demoſth. cap. 33.

15

Aeſchines contra Ctesiphon.

Juſtin. 11, 3, 4. Suidas Μαργίτης

16

Plutarch. Demoſth. cap. 32. Eraſmi adag. in *Margites*.

* Curt. 6, 9. 17.

17

* Diod. 17, 5. Dio orat. 38.

18

Aeſchines contra Cteſiph. Pauſan. lib. 9. Plut. c. 19. & Camill. cap. 31.

19

Diod. 17, 35. Plutar. Demoſth. c. 33. Plut. in X. Orat. 7, 2, 8, 9. Demoſth. epiſt. 3. Ar-

20

21

22

rian. 1, 15, 31. Juſtin. 11, 4, 12. Diarch. contra Demoſth.

* Curt. 3, 2, 10.

* Diod. 17, 25. Curt. 3, 12, 15.

* Dio orat. 64. Fronin. 3, 4, 5.

Arrian. 1, 3, 27.

Plutarch. monarch. c. 2. Seneca de benef. 1, 13.

Demoſth. de Alexandreo fœdere. Pauſ. fin. lib. 7.

Capell. in hiſt. ſacra & exotica. Homeri Scholia Ιλ. β.

intersectus est. Alii quoque non postremi nominis viri, odio Regis urbe deserta, ad hostes illius * profecti, multum negocii Macedonibus exhibuerunt. Post eum rerum impetum cursumque, nemo superarat in Græcia, qui aut viribus suis post Thebanos (quorum gravis * armatura celebris olim fuerat) aut occupata Leucadia, munitionis confideret. Namque Leucadios situ oppidi, & proviso in longam obsidionem commeatu feroces, fame domuit; quum expugnatis, quæ circa erant, castellis, homines Leucadiam abire passus, adaucta per singulos dies multitudine, omnem eorum penum exhausisset. Igitur ex Peloponneso quoque legationes venerunt, gratulatum, quod confectis ex animi sententia barbaricis bellis, etiam Græcorum quorumdam insolentiam & temeritatem castigasset. Arcades, qui Thebanis auxilio futuri se commoverant, *duces, quorum instinctu ad eum furorem prolapsi essent, capitis se condemnavisse* exponebant. Elei *exsulibus suis reditum concessisse, non ob aliud, nisi quod Alexandro charos accepissent.* Et Aetoli excusaverunt, *quod in tantis Græciæ turbis, ipsorum quoque gens novorum consiliorum expers non fuisset.* Megarenses novi generis honore risum Regi, quique circa eum erant, commoverant, referentes *ob studium & beneficia Alexandri in Græcos, Megarensis populi scito civitatem illi decretam esse:* donec intellecto *nemini ad eum diem, excepto Hercule, id honoris habitum*, lætus accepit. Cæteris respondit, *nihil sibi quiete & incolumitate Græciæ antiquius esse; modo in posterum novis rebus abstinerent: præteritorum veniam facile concedere.* Verum Spartanis maxime diffisus, Philiadæ liberos Messenen, unde pulsi fuerant, restituit: Pellenen Achæorum Chæroni tradidit: Sicyonem, aliaque Peloponnesi oppida per clientes suos habuit, qui consilia Lacedæmoniorum ex propinquo specularentur. Tot tantisque rebus perficiendis pauci menses sufficerunt, intra quos tam grave atque multiplex bellum leviore negotio confecit, quam alius paravisset. Ipse quidem eam victoriam celeritati se debere confessus, interroganti, *quonam maxime modo Græciam subegisset nihil contando*, respondit.

J. FREINS-

J. FREINSHEMII

Supplementorum

IN Q. CURTIUM

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

ARG. Perficarum rerum brevis anacephalæosis, utque ad ætatem Alexandri, qui primo ab illis contemptus, deinde impensius formidatus perpulit, ut Græcos milites conducerent: quorum ductor Memnon, per Idam montem, variis antiquitatis & naturæ miraculis insignem, Cyzicum ad Propontiden sitam urbem petit: sed repulsus ab oppidanis, agrum eorum vastat. Parmenio Grynium capit: Calas improspere cum Persis confligit.

Diod. 17, 7. Diodorus 17, 5. Arrian. 2, 3, 18. Curtius 6, 3, 12. Strabo. fin. lib. 15.

PErsarum ea ea tempestate Darius Rex erat, paulo ante Philippi necem evectus in id fastigium a Bagoa spadone; qui Ocho Rege, & deinde filio ejus Arse, cum tota eorum domo exstinctis, imperium, quod sibi vindicare non poterat, sui beneficii fecit, perennem sibi gratiam pollicitus apud eum, quem tanto munere devinxisset. Nec tamen indignus ea fortuna Darius apud populares habebatur; nam etiam a gente regia non alienus erat. quippe Ostanes Ochi patruus Arsanen genuerat, Arsanes Codmannum. Sic enim vocabatur, dum privatus esset; sed in Cyri solium conlocatus, more quodam Persarum, ejurato veteri nomine, Darius adpellari voluit. Bello quoque spectatus, cæso ex provocatione hoste, * quum adversus Caduseos bellum gereret Ochus, magnam virtutis opinionem pepererat. Hic a conditore regni * Cyro decimus imperio Persarum præfuit. Nam Ochus Artaxerxem patrem; ille Darium exceperat. Huic Ar-

1 2 3 4

Scalig. de emendat. temporum lib. 6. Curt. 4, 1, 10. * Justin. 10, 3, 3. Diod. 17, 6.

Artaxerxes regnum reliquit, Xerxis filius. Xerxes Dario patri successit; qui Hystaspe genitus, post exstinctum in Cambyse Cyti sanguinem, insustri septem * Persarum conspiratione, imperium Magis extorsit. Sub his regibus per ducentos & triginta ferme annos res Persarum mira felicitate floruit: acribus initiis, dum rudis ad voluptates natio pro libertate, gloriaque, & opibus animose dimicabat. procedente tempore, postquam præmia virtutis adepti videbantur, ipsam posthabuere; non tam suis viribus tuti, quam fama potentiæ a majoribus partæ, usuque divitiarum, quibus haud paulo felicius contra Græcos, quam armis decertavere. Ad postremum itaque, quum adversus Alexandri vim auro parum proficeretur, omnique externa ope abscedente sibimet ipsis innitendum esset; animi deliciis & mollitie fracti effeminatique fortunæ ruentis impetum non sustinuerunt. Quippe industriam egestas acuit; adfluentiam rerum luxus & inertia sequitur. Igitur audito fine Philippi, cujus fortuna & adparatibus exterriti fuerant, metu soluti, Alexandri adolescentiam despiciebant; contentum fore arbitrati, si securo Pellæ obambulare liceret. Verum quum de bellis ipsius victoriisque alia super alia nunciarentur; contemptum hactenus juvenem impensius formidantes, summa cura, ut in bellum atrox atque diuturnum, auxilia comparabant. Et quoniam superiorum præliorum experimentis imparem Asiaticum militem Europæo didicerant, missis in Græciam conquisitoribus, ad quinquaginta millia egregiæ juventutis mercede conduxerunt. His copiis Memnon Rhodius prætor datus est; qui multis ante bellis fidem virtutemque suam Persis abunde probaverat. Is ad occupandam Cyzicum missus, citatis itineribus, per Phrygiam, qua Troadi committitur, ad Idam montem pervenit, ipso nomine naturam situs sui præferentem. nam condensa arboribus loca *Idas* antiqui dixere. Exsurgit iste celsiore cacumine, quam cæteri ad Hellespontum montes. In medio specum habet religioso horrore famam in fabulis nactum, ut *ibi deorum formas arbiter Trojanus spectasse* prædicetur, quum imperio patris expositus, in Ida monte adolevisset. Eadem Idæorum Dactylorum patria esse fertur, qui primi, Magna Matre docente, ambiguum ferri usum, neque minus utile necessitatis laborisque solatium, quam acerrimum furoris instrumentum, invexerint vitæ. Illud etiam admiratione dignum proditur, quod circa canis exortum, ventis depressiora turbantibus in summo Idæi jugi cacumine quietus aer est: quodque *multa adhuc nocte terris incubante, Solem* ajunt *conspici, non globi figura: sed in amplissimam latitudinem sparsum, & velut diversis*

* Sleidan. lib. 1. de 4. monarch. Scalig. lib. 6. de emend. tempor. Schubert. lib. 2. de scrupulis chronol. * Herodot. 3, 70. Justin. 1, 9, 1. Xenoph. παιδ. lib. 1. Arrian. 5, 1, 19. Plutarch. Agesilao cap. 24. & Artaxerxe cap. 30. Diod. 17, 7.

Aeschin. contra Ctesiph.

Curt. 5, 11, 5.

Curt. 3, 2, 9

Diodor. 17, 7.

Pausan. lib. 10

Diodor. 17, 7.

Apollod. l. 2.

Diodor. 17, 7.

Plin. 34, 14. Diodor. 17, 7.

Lucretius 5. 662. Mela 1. 18.

Plinius 2, 11, 3. *diversis ignium agminibus utrumque montis latus amplexum, coire paulatim, & propinquante jam luce jugero*
Diod. 17, 7. *paulo majus spatium implere; pauloque post in solitum orbem conlectum destinatum iter percurrere.* Credo per aerem 16
nocturno gelu adstrictum, nullisque flatibus disjectum, Solis orientis adhuc imperfecta imagine late sparsa, fallax oculis miraculum adparere; donec eo paulatim vi caloris absumpto dissipatoque, liber ad ipsum sideris orbem adspectus permittatur. nam sereno liquidoque cœlo 17
radii transmittuntur: ubi coactus aer est, sistit exceptos, & tamquam in speculum incidentes cum incremento
Strabo lib. 13. splendoris diffundit. Sub Idæ radicibus Cyzicenus ager in 18
Plinius 5, 32, 2. Propontidem excurrit: ipsum oppidum in mediocri insula situm gemino ponte continenti adnectitur. Sed id
Diodor. 17, 7. opus paulo post Alexander molitus est: sub Memnonis expeditionem navibus commeabatur. Qui quum Cyzice- 19
nos improviso impetu nequidquam terruisset, inuros gnaviter tuentibus oppidanis; eorum regionem hostiliter populatus, magnam inde prædam coegit. Nec a Ma- 20
cedonum ducibus cessabatur: Parmenio Grynium Aeolidis oppidum expugnat, incolas servituti addicit. deinde Caicum amnem transgressus, Pitanen adoritur, urbem
Strabo lib. 13. opulentam, & duplici portu accipiendis ab Europa copiis opportunam. sed propero adventu Memnonis statim solu-
Diodor. 17, 7. ta obsidio est. Calas deinde, qui cum modicis Macedo- 21
num atque mercenariorum copiis in Troade res gerebat, cum Persis prelio certavit: & impar hostium multitudini in Rhœteum se recepit.

CAP. II.

ARG. Alexandro amici suadent belli dilationem, & interim ille laudatis eorum studiis, docet, cur diversum consilium sequatur. Esse sibi egregium exercitum: eo utendum, priusquam Persæ, rebus domi constitutis, occuparent bellum facere ex commodo. sibi Græcorum Imperatori turpe fore, si Græcos in Asia ditius servire patiatur. eos omnes auxilio futuros liberatoribus suis, si tamen opus futurum esset adversus imbelles populos. Ita persuasis omnibus sacrificia & convivia celebrat.

Diod. 17, 16. INterea Alexander constitutis in Græcia rebus, in 1
Macedoniam reversus, *quæ tantam belli molem adgressuro cavenda vel administranda essent*, cum amicis deliberabat. Antipater ac Parmenio ætate & digni- 2
tate præcipui obtestabantur, *ne in uno corpore totius imperii*

perii salutem fortunæ insidiis exponeret: quin prius operam daret liberis; & incolumitate patriæ firmata, ita
3 *demum de incremento ejus cogitaret.* Quippe præter Alexandrum nemo ex Philippi sanguine dignus imperio
1, 9, 29. supererat. Cleopatræ sobole per Olympiadem inter-
Comment in Curt. 10, 7, 2. cepta: Aridæus sordibus materni generis, & turbata
4 mente Macedoniam dedecere putabatur. Verum ille quietis impatiens, nihil nisi bellum, & ex victoria gloriam adsidua cogitatione volvebat. Igitur, *Vos quidem*, inquit, *ut probos & amantes patriæ viros decet, de com-*
5 *modis adversisque illius haud sine caussa soliciti estis. Arduum enim, quis neget? opus ordimur, quod semel temere cœptum, si eventus arguat, sera pœnitentia nequaquam*
6 *emendaverit. Nam antequam vela solvamus, navigare velimus an quiescere, nostra consultatio est: quum ventis fluctibusque nos crediderimus, in ipsorum arbitrio omnis*
7 *noster cursus erit. Itaque non moleste fero vestram opinionem a sententia mea dissidere; quin potius simplicitatem laudo, vosque precor, ut in iis etiam, de quibus porro refe-*
8 *retur, eodem instituto utamini. Amici Regum, si qui eo nomine digni sunt, non tam gratiam eorum, quam utilitatem atque decus in consilio habent. Qui aliter fieri censet, quam ipse facturus erat, non instruit consultorem, sed*
9 *decipit. Cæterum ut & vobis consilii mei ratio pateat; certum habeo nihil minus convenire rebus meis, quam di-*
10 *lationem. Omni, quæ circa Macedoniam colit, barbarie pacata, exstinctisque Græcorum motibus, fortissimum florentissimumque exercitum ocio & desidia dilabi patimurnam potius in opulentissimas Asiæ regiones inducimus, olim possessionem ejus spe complexum, & præmia laborum, quos diu sub patre meo, deinde nobis imperantibus tertium*
Zosimus lib. 1. 11 *jam annum exhausit, ex Persarum spoliis expectentem?*
Curt. 6, 4, 10. Diod. 17, 5. *Novum adhuc imperium Darii est, & interfecto Bagoa, cujus beneficio regnat, crudelitatis & ingratitudinis suspicionem apud suos incurrit: quæ res optimos eorum, qui*
12 *parent, odio adversus imperantes implent, & ad obsequia segniores, aut etiam præfractos reddunt. Numquid sedebimus, dum auctoritas ejus confirmetur; & rebus domi per ocium compositis, ultro bellum in Macedoniam trans-*
13 *ferat? Multa celeritatis præmia sunt, quæ nobis cessantibus ad hostem pertinebunt. Magnum in ejusmodi negotiis momentum post se trahit prima animorum inclinatio: at*
14 *illa semper occupanti parata est. quippe nemo constanter adpetit fortioris gratiam: porro fortior habetur, qui infert bellum, quam qui excipit. Quanto autem existimationis nostræ periculo fallemus spem eorum, qui adolescentibus nobis eum honorem deferendum judicaverunt, quem maximus imperator, pater meus, post tot virtutis experimenta*

Diodor. 17, 16.

menta paulo ante obitum obtinuit? Non enim ideo Græcorum concilium imperium nobis decrevit, ut in Macedonia desides & ignavis voluptatibus addicti, injurias olim & nuper Græco nomini inlatas negligeremus; sed ut eorum, quæ per summam superbiam improbe & petulanter in nos commiserunt, pœnas penderemus. Quid dicam de iis Græcorum nationibus, quas late per Asiam diffusas impotentium barbarorum intoleranda servitus premit. Equidem quibus nuper precibus, quibusque argumentis caussam eorum Delius Ephesius egerit, quum ipsi memineritis, non repetam. Id sane constat, eos omnes, ut primum signa nostra conspexerint, protinus ad nos esse transituros, & pro liberatoribus adsertoribusque suis adversus graves iniquosque dominos quodlibet periculum impigre suscepturos. Quamquam quid nostri pariter hostiumque obliti auxilia circumspicimus adversus gentes, quas etiam paulo lentius vicisse a pudore quam gloria propius absuerit? Patrum ævo in Asiam profectis Lacedæmoniorum paucis ingentes hostium exercitus frustra restiterunt: Phrygiam, Lydiam, Paphlagoniam, agi ferique passi; aut, quoties vetare voluerunt, ad hostium satietatem cæsi sunt: donec a suis revocatus Agesilaus, ob exortos in Græcia tumultus, trepidantibus & consilii incertis animi ex tanto terrore vecipiendi spatium concederet. Paucis ante istum annis vix decem Græcorum millia, sine ducibus, sine commeatu, ex intimis Persici imperii partibus, per tot infestas nationes iter in patriam ferro aperuerunt, quum eos persequeretur universus Regis exercitus, quo modo cum Cyro fratre de Regno dimicaverat, victorque exstiterat: quem illi quidem ubicumque congressum fuderunt fugaveruntque. Nos igitur, quibus universa Græcia tot victoriis edomita pareret, qui eorum fortissimos aut in acie cecidimus, aut habemus in castris; timebimus scilicet Asiam, quam eorum, quos vicimus, pauci pudendis cladibus adfecerunt? Aliis deinde in eamdem sententiam adjectis, adeo permovit animos, ut omnibus adsentientibus etiam Parmenio, qui maxime bellum differri voluerat, maxime adcelerandum censeret, ultroque jam Alexandrum hortaretur. Itaque omni cura ad maturandam profectionem conversa, ad Dium Macedoniæ urbem Jovi Olympio sacrum fecit, institutum ab Archelao, qui post Perdiccam Alexandri filium regnavit. Musis quoque ludos scenicos fecit, per novem dies, pro numero Dearum. Post hæc convivium summa magnificentia celebratum est; tabernaculo, quod centum lectos caperet, adornato. ibi cum amicis ducibusque, & civitatum legatis adcubuit. per exercitum quoque victimas dividi jussit, aliaque præberi, quibus destinatus hilaritati dies festivis epulis, & faustis instantis belli omnibus transigeretur.

Plutarch. adverf. Colotem cap. 30.

Plutarch. Agesil. c. 8. & seqq.

Xenoph. ἀναβ. lib. 2. & seqq.

Plut. Alex. cap. 88.

Diod. 17, 16. Arrian. 2, 1. Justin. 11, 5, 6.

Diod. 17, 16.

CAP.

CAP. III.

ARG. Alexander in Asiam trajicit. Exercitus ejus. Antipatrum Macedoniæ & Græciæ præficit, amicos Patrimonium privatum patrium dividit, sibi spes reservat: haud imprudenter, quamquam haud sane abundans pecunia, cujus post Philippi necem multo minus, quam æris alieni repertum fuerat. Pedestrem exercitum per maritima loca ducit, classi suæ præsidio futurus, adversus Persas maris potentes. Vigesimo die pervenit ad Hellespontis litus: cujus simulque adjacentium regionum situs breviter enarratur. Ibi copiarum parte cum Parmenione transmissa, ipse Eleuntem petit. Protesilao inferiat daturus. In medio Hellesponto Diis marinis sacrum facit.

1 VEre novo contractis undique copiis in Asiam transjecit; exercitum robore, quam numero, validiorem ducens. Triginta peditum millia Parmenio ducebat: quorum Macedones tredecim expleverant; quinque erant mercede militantium; cæteram multitudinem socii fœderatique miserant. Has copias Illyrii Thracesque & Triballi, ad quinque hominum millia sequebantur; additis mille Agrianorum sagittariis. Equitatum Macedonum mille octingentorum * Philotas ducebat; & totidem ex Thessalia Calas: a reliqua Græcia sexcenti omnino equites venerunt, quibus Erigyium præposuit: agmen ducebat Cassander cum nongentis Thracum atque Pæonum antecursoribus. Hunc exercitum, non ultra quam in triginta dies provisо commeatu, infinitis barbarorum copiis opponere non dubitavit; virtute suorum fretus, qui vincendo senes facti, robore animorum armorumque usu cuilibet multitudini hostium insuperabiles erant. Antipatro, quem cum duodecim millibus peditum, & mille quingentis equitibus Macedoniæ Græciæque rebus præfecerat, injunctum, ut continuos in Europa delectus ageret, quibus adversus præliorum fatique detrimenta exercitus subinde novaretur. Hoc unum sibi exceperat, quum cætera amicis largiretur. Quidquid enim salva majestate regni abesse poterat, priusquam naves conscenderet, inter suos distribuit. Perdiccas prædium, quod dabatur, non accepit, interrogato Rege, *quid tandem sibi ipsi reliqui faceret?* atque illo subjiciente, *spes: earumdem ergo*, inquit, *& nos participes erimus, qui tuis auspiciis militamus.*

Arrian. 1, 4, 5. Plut. c. 23 & de fort. Alex. 1, 3. Justin. 11, 6, 2. Polyb. 12, 19. Liv. 9, 19, 4. & 42, 51, 11 Front. 4, 2, 4 Paneg. Constantino dictus Diod. 17, 17. *Curt. 6, 9, 21.

Diod. 17, 17. Plut. c. 23 & de fort. Alex. 1, 3. 2, 24. Curt. 3, 2, 15. 3, 3, 27.

Arrian. 1, 4, 3. Diod. 17, 17.

Curtius 5, 1, 39.

Justin. 11, 5, 5. Plut. c. 22 & de fort. Alex. 2, 24.

Pauci hunc sequuti sunt: per cæteros non stetit; quin interrogatus, *ubi thesauri ipsius essent*? vere responderet, *apud amicos*. Sane de summa rerum alea jacta, non absurde conlocasse videtur opes, quas habebat: quippe aut victor multo majores adepturus erat; aut, si victus esset, istas quoque amissurus. atque interim alacrioribus ministris utebatur. neque multum abscedebat præsentibus necessitatibus, quum agros & prædia, & reditus, quorum dies multo post venturi erant, donaret: pecunia in belli usum sepositâ, cujus quanto minor copia erat, diligentius administrabatur. Quippe Philippo interfecto, minus sexaginta talentis pecuniæ signatæ, paucaque ex auro & argento pocula in thesauris ejus reperta sunt: quum æris alieni quingenta ferme talenta relinqueret. Quamquam enim iste rem Macedonicam insignibus incrementis auxisset, auri quoque metallis apud Crenidas (ipse Philippos adpellavit) ita excultis, ut inde mille talenta annui proventus cogerentur; continuis bellis, neque minus largitionibus, ærarium exhausserat. Macedoniæ etiam instaurandæ ornandæque magnos sumptus fecerat, quum pauperrimam accepisset. Ipsum inter initia regni tenuem fuisse, & quum ex quinquaginta drachmis auri poculum haberet, id cubitum euntem capiti subjecisse plerique meminerant. Hujus ergo filius bello lacessivit Regem Persarum, cui somnum capienti quinque talentorum auri millia pro cervicali, tria argenti pro scabello, sub capite pedibusque lectuli, peculiaribus cubiculis servabantur: quamquam ad paternum æs alienum octingenta insuper talenta, quæ ipse mutuo sumserat, adjecisset. ex quibus vix decima portio supererat. Solvisse autem dicitur Timotheo * tibiis concinente, summaque militum alacritate, opes barbarorum, quos oppugnatum irent, * certa fiducia sibi destinantium. Hoc modo per lacum, quem a vicini montis nomine *Cercinitem* vocant, ubi classem habebat, in Strymonem invectus: Amphipolin, & deinde ad ostia Strymonis processit: quo trajecto, præter montem Pangæum, viam ingressus est, quæ Abderam & Maroneam ducit. Nam in litore iter facere instituerat, ut navibus suis, quæ juxta ducebantur, præsidio esset, si Persæ forte occurrissent, quippe isti tum etiam maris imperium obtinebant. Ipsi enim modica classis; at apud hostes Cypriæ Phœniciæque naves, adsuetique maritimis rebus classiarii, & exercitatissimi remiges erant. Nam Macedonia nuper tentato maris imperio, nondum abundabat navibus; & a sociis maligne præbebantur. Etiam Athenienses, quum ab ipsis triremes peterentur, tantum xx. miserunt: suggerentibus eorum oratoribus, *periculum esse, ne classe accepta contra eos, qui misissent, utere-*

Marcellin. 25, 13.

Arrian. 7, 2, 15.

Curt. 10, 2, 24. Plutar. 23. de fort. Alex. 1, 3. & 2, 24. Diod. 16, 8.

Athen. 4, 14. & 6, 4.

Athenæus 11, 2.

Arrian. 7, 2, 15. Plut. c. 23. & de fort. Alex. 1, 3. & 2, 24.

* Himetius apud Photium.

* Justin. 11, 5, 8.

Arrian. 1, 4, 3.

Arrian. 7, 2, 15. Justin. 11, 6, 2. Oros. 3, 16. Otto Frising. 2, 25.

Diod. 17, 22. Plut. in X. Oratt. 8. [illegible]

17 *uteretur*. Ex iis locis ad Hebrum fluvium contendit: quo haud difficulter transmisso, in Pæticam Thraciæ regionem pervenit: inde superato amne quem, *Melanem* adpellant, vigesimo, postquam a domo profectus fuerat, die, Sestonadtigit in extremis continentis finibus Hellesponto imminentem, qua angustis fluctibus insinuatum 18 mare Asiam ab Europa dirimit. Quippe Macedonia Thraciam conjunctam habet, quæ procurrens in ortum duobus capitibus Asiam tangeret, nisi intercedente pelago submoveretur: dextra Hellespontus arcet; ulterius Bosphorus, quem Thracium adpellant, Byzantium a 19 Chalcedone separat. Inter has angustias intercepta Propontis jam laxiore spatio juxta Bithyniam & Ponticas regiones diffunditur. Infra Bithyniam Mysia est; deinde Phrygia, Phrygiamque contingens Lydia, longius a mari remotæ. Interius spatiosæ regiones celebratæ 20 fecunditatis & opulentiæ gentes habitant. Litora, quæ Thraciæ Græciæque obversa sunt, Hellespontii; deinde Troes colunt, calamitatibus incluti. Infra hos Aeolis & Ionia per longa litorum spatia Lydiæ prætenduntur. Caria deinde cum adnexa Doride, magna ex parte mari circumfusa, non minus amplo tractu introrsum recedit. His terris nobilissimæ insulæ adjacent: 21 Lesbus Aeolica, Chius & Samus Ioniæ, & Dorica Rhodus, aliæque multæ, quarum nomina Græcorum monumentis inclaruerunt. Nam antiquis temporibus omnem 22 hanc oram Græcia frequentibus coloniis insederat: quæ tum quoque manebant; sed Persarum Regi satrapisque subjectæ, priscam gentis libertatem barbarica servitute 23 mutaverant. Alexander, ubi Sestonpervenit, maximam copiarum partem, Parmenione * duce, Abydum in adverso litore sitam petere jubet, adtributis ad hoc centum sexaginta triremibus, multisque onerariis: ipse cum reliquis Eleuntem proficiscitur, Protesilao sacrum, cujus 24 ibi sepulchrum adgesto tumulto tegitur. Circa tumulum crebræ ulmi sunt, quarum mira natura est. quippe ramis, qui Ilium spectant, matutino diei tempore enata folia statim defluunt; quum cæteris stabilis viriditas sit: ita acerbum herois fatum exprimere creduntur; qui in ipso ætatis flore cum Græcis in Asiam profectus, prima 25 Trojani belli victima fuit. Huic tum Alexander inferias dedit; precatus, *ut melioribus auspiciis hostile litus tangeret*. Inde cum quinquaginta longis navibus Sigeum petiit, portumque nomen ab Achivis nactum, quorum 26 classem Trojanis temporibus exceperat. Quum jam in mediis Hellesponti fluctibus navigaret (namque suæ navis ipse gubernator erat) taurum Neptuno ac Nereidibus immolat, aureamque phialam, ex qua libaverat, Diis mari-

Arrian. 1, 4, 4.

Arrian. 1, 4. 4. * Curt. 7, 1, 2. 2, 4, 13. Arrian. 1, 4, 6. Herod 9, 115. Pausan. lib. 1. & 3. Philostrati Heroica.

Arrian. 1, 4, 6. Diod. 17, 17. Arrian. 1, 14, 7. Plin 5, 20. 7. Mela 1, 18.

Herod. 7, 54. nis donum, in pelagus abjicit. Jam in portu erat classis; quum Rex conjecta in litus hasta, primus e navi librato
Diod. 17, 17. corpore terram saltu contigit; testatus, *se possessionem*
Arrian. 1, 4, 8. *Asiæ Diis bene juvantibus, justo pioque bello sibi adserre.*
Justin. 11, 5, 10. Aræ deinde constitutæ sunt, ubi exscensionem fecerat, 28
Jovi descensori, Minervæque & Herculi: *eo quoque loco, unde ex Europa solverat, aras exstrui* jussit.

CAP. IV.

ARG. Alexander Achillis tumulum coronat: Hephæstion Patrocli. Cæteris etiam heroibus, & Priamo inferiæ datæ. Alexander ex templo Minervæ arma depromit; sua suspendit. Armatura ejus describitur: quæ & postea diu in pretio. Alexandri progressus & itinera: Aristbe, Percote, Lampsacus, Colonæ in deditionem accipiuntur. Inter hæc Satrapis consultantibus Memnon Rhodius suadet, ut ampla regione vastata, hosti commoditatem progrediendi adimerent. illi non audiunt; etiam superbis Darii literis ad prælium conferendum incitati.

Strab. li. 13. INde processit in campos, ubi veteris Ilii sedes mon- 1
strabatur. Ibi dum heroicorum operum monumenta
Plut. c. 24. & de fort. Alex. 1, 14 Aelian. histor. var. 9, 38. avide perlustrat, quidam ex incolis, Paridis ei lyram
pollicitus est. At ille, *nihil*, inquit, *moror imbellium* 2
deliciarum vile instrumentum: at Achillis lyram cedo, fortium virorum laudes eadem personantis manu, qua facta superabat. Nam Achillem, cujus origine gloriabatur,
Plut. c. 74. Arrian. 1, 4, 10. Cicero pro Archia c. 10. & ep. 5, 12. Vopiscus pr. Probi. inprimis mirari solitus, etiam circum cippum ejus cum 3
amicis nudus decucurrit, unctoque coronam imposuit.
* Aelian. histor. var 12, 7. Hephæstion * Patrocli tumulum coronavit: eumdem 4
amicitiæ locum apud Alexandrum sibi esse significans, quem is apud Achillem habuisset. Inter multos de Achille sermones *duplici nomine beatum sibi*
Justin. 11, 5, 12. *videri* dixit Rex, *quod vivus fidum amicum nactus esset,*
Arrian 1, 4 9. *exstinctus magnum præconem.* Cæteris etiam heroibus, quorum iis in terris sepulchra ostenduntur, parenta-
vit. Sacrificavit & Priamo ad Hercii aram, sive ut pla- 5
Just. 17, 3, 6. Strab. l. 13. caret manes ab Aeacida interempti; sive ob cognationem, quam sibi cum Ilienfibus intercedere arbitrabatur,
Comment. in Curt. 3, 7, 3. quia viduam Hectoris Andromachen Neoptolemeus in matrimonio habuerat. Minervæ, quam præcipua
Plut. c. 25. religione venerabatur, studiose sacrum fecit: suspensisque in templo armis suis, alia detraxit, quæ *a Trojani belli temporibus duravisse* dicebantur. *Hæc ab ar-* 6
migeris

migeris præferri jubebat, *tamquam a propitio numine* Arrian 1, 4, 9. 6, 2, 8 & 13.
ad subigendam Asiam commodata: iisque indutum fe- Diodor. 17, 7 *runt ad Granicum cum satrapis decertasse.* Alioquin ele- 18. & 21.
gantibus armis gaudebat; nullius mundiciei studio- Plutarch. cap.
sior. Cetra usum reperio splendida; galea eleganter 25.
cristata, utrimque dependentibus pinnis candore & ma- Plutarch. cap.
gnitudine insignibus; thorace lineo duplici. galeam 60.
habebat ferream quidem, sed in purissimi argenti spe- 8
ciem splendoremque politam, Theophili opus. collare ferreum internitentes gemmæ distinguebant. gladio cingebatur acumine & duritie in paucis notabili; augebatque pretium ejus, quod in tanto ferri robore, levis & tractanti habilis erat. Huic armaturæ interdum amiculum militare injiciebat, quod genus tum *Sicu-* 9
lum adpellabatur. Cæterum quibusdam horum post id tempus potitus est: nam thorax, quem diximus, inter spolia pugnati ad Issum prælii fuit; gladium Citieorum Rex Cyprius dono dedit; Rhodii balteum, quem incomparabili industria conspicuum Helicon fece- 10
rat, egregius inter priscos artifices. Neque pœnitet talia memorare, quæ veteribus scriptoribus digna relatu videbantur; & alioqui magnorum Regum dicta factaque, etiam quæ leviora haberi solent, non sine fructu aut vo- 11
luptate recoluntur. Certe arma Alexandri sequens ætas diu venerata est: quibus adeo pepercit vetustas, ut ex Romanis imperatoribus alius post subacta Pontica regna chlamyde illius triumphum suum ornaret; alius thoracem Alexandri indutus percurreret pontem, quem Appian. de bellis Mithridaticis.
æmulatione Darii Xerxisque in pelago struxerat. Post- 12 Diolib. 59.
hæc Alexander a Minervæ fano digressus Arisben proces- Zonaras tomo 2. Arrian.
sit, ubi castra habebant Macedones, qui cum Parmenio- 1, 5, 16. 2, 3, 23.
ne transierant. Postero die præter Percoten & Lamp- 13 Arrian. 1, 5, 16.
sacon ad Practium flumen contendit; quod ex Idæis mon- Strabo lib. 13.
tibus ortum, Lampsacenum Abydenumque agrum inter- Arrian. 1, 5, 16.
fluit, deinde paulisper ad Septemtrionem flexum, in 14 Strabo lib. 13.
Propontidem exit. Inde Hermotum prætergressus Rex, ad 1, 3, 27.
Colonas duxit, in mediterraneis Lampsacenorum situm Arrian.
oppidum. Omnibus istis in deditionem acceptis (nam & 1, 5, 17.
Lampsacenis ignoverat) Panegorum misit, qui Priape- 15
norum urbem, quam incolæ dedebant, reciperet: Amyntas Arrabæi filius cum quatuor antecursorum turmis, una Apolloniatum, quam Socrates ducebat, speculatum ire jussus est; quippe hostes in propinquo versabantur, summa solicitudine curaque bellum instruentes. 16 Curt. 3, 4, 22
Inter eos rei militaris peritia longe eminebat Me- Diod 17, 18.
mnon. is magnopere suadebat, *ut retrocedentes, omne,* Arrian. 1, 5, 19.
quod usui hostibus esse posset, longe lateque con-
rumperent: quidquid in campo herbidum esset, equitatu

conculcarent: vicos urbesque incenderent, nihil præter nudum solum relicturi. Vix unius mensis commeatu instructum 17
2, 3, 5. reniſſe Macedonem, deinceps rapto victurum. ea copia ſi eripiatur, brevi receſſurum eſſe. ita parvo impendio toti Aſiæ ſalutem quæri. Triſte id quidem: ſed in omni negotio, ubi periculum immineat, id ſpectare prudentes, ut 18
Comment. in Curt. 5, 9, 5. quam minimo damno defungantur; ita medicos, ſi corrupta parte corporis morbum in cæteras transjici videant, unius membri jactura pro reliqui corporis incolumitate paciſci.
Strabo lib. 13. Neque id ſine exemplo facturos Perſas. Sic olim Darium Regem ipſas illas regiones urbesque vaſtaviſſe, ne Scythis 19
iſthac transituris receptus eſſet. At ſi prælio contenderent, 20
de ſumma rerum aleam jaci pulſis ſemel Perſis, omnem eam oram Alexandri fore: victores nihil amplius habituros. Neque hercule parvum diſcrimen impendere ob vim 21
Arrian. 1, 5, 19. Comment. in Curt. 3, 6, 3. Macedonicæ phalangis, cui ſuum peditatum, quamquam numero ſuperiorem, fruſtra oppoſituri eſſent. Ipſius deinde 22
Arrian. 1, 5, 19. Regis præſentiam haud parum valere ad victoriam; ſtimulari milites ſpe, pudore, gloria, in conſpectu imperatoris dimicantes: quæ omnia haberent Macedones; ipſis abeſſe Darium. Neminem ambigere, quin bellum in aliena 23
terra gerere præſtet, quam in ſua: id commodum adepturos, ſi conſilium ſuum ſequuti de invadenda Macedonia cogitarent. Nulli cæterorum ducum grata oratio fuit. 24
2, 5, 10. Arrian. 1. 5, 20. Diod. 17, 18. Id fortaſſe Memnoni Rhodio probari poſſe, cui expediat bellum trahi, quo diutius honoribus, ſtipendiisque regiis perfrueretur; Perſis commiſſos fidei ſuæ populos prodere pudendum videri: neque apud Regem excuſari poſſe, qui longe aliam belli gerendi rationem præſcripſiſſet. Quippe 25
Comment. in Curt. 3, 5, 12. Darius audito Alexandrum ex Macedonia moviſſe, literas ad præfectos ſuos miſerat, imperans, ut inſanientem Philippi adoleſcentulum puerili verbere ætatis & conditionis admonitum, deinde purpurea veſte indutum, quam primum ſibi vinctum adducerent: naves ipſius una cum nautis mari demergerent: milites omnes ad ultima maris Erythræi loca deportarent. adeo præ ſuperbia futu- 26
Herod. 7. 150. Plato in Alcibiade. Aeſchines contra Cteſiph. ri ſecurus, & ignarus ſortis ſuæ omnem humanæ imbecillitatis ſenſum exuerat, conſanguineum Deorum ſe ferens, magis, quod potentia non dispar ipſis videretur; quam ob veterem fabulam, qua Perſarum Reges a Perſeo Jovis filio nomen atque genus traxiſſe ferebatur. Eodem 27
faſtu plenam epiſtolam ad Athenienſes paulo ante ſcribi juſſerat, addideratque, quando Macedonis amicitiam prætuliſſent, a ſe deinceps aurum ne peterent, non enim miſſurum eſſe, etiam rogantibus.

CAP.

CAP. V.

ARG. *Alexander unum ex hoſtibus Memnonem non contemnens, vafro ſtrategemate ſuſpectum Perſis reddere nititur. progreſſus ad Granicum amnem, ad prælium ſe parat, milites adloquio & commentitio prodigio in ſpem erigit. deinde per medium flumen in hoſtem contendit, numero multo ſuperiorem, & in adverſa ripa inſtructo equitatu præſtolantem. Acri pugna conſerta, Rex in maximum vitæ periculum adductus, a Clito ſervatur. Tandem Perſarum equitatu pulſo, etiam pedites circumvenuntur, præſertim mercenarii. Clades Perſarum, & Arſitis ſpontaneus exitus. Macedonum pauci cæſi, inſignibus a Rege honoribus, vivi maximis præmiis adficiuntur: amicorum ejus ſtatuæ a Lyſippo finguntur. Victoriæ hujus cauſa ipſi Alexandro aſcribitur; deinde Theſſalis equitibus. Rex hoſtium etiam præcipuos humari jubet: captas Græcos in ergaſtula conjicit.*

1 AT Alexander, quum inter progrediendum agrum a Rege Perſarum Memnoni dono datum adtigiſſet, *maleficio abſtineri* jubet, *colonisque & fructum parci*: callido commento ſuſpectum facturus homi- Polyæn. 4, 3, 15. Curtius 3, 8, 21.
nem induſtrium, & quem ex omnibus hoſtium ducibus unum non contemneret; ſi in ſuas partes transducere
2 nequiviſſet. Quumque *lenitatem Regis* admirati quidam, *acerrimum callidiſſimumque Macedonum hoſtem, quamprimum in poteſtatem redactus eſſet, interficiendum*; at- Themiſt. orat. 9.
que ille enim, quibus poſſet, cladibus vexandum eſſe dicerent: *Quin*, inquit, *potius beneficiis ſupplantamus hominem, & amicum ex inimico facimus, eadem virtute & ſolertia pro*
3 *nobis ſtaturum*. Ventum erat in campos Adraſteæ, per quę Strabo lib. 13. Plutarch. cap. 25. Arrian. 1, 5, 2.
Granicus amnis præcipiti curſu volvitur. Ibi quidam ex ſpeculatoribus, quos cum Hegelocho præmiſerat, reverſi nunciant; *Perſas inſtructis ad prælium ordinibus in ulte-*
4 *riore ripa conſiſtere*. Paulisper commoratus, dum de Plutarch. cap. 24.
transitu conſilium caperet, *duces convocari* jubet. Pleriſque *præcipitis & inriti conatus* videbatur, *fluvium profundum perrumpere, ripam ſua natura arduam atque impeditam obtinentibus tot equitum peditumque millibus*. nec Curtius 4, 9, 22. Plutarch. cap. 24.
deerant, qui ingererent *Dæſium menſem* (is enim agebatur Junio reſpondens) *infauſtum res gerentibus apud Ma-*
5 *cedonas haberi*. De periculo non anxius, ſuperſtitionem

haud contempſit: gnarus, quantum in rudibus animis valeret etiam vanæ religionis opinio. Igitur edixit, ut repetito prioris menſis nomine, pro Dæſio alter Artemiſius haberetur. Et, quo efficacius confirmarentur adhonitæ mentes, Ariſtandrum (nam is forte pro transitu ſacrificabat) ſecreto moneri jubet, *ut excepturam exta manum inſcriberet medicamento, litteris inverſis, quas impoſitum jecur recenti adhuc calore adtraheret, rectasque exprimeret.* iis ſignificabatur, *Alexandro victoriam concedere Deos.* Vulgatum id miraculum tanta futuri ſpe omnes implevit, ut *poſt hæc tam certa cœleſtis favoris pignora nihil dubitandum* conclamarent. ita in maximam bene gerendæ rei fiduciam aſtu inducti, victoriam, quia ſuam eſſe arbitrabantur, rapuerunt. Rex impetu animorum utendum ratus, quamquam monente Parmenione, *ut ſaltem proximam lucem operiretur* (jam enim major diei pars effluxerat) ſtatim transduxit copias, Parmenionis ſolicitudinem joco proſequutus: *erubeſcendum Helleſponto fore, ſi illo ſuperato rivum hunc tranſire contarentur.* Tredecim equitum turmæ cum ipſo Rege per obluctantes undas vix eniſæ, priusquam ſtabile certumque ſolum adtigiſſent, aut ordines inter transeundum luxatos inſtauraſſent; circumfuſo Perſarum equitatu urgebantur. Quippe quum repudiato Memnonis conſilio pugnare placuiſſet (nam Arſites Phrygiæ ſatrapa *ne unum quidem tugurium eorum, qui ſibi ſuccenſent, incendi ſe paſſurum* adfirmaverat; inque ejus ſententiam a cæteris itum erat) ad Granicum amnem cum centum peditum millibus, viginti equitum conſederant; flumine pro munimento uſuri, & viciſſim eam velut Aſiæ portam venienti Alexandro obſeraturi. Cujus adventu cognito, equitatum, in quo robur erat virium, ita conſocant, ut contra dextrum Macedonum cornu, quod ipſe Rex ducebat (nam ſiniſtrum Parmenioni commiſerat) Memnon cum filiis & Arſane Perſa conſisterent: in eadem parte Arſites curabat cum Paphlagonum equitum auxiliis: in ſubſidiis Spithridates erat gener Regis. Lybiæ Ioniæque ſatrapa Rhœſace fratre, & Hyrcanis equitibus comitatus. In dextra acie Rheomitrem duo Medorum millia, totidemque Bactriani ſequebantur: Medium agmen Pharnaces reginæ frater, Arbupalesque Artaxerxis ex Dario nepos, & Mithrobarzanes Cappadociæ prætor regebant: iis Niphates Petanesque, cum Arſace & Atizye variarum gentium turmas adplicuerant. Ii tum multitudine & loco potiores graviter premebant hoſtem acrisque pugna conſerebatur; maximo omnium Regis periculo, quem armis manuque & imperiis conſpicuum plures petebant. Sed tragula quidem, quę in promiſcuo pugnę ardore

6 7 8 9 10 11 12 13 14

Sealig. de emendat. temporum lib. 1.

Frontin. ſtrateg. 1, 11, 14.

Plut. c. 25. Arrian. 1, 5, 3. Diod. 17, 19.

2, 4, 24.

Arrian. 1, 4, 20.

Diod. 17, 19. Juſtin. 11, 6, 10. Plutarch. cap. 24.

Diod. 17, 19. Arrian. 1, 5, 15.

Diod. 17, 20. & 21.

Arrian. 1, 4, 18.

Diod. 17, 19. Arrian. 1, 4, 18 1, 5, 25. 2, 2, 17. Diodor. 17, 21.

Arrian. 1, 5, 20 Plut c. 25.

ardore deſinentis loricæ plicis inciderat, vulnus haud intulit: cæterum a Rhœſace & Spithridate fortiſſimis ducum ſimul impetitus, extremum diſcrimen adiit. Dum enim lancea in thorace Spithridatis confracta, conatumque deſtituente, gladium ſtringit; frater illius a latere adequitans acinacem incauto impingit, tanto niſu, ut criſtam galeæ & pinnarum alteram decuteret, aciesque gladii ſummos Regis capillos perſtringeret. Jamque repetito ictu, qua diſcuſſa caſſis nudum caput oſtendebat, deſcendere parabat; quum illum Clitus occupat, qui animadverſo Regis periculo amenti ſimilis advolaverat, interceptumque barbari brachium eum ipſo gladio dejicit. ſimul Alexandri enſe Spithridates occubuit. Nihilo tamen ſegnius repugnabant Perſæ: donec interitu ducum, quorum plerique jam ceciderant, conſternati, & quia jam etiam phalanx Macedonum transierat amnem, equos in fugam averterunt. Neque pedeſtris acies diu reſtitit. equitatum ſuum ad obterendum hoſtem ſatis ſuperque validum arbitrati, potius de præda, quam de diſcrimine, cogitabant. ita ſubito eventu deprehenſorum cædes magis, quam prælium fuit. Mercenarii tamen, quibus Omares præerat, occupato quodam tumulo ſtrenue ſe tuebantur: quia conditionibus in fidem venturos ille non receperat. Ergo Macedonum plures in eo conflictu deſiderati ſunt, quam equeſtri prælio ceciderant: ipſe quoque Rex, dum inter primos impetum in eos facit, tam propinquus diſcrimini fuit, ut equum, cui tum inſidebat, ictu gladii per latus adacto conſoſſum amiſerit. Quibus rebus vehementer irritatus, equitatu ſimul & phalange circumdatos occidione occidit; exceptis duobus fere millibus, qui in deditionem venerunt. In univerſum cæſa ſunt ex hoſtibus viginti peditum millia, duo equitum: captorum par ferme numerus fuit. Ex ducibus Memnon effugit, cum Arſace, Rheomithre & Atizye; cæteri honeſtis vulneribus occubuerunt. Arſites, quum in Phrygiam ſe recepiſſet, pudore & pœnitentia, quod hujus cladis cauſſa non immerito haberetur, ſibi manus intulit. Alexander paucos quidem, ſed promptiſſimos, eo prælio perdidit. triginta admodum pedites, ſeptuaginta quinque equites ceciderant. Igitur ut oſtenderet omnibus, in utraque fortuna apud ſe virtuti præmium fore; ſuperſtites Perſarum ſpoliis ditat: occiſorum corpora cum armis cæteroque cultu magnifice ſepelit: parentibus eorum liberisque vacationem munerum concedit. vulneratorum etiam cura ambitioſe acta eſt; quum ipſe Rex obeundo tentoria & inſpiciendo ſingulos, ſolicitudinem ſuam pro gregariis etiam militibus oſtentaret, ac gravem cujusque caſum mu-

15 16 17 18 19 20 21 22 23 24

Diod 17, 20. Arrian. 1, 5, 20. Plutarch. c. 25.

Curt. 8, 1, 41. Arrian. 4, 2, 8.

Diod. 17, 21. Plut. c. 26.

Arrian. 1, 5, 25. Plut. c. 26.

Arrian. 1, 5, 24. Diod. 18, 21. Plut. c. 26. Arrian. 2, 2, 37. Arrian. 1, 5, 25.

Juſtin. 11, 6, 13. Diod. 17, 21. Arrian. 1, 5, 27.

nificentia laudibusque aut promissis solaretur. Quæ comitas in omnia deinceps pericula fidissimos ei præstitit: nec quisquam recusavit spiritum pro eo Rege profundere, qui neque vitam suorum inopem neque mortem inhonoratam pateretur. Insignis præ cæteris honor fuit viginti quinque equitum ex turma amicorum; quos primo statim congressu ex iniquo loco pugnantes multitudo Persarum oppresserat. Nam Lysippo, a quo uno, propter hominis peritiam, in ære fingi voluerat, imperavit, ut equestres ipsis statuas faceret: quas apud Dion Macedoniæ oppidum conlocatas post longam ætatem abolito Macedonum regno, Q. Metellus Romam transtulit. Primum hujus victoriæ decus penes ipsum Regem fuit. aciem optime instruxerat, observataque loci natura, obliquos per flumen ordines duxerat, ne statim, quum ex aqua evasissent, a Persis invaderentur. Turbatos deinde, territosque excitavit, hortatus, *ut saltem semel adhuc strenue adorirentur hostes.* Neque minus manu fortiter usus erat, multos lancea, alios ense confecerat: primique ex hostibus fugam adripuerunt, qui contra ipsum constiterant. Consilium quoque ipsius audaci specie, plus tamen rationis, quam temeritatis habuit. pugnaturos adversus hostem novum, numeroque longe superiorem, etiam desperatione armare voluerat, ut præcisam objectu fluminis fugam conspicati, omnem salutis spem in victoria conlocarent. Thessalorum etiam, nam id robur equitatus erat, insignis eo die opera exstitit. neque cæteri officio suo defuerunt: præsertim equites, nam equestri potissimum prælio transacta res est; pedites e vestigio cesserunt. Cæterum Alexander Persarum etiam nobilissimos sepulturæ tradidit; & quotquot ex Græcis mercenariis hostibus merentes ceciderant: qui autem eorum vivi in potestatem redacti fuerant, *eos per Macedoniam in ergastula distribui* jussit, *quod contra commune Græcorum decretum, pro barbarorum dominatione adversus patriam pugnavissent.* Thebanos tamen dimisit, qui exsilia urbe, ademptis agris necessitate magis, quam sponte peccassent. jam enim tot illorum calamitatibus expleta odia misericordiæ locum fecerant. Posthæc de manubiis trecentos clypeos selegit, qui Minervæ Athenienſi dedicarentur, superbo cum titulo: *Alexandrum Philippi f. Græcosque, exceptis Lacedæmoniis, de barbaris Asiam incolentibus suspendisse.* Id eo fecerat, ut communicata victoriæ laude Græcis ad cæteras belli necessitates obsequentioribus uteretur: simul Lacedæmoniorum contumaciam traducebat, qui seorsum initis consiliis a cætero Græciæ corpore abrupti, tantique decoris expertes mansissent. Neque matris, quam eximia pietate semper coluit, oblitus, pocula,

Val. Max 8, 11. 3, 2, 13. Plut. c. 26 Arrian. 1, 5, 26. Liv. 44, 7. 2. Vellej. 1, 11, 4. Plin. 34. 8, 10. Arrian. 1, 5, 13. Polyæn. 4, 3, 16. Polyæn. 4, 3, 8. Diod. 17, 21. Diod. 17, 23. Liv. 9, 19, 4. Diodor. 16, 4. 17, 21. Arrian. 1, 5, 29. Plutarch. apophth. cap. 40. Arrian. 1, 5, 30. Plutar. cap. 26. Curt 10, 5. Plut. c. 26.

pocula, purpuram, aliaque id genus preciosa spolia, paucis demptis, ad illam transmisit.

Cap. VI.

ARG. Alexander Minervæ Iliacæ gratias agit, ob arma & omnia commodata. ejusque templum donariis exornat, augustius aliquando exstructurus. Multi populi urbesque Alexandro se dedunt: quibus nulla nova tributa indicit. Sardes a Mithrene præfecto traduntur. eo profectus in arce Sardiana Olympio Jovi templum destinat. urbi regionique præfectos imponit: Demosthenis consilia cognoscit; eoque Phocionem rebus tranquillis studentem colere constituit: ille maximis a Rege muneribus missis oblatisque, nihil accipit. Ephesum ab Amynta transfuga desertam Rex occupat & reipublicæ administrationem populo tradit, idemque in reliquis Ioniæ Æoliæque civitatibus fieri jubet. Apellem frequenter invisit, & dilectissima pellice donat. Ephesiis templum Dianæ instaurantibus multa largitur: etiam omnes impensas solvere pollicitus, si nomen ipsius operi inscriberent.

1 Post hoc prælium denuo ad Ilium profectus Alexander, Deæ gratias egit, quæ gravissimi belli discrimen adituram, armis & omnibus juvisset. 2 Quippe superiori tempore, quum statim post transmissum Hellespontum eo contendisset, uti supra retulimus, ante sanum Minervæ statuam equestrem humi prostatam vidit, Ariobarzanis ora referentem, qui Phrygiæ quondam satrapa fuerat. Idque omen interpretatus Aristander, *inlusirem ex equestri pugna victoriam* promiserat Alexandro; *maxime, si haud procul Phrygia dimicaretur: ipsius etiam dextra nobilem hostium ducem casurum.* Neque fefellit spem vatis eventus prælii, stratusque Regis 4 ense Spithridates prædictionis fidem implevit. Igitur & templum donariis exquisite coluit; & Ilio, quod tum haud multum supra modici pagi speciem eminebat, nomen urbis addidit: utque id cum dignitate tueretur, reliquit, qui instaurandæ ejus ampliandæque curam agerent: 5 liberamque & immunem esse jussit. Quumque delubrum Deæ pro religione loci nimis angustum neglectumque videret; eximium illi templum exstruere postea statuit. sed hoc aliaque magnifica meditantem, fatum occupavit: 6 neque successores exsequuti sunt. Cæterum illa

Strabo lib. 13. 2, 4, 5. Diod. 17, 17. 2, 5, 16. Strabo lib. 13. Diod. 18, 4. 1, 10, 22.

Strabo lib. 13.

illa victoria totam Asiam cis Taurum & Euphraten aperuit Regi. Adtoniti insperata clade, non copiis modo, sed & ducibus amissis, nullam præterquam in clementia victoris spem habebant; eamque festinata deditione certatim promereri satagebant. Phrygiam Arsites voluntario exitu vacuam fecerat; ei Calas Thessalorum dux præponitur. Ex montanis quoque locis plerique descenderunt, seque & sua dedentes Alexandro, eos in fidem acceptos domum remisit: Zelitisque ignovit, quos a Persis coactos adversus ipsum militasse cognoverit. Tributum omnibus impositum est, quod Dario pendere consuevissent: idque postea constanter servavit, quum

Arrian. 1, 6, 1. 1, 5, 8.

7

8

Curt. 6, 3, 10.

cæteras Asiæ regiones subigeret. Omne peregrinum imperium invidiæ subjectum esse noverat, etiam quum domestico mitius est; at si vetera subditorum onera novis cumulentur, intolerandum haberi. Igitur monenti cuidam, *longe plus tributorum vectigaliumque ex tanto imperio redigi posse*; respondit, *etiam oliorem se odisse, qui radicitus exscinderet, quæ carpere debuisset.* Dascyleum præsidio Persarum teneri audiverat. eo Parmenionem misit, quem oppidani statim receperunt; quum audito Macedonum adventu, Persæ excessissent. ipse Sardes processit, caput omnium, quæ præfectis oræ maritimæ Persarum Reges parere jusserant. Jamque haud amplius septuaginta stadiis ab urbe aberat; quum ad eum Mithrenes venit, cui tutelam arcis Sardianæ Darius crediderat, cum principibus Sardianorum, urbem arcemque, & pecuniam, quæ in ea custodiebatur, tradituri. Quibus benigne exceptis ad Hermum fluvium progreditur, viginti fere stadiis ab urbe distantem. ibi castris positis Amyntam Andromenis filium ad recipiendam arcem præmittit. Ea præcelso loco sita, difficili undiquaque aditu, adversus quamcumque vim teneri potuerat, etiamsi murus, qui triplici munimento illam circumibat, abfuisset. Ergo felicitati suæ gratulatus, quod amplissimas res animo volventem, arx munitissima longa obsidione non implicasset; Jovi Olympio templum ibi ponere decrevit. Quumque solicite circumspiceret, quinam locus accipiendæ ædi maxime opportunus foret, confestim exorta vehemens tempestas multo imbre partem arcis perfudit, ubi vetus Lydorum regia fuerat. Eam itaque sedem nutu Deorum destinari credens, *templum ibi constitui* jussit. Arci deinde Pausaniam ex amicorum cohorte præponit; adtributis Argivorum auxiliis: cæteras sociorum copias cum Cala & Alexandro Aeropi filio in Memnonis præfecturam immittit. vectigalibus tributisque conligendis Niciam quemdam præfecit; Asandrum Philotæ filium Lydiæ, quibus finibus Spi-

Hippol. a Collibus Princeps cap. 33. ex Maximo Tyrio. Arrian. 1, 6, 2.

9

Plut. c. 27. Pausan. l. 3.

10

Arrian. 1, 6, 3. Diod. 17, 21.

11

12

Arrian. 1, 6, 4.

13

14

15

Spithridates tenuisset. dati ad id equites cum expeditis co-
16 hortibus, quot in præsentia suffecturi putabantur. Lydos omnes suis legibus libere uti permisit: & quia Sardianos Dianæ, quam *Coloenen* vocant, cultui deditos cognoverat, illius templo jus asyli, gratificatus est. Mithrenen honorifice secum habuit, ut ejus exemplo & alios ad proditionem inliceret: procedente tempore & Armeniam homini regendam commisit. Cæterum repertis in
17 arce libellis, in quibus inter cætera perscriptæ erant largitiones, ob bellum Macedonibus in Græcia conflandum a satrapis factæ, cognovit, Demosthenem eam ob causam magnum auri pondus accepisse; cujus etiam epistolæ
18 ibi servabantur. Sed quia pace cum Athenienfibus inita transacta res erat, nihil ea de re palam conquestus est; cæterum intentiore cura agitandum censuit, quomodo adversus efficacem viri eloquentiam Athenæ in officio continerentur, sua defectione universam Græciam in partes tracturæ. nemo occurrebat Phocione dignior, cujus viri innocentia, & ob constantiam virtutis honorata paupertas erat. Eum ergo, primum ob usum, deinde ut hominis magnanimitatem multis experimentis
19 cognovit, admiratione virtutis ita coluit, ut quum post eversum Darii imperium animo elatus, neminem jam salute dignaretur, ad quem scribebat; eximium eum honorem duobus tantum, Antipatro & Phocioni habuerit.
20 Constat huic aliquando centum talenta dono mississe Regem: deinde optionem fecisse, inter quatuor haud ignobiles Asiæ urbes unam eligendi. Cius, Elæa, Mylasla-que & Gergetho fuere: quidam ultimo loco Patara nominant. At ille nihil horum accepit: sed ne tanti Regis
21 amicitiam fastidiose spreviisse videretur, petiit, *ut Echecratides sophista, & Athenodorus Imbrius, cum Demarato & Spartone Rhodiis*, qui in arce Sardiana captivi tenebantur, *custodia liberarentur.* Sed hæc in sequens tempus excurrere. tum ad Ephesum itum est, quam ac-
22 cepto cladis Persicæ nuncio præsidiarii deseruerant, duabus Ephesiorum triremibus avecti. Erat inter eos Amyntas Antiochi filius, qui ex Macedonia profugerat, nulla quidem injuria adfectus, sed quod periculum a Rege metueret: quem quia invisum exosumque habebat, il-
23 lius animum ex suo metiebatur. Quarto postquam Sardibus movisset die, Ephesum introiit Alexander: restitutisque exsulibus, qui paucorum dominatione pulsi fuerant, rempublicam populo tradidit. Ille libertatis diu desiderate compos, eos, qui Memnonem advocavissent, quique templum Dianæ spoliassent, inque eo Philippi statuam dejecissent, aut Heropythi monumentum effodissent, quod liberatori civitatis in foro positum fuerat, ad supplicium poscit.

Strabo lib. 13. Tacit. 3, 63, 4. Curt. 5, 8, 9.

Curt. 5, 1, 44. Arrian. 3, 3, 17. Diodor. 17, 64. Plutarch. Demosth. cap. 28.

Plut. Phocione c. 22. Aelian. hist. var. 1, 25.

Plut. Phocione c. 23. Plut. Phocion. c. 24. Aelian. hist. var. 1, 25.

Arrian. 1, 6, 6.

Curt. 3, 11, 18.

Arrian. 1, 6, 7.

poſcit. Ex quibus Pelagon cum fratre Syrphace & patruelibus, ex ipſa æde, in quam confugerant, rapti ſunt, ſtatimque lapidibus obruti. Jamque in cædes & injurias ibatur; quum Alexander inhibita vulgi licentia, ulterius eo de negotio inquiri, aut cuique moleſtiam exhiberi vetuit. id optimis quibusque ſaluti fuit; quos per cauſſam veri fictive criminis, ipſorum dignitas aut opulentia, furibundæ plebis odiis avaritiæque objeciſſet. Inter hæc Magnetes & Tralliani legatos mittunt, imperium acceperunt. eo *Parmenione cum quinque peditum millibus, equitibusque ducentis ire* juſſo: Alcimalum cum paribus fere copiis circum Aeolicas Ionicasque Perſici juris urbes mittit. utrique injunctum, *ut abolito paucorum dominatu, populares ubique ſtatum introducerent.* quippe multitudinem ſuis rebus ſtudere compererat: obque eam rem tyrannos a Barbaris impoſitos, per quos coerceretur. Per eos dies, dum Epheſi commoratur Alexander, ut exinſtantibus curis recrearet animum, frequenter in officinam Apellis ventitavit, a quo uno effigiem ſuam penicillo exprimi volebat: tanto favore complexus, ut dilectiſſimam pellicum, amore ejus deperire ſentiens artificem, dono dederit. Pancaſta vocabatur, ex Lariſſa nobili Theſſaliæ urbe genus ducens: amabatque eam Rex ardenti adfectu, ob formæ pulchritudinem; & quoniam adoleſcenti prima mulierum ad libidinem placuerat. Hoc ut magnanimitatem Alexandri non dedecet; ita non crediderim, *in officina imperite multa diſſerentem ab Apelle mordaci dicterio repreſſum fuiſſe.* nam id neque majeſtati tanti Regis, neque modeſtiæ pictoris, hominis non ſtupidi nec indocti, conveniſſet: & Alexander liberalibus ſtudiis ab extrema ætate imbutus, etiam de artibus, quas non calleret, haud inepte judicare didicerat. Illud prorſus vero eſt, quod alii tradiderunt; *quemdam ex Epheſiæ Dianæ ſacerdotibus, quos* Megabyzos * *adpellari mos erat, reprehenſum*: quum quidem ei diceret Apelles, *quoad tacuiſti, aurum hoc atque purpura venerabilem te faciebant imperitis; at nunc de rebus, quas non intelligis, incipientem loqui, etiam pueri rident, qui colores terunt.* In ea urbe longe celeberrimam ædem, ut ſupra * relatum eſt, Heroſtratus incenderat. Ea tum ſumma Epheſiorum cura, maximisque impenſis inſtaurabatur. Quo ſtudiis juvandis Alexander *tributa, quæ Perſis dare conſueverant, Dianæ pendi* juſſit: confirmavitque jus aſyli, quod antiquitus etiam Liberum patrem Herculemque ſervaviſſe cognoverat; addito etiam ſpatio, ut quaverſum in unius ſtadii amplitudinem extenderetur. poſtea quoque, quum Aſiam perpacaſſet, ſcripſit Epheſiis, *ſe omnes ſumptus, qui in id ædificium facti eſſent, reſti-*

2, 7, 9.

Plin. 35, 10, 25. 1, 2, 13.

Aelian. hiſt. var. 12, 34.

Plin. 35, 10, 25. Aelian. hiſt. var. 2, 3.

Plutarch. de animi tranquill. c. 21. Aelian. hiſt. var. 2, 2. * Strabo l. 14. Quintilian 5, 12. Plin. 35, 10. 34 & 35, 11, 14. Laertius in Xenophonte.

* 1, 1, 24. Arrian 1, 6, 7. Tacitus. 3, 61, 3. Pauſan. l. 7. Strabo l. 14.

reſtituturum; quique porro requirerentur, præbiturum de ſuo: ita tamen, ut ipſius nomen inſtaurato operi inſcriberetur. idque deprecati ſunt Epheſii. quo tempore, quia Alexandro petenti aliquid denegare arduum erat, legatus eorum ad adulationem confugit, qua maxime expugnabilem norat, dixitque *dedecere culmen ipſius, ſi Diis aliquid conſecraret, quum ipſe Deus eſſet. nam eum honorem ab hominibus haberi potiori naturæ.* Ea gloriæ contentio inter maximum Regem, & unam civitatem fuit. obtinuerunt Epheſii; & maluerunt ingenti pecunia carere, quam inſtaurati templi titulo Regi cedere. Nam quantos in id opus ſumptus contulerint, vel ex una tabula æſtimare licet. quam ibi dedicaverunt, viginti talentis auri redemptam. Alexander erat, fulmen tenens, quem inimitabili dexteritate Apelles expreſſerat; quatuor tantum coloribus uſus, quo majus peritis miraculum eſſet.

Plinius 35, 10, 33.

CAP. VII.

ARG. Smyrnæit urbem condit Alexander, per quietem, ut id faceret, monitus. Iſthmum, qui inter Clazomenas & Teon eſt, fodere inſtituit; ſed irrito conatu. Clazomenas tamen continenti adnectit. Inde ſacrificiis Dianæ factis Miletum obſidet. Perſarum claſſis a Macedonum navibus præventa portu prohibetur. Mileſii conditionibus fruſtra tentatis, poſtquam acerrime reſtitiſſent, expugnantur. Græci milites in fidem accipiuntur: oppidanis libertas reſtituitur, ob veterem urbis gloriam. In ſtatuas athletarum jocatur Alexander, Cereris fanum a dæmone defenditur. Seleucus apud Didyma notabile reſponſum accipit. Puer delphino vectus.

1 SUb idem tempus antiqui ſplendoris ſedem Smyrnæi receperunt, poſtquam, Lydorum armis exciſa vetere Smyrna, quadringentos per annos vicatim habitaviſſent. Reſtituit eam Rex viginti ferme ſtadiis a ſolo
2 antiquæ urbis, ſomnio monitus. Solebat Alexander, quum a majoribus negotiis vacaret, otium venando eximere. forte exercito corpore feſſus in Pago monte obdormiverat: ibi per quietem viſus eſt audire Nemeſes (quarum in proximo fanum erat) imperantes, *ut eo ipſo loco*
3 *urbem conderet, inque eam Smyrnæos deduceret.* Id ipſomnium mox Clarii Apollinis oraculum confirmavit, Smyrnæis conſulentibus *proſpere ceſſuram migrationem* pro-

Strabo lib. 14.

Plut. c. 39.

Pauſanias lib. 7.

promittens. Ita fundamenta novæ urbis imperio Regis jacta sunt; absolutæ gloriam Antigonus tulit, quum ipsum paulo post Alexander Lydiæ Phrygiæque, & vicinis regionibus præposuisset. In Smyrnæo sinum Clazomenii habitant, qua angustissimum est solum; quod procurrentes in mare terras per sexaginta ferme stadia continenti adnectens, peninsulæ speciem efficit. Alterum isthmi latus ex adverso Clazomeniorum Teos occupat. in extremo peninsulæ cornu Erythræ sunt, tum quoque fatidicis mulieribus inclutæ: juxta quas mons altissimus Mimas, insulæ Chiorum oppositus mare prospectat; deinde paulatim depressior, haud procul angustiis Clazomeniorum in æquales campos desinit. Eam loci naturam contemplatus Alexander, faucibus intercisis auferre continenti decrevit, ut Erythris & Mimanti mare circumfunderet, ac superiorem inferioremque sinum conjungeret. Id unum Regi ex sententia successisse negant, quum cæteros ejus conatus fortuna enixe juvaret, abutque res in religionem, *nec fas esse mortalibus* existimatum est, *mutare faciem, quam natura locis indiderit*: utique postquam alios similia molitos ubique succesus destituit. Clazomenas tamen, mole duorum stadiorum adgesta continenti junxit, quas olim metu Persarum Clazomenii in insulam transtulerant. Sed hæc quidem opera regiis præfectis commissa sunt. Ipse sacrificiis Ephesi magnifice celebratis, in honorem Deæ cum universo exercitu, qui aderat, in armis decucurrit; postero deinde die cum peditatu, quem secum habebat, adsumptis Thracum equitibus, & quatuor alnicorum turmis, inter quas & regia erat, Miletum contendit. Quippe Hegesistratus præsidii præfectus literis ad eum missis, spem deditionis fecerat: sed postquam Persarum classem in propinquo versari cognoverat, mutata sententia oppidum Dario conservare nitebatur. nam & commeatuum telorumque, & si qua alia ad tolerandam obsidionem requiruntur, magnam habebat copiam; & propugnatorum multitudine abundabat: quia Memnon, quum ex prælio Miletum perfugisset, multis ibi suorum relictis præsidium firmaverat. Igitur infesto agmine suggressus, exteriorem urbem, ut ipsi vocabant, ex itinere cepit: nam oppidani militesque, ne vires spargerent, in interiorem urbem consederant, auxilium suorum, quod haud procul abesse rebantur, opperituri. Verum vanam exspectationem fecit Macedonicæ classis adventus, quæ Nicanore duce Laden insulam supra Miletum sitam occupavit: deinde quum jam hostium classis ad Mycalen montem hæreret; ipsum Milesiorum portum ingressa Persici auxilii spem oppidanis ademit. Neque prohibebant barbari, quamquam numero navium

Strabo l. 14. Curt. 4, 4, 35. Arrian. 1, 8, 27.

Plinius 5, 29, 21. Strabo l. 14.

Pausanias l. 7. Aelian. hist. var. 5, 27.

Plinius 5, 29, 21.

Pausanias lib. 2.

Herodot. 1, 174. Plin. 4, 4, 4. Plinius 5, 29, 22.

Arrian. 1, 6, 11.

2, 6, 25.

Arrian. 1, 6, 12.

Diod. 17, 22.

Arrian. 1, 6, 12.

Herodot. 6, 7. Strab. l. 14. Arrian. 1, 6. 22.

vium longe præstarent: quippe paulo minus quadringentis habebant, quum Nicanor tantum sexaginta supra centum adduxit. Interea Glaucippus princeps civitatis ad Alexandrum missus, petito, *ut urbem & portus Macedonibus Persisque communes esse pateretur*, triste responsum retulerat: *Non se venisse in Asiam, ut acciperet, quod alii concederent; sed ut quisque haberet, quod ipse reliquisset, itaque scirent omnium fortunarum arbitrium meliori permittendum; aut in proximam lucem de eo certandum esse.* Sed qui in civitate erant, primum invadentium impetum fortiter retuderunt, cæsis inter alios duobus Hellanicæ filiis, quæ nutrix Alexandri fuerat, & Clitum, qui Rege servato eximium decus meruit, fratrem habebat: Sed quum dolore iraque incensi hostes machinis admotis magnam murorum partem dejecissent, jamque in oppidum inrupturi viderentur, conspectisque in portu Macedonum triremibus, novus terror ingrueret; pars scutis incubantes in parvam insulam urbi objacentem enataverunt, alii scaphis conscensis, quum idem molirentur, in ipso portus aditu ab hostium navigiis intercepti sunt. Alexander oppido in potestatem redacto; contra eos, qui insulam tenebant, naves expediri jussit, quibus impositæ proris scalæ ferebantur, ut in abruptam insulæ oram, velut in muros hostilis oppidi transscenderet miles. At quum mercenarios Græcos, qui eo confugerant, quamvis haud plures trecentis essent, ultima pati paratos conspiceret, misertus virorum fortium, & qui pro fide in eos, a quibus conducti erant, haud procul exitio abessent, iis pepercit, & *secum militare* jussit. Barbaros in urbe deprehensos in servitutem redegit; Milesiis, qui superfuerant, libertatem restituit, ob veterem urbis gloriam. Tantum enim aliquando opibus gloriaque Miletus floruerat, ut per vicina maria supra septuaginta colonias deduxerit, multis quoque civibus nobilis, qui in sacris certaminibus palmam adepti, patriæ celebritatem auxerant: nam ejusmodi victoriæ, more quodam Græcorum inter prima virtutis decora censentur. In quem jocatus Alexander, magna multitudine statuarum conspecta; *ubi erant istorum lacerti*, inquit, *quum Persarum jugum recepistis?* quippe vir strenuus, & ad bellandi usum cuncta referens, ignominiosum ducebat debitum seriis certaminibus robur, ad voluptatem inertis vulgi, inani ostentatione consumere. Interea milites, quia vi introitum erat, obvia quæque diripientes, ad fanum Cereris pervenerant: quod quum exspoliaturi quidam inrupissent, ignis ex penetralibus ædis repente emicans, sacrilegorum oculos exstinxit.

Seneca epist. 53, 10.

Arrian. 1, 6, 20.

Curt. 8, 2, 8. Arrian. 4, 2, 12.

2, 8, 4. Arrian. 1, 6, 23.

Diod. 17, 22

Strabo li. 14. Plin. 5, 29, 35. Seneca consol. ad Helviam 9. 14. Lucian. de gymnasiis.

Plutarch apophth. cap. 37.

1, 3, 29. Strabo lib. 14. Val. Max. 1, 1, 5. ext. Lactantius 2, 8.

Hic etiam progenitorum suorum monumenta Alexander reperit, inspecto fonte, cujus aqua ex ipso scaturigi- 24
Athenæus 2, 6. nis labro hausta salsum saporem habet, eadem dulcissima, quum profluxit in rivulos. *Achilleum* Milesii nominant, inque eo lustratum heroem rumor tenuit, quum Strambelum Telamonis filium Lesbiis auxilium ferentem oppressisset. Apud Milesios Didy- 25
Parthenius in Eroticis. Comment. in Curt. 5, 7, 28. mei Apollinis oraculum erat, divitiis famaque celebre. Id tum Seleucus, cujus maximæ post Alexandrum opes fuere, de reditu in Macedoniam consuluisse dicitur, & responsum accepisse, *ut Europa valere jussa, Asiam complecteretur.* Aliud subinde miracu- 26
Appiani Syriaca sub fin. lum adtentum habuit Regem, cujus curiosum ingenium, & cognoscendi avidum, novitate rerum mire adficiebatur. *Amatum a delphine puerum ex Iasso*, quod haud procul Mileto in insula situm oppi-
Strabo lib. 14. Plin. 9, 8, 10. dum est, acceperat; *ejusque vocem agnovisse piscem, & quoties evocaretur, vehi cupientem excepisse dorso.* Igitur gratum acceptumque Neptuno hominem interpretatus Rex, sacerdotio ejus Dei illum præfecit.

CAP. VIII.

ARG. Persarum classis ad Mycalen obsessæ similis Miletum navigat; & inde, nulla re succedente, recedit. Alexander suam classem dissolvit, quamquam dissuadente Parmenione. cujus argumenta Rex confutat, ostenditque suam classem Persicæ non esse parem; & si navali prælio vincatur, eam cladem rebus suis adversissimam fore. se vero Persarum naves ex continenti victurum. Cariam, ubi Memnon erat, ingressus Alexander, multas urbes subigit; Adam Hecatomni filiam in regnum restitui orantem, comiter excipit, & ad recipiendum regnum strenuam operam pollicitus, popularium gratiam adquirit. Ada delicatos cibos mittenti, sapienter respondet.

Arrian. 1, 6, 25. OCcupata hunc in modum Mileto, quum 1
adhuc barbarorum numerosa classis in mari vagaretur, & fiducia multitudinis suæ, quodque peritia rei nauticæ Macedonas anteiret, hostem ad navale prælium provocaret, obque ipsum urbis portum, in quem naves suas abduxerat Rex, frequenter obversaretur; Alexander Philotam cum equitatu 2
&

& tribus peditum cohortibus ad Mycalen montem mittit, ubi Persicarum navium statio erat, ut exscendere volentes submoveret, neque aquari lignarive, aut cætera necessaria e terra petere permit- 3
teret. Ea res barbaros in maximas angustias conjecit: obsessis similes hærebant in portu, neque terram, ubi volebant, capere, aut necessariis rebus refici poterant. itaque consilio habito, Samum averterunt cursum, petitoque inde commeatu, Miletum revecti ante ostium portus instructa acie constite- 4
runt. Inter hæc quinque Persarum naves in portu quodam, qui inter parvam illam insulam, de qua supra dictum est, & stationem Macedonicæ classis medius erat, multa hostium navigia conspicati, plenis velis eo ferebantur: nam maximam sociorum navalium partem ob varios usus abesse conjecerant; vacuarumque navium haud difficilem occupationem 5
fore arbitrabantur. At Rex iis, qui aderant, celeriter in decem triremes impositis, *obviam ire hostibus* jubet. illi tum numero navium, tum inopinata re perterriti, quum ultro se peti conspicerent ab iis, quos imparatos oppressuri venerant, terga vertunt: una tamen navis, quæ Iasios vehebat, deprehensa est; cæteræ velociores ad suam classem effugerunt. ita nullo eorum, 6
quæ intenderant, effecto, Mileto discessum est. Alexander, quum suam classem neque hostili parem, & ad alios usus supervacuam sibi cerneret, multique & graves ad eam sumptus requirerentur, dimittere eam statuit; paucis navium retentis, quibus ad obsidiones urbium machinæ tormentaque portarentur. 7
Disuaserat illud Parmenio, monueratque, ut navali prælio contenderetur. *Macedonibus enim victoribus magnum ad cætera emolumentum accessurum esse: at victos nihil sane amissuros; nam imperium maris jam tum esse penes Persas; & litora facile tutaturos, qui pedestribus copiis plus possent.* quoque expeditius, quod videbatur, obtineret; idem, qui consilium dederat, *exsequi illud paratum* ostendebat, *conscensisque navibus, quam Rex jussisset, discriminis partem capessere.* Confirmabatur etiam augurio, 8
quod superioribus diebus a tergo regiæ classis aquila in litore consistens adparuisset. Contra Alexander *falli Parmenionem* adseverabat, *quæ paucas suorum naves tantæ hostium multitudini, imperitosque remiges, & rudes classiarios, exercitatissimis hominibus, reique nauticæ peritissimis objiciendos duceret. se quidem virtuti suorum non diffidere, cæterum* 9
scire, illam in navalibus pugnis minimum conferre ad 10
victo-

Diod. 17, 23? Arrian. 1, 6, 31. 2, 9, 1. Arrian. 1, 6, 6.

victoriam. multo enim plura ventorum fluctuumque ludibriis permitti, quæ gubernatorum atque remigum peritia vitaret, aut suis partibus opportuna redigeret. nec 11
in ipsarum navium constructione nihil aut parum situm: ita Macedonum conatus vanos fore, quum eos barbari impune aut eludere; aut etiam, si casus daretur, opprimere possent. Neque vero exiguum id detrimentum futurum. totam Asiam adrecturam animos, si inter initia belli clades accepta foret. Plerosque mortalium ita comparatos esse, ut eum rerum eventum expectandum putent, quem ex principio successum spe aut formidine præceperunt. Et ne de Asia dubitemus, inquit, *quis mihi præstabit Græcos in fide mansuros, si felicitatem illam expiraviſſe credant, quam, si verum amamus, unam in* 12
nobis reverentur. Plane ad fortunam meam pertinere arbitror, quod aquila pone classem conspecta est, idque boni successus omen accipio. sed hoc manifesto promittit augurium, nos hostium naves e continenti expugnaturos esse. nam præsaga victoriæ ales, non in navibus, sed in litore constitit; nec magis eventum, quam locum ostendit belli. Nam si, ut cepimus, maritimas urbes nostri juris efficimus, 13
Persarum classis ultro dilabetur. neque enim supplementum, aut commeatus, aut securæ etiam stationes in promptu erunt; & si hæc adimas, quo plus in mari habent virium, eo celerius consumentur. Atque sic implebimus fidem vaticinii, quod æreæ tabulæ inscriptum nuper ex quodam in Lycia fonte ebulliviſſe comperimus, instare terminum Persici imperii. Ita dissoluta classe, Pontum 14
adjacentesque Ponto regiones prætoribus suis subjugandas reliquit; ipse institutum iter prosequutus, in Cariam movit: nam *eo magnam vim hostium confluxiſſe* cognoverat. Quippe Halicarnassus * natura loci munitissima, duplicique * arce tuta, spem præbebat Macedonem 15
torrentis more ruentem, ea urbe tamquam crepidine oppositа coerceri posse. Maxima in Memnone spes erat, qui omnia ad ferendam obsidionem opportuna summa cura præparabat. Nuper enim a Dario maritimæ oræ totiusque classis prætor creatus erat. Nam homo callidus temporumque prudens, quum se omnes Persicos 16
duces bellicis artibus superantem, unam ob causam infra meritum honorari intelligeret, quod Græcus genere, & olim Macedonicæ regiæ hospes de proditione suspectus haberi poterat; uxorem suam liberosque ad Darium misit, quasi de securitate illorum solicitus, revera ut his velut obsidibus fiduciam Regis obligaret. Cæ- 17
terum Alexander Cariam introgressus, omnia inter Miletum & Halicarnassum oppida brevi in potestatem redegit. Pleraque enim Græcis incolis habitabantur, quibus 18

2, 11, 1. Arrian. 1, 6, 31.

Plut. c. 27.

Appian. de bello Mithrid. Justin. 38, 7, 2. Curt. 6, 3, 3. & 10, 10, 3. * Vitruv. 2, 8. * Strabo lib 14. Diodor. 17, 23. Arrian. 1, 7, 2.

1, 2, 22.

Comment. in Curt. 3, 13, 4. Arrian. 1, 7, 1.

bus immunitatem suasque leges restituere consueverat, 19 *ob liberandos eos in Asiam veniſſe* professus. Neque minorem mox a barbaris iniit gratiam, comiter excepta Ada, regii generis muliere, quæ iter per ea loca facientem convenerat, illiusque fidem implorans *in regnum restitui* oraverat. Nam Hecatomnus Cariæ Rex tres filios habuit, duas filias: ex quis maximus natu Mausolus Artemisiam duxerat, minor ex sororibus Ada fratri 20 Hidrieo nupsit. Sed Mausolo quidem soror eademque conjunx successit, more gentis, quo in matrimonium regnumque sociari fas est iisdem parentibus genitos. at postquam Artemisia desiderio defuncti extabuit; Hidrieus regno potitus, & sine subole mortuus, Adæ re- 21 liquit imperium. Hanc Pexodarus expulit, qui unus de Hecatomni filiis superarat: & quamquam is decessisset, exclusa manebat; quia Orontobaten nobilem Persam Pexodarus generum adsciverat, ut in novo & vi parto imperio illius opibus & gratia protegeretur. atque ille 22 exstincto socero, velut dotale regnum retinebat. Eam injuriam deplorans mulier, simul Alindis deditis (munitissimum id castellum erat) impetravit, ut nomen filii, quod deferebat, lubens acciperet; strenuamque ei operam ad antiquæ dignitatis decus mature recipiendum polliceretur. Neque promisso fides defuit, expugnataque deinde Halicarnasso totam illi Cariam parere jussit. 23 Interim fama benigne exceptæ Reginæ per omnem illum tractum diffusa, multas civitates Alexandro conciliavit; nam pleræque a necessariis aut familiaribus Adæ tenebantur: ii per legatos obtulerunt aureas coronas, *futurosque in fide ac potestate Regis, & imperata facturos* 24 promiserunt. Dum hæc ita geruntur, exquisitæ artis saporisque cibos atque bellaria solicite confici curabat Ada, eaque cum ipsis coquis & cupediariis Regi dono mittebat; tamquam benemerenti gratiam relatura, si muniis armorum festum fatigatumque Asiatici luxus 25 deliciis exciperet. At ille prudens intemperantiam gulæ seria tractanti intempestivam esse, benivolentiæ quidem muliebri comiter gratias egit; cæterum *non adtinuiſſe* respondit, *ut pro ipso solicita esset, meliores habente coquos, quibus ipsum olim pædagogus suus Leonidas instruxisset; ad prandium iter anteluca-num, ad cœnam frugale prandium.*

Diodor. 17, 23.

Strab. l. 13.

Tacit. 2, 3, 5.

Strab. l. 14.

Arrian. 1, 7, 26.

Plut. c. 38.

Arrian. 1, 7, 26.

Strab. l. 14. Diod. 17, 24.

Plutarch. cap. 38. & apophth. c. 37. & in Non posse suaviter vivi secundum Epicurum c. 40.

CAP. IX.

ARG. Halicarnassum Alexander muris virisque munitissimam obsidet. Myndum tentat; sed non obtinet. Itaque ad obsidionem Halicarnassi reversus, fossam urbanam explet, machinas admovet. oppidani eruptionem faciunt; sed post acre certamen, non sine ipsorum clade, in urbem repelluntur. initio a duobus temulentis militibus orto, & deinde aliis adcurrentibus, sub ipsis urbis muris magna pugna conseritur. Alexander mortuos ad sepulturam repetit. Ephialte & Thrasybulo id negantibus, Memnon concedit: cujus moderatio laudatur.

1 JAm tota ferme Caria in ditionem Alexandri concesserat; sed caput regni Halicarnassus firmo præsidio tenebatur. Itaque diuturnam obsidionem fore conjectans, *commeatum, & machinas, quæ ad oppugnationem pertinerent, navibus eo deportari* jubet; ipse cum pedestri exercitu quinto ab urbe stadio castra communit. Deinde muros adortum juxta portam, qua Mylassa iter 2 est, improvisa oppidanorum eruptio excepit: sed Macedonibus fortiter conserentibus manum, quibusdam suorum amissis haud magno negotio rejecti sunt. Pauci deinde dies interfluerant; quum Alexander objecta 3 spe Myndensium oppido per proditionem potiundi, nocte intempesta cum parte copiarum proficiscitur. Sed nihil quoquam movente, admota gravi armatura murum suffodi imperat: neque enim scalas aut machinas adtulerat, quum oppugnandi consilio urbem non adcessisset. Et illi quidem una turrium dejecta, nihil tamen 4 aperuerunt loci, quo intra perrumperent. nam forte ita prociderat turris, ut quam murorum partem stans protexerat, non minus ruina sepiret. civesque 5 summa ope resistebant: & ab Halicarnassensibus adjuvabantur, quos audito vicinæ civitatis periculo, maritimo itinere Memnon submiserat. Ita conatus Macedonum irritus fuit. Alexander ad obsidionem Ha- 6 licarnassi reversus, ante omnia fossam triginta maxime cubitos latam, altam quindecim, quam hostes pro urbe duxerant, expleturus, tres testudines adparat, quibus protectus miles materiam terramque sine noxa congereret. Aequata fossa, *turres machinaque, quibus muri sternuntur, admoveri* jussit. Jamque strata mœniorum parte, qua ruinæ viam aperiebant, in urbem penetrare

Diodor. 17, 24.
2, 8, 6.
Arrian 1, 7, 1.
Diodor. 17, 24
Vitruvius 10, 20. & 21.

netrare nitebantur; sed hostes, quum ob multitudinem integri subinde fessis succederent, ducumque præsentia ad omnia audenda confirmarentur, strenue re- 8 pugnabant. Luce per varia certamina consumpta, quum diurno labore fatigatos hostes Memnon segnius custodias agere crederet, cum valida manu prorumpit oppido, ignemque operibus injicit. Sed Macedoni- Arrian. lib. 7, 8. bus ad incendium concurrentibus, quum hi exstinguere flammas conarentur, illi augerent, & prohibentibus 9 vim intentarent, acre prælium coortum est. quippe Macedones robore virtutis & adsuetudine periculorum longe præstantes hostibus, numero adparatuque Persarum urgebantur: &, quia haud procul muris res gerebatur, ballistis catapultisque per mœnia dispositis emi- 10 nus impetiti, inulta vulnera accipiebant. Atrox inter hæc utrimque clamor, horrantium suos, increpantium adversos; tum sauciorum & morientium gemitus, inter nocturnas tenebras omnia terrore tumultuque impleverant: augebantur hæc vocibus cæteræ multitudinis, quæ, dum alii pugnant, operi intenta, mu- Diodor. ris, qui pulsu machinarum conruerant, reparandis occu- 17, 25. 11 patur. Tandem acrius adnisi Macedones hostem intra mœnia redegerunt; centum septuaginta interfectis, inter quos & Neoptolemus, qui cum Amynta fratre ad Arrian. 12 Darium perfugerat, occubuit. Macedonum non qui- 1, 7, 9. dem ultra sedecim perierunt, sed trecenti ferme vulnerati; quia nocturna pugna fuerat, neque adversus cœcos ictus & incidentia temere tela quidquam satis provi- 13 deri potuerat. Post aliquot deinde dies, levis & ludi- Arrian. cra res ingenti certamini caussam præbuit, orto initio a 1, 7, 13. duobus veteranis ex Perdiccæ agmine. Ii contuberna- Diod. 17, 25. les quum essent, unaque genio indulsissent, ut fit, inter sermones familiares, jactantia militari sua fortia facta vicissim extollentes, altercari cœperant, uter alteri an- 14 teferretur; quum alter eorum, *quid inani strepitu verborum fœdamus honestissimam contentionem?* inquit. *non* Cæsar. de bell. Gall. *cui lingua, sed cui dextra sit melior, hoc agitur. & adest* 5, 44. *occasio: ea optime de controversiis nostris judicabit. age,* 15 *si vires, & exeuntem sequere.* Vino & ambitione in- Arrian. 1, calueranf; itaque privato consilio arma capiunt, & ad 7, 10. muros juxta arcem, quæ Mylassis obversa est, excurrunt. Horum temeritate animadversa, statim ex oppido globus hostium effunditur. Illi firmato gradu certamen conserunt, propius incurrentes gladiis excipiunt, in re- 16 cedentes tela conjiciunt. sed adversus multos, & ex superiore loco dimicantes haud diu impunita duorum audacia fuisset; nisi conspecto ipsorum periculo, commilitonum pauci primo, deinde alii atque alii laborantibus

 subve-

subveniſſent: eodem modo & oppidanis ſubinde ad locum, ubi pugnabatur, confluentibus. Ita nunc his, nunc illis robore numeroque ſuperioribus, varie pugnatum eſt: Diod. 17, 25. donec Alexander cum manu, quę circa ipſum erat, progreſſus, metum hoſtibus incuſſit, ſtatimque intra munimenta compulſi ſunt: nec multum abfuit, quin hoſtes ſimul inrumperent. Forte enim intentis omnibus in ea, quæ ante urbem gerebantur, mœnia negligenter ſervari Arrian. 1, 7, 13. contigerat: & duæ turres cum continenti murorum parte crebris arietum ictibus ceſſerant; tertia quoque laxata jam & concuſſa compage, fodientibus haud in longum reſiſtere potuiſſet. At quia tumultuarium id prælium. neque univerſus exercitus inſtructus fuerat, opportunitas ejus rei e manibus amiſſa eſt. Alexander, quamquam ea res opi- Juſtin. 6, 6, 9. nione Græcorum de victoria concedentis videretur; corpora ſuorum, qui ſub ipſis mœnibus oppetierant, induciis poſtulatis ab hoſte repetere, quam inhumata dimitte- Diod. 17, 25. re maluit. At qui cum Perſis erant, Ephialtes & Thraſybulus Athenienſes, quum plus apud ipſos odium adverſus Macedonas, quam humanitatis ratio valeret, negabant *indulgendum hoc eſſe infeſtiſſimis hoſtibus.* Non ta- Plutarch. apophth. cap. 12. men permoverunt Memnonem, quin *Græcorum moribus indignum eſſe* diceret, *ſepulturam invidere cæſis hoſtibus. Armis & viribus in adverſos & obſiſtentes utendum: neque contumeliis pugnandum in eos, quos bonis malisque noſtris ſua dies exemiſſet.* Sane præter alias Memnonis virtutes, etiam moderatio ejus inſignis fuit. neque enim per vecordiam conviciis inſectari hoſtem pulchrum ducebat; ſed virtute & conſiliis vires illius animosque contundere. Igitur quum aliquando in agmine quemdam ex mercenariis nonnulla contumelioſe & petulanter in Alexandrum jacientem audiſſet, converſa haſta hominem pulſans, *non te conduxi*, inquit, *ut malediceres Alexandro, ſed ut adverſus illum dimicares.*

17 18 19 20 21 22 23 24

CAP.

CAP. X.

ARG. Halicarnaſſenſes iterum erumpentes, conſpecto Rege, refugiunt. Perſarum ducibus de rebus ſuis conſultantibus, Ephialtes extrema tentari ſuadet. Neque Memnon refragatur. Itaque ſub initium Ephialtes in obſeſſores erumpit, & ex alia parte Memnon: ſed Macedonibus fortiter ubique reſiſtentibus, reliqui multis ſuorum amiſſis in urbem compelluntur: Ephialtes, quum ancipitem hoſtibus victoriam feciſſet, a ſenioribus Macedonum ſponte adcurrentibus obtruncatur. Perſæ urbem incenſam deſerunt: arces firmo præſidio occupant. eas foſſis circumdatas per duces ſuos obſideri jubet Rex. a quibus paulo poſt captæ ſunt. Rex Parmenionem in Phrygia præmittit: novos maritos cum uxoribus hybernare jubet: probroſos ab exercitu removet.

1 INterea obſeſſi ſummo ſtudio ſecuritati ſuæ providentes, pro diruto muro alium interiorem ex cocto latere eduxerunt, non recta regione, ſed in naſcentis Lunæ figuram ſinuatum. eaque res, quum inter multos diſtributum munus eſſet, celerrime confecta eſt. Arrian. 1, 7, 14. 2, 10, 4.

2 Hunc murum Alexander poſtero ſtatim die machinis quaſſare cepit, quo minore negotio recens adhuc opus labefactaret. in eo labore occupatis Macedonibus, iterum ex urbe valida eruptio facta eſt: cratiumque, quibus opera tegebantur non nihil, & unius turris lignęæ

3 partem flamma comprehendit. ne ad cætera opera transiret incendium Philotas & Hellanicus obſtiterunt, quibus in eam diem machinarum cuſtodia ceſſerat: & Alexander mature conſpectus, tantum trepidationis injecit hoſtium animis, ut omiſſis facibus quibus armati procurrerant, quidam etiam arma jacien- Arrian. 1, 7, 14.

4 tes, effuſa fuga oppidum repeterent. Inde vim facile propellebant, adjuti commoditate loci, quem multo æquiorem obtinebant; & quia murus, ſicut diximus, ita conſtructus erat, ut quamcumque partem invaſiſſet hoſtis, non a fronte tantum, ſed ex 2, 10, 1.

5 utroque laterum miſſilibus adpeti poſſet. Poſthæc Perſarum duces, quum omnia ſibi in dies arctiora eſſe viderent, conſtaretque non abceſſurum Macedonem, donec urbis potiretur.; de ſumma rerum conſilium habebant. ibi Ephialtes vir animi corporisque robore in paucis conſpicuus, incommoda longa obſidionis Diod. 17, 26.

disseruit: negabatque *exspectandum, donec paulatim adcisis viribus exhausti fractique cum ipsa urbe in victoris arbitrium concederent; sed dum aliquid virium supereſſet, cum robore conductitii militis erumpendum, & alacribus animis cum hoste confligendum esse. Consilium 7 suum quo in speciem audacius esset, eo plus in exsequendo facilitatis habiturum. hostibus enim alia omnia exspectantibus, & adversus casum, de quo nihil dubitarent, imparatis superfusum iri suos.* Neque Memnon, quam- 8 quam cauta consilia speciosis præferre solitus, restitit. nam, etiamsi nihil novaretur, nulla propinqua auxilii spe, tristem obsidionis exitum fore prospiciebat; &, ut in tanto discrimine, non inconsultum rebatur, experiri virum acrem, & qui velut instinctu quodam ad extrema audenda ageretur. Igitur Ephialtes duobus 9 millibus ex omni mercenariorum numero delectis, *faces mille parare* jubet, *primaque luce adesse, & armatos exspectare imperium.* Cœpta die quum Alexander Arrian. 1, 7, 16. iterum muro lateritio machinas admovisset, instarentque Macedones operi: Ephialtes porta subito patefacta dimidium suorum immittit cum facibus, ipse cum cæteris denso agmine subsequitur, ut hostes incendium Diodor. 17, 26. prohibituros submoveret. Alexander, intellecto, quid 10 ageretur, aciem celeriter instruit, subsidia delecto milite firmat. *quumque alios ad exstinguendum ignem ire* jussisset, in eos, qui cum Ephialte advenerant, impetum facit. At ille insigni corporis robore, quotquot confer- 11 re pedem audebant, obtruncans suos voce, nutu, & inprimis exemplo ad virtutem animabat. neque parum moleſtiæ e muris exhibebatur hosti. quippe turrem centum cubitorum obsessi erexerant, tormentisque commode dispositis hastas & saxa jaculabantur. Inter hæc 12 Arrian. 1, 7, 16. ex diversa parte urbis (ipsi *Tripylon* vocabant) duce Memnone alius oppidanorum globus, qua minime exspectabatur, erupit. tantusque tumultus incessit castris, Diodor. 17, 26. ut ipse etiam Rex consilii incertus efficeretur. Sed animi magnitudine, & opportunis imperiis omnia pericula propulsabat & fortuna in tempore subvenit. Igi- 13 tur, & qui machinas incenderant, a Macedonibus, qui ibi curabant, quique a Rege missi subsidio venerant, Arrian. 1, 5, 12. 1, 7, 18. cum magna clade repulsi sunt: & Memnonem Ptolemæus excepit Philippi filius, regii corporis custos, præter propriam manum Addæi Timandrique cohortibus stipatus. eaque parte egregie vicerunt Macedones, 14 quamquam Ptolemæum Addæumque, & sagittariorum ducem Clearchum cum quadraginta ferme manipularibus, amisissent; & hostes cum tanta trepidatione recesserunt, ut angustum pontem, quem ad fossam superandam

dam constructum erant, multitudo festinantium ruperit, 15 iis, qui superstiterant, in præceps devolutis. ex quibus nonnulli a suis conculcati interierunt; alios Macedones ex superiore loco telis confixere. multi quibus ista calamitas pepercerat, sub ipsa urbis porta necem invenerunt: quippe exterritis omnibus, metuentibusque, ne una Macedones inrumperent, porta præpropere occlusa, magnam oppidanorum partem ad exitium hosti 16 tradidit. Inter hæc Ephialtes non se magis, quam desperatione formidabilis, eum regiis ferociter dimicabat: & ancipitem fecisset victoriam, ni laborantibus suis seniores Macedonum mature succurrissent. Ii in castris Diodor. habebantur immunes operum periculorumque, nisi ubi 17, 27. necessitas exigeret; quum stipendiis præmiisque nihilominus perfruerentur. meruerant eum honorem fortibus factis, & sub superioribus Regibus ipsoque Alexan- 17 dro bellicis laboribus ætate exacta. Ii quum suos periculis territos detrectare pugnam, & receptui locum Curtius 5, 2, circumspicere intelligerent, Atharia quodam duce, in 5. 8, 1, 36. primam aciem provolant; adeoque, quod elanguerat, prælio, juniores conviciis & pudore flagitii ad resu- 18 mendos animos compellunt. Ita simul acerrimo nisu incumbentibus omnibus, quum æmulationem suam hostium damnis exercerent, momento temporis in- Diod. 17, 27. clinata fortuna, Ephialtes cum plurimis fortissimisque 19 suorum cæsus, reliqui in urbem repulsi sunt. Introierant etiam Macedonum multi, & oppidum vi capiebatur; quum receptui cani Rex jussit, sive ut urbi parce- Arrian. 1, ret; sive præcipiti jam in vesperam die, noctem, & 7, 29. 20 occultas ignotis locis insidias metuebat. Hoc prælium præcipuas obsessorum vires consumpsit. Igitur Memnon re cum Orontobate, qui urbem tenebat, cæterisque ducibus deliberata, nocte intempesta turrim li- 2, 8, 21. gneam & porticus, ubi tela servabantur, incendunt, ædificisque muro vicinis ignem supponunt: quo celeriter Arrian. 1, concepto, quum & ex porticibus turrique flamma vento 7, 24. 21 agitata adcederet, late fuderunt incendium. Oppidanorum militumque validissima pars arcem in insula sitam occupavit, alii in Salmacidem se contulere: alte- Vitruv. 2, 8. rius arcis id nomen, inditum a fonte, qui ibi est; vulgatissimæ famæ. Reliquam multitudinem resque pre- 22 ciosas duces avexerunt in Con insulam. Alexander in- Diodor. dicio transfugarum, & objecta oculis specie, quæ in 17, 27. urbe gesta fuissent, cognitis, quamquam media nocte, Arrian. 1, Macedonas *in urbem inruere, & quos incendium augen-* 7, 25. *tes deprehendissent, interficere; si qui domi se continerent, ab eorum cæde temperare* jubet. Luce oborta arces 23 a Persis & mercenariis infestas contemplatus, quum obsi-

obsidionem earum longi operis futuram suspicaretur, neque precium putaret capite gentis expugnato, duabus arcibus adsidentem, agendi tempus per otium & inertiam terere; urbem ipsam exscindit, arces muro 24
Diodor. 17, 27. Arrian. 1, 7, 25. Arrian. 1, 6, 5. Curt. 3, 7, 4. Arrian 2, 1, 32. Strab. l. 14. Arrian. 1, 7, 29. 2, 11, 10. 2, 11, 15. Diod. 7, 27. Arrian. 1, 7, 29.
fossaque circumseptas Ptolemæum observare jubet, quem cum tribus millibus peregrinorum militum, & equitibus ducentis ad Cariam tuendam relinquebat. Is non longo post tempore, copiis cum Asandro Lydiæ prætore conjunctis Orontobatem acie vicit: & Macedonibus ita tædioque diuturnioris moræ, oppugnationi acriter incumbentibus, arces in potestatem redactæ sunt. At Rex Phrygiam continentesque provincias animo com- 25
plexus, Parmenionem cum amicorum turmis & auxiliariis equitibus, Thessalisque, quibus Alexander Lyncestes præerat, Sardes mittit; *ut inde in Phrygiam inrueret, venturoque exercitui commeatum & pabulum ex hostico pararet.* data ad hoc plaustra, quæ simul ducerentur. Quum deinde multos Macedonum paulo ante 26
eam expeditionem ductis uxoribus, desiderium earum impatienter ferre cognovisset; Ptolemæum Seleuci filium corporis custodem iis præfecit, *domumque deducere* jussit, *cum uxoribus hybernaturos.* duo quoque ex ducibus Cœnos atque Meleager ob eamdem caussam una profecti sunt. Id Regi magnæ apud milites com- 27
mendationi fuit, promptioresque deinde eos ad longinquam militiam reddidit, quum sui rationem habitam viderent, sperarentque deinceps etiam ad suos visendos subinde commeatum impetraturos esse. Ducibus injunctum est, *ut interim, dum in Macedonia morarentur, strenue delectus agerent; quantasque maximas possent equitum peditumque copias, cum iis, qui tum abibant, sub initium veris adducerent.* Animadversio autem exer- 28 29
citum Asiaticis moribus infici, magnamque vulgo per castra impudicorum multitudinem haberi, probrosos
Plinius 5, 31, 11.
omnes conquiri jussit, & in parvam quandam Ceramici sinus insulam sepositi: hæsitque infamia loco, & ob ejus rei memoriam Cinædopolis adpellatur.

CAP.

CAP. XI.

ARG. Alexander Lyciæ civitates, & Myliada subigit. Phaselin profectus, Theodectis statuam honorat. Ibi a Parmenione nuncium accipit Alexandrum Lyncestem insidiari sibi: moneturque ab amicis, ut confestim opprimeret parricidam. Ea conspiratio Regi Halicarnassum obsidenti augurio ostensa creditur, Aristandro interprete. Rex Amphoterum ad Parmenionem mittit; parricida comprehenditur. Pamphiliam summo cum exercitus discrimine, perdifficili itinere ingreditur: audta confirmataque fiducia ex tot ominibus. Inter quæ somnium refertur: ob quod deinde Judæis, quos perditurus venerat, pepercit; & in templo Dei sacrificia obtulit: inspectisque libris sacris vaticinia de Persarum imperio evertendo reperit.

1 HIs ita gestis insistens consilio suo, ut omni maritima ora sui juris effecta, classem hostium inutilem redderet. Hyparnis receptis, quæ arcem tenentes mercenarii dediderant, in Lyciam contendit. Ibi pacta cum Telmissensibus amicitia, Xanthoque flumine transmisso, cognominem amni urbem, Pinaraque & Patara, nobilia iis regionibus oppida, cum aliis minoribus circiter triginta, in fidem accepit: resque satis in præsens compositis; in Myliada proce- 3 dit. Phrygiæ majoris portio Mylias est; sed Persarum Regibus placuerat Lyciæ eam contribui. Eam dum recipit, adfuere Phaselitarum legati, amicitiam orantes, aureamque coronam hospitale donum adferebant: idem petebant multarum urbium oratores ex inferiore Lycia. 4 Itaque Rex præmissis, quibus oppida sua Phaselitæ Lyciique traderent; paucis post diebus, Phaselin profectus est. oppugnabant illi tum maxime validum præsidium, quod in ipsorum ditione Pisidæ construxerant, multasque inde injurias intulerant adcolis. id adventu Alexan- 5 dri brevi captum fuit. Apud Phaselitas plusculos dies, ut seque & exercitum reficeret, quieti dedit. invitabat etiam tempus anni; quippe media jam hyems difficiles progredienti vias effecerat. Ibi per hilaritatem 6 & epulas laxato animo, quum statuam Theodecti a civibus suis in foro positam vidisset, ut a cœna temulentus surrexerat, saltabundus eo processit, frequentesque ei coronas injecit. Nam Theodecten, quum Aristotelem una audiret, familiarem gratumque habuerat.

2, 8, 14. Arrian. 1, 7, 30. Diodor. 17, 27. Arrian. 1, 7, 31. Plut. c. 28. Arrian. 1, 7, 31. Plut. c. 28. Suidas V. Θεοδέκτης.

buerat. Sed otiosos juvenilis animi lusus atrox a Parme- 7
nione nuncius cito discussit. Comprehenderat ille Per-
Arrian. 1, 8, 4. sam quemdam, Asisinem nomine, a Rege Dario palam
quidem ad Atyziem Phrygiæ satrapam missum; sed cum
occultis mandatis, *ut Alexandrum Lyncestem captata oc-*
casione secreto conveniret; eique, si destinata effecisset,
Macedoniæ regnum & mille insuper auri talenta pollice-
retur. Nam is cum Amynta transfuga sceleste consilio 8
Arrian. 1, 8, 1. occidendi Regis partes sibi sumpserat. Oderat eum tum
aliis de caussis; tum quod Heromenem & Arrabæ-
um, fratres hujus Alexandri, inter paternæ necis con-
scios supplicio adfecisset. Et quamquam ipse pœna exem- 9
1, 9, 18. ptus, multisque postea honoribus ornatus, non sim-
plex beneficium Regi deberet; insita animo ferocia &
dominandi cupidine nihil nefas putabat, per quod ad
regnum via sterneretur. Re in consilium deducta *facili-* 10
Arrian. 1, 8, 4. *tatem Regis* arguebant amici, *quod hominem in ma-*
nifesto maleficio deprehensum, non modo punire non sus-
tinuisset: verum etiam præmiis & honoribus auctum
2, 9, 25. *optimæ equitatus parti præposuisset. Quem deinceps &*
fidum futurum, si præter impunitatem propior amicitiæ
gradus, maximæ dignitates, honorificæ præfecturæ; par-
ricidii merces essent? Igitur mature emendandum, quod 11
1, 7, 31. *nimia lenitate peccatum esset: prinsquam ille, consi-*
lium emanasse sentiens, Thessalorum mobiles animos ad
res novandas induceret. Non contemnendum esse pericu-
lum, quo majus ne excogitari quidem possit: neque sper-
nenda Deorum ostenta, qui Regem de cavendis insidiis evi-
denter monuissent. Nuper enim, dum Halicarnassum 12
obsidens, post longos magnosque labores meridiatione
Aelian. hist. reficitur, hirundo, nota auspiciis avis, magno cum gar-
anim. 10, 34. ritu, circum caput quiescenti volitaverat, & modo in
hoc modo illud lectuli latus se demiserat, turbulentio-
Arrian. 1, 8, 5. rem solito cantum exorsa. Et Rex quidem defatigato 13
corpore non penitus excussit somnum, sed tamen avem
continuo strepitu molestam sentiens manu obiter repu-
lit. Illa adeo non exterrita est, ut etiam in ipsius capite
consederit, neque prius strepere desierit, quam ab ex-
perrecto demum abacta est. Idque sic interpretatus fue- 14
rat Aristander, ut *instare periculum* diceret *ab amico*
Regis; sed insidias in occulto non mansuras. hoc enim mone-
re naturam avis, quæ præ cæteris homini familiaris,
eademque supra modum garrula esset. His itaque diligen- 15
ter expensis, quum indicium Asisinis cum vatis respon-
so convenire cerneret, meminisseturque se matris literis
Diod. 17, 32. anxie monitum, *ut ab hoc homine sibi caveret*; nihil
ultra differendum ratus, quid fieri vellet, Parmenioni
2, 9, 25. significat: nam, ut diximus, cum ipso in Phrygiam ive-
rat

16 rat Lyncestes Alexander. Sed ne quo casu consilium Re-
gis parum in tempore proderetur, literas scribi non pla-
cuit; sed per hominem fidum atque honoratum manda-
ta perferri. electus est Amphoterus Crateri frater, qui
quum Macedonicum habitum Phrygio mutasset, ad-
sumptis Pergensibus aliquot itineris gnaris, ad Parme-
17 nionem occultus penetrat. Ita Alexander comprehen-
ditur: & quum ob veterem suam familiæque dignita-
tem & gratiam diu dilatus esset; tertio post anno, dum Comment.
a Philotæ conscius supplicium sumitur, societate crimi- in Curt. 7,
18 nis, & pœna sontium in exitium abreptus periit. Regi ex 1, 8.
Phaselide moventi, supra detectas insidias, propitius Arrian. 4,
Numinis favor alio statim beneficio patuit. Parte exerci- 8, 8.
tus ad Pergensium urbem per montes præmissa; cæteros
ipse per litus ducebat, qua Climax mons Pamphylio Strabo lib. 14.
mari imminens angustam euntibus semitam relinquit, Curt. 5, 1,
quoties mare tranquillum est; at quum æstas incubuit, 22. 6, 3, 16.
fluctibus operitur. idque hyeme frequens & prope per- Artemon in
19 petuum est. At Alexander nihil æque ac moram me- Senecæ suas-
tuens, exercitum per æqua, per iniqua, eodem ardore for. 1.
atque impetu, rapiebat. Continui per eos dies Austri fla- Arrian. 1, 8,
verant, qui mare in litus propellentes, omnia itineris 8. Rutilth. in
vestigia altis paludibus opplent: adsiduæ etiam magnæ- Dionys. v.
20 que pluviæ, ut ventis istis spirantibus solet, ruebant. sed 8, 5. & 865.
adventante Alexandro subito exortus Aquilo cœlum pur- Appian. l. 2.
gavit imbribus, undas rejecit in mare, & Macedonibus de bell. civil.
transitum aperuit. Sic quoque unius * diei itinere per in- Joseph. antiq.
certa vada emergendum fuit; aqua ad umbilicum ferme quit. lib. 2.
21 pertingente. Tantam in periculis Alexandri fiduciam, extremo.
ut ab ipsius ingenio profectam non dubito; ita frequenti- Plutarch. c.
bus prodigiis & ominibus auctam confirmatamque fuisse 27. & 28.
crediderim: postquam decreto Numinis, clarissimis ma- * Strab. l. 14.
22 ximisque rebus se destinari conjecit. Adhuc in Macedo- Joseph. 11, 8.
nia degenti species humana augustior adparuisse dicitur, Schikar. in
monentis, *ut ad evertendum imperium Persicum quampri-* procem.
mum in Asia sequeretur: atque in memoriam insomnii Tatich. reg.
revocatum esse Regem, quum in Phœnice res gereret; Persiæ.
obvio Judæorum sacerdote, in quo recognovit ornatum,
23 quem pridem in objecta imagine per quietem viderat. Nam
inter obsidionem Tyri vicinis Regibus populisque deditio- Zonaras
nem & delectus imperaverat. sed Judæi, qui Hierosolyma tom. 1.
famosam urbem, tenebant, fœdus cum Dario caussati, Tacit. H.
24 Macedonum amicitiam detrectabant. Eam gentis con- 5, 2, 1.
tumaciam puniturus, in Judæam infesto agmine perre-
xit. At Hierosolymitani, ut Regis iram lenirent, cum Joseph. 11, 8.
uxoribus liberisque supplices in occursum venientis effun- Εὐσέβ.
duntur. Sacerdotes primi ibant tenuissima byssо amicti: λόγῳ Α.
hos deinde populus candido & ipse vestitu sequebatur.

Agmen

Agmen ducebat Jaddus summus sacrorum antistes cum solenni ornatu. Adpropinquantis pompæ venustatem speciemque miratus Rex, equo desiliens, solus processit, adoratoque DEI nomine, quod aureæ laminæ insculptum cidaris pontificia præferebat, ipsum quoque reverenter salutavit. Improvisa res omnium, qui cum eo advenerant, animos in stuporem dedit. Judæi ex propinqui exitii metu non in spem incolumitatis modo, sed inopinatæ gratiæ fiduciam erecti circumibant Regem, laudes gratulationemque & vota miscentes. Contra Syrorum reguli, qui ob crebras acerbasque cum Judæis simultates Alexandrum sequuti fuerant, inimicorum suppliciis, ut rebantur, infesti animi libidinem expleturi, stupebant; dubii, verane essent, quæ intuerentur, an aliquod oculorum ludibrium vana imagine sopitos sensus falleret. Neque minus Macedonas insolentia spectaculi suspensos habuit: donec propius accedens Parmenion interrogare ausus est, *quid ita externis ceremoniis honorem deferret, quem a tam fœda gente etiam recipere vix tanto Rege dignum esset?* Atque ille insomnium suum retulit. Deinde urbem ingressus in pulcherrima æde ritu recepto sacrum Deo fecit, & dona templo intulit. Inspexit etiam sacros gentis codices, quibus continebantur diu ante perscripta vaticinia: inter quæ Tyrum Macedonibus cessuram, & Persas a Græco quodam debellatum iri clare significabatur. eum se fore interpretatus, Judæis concessit, *ut domi forisque suis legibus ritibusque libere uterentur; & quia septimum quemque annum agriculteræ exsortem agunt, etiam tributorum ista portione solverentur.* Naturam quoque regionis admiratus, quæ, aliis fructibus inter præstantissimas dives, opobalsamum sola producit, Andromachum iis regionibus præposuit: quem Samaritani perpetui Judæorum hostes, paulo post atrociter necaverunt. Sed hæc quidem post Tyrum Gazamque expugnatas gesta sunt: nos per occasionem præcipimus.

25 26 27 28 29 30 31

Ὀλυμπ. ἀναγρ. Cedrenus. Glycas. Sulpic. Severus lib. 2. Jesaiæ 11. Daniel. 8, 21.

Cedrenus. Plin. 12, 25. Curtius 4, 8, 9. Josephus 11, 8.

CAP.

CAP. XII.

ARG. Alexander Aspendiis in fidem acceptis, Siden Pamphyliæ metropolim occupat. Aspendios rebellantes ad duriores conditiones adigit: in Phrygiam ducturus, Telmissenses Pisidas, qui angustias eo ferentes obsidebant, deturbat. Selgensium legatis auditis; Sagalassenses Telmissensesque prælio vincit; & fugientibus immixtus Sagalassum capit: Telmissum expugnat. Interea Memnon belli molem in Macedoniam transferre conatus, Chium, & pleraque Lesbiorum oppida occupat: sed in obsidione Mytylenæorum morbo moritur. tubs nihilominus a Persis capitur.

1 CAeterum angustiis ad mare Pamphylium superatis, Alexander Pergis profectus in itinere obvios habuit Aspendiorum legatos, ex principibus civitatis, ii petentes, *ne præsidium recipere cogerentur, quinquaginta talenta in stipendium militum, & quantum equorum tributi nomine Regi Persarum alere consueverant*, promiserunt. Inde Rex ad Sidetas, qui Melanem amnem adcolunt, progressus est; Cumæorum ex Aeolide genus, sed sermone barbaro: nam Græcus exoleverat, non diuturnitate temporis, ut accidit; verum *majores suos, ut in eas regiones venerunt, repente oblitos patriæ linguæ novam & antea inauditam sonuisse* memorabant. Side recepta, quæ Pamphyliæ metropolis erat, Syllium ibatur, tutum natura situs oppidum, & tam peregrino milite, quam barbarorum adcolentium firma manu egregie munitum. Ea res, & quia *Aspendios rebellare* nunciabatur, avertit iter: Aspendumque ductus est exercitus. Illi subita Macedonum inruptione territi, desertis, quæ in plano erant, ædificiis, in arcem concessere. Alexander vacua urbe potitus sub ipsa arce castra communit; & quum peritissimos architectos haberet, adparatu oppugnationis obsessos ad pacem prioribus conditionibus repetendam compulit. Nihil ad majora properanti optatius adcidere potuisset, quam loci haud contemnendi longa obsidione non detineretur; ne tamen impunita defectorum temeritas esset, *potissimos civium obsides tradi, pecuniæque imperatæ, nec exsolutæ summam duplicari* præcepit: adjectum est, *ut satrapæ, quem Alexander præfecisset, obedirent, annua Macedonibus tributa solverent; & de agro*, unde vicinos

Arrian 1, 8, 9.

Pausanias lib. 8.

Arrian. 1, 8, 10.

Suidas v. Σίδη.

Arrian. 1, 8, 11.

Vitruvius 10, 19.

Arrian. 1, 8, 13.

vi ejeciſſe arguebantur, *judicio contenderent.* His ita 6
geſtis remenſus iter, quod ad Pergenſium oppidum ferebat, inde perrexit in Phrygiam. Sed per iſta loca du-
Strabo lib. 14. centi ſuperandæ erant anguſtiæ, quas juxta Telmiſſum
urbem Piſidarum, duo montes ex adverſo concurrentes
Arrian. 1, 8, 15. efficiunt; ita ſtrictis faucibus, ut portarum ſimilitudinem
referant: easque barbari armata manu utrimque inſederant. Alexander in ipſo aditu caſtra poni jubet, ratus, 7
quod evenit. Telmiſſenſes caſtris locatis periculum differri credentes non diu hæſuros in anguſtiis, ſed modico
in illis relicto præſidio cæteros in urbem receſſuros eſſe. Igitur occaſione haud ſegniter uſus, protinus ſagittarios 8
& funditores, quodque ex gravi armatura maxime expeditum erat: inducit; & præſidio barbarorum deturbato,
ante ipſam urbem caſtra conlocat. Ibi legatos Selgenſium 9
audit, qui ob vetuſtas cum vicinis Telmiſſenſibus ſimul-
Strabo lib. 14. tates, quamquam ejusdem nationis eſſent, amicitiam ac
auxilia offerebant Regi. Quibus perbenigne exceptis, ne
Arrian. 1, 8, 19. in obſidione unius urbis tempus tereret, Sagalaſſum caſtra movit: validam urbem & juventutis robore firmatam. quum enim omnes Piſidæ bellicoſi ſint, Sagalaſſenſes præ cæteris pugnaces habentur. Ii, quum etiam a 10
Telmiſſo fœderatæ ſociæque copiæ veniſſent, viris magis, quam mœnibus confiſi, in vicino colle inſtruxerant aciem; & præmiſſos ab Alexandro velites opportunitate loci adjuti repulerant: ſed Agriani reſiſtebant, queis propinqua jam Macedonum phalanx, & ante prima ſigna Rex conſpectus audaciam addiderat. Maximus militi la- 11
bor fuit per ardua conniti: poſtquam æquioribus paulo locis conſiſtere datum eſt, ſemermum montanorum vulgus haud ægre disjecere. Ex Macedonum ducibus Cleander deſideratus eſt, cum viginti ferme militibus; barbarorum ad quingentos cecidere: cæteros expedita fuga, & locorum notitia protexit. Fugientibus tamen inſtitit 12
Rex, contentione, quanta poterat tam grave agmen: eodemque impetu urbs eorum capta eſt. Per cætera deinde
Strabo lib. 14. Piſidiæ munita loca circumtulit bellum: quorum non-
Arrian. 1, 8, 24. nulla pugnando cepit, alia conditionibus in fidem venerunt. Telmiſſum expugnatam, ob pertinaciam civium, 13
Strabo lib. 14. ſolo æquavit; populo libertatem ademit; & paulo poſt
Plinius 5, 29, 6. cum aliis quibusdam Piſidiæ civitatibus, Celænarum præfecturæ contribuit. Pacatis hunc in modum aſperri- 14
Arrian. 1, 8, 25. mis nationibus, in Phrygiam proceſſit, qua Aſcanius lacus eſt, cujus aqua ſua ſponte concreſcens, neceſſitate ſalis e longinquo petendi ſolvit adcolas. Dum ea gerun- 15
Arrian. 2, 1, 1. tur, Memnon ſuarum partium reliquiis undique conlectis, ut inhærentem Aſiæ Alexandrum extorqueret, ad bellum Græciæ Macedoniæque inferendum cogitationes con-

16 convertit. Quippe Darius in hoc uno ſpem reponens, qui victoris impetum ſua virtute ſuaque prudentia diutiſſime ad Halicarnaſſum moratus eſſet, ſummæ rerum præfece- 2, 9. Diodor. 17, 29.
17 rat eum, magnamque pecuniæ vim transmiſerat. Itaque mercenariorum manu, quanta poterat, conducta, cum trecentarum navium claſſe libero mari vagabatur; & quæ tantis conatibus adverſa vel æqua futura eſſent, ſolerti
18 æſtimatione penſabat. Interea locis, quæ minus anxie cuſtodiebantur, occupatis (inter quæ & Lampſacus fuerat) Ariſtot. Οἰκονομ. lib. 2.
inſulas adgreſſus eſt, quibus Macedones, quamquam utrimque continenti potirentur, ob inopiam navium auxi-
19 lium ferre non poterant. Juvit conſilium ducis animorum mira ubique diſſenſio; quum aliis ad Alexandrum libertatis Auctorem res trahentibus, non deeſſent, qui Perſicis 2, 6, 26.
opibus aucti, propriam ſub veteribus dominis potentiam, quam liberata republica eamdem omnium æqualitatem
20 mallent. Igitur Athenagoras & Apollonides ex Chiorum Curtius 4, 5, 15. Arrian. 3, 1, 7.
optimatibus, re cum Phiſino Megareoque, & aliis ſuæ factionis hominibus communicata, Memnonem arceſſunt. Ita Chius proditione capitur, & præſidio ibi conlocato, Arrian. 2, 1, 1.
urbanarum rerum adminiſtratio Apollonidi ſociisque tra-
21 ditur. Inde Lesbum petens Antiſſam, Pyrrham & Ereſſum nullo negotio capit; Methymnæ Ariſtonicum tyran- Diod. 17, 29. Curtius 4, 5, 19.
num imponit; totamque inſulam, excepta Mitylene nobi-
22 liſſima urbe, in poteſtatem redigit. Ea multis diebus obſidionem conſtanter pertulit, nec ab ipſo Memnone capta Arrian. 2, 1, 3. contra Diod. 17, 29.
eſt. Ille enim quum jam magnis operibus urbem circumvallaſſet, & occluſo portu, naviumque ſtationibus per opportuna loca diſpoſitis, ne qua ſubſidio venientibus aditus pateret, providiſſet; peſtilenti morbo conreptus præclaram Perſarum ſpem, inreparabili cum ipſorum
23 damno, deſeruit. Sed quum ſe jam morti vicinum in- 1, 2, 24.
telligeret, Pharnabazo ſororis ſuæ filio, quem Attaba- Arrian. 2, 1, 4.
zo peperat, imperium ſuum tradidit, donec Darius re-
24 comperta, aliter ſtatueret. Hic cum Autophradate claſſis præfecto munia partitus, eo tandem obſeſſos adegit, ut ſecuro præſidii diſceſſu pacto, columnas, queis fœderis cum Alexandro leges inſculptæ erant, ſubverterent; Darioque fidem polliciti, dimidiam exſulum ſuorum par-
25 tem reciperent. At Perſæ non integra fide pactis ſtetere; ſed introductis in urbem militibus Lycomedem Rhodium præeſſe juſſerunt: Diogeni, qui ob ſtudia in Perſas exſulaverat, patriæ tyrannis tradita eſt. Pecunia deinceps privatim ab opulentiſſimo quoque per vim ablata: neque eo minus imperatum tributum, quod commune Mitylenæorum penderet.

SUPPLEMENTUM

in CURTII *Lib.* V. *Cap.* XIII. *num.* 25.

ARG. Darius a suis letaliter vulneratus Polystrato Macedoni, a quo repertus fuerat, extrema mandata ad Alexandrum perferenda dat: epotaque, quam ille adtulerat, aqua, exspirat. Alexandri super eo commiseratio. canis cujusdam mira fidelitas.

Juſtin. II, 15, 5.

Curtius 5, 11, 5. Juſtin. II, 15, 6.

MIratusque conſoſſa potius, quam abacta eſſe, ſemivivi hominis gemitum percepit. itaque more ingenii humani cupidus viſendi, quid rei vehiculo iſto conderetur, dimotis pellibus, quibus obtectum erat, Darium multis vulneribus conſoſſum reperit. regius enim cultus, & aureæ catenæ, queis a parricidis vinctus fuerat, dubitationem eximebant. Non erat expers Græci ſermonis Darius; gratiasque agebat Diis, *qui poſt tanta mala, tamque gravia, hoc tamen indulſiſſent ſolatii, ne omnino in ſolitudine extremum ſpiritum effunderet. Itaque te*, inquit, *quis quis es mortalium, per communem hominum ſortem, a qua nec maximos Regum exemptos eſſe præſenti ſpectaculo moneris, rogo quæſoque, ut hæc ad Alexandrum mandata mea perferas; nihil eorum, quæ longe triſtiſſima perpeſſus ſum, ne hunc quidem incomparabilis calamitatis exitum, ita gravem mihi adciditſe, ut hoc unum, quod poſt tanta in me meosque merita adverſus clementiſſimum victorem inimico vivendum fuit, & nunc ingrato moriendum eſt. Sed ſi qua poſtremis miſerorum votis apud Deos vis eſt, & cum ipſo ſpiritu profuſas preces mitius aliquod Numen exaudit; ille quidem ſoſpes & incolumis, longeque ſupra contagium meæ ſortis & invidiam fortunæ poſitus, in ſolio Cyri glorioſam ætatem exigat: ſuæque virtutis memor eum matri liberisque meis locum apud ſe eſſe patiatur, quem illi fide & obſequio meruerint. at parricidas promptum exitium conſequatur, quod Alexander inrogabit, ſi non miſericordia infelicis hoſtis, ſaltem odio facinorum, & ne impunita in aliorum etiam Regum ſuum-*

31 *ſuumque ipſius exitium erumpant.* Poſthæc, quum ſiti angeretur, adlata per Polyſtratum aqua recreatus, *ergo*, ait *hanc etiam tantis calamitatibus extremam adcedere oportuit, ut bene merito gratiam referre non poſſim! at referet Alexander; Alexandro vero Dii.* Dextram deinde protendit, *eamque Alexandro, fidei regiæ pignus, ferri* jubens, adprehenſa Polyſtrati manu animam afflavit. Alexander an ſpiranti adhuc ſuperverenit, incertum eſt: illud conſtat, miſerabili Regis opulentiſſimi exitu comperto, copioſas lacrimas profudiſſe, ſtatimque chlamyde ſibi detracta corpus operuiſſe, & magno cum honore *ad ſuos deferri* juſſiſſe, *ut regio Perſarum more curatum monumentis majorum inferretur.* Ingratitudinem hominum, a queis pro ſummis beneficiis crudele exitium Darius pertulit, quamquam ſuopte ingenio horrendum & exſecrabilem, inſigniore ad poſteritatem infamia damnavit canis cujusdam mira fides, qui ab omnibus familiaribus derelicto ſolus adfuit, & quam in vivum præſe tulit benivolentiam, morienti quoque conſtanter præſtitit. Hunc vitæ finem ſortitus eſt ille, quem modo contumelia adfici putabant, niſi *Regem Regum & Deorum conſanguineum* ſalutarent: magnoque iterum experimento adprobatum eſt, neminem magis patere fortunæ, quam qui pluribus ejusdem blanditiis, inretitus jugum illius tota cervice receperit.

Plutar. c. 27. Zonaras.

Juſtin. II, 15, 13.

Arrian. I, 5, 25. Diodor. 17, 73. Juſtin. II, 16, 14. Plut. c. 78. Zonaras. Εὐσέβ. λόγ. Α. Juſtin. II, 15, 8.

2, 4, 28.



SUPPLEMENTUM

In CURTII *Lib.* VI. *Cap.* I. *a principio.*

ARG. Dum Alexander in Asia res gerit, Agis Lacedæmoniorum Rex in Græcia res novas molitus, Cretensium urbes nonnullas occupat. deinde totam ferme Peloponnesum ad defectionem impellit. Antipater contra grandem exercitum cogit, suspectos diminuit; Alexandrum de iis rebus certiorem facit. a quo quædam provisa. Agis post læta belli principia Megalopolin obsidens, ab Antipatro invaditur: & acre prælium committitur.

Diod. 16, 89.

Justin. 12, 1, 5.

Diod. 17, 62.

Diod. 17, 29.

Arrian. 2, 3, 10. & 1. Curt. 4, 1, 39.

Arrian. 2, 3, 21. 3, 5, 10.

Curt. 4, 1,

DUm ea per Asiam geruntur, ne in Græcia quidem Macedoniaque tranquillæ res fuere. Regnabat apud Lacedæmonios Agis Archidami filius, qui Tarentinis opem ferens ceciderat, eodem die, quo Philippus Athenienses ad Chæroneam vicit. Is Alexandri per virtutem æmulus, cives suos stimulabat, *ne Græciam servitute Macedonum diutius premi paterentur: nisi in tempore providerent, idem jugum ad ipsos transiturum esse. Admonendum igitur, dum aliquæ adhuc Persis ad resistendum vires essent: illis oppressis, adversus immanem potentiam frustra avitæ libertatis memores futuros.* Sic instinctis animis occasionem belli ex commodo captandi circumspiciebant. Igitur felicitate Memnonis invitati, consilia cum ipso miscere adgressi sunt; & postquam ille rerum lætarum initia intempestiva morte destituit, nihilo remissius agebant. Sed ad Pharnabazum & Autophradaten profectus Agis, triginta argenti talenta, decemque triremes impetravit, quas Agesilao fratri misit, ut in Cretam navigaret, cujus insulæ cultores inter Lacedæmonios & Macedonas diversis studiis distrahebantur. Legati quoque ad Darium missi sunt, qui in usum belli ampliorem vim pecuniæ, pluresque naves peterent. Atque hæc eorum cœpta clades ad Issum (nam ea intervenerat) adeo non interpellavit, ut etiam adjuverit. quippe fugientem insequutus Alexander in longinqua loca magis magisque rapiebatur; & ex ipso prælio mercenariorum ingens multitudo in Græciam fuga penetraverat. quorum octo millia Persica

sica pecunia conduxit Agis, eorumque opera plerasque Cretensium urbes recepit. Quum deinceps Memnon in Thraciam ab Alexandro missus, barbaros ad defectionem impulisset; adque eam comprimendam Antipater exercitum ex Macedonia in Thraciam duxisset, opportunitate temporis strenue usi Lacedæmonii totam Peloponnesum, paucis urbibus exceptis, in partes traxerunt, confectoque exercitu viginti millium peditum, cum equitibus bis mille, Agidi summam imperii detulerunt. Antipater ea re comperta bellum in Thracia, quibus potest conditionibus, componit; raptimque in Græciam regressus, ab amicis sociisque civitatibus auxilia cogit. Quibus convenientibus ad quadraginta pugnatorum millia recensuit. Advenerat & ex Peloponneso valida manus: sed quia dubiam ipsorum fidem resciverat, dissimulata suspicione gratias egit, *quod ad defendendam adversus Lacedæmonios Alexandri dignitatem adfuissent: scripturum se id Regi, gratiam in tempore relaturo. in præsens nihil opus esse majoribus copiis: itaque domos redirent, fœderis necessitate expleta.* Nuncios deinde ad Alexandrum mittit, de motu Græciæ certiorem facturos. Atque illi Regem apud Bactra demum consequuti sunt; quum interim Antipatri victoria, & nece Agidis in Arcadia transactum esset. Sane jam pridem tumultu Lacedæmoniorum cognito, quantum tot terrarum spatiis discretus potuit, providerat: Amphoterum *cum Cypriis & Phœniciis navibus in Peloponnesum navigare*; Meneten *tria millia talentum ad mare deferre* jussérat, *ut ex propinquo pecuniam Antipatro subministraret, quanta illum indigere cognovisset.* Probe enim perspexerat, quanti ad omnia momenti motus istius inclinatio futura esset, quamquam deinceps adepto victoriæ nuncio suis operibus id discrimen comparans, *murium eam pugnam fuisse* cavillatus est. Cæterum principia ejus belli haud impropera Lacedæmoniis fuere. Juxta Corrhagum Macedoniæ castellum cum Antipatri militibus congressi victores exstiterant: & rei bene gestæ fama, etiam qui suspensis mentibus fortunam spectaverant, in societatem eorum pertracti sunt. Una ex Elæis Achæisque urbibus Pellene fœdus aspernabatur; & in Arcadia Megalopolis, fida Macedonibus ob Philippi memoriam, a quo beneficiis adfecta fuerat. Sed hæc arcte circumsessa haud procul deditione aberat, nisi tandem Antipater subvenisset. Is postquam castra castris contulit, seque numero militum alioque adparatu superiorem conspexit, quam primum de summa rerum prælio contendere statuit: neque Lacedæmonii detrectavere certamen. Ita commissa est pugna, quæ rem Spartanam majorem in

Diod. 17, 62.

Justin. 12, 1, 8.

Diod. 17, 63.

Frontin. 2, 11, 4.

Curtius 7, 4, 32.

Arrian. 3, 1, 22.

Arrian. 3, 3, 20.

Plutarch. Agesilao cap. 25. Æschines contra Ctesiphontem.

Polybius 2. 48.

Æschines.

Pausanias lib. 2.

Curtius 6, 1, 10.

modum adflixit. Quum enim anguſtiis locorum, in quibus pugnabatur, conſiſi, ubi hoſti nullum multitudinis uſum futurum credebant, animoſe congreſſi eſſent, neque Macedones impigre reſiſterent, multum ſanguinis fuſum eſt. Sed poſtquam Antipater integram ſubinde manum laborantibus ſuis ſubſidio mittebat; impulſa Lacedæmoniorum acies gradum pauliſper retulit. Quod conſpicatus Agis, cum cohorte regia, quæ ex fortiſſimis conſtabat, ſe in medium pugnæ diſcrimen immiſit, &c. 17

SUPPLEMENTUM

In CURTII *Lib.* X. *Cap.* I. *num.* 45.

ARG. Alexander præfectorum ſuorum inſolentiam punit. Harpalus Babyloniæ ſatrapa, cum magna pecuniæ vi in Europam fugit, Athenas petiturus.

Curt. 10, 1, 8. Plut. cap. 117.

Diodor. 17, 106.

AMiſſa propemodum Thracia, ne Græcia quidem tumultibus inconcuſſa manſit. Nam Alexander, punita Satraparum quorumdam inſolentia, quam, dum in extremo orbe Indorum armis adtinetur, per ſumma ſcelera atque flagitia in provinciales exercuerant, cæterorum metum intenderat: qui in paribus delictis idem admiſſorum præmium exſpectantes, in mercenariorum militum fidem confugiebant, illorum manibus, ſi ad ſupplicium poſcerentur, ſalutem ſuam tutaturi; aut pecunia, quanta poterat, coacta, fugam inibant. Ea re cognita literæ ad omnes Aſiæ prætores miſſæ ſunt, quibus inſpectis e *veſtigio omnes peregrinos milites, qui ſtipendia ſub ipſis facerent, dimittere* jubebantur. Erat inter eos Harpalus, quem Alexander, quod ob ipſius amicitiam olim a Philippo ejectus ſolum vertiſſet, inter fidiſſimos habebat, & poſt Mazæi mortem ſatrapia Babyloniæ donaverat, theſaurorumque cuſtodiæ præfecerat. Is igitur, quum fiduciam, quam in propenſiſſima Regis gratia habere poterat, magnitudine flagitiorum conſumpſiſſet, quinque talentorum millia ex gaza regia rapit, conductaque ſex millium mercenariorum manu, in Europam evadit. Jampridem enim luxu & libidinibus in præceps tractus, deſperataque apud Regem venia, adverſus iram ipſius in alienis opibus ſubſidium circumſpicere 1 2 3 4 5 6

Plut. c. 16.

Plut. c. 74. Arrian. 3, 1, 24. 3, 8, 14.

Diodor. 17, 108. Athenæus 13, 7. Diodor. 17, 108.

ſpicere cœperat; & Athenienſes, quorum non contemnendam potentiam; & apud cæteros Græcos auctoritatem, tum occultum in Macedonas odium norat, ſedulo coluerat. Itaque ſpem ſuis faciebat, *Athenienſes adventu ſuo cognito, copiisque & pecuniis, quas adduceret, coram inſpectis, protinus arma conſiliaque ſociaturos eſſe.* Nam apud populum imperitum & mobilem, per homines improbos * & avaritia venales, omnia ſe muneribus conſequuturum exiſtimabat. 7

* Plutarch. Phoc. c. 28, & Demoſth. c. 30. Juſtin. 13, 5, 7. Dinarchus contra Demoſthen.

SUPPLEMENTUM

In CURTII *Lib.* X. *Cap.* IV. *num.* 46.

ARG. Macedones ſeditionis pœnitentia veniam a Rege conſequuntur. Convivium magnificum celebratur. veterani liberaliter donati dimittuntur, deducente Cratero. Antipater ob diſcordias cum Olympiade evocatur ab Alexandro. Hephæſtion literas Regi adlatas ſimul inſpicit. Antipater ſuſpectum Alexandro ſe ſentiens, inſidias ei nectit. Alexander Suſis proficiſcitur. ejus iter, & in illo rixa inter Hephæſtionem & Eumenem exorta narratur. Rex per campos Niſæos Ecbatana procedit; ubi morbo correptus Hephæſtion exſtinguitur cum incredibili dolore Regis, qui defuncto magnificentiſſimas exſequias facit, admentibus etiam ducibus, per adulationem: qua perſuadetur, Deum eſſe Hephæſtionem: unde periculum Agathocli enatum. Coſſæi, ferox gens, ab Alexandro edomantur. Qui inde Babylonem profectus contra monita Magorum urbem intrat, & legationes audit. Multis tetrisque ominibus fruſtra procuratis ad Medium comeſſatum venit; morbumque letalem contrahit.

Arrian. 7, 2, 23. Plutat. c. 122. Juſtin. 12, 12, 6. Diodor. 17, 109.

1 TAndem præ dolore vix mentis compotes univerſi concurrunt ad regiam, armisque ante fores projectis, tunicati adſtantes, *nuda & obnoxia pœnis corpora admitti* flentes orabant. *non ſe deprecari, quin ſupplicitis fontium expiarentur, quæ per contumaciam deliquiſſent: Regis iracundiam ſibi morte triſtio-*
2 *rem eſſe.* Quumque dies noctesque ante regiam perſiſtentes, miſerabili clamore habituque pœnitentiam ſuam adprobarent; biduum tamen adverſus humillimas ſuo-

rum preces iracundia Regis duravit. tertio die victus constantia supplicum, processit; incusataque leniter exercitus immodestia, non sine multis utrimque lacrimis, *in gratiam se cum ipsis redire* professus est. Digna tamen 3
Arrian. 7, 2, 27. res visa est, quæ majoribus hostiis expiaretur. Itaque sacrificio magnifice perpetrato, Macedonum simul Persarumque primores invitavit ad epulas. *Novem millia eo convivio excepisse*, proditum est memoriæ, *eosque omnes invitante Rege ex eodem cratere libavisse, Græcis barbarisque vatibus tum alia fausta vota præeuntibus, tum inprimis, ut ea utriusque imperii in idem corpus coalita societas perpetua foret.* Maturata deinde est missio, & infir- 4
Justin. 12, 12, 8. missimus quisque exauctorati. amicorum quoque seniorum quibusdam commeatum dedit. ex quis Clitus cognomento Albus, Gorgiasque & Polydamas, & Antigenes fuere. Abeuntibus non modo præteriti temporis 5
Arrian. 7, 2, 28. Diodor. 17, 110. stipendia cum fide persolvit, verum etiam talentum adjecit in singulos milites, viatici nomine. *Filios ex Asiaticis uxoribus susceptos* (ad decem millia fuisse traditur) *apud se relinqui* jussit, *ne in Macedoniam cum parentibus transgressi, & conjugibus liberisque prioribus permixti familias singulorum contentionibus & discordiis implerent: sibi curæ fore pollicitus, ut patrio more instituti militiæ artes edocerentur.* Ita supra decem veteranorum millia 6
Diodor. 17, 110. Justin. 12, 12, 7. Diodor. 17, 109. Arrian. 7. 2, 31. dimissa sunt, additusque est Craterus, qui eos deduceret, ex præcipuis Regis amicis, *isti si quid humanitus contigisset, Polyperchonti parere* jussi sunt. Literis etiam 7
ad Antipatrum scriptis, *honorem emeritis haberi* præcepit: *ut quoties ludi atque certamina ederentur, in primis ordinibus coronati spectarent: utque fato functorum liberi, etiam impuberes, in paterna stipendia succederent. Craterum Macedoniæ continentibusque regionibus cum im-* 8
Plutarch. cap. 122. Arrian. 7, 2, 31. Justin. 18, 12, 9. *perio præesse* placuit; *Antipatrum cum supplemento juniorum Macedonum ad Regem pergere.* Verebatur enim, ne per discordiam præfecti cum Olympiade gravis aliqua clades acciperetur. Nam multas ad Alexandrum epistolas 9
mater, multas Antipater, alter alterum adroganter & acerbe pleraque facere criminabantur, quæ ad dedecus, aut detrimentum regiæ majestatis pertinerent. Post- 10
Plutarch. cap. 117. quam enim rumor occisi Regis temere vulgatus in Macedoniam penetravisset, mater ejus sororque Cleopatra tumultuatæ fuerant; & hæc quidem paternum regnum, Olympias Epirum invaserat. Forte, dum ejusmodi li- 11
Plutarch. apophth. cap. 39. & de fortuna Alex. 2, 17. teræ reduuntur, Hephæstion adsuetus omnium arcanorum se participem haberi, resignatas ab Alexandro simul inspiciebat. Neque vetuit eum Rex; sed detractum digito annulum ori legentis admovit, nihil eorum, quæ perscripta essent, in alios efferendum significans.

In-

Arrian. 7, 2, 33. Marcellin. 14, 38. 12 Incusasse autem ambos fertur, & matris insolentia permotum exclamasse, *eam pro habitatione decem mensium, quam in utero sibi præbuisset, gravem mercedem exigere*: Antipatrum vero suspectum habuisse, quasi parta ex Spartanis victoria tollentem animos, & imperio jam in annos prorogato supra præfecti modum elatum. Ita- 13
Plutarch. apophth. cap. 59. Arrian. 7, 2, 34. que quum ejus gravitas atque integritas a quibusdam prædicaretur; subjecit, *exterius quidem album videri, sed, si penitus introspiciatur, totum esse purpureum.* Pressit tamen suspicionem suam, neque ullum manifestius abalienati animi indicium prætulit. Credidere tamen plerique, *Antipatrum evocari se supplicii caussa ratum, impiis machinationibus, regiæ mortis*, quæ 14
Diodor. 17, 110. paulo post sequuta est, *auctorem exstitisse*. Interea Rex, ut imminuti exercitus detrimenta sarciret, optimum quemque Persarum in Macedonicos ordines adlegit: mille etiam præstantissimos segregavit ad propiorem sui corporis custodiam: aliam *hastatorum manum*, haud pau-
Athenæus 12, 9. Diodor. 17, 110. Arrian. 7, 4, 25. ciores decem millibus, *circa regium tabernaculum excubias agere* jussit. Hæc agenti Peucestes supervenit cum 15
viginti sagittariorum funditorumque millibus, quos ex sua provincia coegerat. his per exercitum distributis profectus est Susis, Tigrique amne transmisso, apud Carrhas castrametatus est; inde quatriduo per Sittacenem ductis copiis Sambana processit, ubi per 16
septem dies quietum agmen tenuit. Tridui deinde itinere emenso Celonas perventum est. oppidum hoc tenent Bœotia profecti, quos Xerxes sedibus suis excitos in Orientem transtulit: servabantque argumentum originis peculiari sermone, ex Græcis plerumque vocibus constante; cæterum ob commerciorum necessitatem finitimorum barbarorum lingua utebantur. 17
Inde Bagistamen ingressus est, regionem opulentam, & abundantem arborum amœno & fecundo fœtu, cæterisque ad vitæ non usum modo, verum etiam
Arrianus 7, 3, 16. Plutarch. Eumene cap. 12. 18 delectationem pertinentibus. Gravis inter hæc Eumeni cum Hephæstione simultas inciderat. Nam servos Eumenis diversorio, quod pro hero suo anteceperant, Hephæstio proturbavit, ut Euius tibicen eo reciperetur. 19
neque diu post, quum jam sopita odia viderentur, nova exorta contentione adeo recruduerunt, ut etiam in atrox jurgium, & acerba utrimque convicia prorumperent. Sed Alexandri interventu imperioque inimicitiæ saltem in speciem abolitæ sunt: quum ille quidem Hephæstioni etiam minatus esset, qui in flagrantissima Regis gratia positus, quamquam cupidum re- 20
Arrianus 7, 3, 1. conciliationis Eumenem, pertinacius averšabatur. Perventum deinde est in Mediæ campos, ubi maxima equorum

Herodot. 3, 106. 7, 40. 9, 120. Strabo lib. 11. Diodor. 17, 110.

rum armenta pascebantur. *Nisæos* adpellant, magnitudine & specie insignes. *Supra quinquaginta millia ibi reperta, quum Alexander ea transiret*, a comitibus illius adnotatum est: *olim triplo plures fuisse; sed inter bellorum turbas maximam earum partem prædones abegisse.* Ad * triginta dies ibi subsitit Rex. eo Atropates 22

Arrian. 7, 3, 1. * Diodor. 17, 110.

Mediæ satrapa centum barbaras mulieres adduxit, equitandi peritas, peltisque & securibus armatas: unde quidam crediderunt, *Amazonum ex gente reliquias fuisse.* Septimis deinde castris Ecbatana adtigit, Mediæ 23

Arrian. 7, 3, 2. Diodor. 17, 110.

caput. Ibi solennia Diis sacrificia fecit; ludosque edidit, & in convivia festosque dies laxavit animum, ut mox in novorum operum curam atque ministeria validior intenderetur. Sed ista volventem, velut 24

Arrian. 7, 3, 7.

injecta manu, fatum alio traxit, vitamque carissimo amicorum ejus, neque multo post, ipsi quoque Regi extorsit. Pueros in stadia certantes spectabat; quum nunciatur, *deficere Hephæstionem*, qui, morbo ex crapula contracto, septimum jam diem decumbebat. Ex- 25

Arrian. 7, 3, 8. Diod. 17, 110.

territus amici periculo statim consurgit, & ad hospitium illius celeriter pergit: neque tamen prius eo pervenit, quam illum mors occupasset. Id Regi omnium, quæ in vita pertulerat, adversorum luctuosissimum adci-

Arrian. 7, 3, 8.

disse certum habetur: eumque magnitudine doloris in lacrimas & lamenta victum, multa animi de gradu dejecti argumenta edidisse. Sed ea quidem varie tra- 26

Plutarch. c. 123 Arrian. 7, 3, 12. Aelian. hist. var. 7, 8. Arrian. in Epictet. 2, 22.

duntur; illud inter omnes constat, ut quam decentissimas exsequias ei duceret, non voluisse Ecbatanis sepeliri; sed Babylonem, quo ipse concessurus erat, a Perdicca deferri curasse: ibique funus inaudito antehac exem-

Diod 17, 110.

plo duodecim talentum millibus locavisse. Per universum 27

Justin. 12, 12, 12. Put c. 124. Arrian. 7, 3, 15. Diod. 17, 115.

certe imperium lugeri eum jussit: &, ne memoria ejus in exercitu exoleseeret, equitibus, queis præfuerat, nullum præfecit ducem, sed *Hephæstionis alam* adpellari voluit, &, quæ ille signa instituisset, ea non immutari. 28

Arrian. 7, 3, 18.

Funebria certamina ludosque, quales nunquam editi fuissent, meditatus, tria artificum millia coegit: qui

Plutarch cap. 124.

non multo post in ipsius exsequiis certasse feruntur. Nec amici tam effuso adfectu ad conciliandam ejus gratiam segniter usi, certatim reperere per, quæ memoria defuncti clarior honoratiorque fieret. Igitur En- 29

Arrian. 7, 13, 16. Plut. Eumene cap. 4 Diod. 17, 115.

menes, quum se ob simultatem cum Hephæstione Regis indignationem incurrisse sensisset, multis auctor fuit, seque & arma sua Hephæstioni consecrandi: pecuniasque ad cohonestandum funus large contulit. Hoc 30

exemplum imitati sunt cæteri: eaque mox processit adsentationum impudentia; ut Regi mœrore & desiderio defuncti insanienti persuasum tandem fuerit, *Deum esse He-*

Hephæstionem. Quo quidem tempore ex copiarum ducibus Agathocles Samius ad extremum periculi venit, quod illius tumulum præteriens inlacrimasse vi- 31

Lucian. in l. *Calumniæ non temere credendum.*

sus esset. ac nisi Perdiccas *venanti sibi Hephæstionem adparuisse* mentitus, *per Deos omnes, ipsumque Hephæstionem* dejeraſſet, *ex ipso se cognovisse, Agathoclem, non ut mortuum, & vanæ divinitatis titulis frustra ornatum flevisse, verum ob memoriam pristinæ sodalitatis lacrimas non tenuisse*; vir fortis & de Rege bene meritus, pietatis in amicum graves pœnas innoxio capite pe- 32

Plut. c. 123. Polianus 4, 3, 31. Strabo l. 11.

pendisset. Cæterum, ut paulisper a luctu avocaret animum, in Cossæorum gentem expeditionem suscepit. Juga Mediæ vicina Cossæi tenent, asperum & acre ge- 33

Diod. 17, 111. Arrian. 7, 3, 19. Strabo lib. 11. * Curtius 5, 8, 1.

nus, & prædando viram tolerare solitum. Ab his Persarum Reges annuo tributo pacem redimere consueverant, ne in subjecta decurrentes infestam latrociniis regionem facerent. nam vim tentantes Persas facile repulerant, asperitate locorum defensi, in quæ se recipie- 34

Diod 17, 111. Arrian. 7, 3, 20 Diod. 17, 111.

bant, quoties armis superabantur. iidem muneribus quotannis placabantur, ut Regi Ecbatanis, ubi * æstiva solebat agere, Babylonem remigranti, tutus per ea loca transitus esset. Hos igitur Alexander bipartito agmine adgressus, intra quadraginta dies perdomuit. 35

Curt. 10, 1, 16. Plutarch. c. 123. Arrian. 7, 3, 20. Diodor. 17, 112.

Nam ab ipso Rege, & Ptolemæo, qui partem exercitus ducebat, sæpe cæsi, ut captivos suos reciperent, permisere se victori. Ille *validas urbes opportunis locis exstrui* jussit; *ne abducto exercitu fera gens obedientiam exueret.* 36

Justin. 12, 13, 1. Arrian. 7, 3, 5. Diod. 17, 112. Seneca suas. 4.

Motis inde castris, ut militem expeditione recenti fessum reficeret, lento agmine Babylonem procedebat. jamque vix triginta ab urbe stadiis aberat; quum Nearchus occurrit, quem per Oceanum & Euphratis ostia Babylonem præmiserat: orabatque, *ne fatalem sibi urbem vellet ingredi. comperiumid sibi ex Chaldæis, qui multis jam præditionum eventibus artis suæ certitudinem abunde probavissent.* Rex fama eorum hominum, constantique adse- 37

Justin. 12, 13, 1. Arrian. 7, 3, 5. Diod. 17, 112.

veratione motus, dimissis in urbem amicorum plerisque, alia via præter Babylonem ducit, ac ducentis inde stadiis stativa locat. Sed ab Anaxarcho persuasus, contemptis Chaldæorum monitis, quorum disciplinam inanem aut 38

Justin. 12, 13, 1. Arrian. 7, 3, 2. Diod 17, 113. Diodor. 17, 114.

supervacuam arbitrabatur, urbem intrat. Legationes eo ex universo ferme orbe confluxerant, quibus per complures dies studiose auditis, deinceps ad Hephæstionis exsequias adjecit animum. quæ summo omnium studio ita celebratæ sunt, ut nullius ad id tempus Regis feralia, magnitudine sumptuum, adparatusque celebritate non 39

Arrian. 7, 4, 20.

vicerint. Post hæc cupido incessit Regi per Pallacopam amnem ad Arabum confinia navigandi: quo delatus urbi condendæ commoda sede reperta, Græcorum

ætate aut vulneribus invalidos, & si qui sponte remanserant, ibi conlocat. Quibus ex sententia perfectis jam futuri securus, Chaldæos irridebat, *quod Babylonem non ingressus tantum esset incolumis, verum etiam excessisset.* Enimvero revertenti per paludes, quas Euphrates in Pallacopam effusus efficit, fœdum omen oblatum est. quippe rami desuper impendentes detractum capiti regio diadema projecerunt in fluctus. quum deinde alia super alia prodigiosa & minacia nunciarentur, procurandis iis Græco simul barbaroque ritu continua sacra facta sunt. Neque tamen expiari, præterquam morte Regis, potuere. qui, quum Nearchum excepisset convivio, jamque cubitum iturus esset, Medii Latissæi obnixis precibus dedit, ut ad eum comessatum veniret, ubi, postquam tota nocte perpotasset, male habere cœpit. Ingravescens deinde morbus adeo omnes vires intra sextum diem exhausit, ut ne vocis quidem potestas esset. Interea milites solicitudine desiderioque ejus anxii, quamquam obtestantibus ducibus, *ne valetudinem Regis onerarent*, expresserunt, ut in conspectum ejus admitterentur.

Appian. de bell. civil. lib. 2.

Diodor. 17, 116. Gregoras fine l. 10. Comment. in Curt. 10, 4, 14. Plutarch. cap. 127.

41

42

Arrian. 7, 5, 6. Justin. 12, 13, 1. Arrian. 7, 5, 11.

43

SUPPLEMENTORUM

In

Q. CURTIUM

FINIS.

AUCTORUM

Veterum atque Recentium, quorum fide Supplementa hæc nituntur

CATALOGUS.

Aelianus.
Aeschines.
Agatharchides.
Agellius.
Antoninus.
Apollodorus.
Appianus.
Apulejus.
Aristophanis Scholiastes.
Aristoteles.
Athenæus.
Blondus.
Buntingus.
Jac. Capellus.
Casaubonus.
Cedrenus.
Cicero.
Cœlius.
Hippol. a Collibus.
Curtius.
Demosthenes.
Dexippus.
Dinarchus.
Dio Chrysostomus.
Diodorus.
Dionysius.
Emmius.
Ephorus.
Erasmus.
Eumenius.
Eusebius.
Eustathius.
Frontinus.
Bern. Gamucci.
Glycas.
Gregoras.
Grotius.
Helladius.
Herodotus.
Hieronymus.
Himerius.
Hincmarus.
Historia Miscella.
Homerus & ejus Scholia.
Horatius.
Jornandes.
Josephus.
Justinus.
Juvenalis.
Lactantius.
Laertius.
Ant. Lafrerus.
Livius.
Lucianus.
Lucretius.
Jo. Magnus.
Marcellinus.
Maximus Tyrius.
Mela.
Melanchthon.
Merula.
Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή.

Oro-

Oroſius.
Otto Friſingenſis.
Panegyrici veteres.
Parthenius.
Pauſanias.
Philippi epiſtola.
Philoſtratus.
Photius.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.
Polyænus.
Polybius.
Probus.
Quintilianus.
Roſinus.
Rutgerſius.
Sabellicus.
Scaliger.
Schonerus.
Schubertus.
Seneca.
Servius.
Sidonius.
Silius.
Simplicius.
Sleidanus.
Solinus.
Stephanus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Syneſius.
Tacitus.
Tertullianus.
Texeira.
Themiſtius.
Tzetzes.
Valerius Maximus.
Vellejus.
Victor.
Vitruvius.
Vopiſcus.
Xenophon.
Zamoſius.
Zonaras.
Zoſimus.

Q. CURTII RUFI DE REBUS ALEXANDRI MAGNI, REGIS MACEDONUM. LIBER III.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Celænarum urbem & arcem occupat: Gordium urbem Phrygiæ caput capit, & fatalem Gordii nodum ſolvit: & deinde Dario obviam ire ſtatuit Alexander.

INter hæc [1] Alexander [2] ad conducendum [3] ex Peloponneſo [4] militem, Cleandro [5] cum pecunia miſſo, Lyciæ [6] Pam-

INter *hæc* 1. inter ea, interjecto temporis ſpatio, quo Perſas ad Granicum amnem fudit, Lyciam, & Pamphyliam occupavit, quę prioribus libris tradita temporis injuria perierunt.

2. *Alexander* natus eſt Pellæ Macedoniæ urbe, ex Philippo Macedonum rege, & Olympiade. Paternum genus ab Hercule per Caranum, maternum ab Aeaco per Neoptolemum traxit, anno mundi 3698. Olympiadis 106. anno primo, ab Urbe condita 395. ſexto die Hecatombæonis, quem Macedones Loum nominant, qui reſpondet Junii noſtri ultimo. V. *Plutarchum* & *Salmaſ. Exerc. Plin. f.* 811.

3. *Conducendum militem*, n. 1 mercede, ut plenius IV. 13. 31. Numerus eſt ſingularis pro plurali. *Conducere* 1. ſcribere, legere. Dicitur fere de militibus mercenariis, qui domeſtico opponuntur delectui.

4. *Peloponneſus* peninſula eſt ſita inter duo maria, Ionium & Aegæum, platani folio ſimilis, in multos, cuſpides procurrens. Hanc Pelops poſt cædem Myrtili, cum ad mare acceſſiſſet, Piſamque Oenomai regiam, & Apiam Pelaſgiam dictam accepiſſet, quaſi *Pelopis inſulam* nominavit. Hodie *Morea* dicitur. V. *Plin.* IV. 4. *Mela* II. 3. *Strab.* II. 48. *Lauremb. Græc. Ant. p.* 14.

5. *Cleander* fuit prætor regius VII. 2. 19. filius Polemocratis,

Pamphyliæque [7] rebus compositis [8] ad urbem Ce-
2 lænas [9] exercitum admovit [10]. Mediam illa tempesta-
te [11] interfluebat [12] Marsyas amnis [13] fabulosis Græco-
3 rum [14] carminibus inclytus [15]. Fons ejus ex summo
montis [16] cacumine [17] excurrens [18] in subjectam [19] pe-

cujus reditum narrat Noster IV. 3. 11. Duxit secum Græcorum mercenariorum quatuor millia. *Arrian.* II. *p. m.* 135.

6. *Lycia*, minoris Asiæ regio inter Pamphyliam & Cariam. Ejus incolæ e Creta oriundi, quondam Termilæ nominati; sed a Lyco Pandionis filio, quem frater Aegæus Athenis pepulerat, Lycii sunt dicti. *Herod. I. p.* 409. VII. *p.* 530.

7. *Pamphylia*, minoris Asiæ regio inter Ciliciam & Syriam. Antea Mopsopia est dicta. *Plin.* V. 27. *Strab.* XIV. *p.* 376.

8. *Compositis. Ordinare* noster VII. 3. 3. & Suet. Aug. c. 13. *statum imponere* Flor. I. 1. 15. *constituere* Nep. Milt. II. 4. *formare* Just. V. 8. B. *in wesen brengen.* Quomodo Lyciam, & Pamphyliam expugnaverit Alexander, docet *Arrian.* I. *p.* 69.

9. *Celænæ* urbs, caput quondam Phrygiæ fuit, migratum inde haud procul veteribus Celænis: novæque urbi Apameæ nomen inditum, ab Apamea sorore Seleuci regis. *Liv.* XXXVIII. 13. v. & *Gyrald. Dialog.* 23. *Salmas. Exercit. Plinian. p.* 827. In hujus urbis foro visitur suspensa Sileni Marsyæ pellis in utrem formata: quam a Phrygibus fertur Apollo illi detractam suspendisse. *Herod.* VIII. 508.

10. *Admovit* i. adduxit, *heeft doen marcheeren.* Flor. I. 24. 3. *Admotis signis commilitenum.* Noster III. 7. 8. IV. 14. 24.

11. *Illa tempestate* i. illo tempore. Varro L. L. VI. 3. *Libri augurum pro tempore tempestatem dicunt: Itaque in duodecim tabulis: Solis occasus diei suprema tempestas esto.* Noster IV. 2. 11. *Illo vero tempore*, quo Alexander Celænarum arcem obsedit; postea enim Celænæ diruræ alia sede propinquo loco instauratæ sunt.

12. *Interfluebat* i. per mediam fluebat. Flor. I. 4. 2. *interfluentem urbi Tiberinum.* Noster V. 1. 28: 5. 2.

13. *Marsyas* filius fuit Hyagnis, Cybelen amore magno; sed casto amavit: tibiis, quas Minerva abjecerat, inventis cum Apolline in certamen musicum descendit; sed victus & corporis exuviis exutus in fluvium sui nominis est mutatus. Excurrit ex summo cacumine montis Celænarum, & cadit in Mæandrum. V. *Liv.* XXXVIII. 13. *Hygin. fab.* 165. *Apul. Florid.* I.

14. *Græcorum*, non tantum Poetarum; sed & Historicorum. Illum descripserunt Herodotus, Strabo, Pausanias, Plutarchus, Athenæus, alii.

15. *Inclytus* Nobilis, clarus. *Festus.* Noster III. 4. 7. VIII. 9. 3.

16. *Montis* n. Celænarum veteri urbi qui imminebat, & cui arx erat imposita. V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 828.

17. *Cacumine* i. vertice. Serv. Aen. I. 167. *Circa radices montis, quæ ad rectam lineam suspiciunt cacumen* i. *verticem.*

18. *Excurrens* i. Procurrens. Ita *excedere* est procedere Justin. I. 1. 6. *Alter usque Ægyptum excessit.*

19. *Subjectam*, i. subjacentem. Tac. Ann. XV. 9. 1. *Subjectis campis magna specie volitabant* Noster VII. 11. 18.

20. *Strepitus* proprie est pedum ambulantium, manuumque aliquid pertractantium sonus. V. *Vall. Eleg.* IV. 29. Inde ad aquas transfertur ut & X. 1. 12.

21. *Cadit* i. effunditur. ut VI. 4. 6.

22. *Diffusus* i. dispersus. Catull. LXIV. 354.

Quæ passim rapido diffunditur Hellesponto.

Noster VI. 4. 6. VIII. 13. 8.

23. *Rigat.* i. humore suo persundit, humectat. *Irriganter* proprie horti, & prata rivis. *Irrigare est inducere aquas in agros.* Isid. XIII. 21. Et *irrigiæ* aquæ sunt, quæ illos humectant. Tib. II. 1. 22. *Et bibit irriguas fertilis hortus aquas.* V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 331. & 617.

24. *Campos* i. agros planos. Siculi circum, aut hippodromum vocabant καμπὸν a flexu equorum, & quadrigarum, quæ ibi certabant. Inde omnia plana καμπὸι dicti. V. *Scalig. Conject. in Varr. p.* 16. Noster III. 7. 9. *Planitiem, camposque.*

25. *Liquidus* i. purus; potest enim esse & aqua turbida. Cic. pro Cæcin. *Quicquid inde haurias, purum, liquidumque sit.*

26. *Suas* i. non alterius amnis, qui se in Marsyam exoneraret.

27. *Undas* i. aquas. Cic. Phil. X. *O spectaculum illud, non modo hominibus; sed etiam undis, & littoribus luctuosum.* Proprie *unda* est aqua in se collecta, & fluctuans. V. *Isid.* XIII. 20.

28. *Trahens* i. secum ducens, agens *n.* 5. Just. II. 1. 20. *Nili trahentis limum.* Vehere Tib. I. 4. 30. *Dum vehet amnis aquas,* & Noster V. 2. 9. VIII. 9. 4. Quod quadam dicitur phantasia, ut Grammatici loquuntur, vel opinione, quasi amnes ipsi animati sint & aquas portent suas. V. *Turneb. Adverss.* XVI. 4.

29. *Placido* i. tranquillo. *Placidum ventis* Virg. Ecl. II. 26. Noster IX. 9. 9.

30. *Fecit locum* i. dedit occasionem, *heeft aenleydingh gegeven.* Ita IV. 11. 9.

31. *Nymphas amore amnis.* Fabulam narrat *Ovid. Metam.* VI. 393.

32. *Retentas* i. manere coactas. *Retinere* verbum est militare. Prop. II. 7. 34.

petram magno strepitu [20] aquarum cadit [21]: inde dif-
fusus [22] circumjectos rigat [23] campos [24], liquidus [25],
& suas [26] duntaxat undas [27] trahens [28]. Itaque co- 4
lor ejus placido [29] mari similis locum Poetarum men-
dacio fecit [30]: quippe traditum est, *Nymphas amore a-*
mnis [31] *retentas* [32] *in illa rupe considere.* Cæterum, quam- 5
diu

diu intra muros fluit, nomen suum retinet: at quum extra munimenta [33] se evolvit [34], majore vi, ac mo-
6 le [35] agentem [36] undas, Lycum [37] appellant. Alexander quidem urbem destitutam [38] a suis intrat: Arcem [39] vero, in quam confugerant, oppugnare adortus [40] caduceatorem [41], præmisit, qui denuntiaret, [42] *Ni* [43]
7 *dederent, ipsos ultima* [44] *esse passuros.* Illi caduceatorem in

Quid si longinquos retineret miles ad Indos.

Nost. v. 4. 15. VI. 11. 37.

33. *Munimenta* i. muros. Vid. v. 4. 3. §. 3.

34. *Evolvit* i. effundit. Plin. IV. 12. *Danubius in Pontum vastis sex fluminibus evolvitur.* Noster v. 4. 7. IV. 2. 7.

35. *Mole* i. motu. Serv. Aen. v. 118. *mole i. motu, ut* III. 656. *magna se mole moventem.*

36. *Agentem* i. propellentem, volventem. Ita VI. 4. 19. IX. 9. 9.

37. *Lycum* cum Marsya eundem perperam putavit Curtius, quod uterque in Mæandrum cadat. *Lycum* enim ex monte Cadmo, qui Laodiceæ imminet, oriri dicit Strabo; Marsyas vero ex Celænarum monte. Sic Orgian alium fluvium, quem recipit Marsyas, priusquam in Mæandrum influat, confundit cum eodem Marsya n. 3. *Inde diffusus* &c. Hęc enim Orgiæ conveniunt. V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 828.

38. *Destitutam* i. relictam, at III. 13. II. IV. 15. 29.

39. *Arcem* mille Cares cum mercenariis Græcis centum defenderunt. *Arrian.* I. *p.* 79.

40. *Adortus* i. aggredi, cum incepisset. Cic. Attic. XIII. 22. *Sed hoc quoque ipsum continuo adoriamur.* Noster IX. 4. 6.

41. *Caduceatores* sunt, qui ad pacem mittuntur, legati. Caduceus erat pacis insigne. Lignum erat rectum, utrinque duos continens serpentes implexos invicem, ita ut se mutuos, & ex adverso intuerentur. Rectum lignum orationis rectitudinem significat: serpentes impliciti castra castris juncta nobis innuunt oculius, quibus dissidentes conciliatura voluntates orationis se inserit virtus. B. *een Heeront.* Mercurius virgulam ab Apolline muneri acceptam, cum in Arcadia vidisset duos dracones, inter se conjuncto corpore, alium alium appetere, ut qui dimicare inter se viderentur, inter utrumque projecit. Qui quum discessissent, illam virgulam pacis causa dixit esse constitutam. V. *Hygin. Astron.* II. 8. *Macrob.* I. 19. *Rhodig.* XXI. 16. *Paschal. Legat.* c. 4.

42. *Denuntiaret* i. cum imperio, & severitate ediceret. Donat. Adelph. II. 1. 7. *Fides in concipiendis comminationibus: nam denuntiatio comminantis est.* Nep. Chabr. III. 1. *Capitis se illum damnaturos denuntiarunt.* Noster VII. 6. 12: 7. 25: I. 15.

43. *Ni* i. si non. Ter. And. III. 4. 19. *Mirum ni domi est.* Noster IV. 16. 2. V. 9. 10.

44. *Ultima* i. periculosissima: Flor.

in turrim, & situ [45] & opere [46] multum editam [47] perductum, *quanta esset altitudo, intueri* jubent, *ac nuntiare Alexandro, non eadem ipsum, & incolas æstimatione munimenta metiri: se scire inexpugnabiles esse, ad ultimum,* [48] *pro fide* [49] *morituros esse.* Cæterum [50], ut circumsi- 8
deri arcem, & omnia sibi in dies arctiora [51] viderunt esse; *sexaginta dierum inducias* [52] pacti, *ut, nisi intra eos auxilium Darius* [53] *ipsis misisset, dederent urbem:* postquam nihil inde præsidii [54] mittebatur, ad præstitutam diem permisere se Regi. Superveniunt de- 9
inde legati Athenienses [55], petentes, *ut capti* [56] *apud*

Flor. I. 13. 12. *In ultimis religio publica privatis affectibus antecellebat.* Noster IX. 9. 22.

45. *Situ* i. positura. Cic. Div. II. *Plus terrarum situs, quam Lunæ tractus.* Noster VI. 4. 15. VIII. 9. 20.

46. *Opere* i. munitione. Nep. Them. VI. 5. *Interim omnes servi atque liberi opus facerent.*

47. *Editam* i. altam, excelsam. Suet. Aug. c. 72. *Erat illi locus in edito singularis.* Noster III. 8. 22. V. 4. 27.

48. *Ad ultimum* i. postremo. Flor. IV. 7. 15. *Non miretur ad ultimum non suis manibus usos.*

49. *Pro fide* n. sibi invicem data, ut V. 3. 4.

50. *Cæterum* i. sed. Flor. III. 5. 3. *Cæterum elatus animis ingentibus.* Noster n. 10. V. 9. 10. VI. 9. 18.

51. *Arctiora: sy wierden aen alle kanten benauwt, en gedruckt. Arctum frenum* est comprimens, & coercens. *Tib.* IV. 1. 91.

52. *Induciæ* sunt conventio, per quam, bello manente, ad tempus bellicis actibus est abstinendum. V. *Grot. de jur. bell. & pac.* III. 21. 1.

53. *Darius*, serva natus fuit. *Aelian. V. H.* XII. 43. Patrem habuit Arsanum, qui Artaxerxis Persarum regis frater erat. Bagoæ Eunuchi beneficio ad regium fastigium est evectus. *Diod.* XVII. 5. *Strabo* XV. *p.* 495. *Noster* VI. 3. 12. Antea fuit dictus Codomannus; sed post mortem Ochi regis, rex institutus, Darii nomine, ne quid regiæ majestati deesset, est honoratus. *Just.* X. 3. 5. Fuerat astandes, sive cursor publicus. *Plutarch. Alex. Fort.* II. 8. Darius Melas *Tertull. adversus Jud.* c. 8. dicitur.

54. *Præsidii* i. auxilii. Just. II. 9. 10. *Ut plus præsidii in celeritate, quam in sociis duceret.* Nost. IV. 3. 24.

55. *Athenienses.* De *Athenarum* origine *August. de Civ. Dei* XVIII. 9. *Egnat. Racem.* c. 8. *Cors. Misc. jur. civ.* I. 15. *Serv. Georg.* I. 13.

56. *Capti*, quia in acie pro Dario contra Alexandrum pugnantes arma tulerant. V. *Arrian.* I. *p.* 80.

apud Granicum amnem 57 *redderentur sibi.* Ille *non hos modo, sed etiam cæteros Græcos* 58 *restitui suis jussurum* respondit, *finito Persico bello* 59. Cæterum Dario imminens 60, quem nondum Euphratem 61 superasse 62 cognoverat, undique 63 omnes copias contrahit 64, totis 65 viribus tanti belli discrimen aditurus. Phrygia 66 erat, per quam ducebatur exercitus, pluribus vicis 67 quam urbibus frequens 68. Tunc habebat 69 quon-

57. *Granicus* est fluvius Bithyniæ. Effunditur in Propontidem. V. *Melam* I. 19.

58. *Cæteros Græcos.* Bis mille Græcorum in Macedoniam miserat, ut ibi custodirentur velut obsides, vigente Persico bello, ut in metu contineret illos, qui pro Dario militare non dubitaverant. V. *Arrian.* I. 48. & 80. Quos dimisit IV. 8. 12.

59. *Persico bello.* Ad hoc bellum Panegyrica oratione Philippum adversus Asiam exstimulavit: Hoc mortuo Alexandrum filium ejus ad bellum a Philippo susceptum consiciendum, adhortatus est Isocrates. V. *Aelian. V. H.* XIII. 11.

60. *Imminens*, ut IV. 8. 16. VI. 6. 20. i. instans, omnes cogitationes cupide in eum convertens. Liv. XXXI. 47. *L. Furius Gallico triumpho imminens.* Sic *imminere* emtioni, Suet. Aug. c. 24. *imminere* occasioni Noster V. II. 2. *imminere* spei IV. 1. 9.

61. *Euphrates* ex Armeniæ montibus profluit, & per Babyloniorum fines in mare prorumpit. *V. Plin.* V. 24. *Melam* III. 8. *Solin. c.* 37. *& ad illum Salmasium: Procop. de bell. Pers.* I. 12. *Scalig. de Emend. temp.* V. *f.* 347. *Jun. Præl. Genes.* II. 10. Ad *Euphratem* copias Darius collegerat: ut vero occurreret Alexandro ad Issum, trajiciendus erat Euphrates, quia ultra illum cum exercitu versabatur. V. *Raderum.*

62. *Superasse* i. transisse. VI. 3. 16.

63. *Undique* i. ex omnibus locis. Cic. pro Manil. *Multis undique cinctam periculis.* Noster IV. 4. 10. VI. 1. 4.

64. *Contrahit* i. colligit. *Contrahere* est dispersos in unum colligere. Nep. Dat. VII. 2. *Sed tam subito copias contrahere non potuit.* Noster IV. 1. 39 VI. 2. 18. Contraxit vero *triginta millia peditum, & quatuor millia equitum* juxta Liv. IX. 19. Diod. XVII. 17. *triginta duo millia peditum, quatuor millia quingenta equitum* juxta Just. XI. 6. 2. & Oros. III. 16. *quadraginta millia hominum* in universum juxta Front. Stratag. IV. 2. 4.

65. *Totis* i. omnibus. Plaut. Mil. II. 2. 57. *Cui bini custodes semper totis horis occubant.* Nost. VI. 1. 9.

66. *Phrygia* regio est minoris Asiæ, quæ a Phryge amne, qui eam a Caria dividit, est cognominata. V. *Plin.* V. 29. & 32. *Solin.* c. 40. & ad illum *Salmasium.*

67. *Vici* sunt domus multæ junctæ extra urbem nulla munitione. V. *Festum, Manut. Quæst. Epist.* III. 7. *Voss. Lex. Etymol.* Noster IV. 16. 15.

68. *Frequens vicis* i. ubi multi sunt vici. Tacit. Hist. V. 8. 1. *Magna pars Judææ vicis dispergitur.* Noster V. 4. 6. *Frequens conspectus* Cic. pro Manil. est omnium fere civium. *Frequens arbor* Nostro VI. 4. 22. est multa.

69. *Habebat regiam* i. in illa erat regia.

70. *Nobilem* V. III. 10. 7. §. 34.

71. *Midas* filius fuit Gordii, rex Phrygiæ, Cui, cum inter Apollinem & Marsyam decertantes judex constitutus esset, & ipse pro Marsya sententiam dixisset, Apollo asini aures fecit. V. *Ovid. Metam.* XI. 147 -- 180. *Hygin. fab.* 191. *Fulgent. Myth.* III. 9.

72. *Gordium* est urbs in Phrygia Hellesponto proxima ad Sangarium amnem sita. *Arrian.* I. 80. non magnum quidem; sed plus quam mediterraneum, celebre & frequens emporium. *Liv.* XXXVIII. 18. V. plura apud *Arrian.* II. 85. *Justin.* XI. 7.

73. *Sangarius* ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miscetur ad Bithyniam Thymbri fluvio: inde major jam geminatis aquis per Bithyniam fertur, & in Propontidem se effundit. *Liv.* XXXVIII. 18. *Arrian.* I. 80. A plerisque dicitur Coralius. *Plin.* VI. 1. V. & *Solin. c.* 42. & *ad illum Salmasium.*

74. *Intervallo* n. loci. *Intervalla* sunt spatia inter capita vallorum i. stipitum, quibus vallum fit. Unde cetera quoque spatia *intervalla* dicuntur. V. *Isid.* XV. 9.

75. *Pontico & Cilicio.* Si Hellespontum, unde profectus est Alexander, non respexeris. Gordium enim tria maria pari ferme distantiæ intervallo habet *Livio* XXXVIII. 18.

76. *Asiæ* dicitur ab *Asia* filia Promethei. *Asiam* ab Europa Tanais, ab Africa dirimit Nilus. *Arrian.* III. 237. V. 322. V. & *Ortel. Theat. Orb. f.* 3.

77. *Comperimus* i. intellexi-mus. *Comperio*, inquit Diomed. I. est ex aliis cognosco. Vall. V. 24. *Compertum est mihi* idem est, quod scio per investigationem. Inde *compertum* est certum Ciceroni, Sallustio, aliis. Et *oculis quid compertum habere* V. 4. 10. est illud vidisse.

78. *Fauces* proprie sunt angustiæ gutturis. Cic. pro Cluent. *faucibus* premi. Metaph. locus angustus. Cic. Rull. II. *Corinthus erat posita in angustiis, atque faucibus Græciæ.* Metaphoræ vero solent situum, aut operum formis aptari petitæ a similitudine corporis humani. V. VI. 4. 16. §. 38.

79. *Compellente* i. coarctante, & quasi comprimente.

80. *Continens* i. terra continua, & nullo mari interrupta, quam & absolute *continentem* dixe-

quondam nobilem 70 Midæ 71 regiam; *Gordium* 72 nomen est urbi, quam Sangarius 73 amnis interfluit, pari intervallo 74 Pontico & Cilicio mari 75 distantem. Inter hæc maria angustissimum Asiæ 76 spatium esse comperimus 77, utroque in arctas fauces 78 compellente 79 terram. Quæ quia continenti 80 adhæret,

ret [81], sed magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulæ præbet; ac nisi tenue discrimen [82] objiceret [83], maria, quæ nunc dividit, committeret [84].
14 Alexander, urbe in suam ditionem [85] redacta, Jovis [86] templum intrat. Vehiculum, quo Gordium Midæ patrem vectum esse constabat [87], adspexit, cultu haud sane a vilioribus, vulgatisque usu abhor-
15 rens [88]. Notabile erat jugum [89] adstrictum compluribus nodis [90] in semetipsos implicatis [91] & celantibus
16 nexus. Incolis deinde affirmantibus [92], *Editam esse oraculo sortem* [93] *Asiæ potiturum, qui inexplicabile vinculum*

dixerunt. Mela III. 6. *Alias insulæ videntur, alias una & continens terra.* Noster IV. 2. 5. X. 1. II. V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 83.

81. *Adhæret* i. adnectitur.

82. *Tenue discrimen* i. isthmum. Cic. Rull. II. *Duo maria pertenui discrimine separata.* Flor. II. 8. 9. *Euboeam insulam continenti adhærentem tenui freto.*

83. *Objiceret* i. opponeret. V. 4. 5.

84. *Committeret* i. conjungeret. Flor. I. 4. 2. *Urbi Tiberinum ponte commisit.* Noster VII. 7. 14. IV. 2. 16.

85. *Ditionem* i. imperium, potestatem. *Ditio* & imperium junguntur VI. 9. 22. *Ditioni regionem adjicere* est illam potestati subjicere. IV. 1. 26.

86. *Jovis* n. Idæi, cujus & Callimachus in hymno ad Jovem meminit. Erat & ara *Jovis* Idæi apud Celænen Phrygiæ urbem, a Mida rege exstructa. V. *Popmam.*

87. *Constabat* i. verum erat. IV. 16. 9.

88. *Abhorrens* i. discrepans, differens. Suet. Ner. c. 43. *Multa & immania, verum non abhorrentia a sua natura.* Noster III. 6. 19. VII. 8. 11.

89. *Jugum* plaustri. *Just.* XI. 7. 15. quod in curru erat. *Arrian.* II. p. 3. 87. *jugum fatale* appellat Auson. Eidyl. VIII. Præf. *Ne tu Alexandri Macedonis pervicaciam supergressus, qui fatalis jugi lora, quum solvere non posset, abscidit* & Epist. XXIV. 48. *Ocyus illa jugi fatalis solvere lora Pellæum potuisse ducem veor abdita opertis Principiis, & utroque caput celantia nodo.*

90. *Nodis* factis ex libro corni arboris. *Arrian.* II. 87. *Plutarch. Alex. f. m.* 246. Ita *nodos jugi* Petron. in Halos. Troj. v. 59.

91. *Implicatis* i. obliquis spiris obvolutis. *Plutarch. Alex. f.* 246.

92. *Affirmantibus* i. asseverantibus, *voor de waerheyd seggen.* Tacit. Hist. I. 35. 2. *Nemo scire, & omnes affirmare.* Noster V. 4. 4. 7. 3.

93. *Editam esse oraculo sortem* i. a Diis data esse responsa. *Sors* est ipsum oraculum. Horat. Art. Poet. v. 403. *dictæ per carmina sortes.* Cic. de Divin. II. *Auspicia restant & sortes eæ, quæ ducuntur, non illæ, quæ vaticinatione funduntur: quæ oracula verius dicimus.* Et *sortilegi* dicuntur Delphi. Horat. Art. Poet. v. 119. quia Delphis celebre Apollinis oraculum. Ratio, quia oracula certo ordine sorte ducta reddebantur. Ita *Deus edidit ore* Tib. I. 4. 34. Noster V. 4. II. VI. 9. 18. IV. 7. 24. V. & *Turneb.* V. 21.

lum solvisset: cupido incessit animo sortis ejus explendæ. Circa Regem erat [94] & Phrygum turba & 17
Macedonum [95]: illa exspectatione [96] suspensa [97], hæc solicita [98] ex temeraria Regis fiducia. Quippe series [99] vinculorum [100], ita adstricta, ut, unde nexus inciperet, quove se conderet [101], nec ratione, nec visu pericipi posset, solvere aggresso [102] injecerat curam, ne in omen [103] verteretur irritum [104] inceptum. Ille ne- 18
quaquam diu luctatus [105] cum latentibus nodis; *Nihil*, inquit, *interest, quomodo solvatur*: gladioque ruptis

94. *Circa Regem erat* i. Regi proxime adstabat. Nep. Eumen. X. 4. *Sed non passi sunt hi, qui circa erant.* Liv. IX. 22. *Omnes, qui circa erant, in Aulium* &c. Noster IV. 10. 25: 15. 26. Græcismum esse docet *Vechn. Hellen.* II. 10.

95. *Macedonia* est regio Europæ inter Thraciam & Thessaliam. Dicta est *Emathia* ab Ematho, qui primus in illa accepit principatum. *Macedoniam* de suo nomine dixit *Macedo* Thyæ Deucalionis filiæ filius, & sic maternus Deucalionis nepos. In sacris *Cethim* nominatur. V. *Plin.* IV. 10. *Melam* II. 3. *Solin. c.* 9. *& ad illum Salmasium, Lauremb. Ant. Græc. p.* 8.

96. *Exspectatione.* Sic loquuntur veteres in re magnum & memorabilem eventum habitura. Phæd. IV. 22. 2. *Eratque in terris maxima exspectatio.* Nep. Alcib. VII. 1. *Tanta fuit omnium exspectatio visendi Alcibiadis.* V. *Scheffer. ad Phædrum.*

97. *Suspensa.* V. IV. 5. 12. §. 34.

98. *Solicita* i. solicitudine affecta, anxia. Ciceroni Tusc. Quæst. IV. *Solicitudo est ægritudo cum cogitatione.*

99. *Series* i. ordo. VII. 3. 21. III. 11. 13. Proprie competit hortulanis, & agricolis, qui serunt: quod quia distincte fit, atque ordine, ad alia vox transfertur, quæ certo ordine, progressionibus, & continuatis peraguntur operis. V. *Becman. Orig. in Semen.*

100. *Vinculorum.* Justin. XI. 7. 16. loramentorum.

101. *Conderet* i. occultaret. Et ita *Arrian.* II. 87. capita intra nodos abscondita dicit *Just.* XI. 7. 16.

102. *Aggressus* n. 40. *adortus.*

103. *Omen* est signum rerum futurarum, sive bonarum, sive malarum. *Luctat. Stat. Theb.* VI. 934. Proprie est augurium, quod fit ore, velut oremen. *Festus.*

104. *Irritum.* V. IV. 4. 2. §. 4.

105. *Luctatus* i. conatus, annixus. Flor. Præf. 5. *cum finitimis luctatus.* Noster IV. 7. 7: 9. 19. *Lucta* una fuit ex quinque ludis antiquorum, quo alius alium in terram prosternere nitebatur.

ruptis omnibus loris [106] oraculi sortem vel elusit [107];
19 vel implevit [108]. Cum deinde Darium, ubicunque [109] esset, occupare [110] statuisset: ut a tergo tuta [111] relinqueret, Amphoterum [112] classi ad oram [113] Hellesponti [114], copiis autem praefecit Hegelochum [115]
20 Lesbum, & Chium, & Con [116] liberaturos. His talenta

106. *Gladio ruptis loris.* Sunt, qui dicant illum ensis ictu vinculum discidisse, & solutum esse dixisse. *Arrian.* II. 87. *Plutarch. Alex. f.* 247.

107. *Eludit* gladiator, qui vel gladio, vel rude objecta petitionem alterius vitat, aut motu cito declinat. V. *Lipf. Saturn.* II. 19. *Turneb.* XXVIII. 15.

108. *Implevit.* Aristobulus auctor est, Alexandrum exemto paxillo temonis (erat is clavus ligneus per medium temonem trajectus, cui vinculum adstrictum erat.) jugum temoni detraxisse. Equidem, quomodo nodus ille ab Alexandro solutus fuerit, affirmare non ausim. Ipse certe, & qui cum eo erant, ita a curru discesserunt, perinde ac si vaticinium de solutione nexus impletum esset. Quod quidem & tonitrua, & fulgura ea nocte excitata satis declararunt: eaque de causa postero die Diis sacrificavit, tum ob prodigia edita, tum ob rationem solvendi nodi ostensam. *Arrian.* II. 87. 88. *Plutarch. Alex. f.* 247.

109. *Ubicunque* i. quocunque in loco. Cic. Fam. II. 5. *Etsi, ubicunque es, in eadem es navi.*

110. *Occupare* i. subito supervenire, *overvallen.* Flor. III. 10. 22. *occupat Galliam.* Noster VII. 2. 4.

111. *A tergo tuta.* Sic Antiocho filio misso in Syriam ad custodiam ultimarum partium regni, ne quid absente se a tergo moveretur, Antiochus ad Pisidas est profectus. *Liv.* XXV. 13. Ipse Alexander infra VIII. 5. 1. *A* notat regionem, & situm. Cic. Phil. III. *Antonius a tergo tenetur.* Reliquit *a tergo* Alexander Hellespontum, Graecum mare, minorem Asiam.

112. *Amphoterum* Crateri fratrem fuisse dicit *Arrianus* I.

113. *Oram* i. regionem. Cic. *N. D.* II. *Omnibus hominibus, qui ubique sunt, quacunque in ora ac parte terrarum.* Proprie *ora* est cujuslibet rei finis & extremitas. *Non.* V. 75. *Serv. Aen.* IX. 528. Inde *orae* extremae partes terrarum i. maritimae dicuntur. *Festus* & *Isid.* V. 29.

114. *Hellespontus* fretum est inter Aegaeum mare & Propontidem. V. *Plin.* IV. 12. *Mel.* I. 1. *Strab.* XIII. *p.* 239. Invenit nomen ab Helle filia Athamantis & Nebulę, quę, cum fugiens novercę odium, cum fratre Phryxo arietem adscendisset, & aries eos in pelagus detulisset, Helle de ariete decidit, & illud mare suo interitu nobilitavit. V. *Hygin. Fab.* 3. *Ovid. Heroid.* XVIII. 137-144.

115. *Hegelochum* praefecit copiis terrestribus Alexander, qui has insulas occupat IV. 5. 17.

116. *Lesbus, Chius, & Cos* insulae sunt Asiae Troadi adjacentes.

lenta [117] ad belli usum quingenta adtributa [118]: ad Antipatrum [119], & eos, qui Graecas urbes tuebantur, sexcenta missa: ex federe naves sociis imperatae [120], quae Hellesponto praesiderent [121]. Nondum enim 21
Memnonem [122] vita excessisse cognoverat: in quem omnes intenderat curas [123], satis gnarus, cuncta in expedito fore [124], si nihil ab eo moveretur [125]. Jam- 22
que ad urbem Ancyram [126] ventum erat, ubi numero copiarum inito [127] Paphlagoniam [128] intrat: Huic juncti

tes. V. *Strab.* II. 222. *Plin.* V. 31. *Ortel. Vet. Geogr. f.* 17.

117. *Talenta.* Commune *talentum* accipio, quod est sexcentis Philippeis. Quingenta respondent trecentis millibus Philippeorum: Uti sexcenta, trecentis sexaginta millibus. V. *Raderum.*

118. *Adtributam* dicebant pecuniam, quae assignata erat ab hoc, quod tributum diceretur a tribubus, quod ea pecunia, quae a populo imperata erat, tributim a singulis pro proportione census exigebatur. Ab eo quoque, quibus *adtributa* erat pecunia, ut militi reddant, tribuni ararii dicti. Id quod *adtributum* erat, as militare. *Varro* L. L. IV. 42.

119. *Antipatrum* filium Jolai. Huic Macedoniae & Graeciae administrationem ab Hellesponto solvens Alexander concessit. V. *Arrian.* I. 30. *Diodor.* XVIII. 12.

120. *Imperatae* i. cum imperio, & auctoritate petitae. Nep. Conon. IV. 2. *Ut Cypriis, & Phoenicibus, naves longas imperaret.*

121. *Praesiderent* i. custodirent, defenderent. Cicero pro Sylla: *Vos Dii patrii, qui huic urbi atque imperio praesidetis.* Noster IV. 12. 15. 5. 9. VII. 9. 6. III. 4. 5.

122. *Memnonem* Rhodium. Hunc Darius Rex universae classi, oraeque maritimae praefecerat. Sed in obsidione Mitylenaeorum periculoso quodam morbo correptus, e vita decessit. V. *Arrian.* II. 81. *Diod.* XVII 7. & 29.

123. *Intenderat curas.* Ita Liv. XXXVII. 36. *Omissa in praesentia pacis mentione, totam curam in belli apparatum intendit.* Plura exempla collegit in indice *Freinshemius.* Noster VI. 4. 25.

124. *In expedito* i. facile. Tac. Hist. I. 10. 4. *Cui expeditius fuerit tradere imperium, quam obtinere.* Noster IV. 2. 22. & *expeditum iter,* V. 5. 2.

125. *Nihil moveretur.* Cogitaverat de bello Macedoniae, & Graeciae inferendo. *Arrian.* II. 81.

126. *Ancyra* est urbs Galatiae, quo est profectus postero die, quum Gordium nodum solvisset. *Arrian.* II. 88. Hanc nobilem in illis locis urbem fuisse dicit *Liv.* XXXVIII. 24.

127. *Numero inito* i. numerato. Tac. Ann. XV. 41. 1. *Domum . . . numerum inire haud promtum fuerit.* Nost. III. 2. 2.

128. *Paphlagonia* regio est minoris Asiae, quam ad Orientem Halys flumen terminat. Hanc non nulli

junctí erant Eneti [129], unde quidam Venetos tra-
23 here [130] originem credunt. Omnisque [131] hæc regio
paruit Regi: datisque obsidibus *tributum*, *quod ne*
Persis [132] *quidem tulissent* [133], *pendere* [134] *ne cogerentur*,
24 impetraverunt [135]. Calas [136] huic regioni præpositus
est: ipse, assumtis [137], qui ex Macedonia nuper adve-
nerant [138], Cappadociam [139] petiit.

CAP.

nulli *Pylæmeniam* dixerunt. V. *Plin.* VI. 2. *Strab.* XII. 175. *Solin.* c. 44. & *ad illum Salmasium.*

129. *Enetos* constat seditione ex Paphlagonia pulsos, duce Antenore, & sedes & ducem, rege Pylæmene ad Trojam amisso, quærentes venisse in intimum maris Adriatici sinum: Euganeisque, qui inter mare Alpesque incolebant, pulsis, Enetos Trojanosque eas tenuisse terras. Gens universa Veneti appellati. *Liv.* I. 1. V. & *Plin.* VI. 2. *Strab.* XII. 175. *Just.* XX. 1. 8. *Virg. Aen.* I. 246. *Solin.* c. 44. & *ad illum Salmasium.*

130. *Trahere* i. ducere. Sueton. Tib. c. 3. *Ex hac stirpe Tiberius Cæsar genus trahit.*

131. *Omnis* i. tota. Flor. III. 18. 5. *Quum omne Latium ... contra matrem ac parentem suam urbem consurgeret.*

132. *Persæ* rubrum mare semper accoluere, propter quod is sinus Persicus vocatur. Genus suum ducunt ab uno ex filiis Cham, qui Misraim appellabatur. Vocabantur quondam a Græcis Cephenes, a se ipsis vero atque ab incolis Artæi: verum postea quam *Perseus* Danaes & Jovis filius ad Cepheum Beli filium commeavit, & Andromedam ejus filiam duxit uxorem, sustulit ex ea filium, quem *Persem* appellavit, eumque illic reliquit: a quo cognomen *Persæ* sunt sortiti. V. *Plin.* VI. 26. *Herod.* VII. 522. *Solin.* c. 55. & *ad illum Salmasium*, *Brisson. regn. Persar.* II. *p.* 181.

133. *Tulissent.* V. v. 8. 16.

134. *Pendere* i. solvere, modo *ferre*. *Pendere* significat solvere, ab eo, quod ære gravi cum uterentur Romani, penso eo, non numerato debitum solvebant. *Festus.* Noster VIII. 13. 2.

135. *Impetraverunt.* V. IV. 1. 13.

136. *Calas* filius fuit Harpali, qui Thessalos duxit equites. *Diodor.* XVII. 17. postea satrapa Phrygiorum & Paphlagonum. *Arrian.* II. 88.

137. *Assumtis* n. illis. Pronomina enim sæpe omittuntur. Plaut. Stich. II. 2. 38. *Præ quod tu velis*, i. præ illo. Noster III. 2. 19. V. *Popm. de usu Ant. Loc.* II. 11.

138. *Advenerant ex Macedonia.* Supplementum exercitus pedites 1000. equites 650. ut Arrianus numerat, ut Callisthenes, peditum 5000. equites 800. V. *Raderum.*

139. *Cappadocia* regio est Asiæ, quam a dextera perstringit Halys amnis. V. *Plin.* VI. 3. *Herod.* I. *p.* 57. *Solin.* c. 45. & *ad illum Salmasium.*

Haud

CAP. II.

ARGUMENTUM.

Exercitum lustrat Darius. De illo sententiam dicere jussus ob intempestivam oris libertatem jugulatur Charidemus Athenienſis.

AT Darius, nuntiata Memnonis morte, haud 1
secus quam [1] par [2] erat, motus, omissa [3] omni
alia spe, statuit ipse [4] decernere [5], quippe quæ
per duces suos acta erant, cuncta damnabat [6], ratus,
pluribus curam [7], omnibus abfuisse [8] fortunam. Igi- 2
tur castris ad Babylonem [9] positis, quo majore animo
capesserent [10] bellum, universas vires in conspectum
dedit [11]: & circumdato vallo, quod decem milstum
ar-

Haud secus quam. Ita Cic. ad Attic. VI. 2. *Ne quid fiat secus, quam volumus.* Noster VI. 2. 18.

2. *Par* i. æquum. Plaut. Stich. IV. 1. 8. *Par fuerat me dare vobis cœnam.* Noster VI. 2. 18. VIII. 11. 17. Nobilissimus enim dux fuerat Memnon. *infra* III. 13. 14. &, qui si nihil moveret, omnia in expedito fore putaverat Alexander. *supra* III. 1. 21.

3. *Omissa.* Ita Justin. XI. 9. 8. *Omissis ducum officiis, ipse omnia circumire.* Spem *amittere* Noster IV. 1. 30.

4. *Ipse.* Recte; Darii enim afflictæ res erant, & satis miseræ, quibus *ipse* merito, si pote erat, adjutabilem præberet operam. Tale est monitum ferme Alexandri militum. IX. 6. 14.

5. *Decernere* i. pugnam inire, *flagh leveren.* Nep. Eum. X. 1. *Quo integriore exercitu decerneret.* Noster IX. 7. 17. IV. 5. 7.

6. *Damnabat* i. improbabat, reprehendebat. Petron. c. 64. *Ne videamur divinæ mentis opera damnare.* Noster III. 8. 2. V. 4. 2.

7. *Curam*, qua opus est duci in bello, & quæ, licet frustra, non abfuit apud Tacitum Inguiomero. Hunc enim tota volitantem acie fortuna magis, quam virtus deserebat. *Annal.* II. 21. 3.

8. *Omnibus abfuisse* i. omnes caruisse, omnes destitutos fuisse. Cic. Tusc. Quæst. V. *Constantem hominem, & gravem, qui glorietur, a gloria se abfuisse.*

9. *Ad Babylonem* i. in campis *Babyloniis.*

10. *Capesserent* i. aggrederentur. Just. II. 12. 21. *Prælium collatis viribus capessunt.* Noster III. 10. 3. IV. 6. 25.

11. *In conspectum dedit* i. simul

armatorum multitudinem caperet, Xerxis exemplo
3 [12] numerum copiarum iniit. Orto Sole [13] ad [14] noctem agmina [15], ſicut deſcripta [16] erant, intravere vallum [17]: inde occupaverunt Meſopotamiæ [18] campos: equitum, peditumque propemodum innumerabilis turba, majorem quam pro numero [19] ſpeciem gerens. Perſarum erant centum millia, in queis eques
4 triginta millia implebat [20]. Medi [21] decem equitum, quinquaginta millia peditum habebant. Barcano- 5
rum [22] equitum duo millia fuere; armati bipennibus [23] levibuſque ſcutis [24] cetræ [25] maxime ſpeciem reddentibus [26], peditum decem millia pari armatura [27] ſequebantur. Armenii [28] quadraginta millia miſerant 6
peditum; additis ſeptem millibus equitum, Hyrcani [29] egregii [30], ut inter illas gentes [31], ſex millia expleverant,

mul videndas exhibuit. Ita v. 1. 2.

12. *Xerxis exemplo* i. illo modo, quo *Xerxes* antea exercitum, cum per Hellespontum continenti junctum tranſmiſiſſet, in Doriſco Thraciæ littore, & ingenti campo recenſuit. Recenſuit vero ad hunc modum: *Contraxerunt* navarchi *unum in locum myriadem, quæ ſunt decem millia hominum, qua coarctata, quam maxime poterant, circulum extrinſecus deſcripſerunt loco circumſcripto: emiſſaque illinc myriade ſepem circumdederunt, eatenus excitantes, ut umbilico tenus pertingeret. Eam ubi fecere, aliam ſubinde atque aliam myriadem introcluſerunt, donec omnes connumeraverunt: connumeratos autem nationatim digeſſerunt.* Herod. VII. *p.* 521.

13. *Orto Sole.* Quia *patrio more Perſarum traditum eſt, orto Sole demum procedere.* III. 3. 8. Ratio, quod Deum, quem præcipua religione colerent, itinerum ſuorum ducem habere vellent. V. *Freinshemium.*

14. *Ad* i. uſque ad. Plaut. Moſt. III. 1. 55. *Si heic manebo ad meridiem.* Noſter III. 12. 18. v. 12. 11.

15. *Agmen* dicitur, cum exercitus iter facit ab agendo vocatum i. eundo. Eſt enim exercitus ambulans. Nam agmen dicitur, quod in longitudine directum eſt, quale ſolet eſſe, cum exercitus portis procedit. *Iſid.* IX. 3.

16. *Deſcripta* i. diſtributa. Flor. I. 2. 2. *Annum quoque .. deſcripſit.* Noſter III. 3. 10: 9. 35.

17. *Vallum*, copiis numerandis, vel potius dimetiendis effectum.

18. *Meſopotamia* Aſiæ eſt regio, Tigri & Euphrate clauſa. Tacit. Annal. VI. 37. 5. *Præfectus campis, qui Euphrate & Tigre inclytis amnibus circumflui Meſopotamiæ nomen acceperunt.* Ita Arrian. VII. *p.* 453. & Noſter V. 1. 13. *Terræ Interamnanæ* dicuntur Alexandro Severo apud *Lamprid.* c. 56. In ſacris *Padan*, aut *Padan-Aram*. Hodie *Halapia* Radero V. 1. 15. De *Meſopotamia* plura apud *Procop. de bell. Perſ.* I. 12.

19. *Quam pro numero* i. ut adhuc plures viderentur, quam revera eſſent, licet plurimi. Obſerva conſtructionem particulæ *quam* cum gradu comparativo, & præpoſitione *pro*.

20. *Triginta millia implebat* i. tot erant equites, *waeren effectivelijck ſoo ſterck.* Infra IV. 12. 6. & 13. v. 8. 4.

21. *Medorum* regnum ex nomine ſuo conſtituit Medius in honorem matris Medeæ urbe condita. *Juſtin.* XLII. 3. 6. Perſas a *Medis* diſtinguit, non quod ab illis tum temporis diverſi fuerint, ſed quod alio duntaxat nominentur nomine. Omnis enim Medorum gens in ditionem abiit Perſarum: unde Græci, præſertim Attici, Perſas appellare Medos ſolent.

22. *Barcani* gens fuit Hyrcanis vicina. V. *Ortelium*, apud *Freinshemium.*

23. *Bipennis* fuit ferrum anceps i. ab utraque parte acutum. Petron. c. 92. *Ter corripui terribilem manu Bipennem.* V. *Nonium* II. 82.

24. *Scutum* fuit munimentum pectoris, oblonga forma quadrata, ad januæ ſimilitudinem, curva tamen ſuperficie. V. *Manut. Quæſt. Epiſt.* III. 6. *Lipſ. Mil. Rom.* III. 2.

25. *Cetra* eſt ſcutum tortum, quo utuntur Afri, & Hiſpani. Fiebat ex pelle orygis, quod animal bubalo minus eſt. Tacit. Agric. c. 36. 1. breves vocat, & oſtendit parvas fuiſſe, cujuſmodi & Hiſpanorum, qui vel maxime iis uſi. Strabo de Luſitanis: *Clypeolum eos habere dicunt bipedali diametro, cavum antrorſus, loris ſuſpenſum.* In Diodoro Siculo etiam parvitas expreſſe valde ingeritur, de iis ipſis: *Ferunt peltas in bellis omnino parvas, nervis intertextas.* Curtius *levitatem* modo illis tribuit. Et in Suida legas: *At ſcutum Hiſpanorum geſtatu facile.* V. *Lipſ. Mil. Rom. Anal.* III. 1. *Voſſ. Lex. Etym. Torrent. ad Sueton. Calig.* c. 19.

26. *Speciem reddentibus* i. ſimilibus. V. *Freinſhemii Indicem.*

27. *Armatura* i. genere armorum, & modo armandi.

28. *Armenia* a Cappadocia uſque mare Caſpium undecies centum millia patet, ſed in latitudinem millia paſſuum ſeptingenta porrigitur. Condita eſt ab Armeno Jaſonis Theſſali in Colchos comite *Juſt.* XLII. 2. 9. V. & *Plin.* VI. 8. & 9. *Solin.* c. 37. & ad illum *Salmaſium.*

29. *Hyrcania* ſita eſt ad lævam viæ, quę in Bactra ducit. *Arrian.* III. 214. Maximam gentem appellant *Juſt.* I. 6. 16. & *Oroſ.* I. 19. A Septentrione terminata ea parte Hyrcani maris, quas a Mediæ finibus ad Oxi fluminis oſtia prætendit. V. *Strab.* I. 129. *Iſid.* XIV. 3. *Plin.* VI. 15. *Solin.* c. 17. & ad illum *Salmaſium.*

30. *Egregii*, n. equitatu, quare *equis* duntaxat *militaturos* Dario miſerunt, & Xenophonti *equeſtris & tunc fuit habita, & adhuc habetur natio.* Ratio: *Eſt* Solin. c. 17. *copioſa immanibus feris, fœta tigribus*, quæ Plin.

7 verant, equis militatura [32]. Derbices [33] quadraginta millia peditum armaverant: pluribus hærebant ferro præfixæ hastæ [34]; quidam lignum igni duraverant [35]. Hos quoque duo millia equitum ex eadem gente co-
8 mitata sunt. A Caspio mari [36] octo millium pedester [37] exercitus venerat: ducenti equites cum his erant. Ignobiles [38] aliæ gentes duo millia peditum, equitum
9 duplicem paraverant numerum [39]. His copiis triginta millia Græcorum mercede conducta [40], egregiæ juventutis, adjecta sunt. Nam Bactrianos [41], & Sogdianos

VIII. 18. *ab insidiante rapiuntur equo quam maxime pernici.* Ideoque præ aliis gentibus illic degentibus equitando se exercent.

31. *Ut inter illas gentes* i. pro conditione illarum gentium.

32. *Equis militatura.* Ita VII. 5. 29. *te peerde dienen.*

33. *Derbices* medios secat Oxus amnis. V. *Plin.* VI. 16. *Salmas. Exerc. Plinian. f.* 983. Illorum mores describit *Strab.* XI. 136. *Alex. Gen.* III. 2. & 5.

34. *Ferro præfixæ* i. quibus ferrum affixum erat. Sic IV. 9. 5. *Spicula auro præfixa.* III. 3. 20.

35. *Igni duraverant*, ut II. 16. Usitatum hoc fuit apud gentes, quibus ante Vulcanum ferri usus incognitus, aut copia rarior. Tacit. Ann. II. 14. 4. *Primam utcunque aciem hastatam; cæteris præusta, aut brevia tela.* Ideo autem oburebant fudes, quod ea res extracto humore restringit lignum, & indurat: unde non minima vis fudibus præustis. Ovid. Metam. XII. 299.

Qua juncta est humero cervix,
Sude figis obusta,
Ingemuit, duroque fudem
vix ossе revellit.

V. *Freinshemium.*

36. *Caspium mare* describitur VI. 4. 16. § 37.

37. *Pedester i.* terrestris. Opponitur non equestri, sed navali etiam IV. 7. 2: 2. 5. Ita *pedestre prælium* Justin. IV. 4. 4. *Duo prælia pedestria secunda Nicias, & Lamachus faciunt.* Liv. XXII. 49. *Equitum pedestre prælium.*

38. *Ignobiles* i. obscuræ, minus notæ, *ongeacht.* ut VI. 2. 12. VIII. 10. 7. Enarrantur IV. 14. 3.

39. *Duplicem numerum* i. quatuor millia.

40. *Mercede conducto* milite, ut cui stipendia solverent, usi sunt non semper Barbari, non semper Romani. De Barbaris Herodian. VI. 12. *Non milite, qui stipendium accipiat, utuntur Barbari.* De Romanis Alex. Gen. VI. 22. *Milites Romani nominis a condita Urbe ad tribunos militares, & captam a Gallis Urbem, per annos fere trecentos quinquaginta suo sumtu, & impensa meruerunt, & stipendia fecerunt.*

41. *Bactriani* ultimi sunt Asiæ. Illos ab Scythis, quos Europæos vocant, dividit Tanais. VII. 7. 4. & 2. A *Bactro* flumine sunt appellati, antea Zariaspe vocabatur ejus

dianos [42], & Indos [43], cæterosque Rubri Maris [44] accolas [45], ignota etiam ipsi [46] gentium nomina festinatio prohibebat acciri [47]. Nec quicquam illi mi- 10
nus quam multitudo militum defuit: cujus tum universæ [48] adspectu admodum lætus, purpuratis [49] solita vanitate [50] spem ejus inflantibus [51]; conversus ad

ejus caput. *Plin.* VI. 26. *Noster* VII. 4. 31. Vocatur *Ephra Junio Nomencl. c.* 51. hodie Bater. *Lopez Hist. Ind. c.* 107. Horum imperium opulentissimum, & mille urbium fuisse dicit *Justin.* XII. 1. 8.

42. *Sogdiani* describuntur VII. 10. 1. *Zagataios* hodie vocari, sunt qui putant, & priscis *Zagitaiam* fuisse *Sugdianam* volunt, quasi *Sugutianam*, ut ex Leunclavio in Temure VII. Hist. Musulm. p. 365. in Indice docet *Freinshemius.*

43. *Indi* describuntur VIII. 9. 2.

44. *Rubrum mare* describitur VIII. 9. 6. & 14.

45. *Accolas* i. qui habitant ad illud mare. Noster IV. 7. 18. Ita *colere* est habitare, incolere. IV. 7. 19. V. 7. 9. VII. 8. 30.

46. *Ipse* n. Dario, sub cujus imperio tot fuerunt populi, ut ne quidem illorum nomina sciverit. Ita Cyri imperium amplissimum descripturus dicit Xenophon Pæd. I. p. 2. *Atque aliis quam plurimis gentibus, quarum ne nomina quidem quis dixerit.*

47. *Acciri* i. convocari. Ita *accitu genitoris*, Virg. Aen. I. 681. Noster IV. 1. 36. V. 2. 10: 12. 7.

48. *Universæ* i. omnium conjunctim. Cic. Acad. IV. *Qui loquitur de universis, nihil excipit.* Noster V. 1. 2: 13. 21. Contraxerat vero in universum, quod pater ex partibus, quas numerat Noster, peditum ducenta quinquaginta milla, equitum mille centum super sexaginta millia. Aft juxta *Diod.* XVII. 31. peditum numerus quadringenta millia, equitum millia centum excessit: juxta *Just.* XI. 9. 1. cum quadringentis millibus peditum, ac centum millibus equitum, in aciem processit, qui tamen XI. 6. 11. cum *Orosio* III. 16. sexcenta millia militum tribuunt Dario, quem quoque numerum ponunt *Arrian.* II. 101. & *Plutarch. Alex. f. m.* 247.

49. *Purpuratis* i. regni proceribus, satrapis, qui fic a purpura, qua indui juxta cum regibus erat illis integrum, dicebantur. *Purpurati* enim apud Orientales, & maxime Persas erant viri eminentiores, & vice regia maxime dignitates administrantes, regibus ipsis præ cæteris proximiores. V. *Tertull. de Idolol. c.* 18. *Barth. Adv.* LIV. 1.

50. *Vanitate.* Proprie *vanos* dicimus mendaces, & infidos, & levia, inaniaque pro gravibus & veris astutissime componentes. *Gell.* N. A. XVIII. 4.

51. *Inflantibus* i. efferentibus. Cic. pro Mur. *Inflatus cum spe militum, tum promissis collegæ mei.* Noster V. 10. 3. X. 10. 14. *Inflare* proprie *opblazen.* Cic. de

ad Charidemum 52 Athenienſem, belli peritum 53, & ob exilium infeſtum 54 Alexandro (quippe Athenis jubente eo fuerat expulſus) percontari 55 cœpit: Satisne ei videretur inſtructus ad obterendum 56 ho-
11 ſtem? At ille ſuæ ſortis 57 & regiæ ſuperbiæ oblitus: *Verum*, inquit, *& tu forſan audire nolis; & ego, niſi nunc*
12 *dixero, alias* 58 *nequicquam* 59 *confitebor. Hic tanti apparatus exercitus, hæc tot gentium, & totius Orientis excita* 60 *ſedibus* 61 *ſuis moles* 62 *finitimis* 63 *poteſt eſſe terribilis: nitet*

Orat. III. *Servus cum eburneola fiſtula, qui inſtaret & eum ſonum.*

52. *Charidemus* fuit orator Athenienſium, quem, ut cladis Chæronenſis, omniumque facinorum, quæ deinceps ſub Philippi obitum adverſus ſe pariter, & illum tentata fuiſſent, auctorem ſibi dari poſtulaverat Alexander. Sed ab Athenienſium legatis exoratus illum exſulare juſſit. Abiit vero in Aſiam ad Darium regem. *Arrian.* I. 28.

53. *Belli peritum.* Fuit ob virtutem, & imperatoriæ artis præſtantiam in magna admiratione. Sub Philippo quoque meruerat, in adminiſtrandis ejus negotiis princeps, & conſultor optimus. *Diod.* XVII. 30.

54. *Infeſtum* i. cui Alexander erat infeſtus i. inimicus. *Infeſtus* enim eſt is, qui malum infert cuipiam: & contra, cui aliunde impendet malum, is quoque *infeſtus* dicitur. V. *Gell. N. A.* IX. 12. Noſter VI. 7. 12.

55. *Percontari* i. interrogare. *Percontatio* Donato differt ab interrogatione. Ita ille And. IV. 5. 5. *Interrogatio eſt, cui neceſſario reſpondetur, aut etiam, aut non. Percontatio, cui nihil horum.* V. & *Popm. de diff. Verb.* III. 107.

56. *Obterendum* i. ad internecionem cædendum. *Flor.* IV. 2. 63. *Hunc Cæſar aggreſſus uno prælio obtrivit.* Proprie pedibus quid *obterimus.* IV. 14. 14. 15. 2.

57. *Sortis*, erat enim exſul.

58. *Alias* i. alio tempore, aut loco. Integra, reguliſque artis congruens eſt oratio: ad alias res temporis, vel loci. Ubi res temporis idem eſt, quod tempus. Tac. Ann. III. 73. 2. *Non alias magis indoluiſſe Cæſarem ferunt.* Noſter IV. 13. 18. VI. 7. 11. V. *Sciop. Styl. Hiſt. p.* 152.

59. *Nequicquam* i. abſque tuo uſu, ut tibi non ſint profutura.

60. *Excita* i. evocata, coacta. Liv. V. 8. *Etruriam omnem excitam ſedibus magna mole adeſſe.* Noſter X. 8. 16.

61. *Sedibus* i. habitationibus, commorationis locis. Flor. III. 3. 1. *Cimbri ... novas ſedes toto orbe quærebant.* Inde *ſeſſores* ſunt incolæ Nep. Cim. II. 5. *Seſſores veteres urbe inſulaque ejecit.* Noſter VII. 5. 28.

62. *Moles* i. multitudo. Ita modo *Livius.*

63. *Finitimis* i. vicinis. *Confines* Juſtino IX. 5. 7.

64. *Nitei* i. ſplendet, exculta eſt, fulget. III. 10. 9. Cicer. Catil. II. *Nitere unguentis.* Noſter

nitet 64 *purpura* 65 *auroque fulget, armis & opulentia, quantam, qui oculis non ſubjecere* 66, *animis concipere* 67 *non poſſunt. Sed Macedonum acies torva* 68 *ſane, & inculta* 13
clypeis 69 *haſtiſque* 70 *immobiles* 71 *cuneos* 72 *& conferta* 73 *robora virorum* 74 *teget. Ipſi* phalangem 75 *vocant peditum*

Quod torva ſolum ſub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar.

V. *Manut. Quæſt. Epiſt.* III. 6. *Lipſ. Mil. Rom.* III. 2.

70. *Haſta* eſt contus cum ferro. *Iſid.* XVIII. 7.

71. *Immobiles* i. qui, cum denſantur, loco & gradu moveri non poſſunt, niſi tota acies ſimul moveatur. Liv. IX. 19. *Statarius uterque miles, ordines ſervans: ſed illa phalanx immobilis, & unius generis: Romana acies diſtinctior, ex pluribus partibus conſtans: facilis partienti quæcunque opus eſſet, facilis jungenti.*

72. *Cuneus* eſt multitudo peditum, quæ juncta acie primo anguſtior, deinde latior procedit, quam rem milites nominant caput porcinum. *Veget.* III. 19. *een ſlaghorder, voor ſmal, en achter breed.* Noſter VII. 7. 35. Metaphora petita a fabris, quorum cuneus inferiore parte acutus eſt, ſuperiori amplus, quo & facile rimam intret, & lignum magis diffindat: ſic enim acies hujuſmodi in fronte anguſta poſt trigoni forma paulatim ſe pandit. V. *Voſſ. Lex. Etym.*

73. *Conferta* i. denſa, frequentia. Metaphora petita a re militari, in qua, qui ſunt in inſidiis, denſas arbores opponunt oculis hoſtium. *Conferta ſcuta.* V. 3. 23.

74. *Robora virorum* i. viros robuſtiſ-

ſter IX. 7. 20. X. 2. 24. Inde *nitor* I. *fulgor, ſplendor.* IV. 10. 2. VII. 4. 29.

65. *Purpura* i. veſte *purpurea.* Noſt III. 10. 9. *Purpuram* invenit Hercules. V. *Polyd. de inv. rer.* III. 6. *Politian. Miſc.* C. 12. *Bayf. R. V.* C. 3.

66. *Qui oculis non ſubjecere* i. non viderunt. Plin. Epiſt. IV. 1. *Non ut agros, remque familiarem oculis ſubjiciamus.*

67. *Animis concipere.* i. comprehendere, excogitare. Plin. XXXVI. 15. *Omniaque intus in tenebris fierent, quæ neque concipi animo*, &c. Noſter V. 10. 9. IX. 13. 13.

68. *Torva* i. adſpectu terribilis. *Torvitas* a ferocia taurorum, quaſi tauri acerbitas eſt dicta. *Feſtus.* Inde *torvus Charon.* Prop. III. 6. 12. qui *horrendus* Virg. Aen. VI. 298. De Macedonum *torvitate* L. Aemilius Paullus, narrante in fragmentis Polybio: *Nunquam antea, niſi ſub Perſeo demum, viſam ſibi Macedonicam phalangem, ſed nihil ſe unquam quicquam formidabilius ſpectaſſe Macedonum phalange, quamvis & multas, ſi quiſquam alius, acies viderit.*

69. *Clypeus* fuit munimentum pectoris, ex ære factum Liv. XXXVIII. 35. *Duodecim clypea ærata ſunt poſita ex pecunia*, &c. cavum & rotundum. Ideo ad oculum & Solem comparatur. Virg. Aen. III. 637.

tum ſtabile agmen. Vir viro, arma armis conferta ſunt: ad nutum[76] *monentis intenti*[77], *ſequi ſigna*[78], *ordines ſervare*[79] *didicere. Quod imperatur, omnes exaudiunt*[80] *obſiſtere*[81], *circumire*[82], *diſcurrere in cornu*[83], *mutare pugnam*[84], *non duces magis, quam milites*[85] *callent*[86]. *Et*

buſtiſſimos. Catul. LXIV. 4. *robora pubis* i. adoleſcentes robuſti, & fortes. Val. Flacc. II. 644. *duces & robora* i. duces robuſti. *Robur vocamus omne, quod forte eſt.* Servius Aen. VII. 610. Inde *robur ætatis* infr. VI. 10. 13. X. 7. 10. *robur virium, de kern.* VII. 3. 4.

75. *Phalanx* proprie dicta fuit acies quadrata, conſtans ex ſedecim hominum millibus, quæ tamen ſuas iterum partes habebat, in quas dividi, & ex quibus iterum componi pro re nata poterat. Ex hoc deinceps Macedonum inſtituto *phalanx* appellata fuit omnis gravis armaturæ militum ſcutis connexis conſertorum acies. V. *Freinshemium, Raderum & Beroald. contra Servium* §. 19.

76. *Nutum* i. quodlibet voluntatis indicium. Flor. IV. 3. 6. *Niſi unius præſidis nutu regeretur.* Claudian. Honorii Conſul. IV. 87. *Nutu movere cohortes.* Noſter III. 3. 27.

77. *Intenti.* Daer op lettende. Virg. Aen. III. 716. *Sic pater Æneas intentis omnibus.* Noſter V. II. 1.

78. *Signa* i. vexilla militaria a *ſignis* i. figuris, ut aquilarum, &c. dicta. Tib. I. 1. 45. *Vos ſigna, tubæque Ite procul.*

79. *Ordines ſervare* i. compoſitos incedere. Opponuntur iis, qui per imperitiam vagis incurſibus, aut diſjectas per catervas aciem dirigunt. Liv. XXIV. 48. *Ordinatoſque proxime morem Romanum, inſtruendo & decurrendo ſigna ſequi, & ſervare ordines docuit.* V. *Freinshemium.*

80. *Exaudiunt* i. attento & obedienti animo accipiunt. Includit intellectum ejus, quod dictum eſt, & effectum obſequii. Horat. Epiſt. I. 20. 14. *Ridebit monitor non exauditus.* V. *Freinſhemii Indicem.*

81. *Obſiſtere* i. conſiſtere. Plaut. Mil. II. 3. 62. 82. *Hic Obſiſtam.* Noſter IV. 12. 16.

82. *Circumire* i. circumvenire tota phalange hoſtem. Infr. III. 8. 27. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

83. *Diſcurrere in cornu.* Accipe de converſionibus duabus in dextrum latus, & ſiniſtrum, ſeriatim, non viritim. Cæterum cornua erant duo: dextrum, quod & princeps, ſiniſtrum alterum. Frontin. Stratag. II. 3. 10. *Xanthippus præcepit auxiliaribus, ut emiſſis telis cederent hoſti: & cum ſe intra ſuorum ordines recepiſſent, confeſtim in latera diſcurrerent, & a cornibus rurſus erumperent.* V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

84. *Mutare pugnam* dicitur exercitus, cum vel ſinguli viritim a tergo in faciem vertuntur, vel tota acies ſimul, ut navis, circum agitur, ut primi ad ultimos circum agantur, & ultimi primorum occupent locum. Sed ita, ut habitus exercitus ſit idem, qui ante ordinibus totis circum actis. V. *Raderum* & ex illo *Freinshem.*

85. *Non duces magis quam milites.* Juſtin. XI. 6. 4. *Non juvenes robuſtos, nec primum florem ætatis; ſed veteranos; pluresque etiam emeritæ militiæ, qui cum patre, patruiſque militaverant, elegit: ut non tam milites, quam magiſtros militiæ electos putares.* Unde *ducum officio functos* eſſe dicit.

86. *Callent* i. ſciunt. Proprie *callere* i. *callum* contrahere, *callo* obduci. Hinc jocus Comici Perſ. II. 5. 4. *callet. Satin ea tenes? So. Magis calleo, quam aprugnum callum.*

87. *Teneri* i. affici, oblectari. Horat. Od. I. 7. 20.

Seu te fulgentia ſignis
Caſtra tenent, ſeu denſa tenebit
Tiburis umbra tui.

88. *Stetit* i. *ſalva fuit.* Ita *ſtans urbs* Floro IV. 12. 57. Et *cadere* dicuntur, quæ ab ordine, & conſtantia vacillant. Petron. c. 2. *Ut corpus orationis enervaretur, & caderet.*

89. *Fatigatis humus cubile eſt.* i. humi cubant fatigati. Seneca Conſol. ad Helviam c. 10. *Scilicet majores noſtri infelices erant, qui ſibi manu ſua parabant cibum, quibus terra cubile erat.* Ab hac duritate receſſerunt Macedones. VIII. 8. 9.

90. *Quem occupant* i. quem ſubito arripiunt, quem non diu parant. Seneca de Ira III. 20. *Et quicquid neceſſitas cibum fecerat.*

91. *Tempora ſomni arctiora, quam noctis* i. totam noctem non dormiunt. Idem de Taprobanis Plin. VI. 22. *Nulli in diem, aut interdiu ſomnus.*

92. *Theſſaliam*, quæ nunc eſt, de nomine ſuo dixit *Theſſalus* acer belli juvenis, natione Theſprotius, qui eam armis occupavit. *Paterc.* I. 3. V. *Plin.* IV. 8. *Emmium Vet. Gr.* I. 4. 58. Illorum virtutem laudat Noſter III. II. 14.

93. *Acarnanes* ſunt poſt Epiroticas gentes. *Strabo* VII. 605. Illos ab Aetolis dirimit Achelous amnis. *Plin.* IV. 1. Philip. medicus *Acarnan* natione fuit. III. 6. I. Illorum virtutem laudat Livius curatius deſcribens bellum ab illis contra Aetolos geſtum, & hunc illis, qui in acie cecidiſſent, adſcribendum titulum tradens: XXVI. 25. *Hic ſibi ſunt Acarnanes, qui adverſus vim, atque injuriam Aetolorum pro patria pugnantes mortem occubuerunt.*

94. *Aetoli* vicini ſunt Epiroticis & Acarnanibus. Illorum regionem & virtutem laudat. Liv. XXXV. 18. *Aetolos, qui umbilicum Græciæ incolerent, in armis eum inventurum, anteſignanos ad aſperrima quæque belli paratos.*

Et ne auri argentique ſtudio teneri[87] *putes, adhuc illa* 15
diſciplina paupertate magiſtra ſtetit[88]. *Fatigatis humus cubile*[89] *eſt: cibus, quem occupant*[90] *ſatiat: tempora ſomni arctiora*[91] *quam noctis ſunt. Jam Theſſali*[92] *equites, &* 16
Acarnanes[93], *Aetoliquo*[94], *invicta bello manus*[95] *fundis*[96] *credo, & haſtis igne duratis repellentur? pari robore*

re [97] *opus est. In illa terra, quæ hos genuit, auxilia quærenda sunt. Argentum, illud atque aurum ad conducen-*
17 *dum militem mitte.* Erat Dario mite [98] ac tractabile [99] ingenium [100], nisi suam [101] naturam plerumque fortuna [102] corrumperet. Itaque veritatis impatiens [103] hospitem ac supplicem [104], tunc maxime utilia suadentem *abstrahi* [105] jussit, *ad capitale* [106] *supplicium* [107]. Ille

95. *Invicta manu.* Ita de Gætulis Virg. Aen. IV. 40. *Genus insuperabile bello. Manus* i. exercitus, multitudo. Plaut. Amph. I. 1. 80. *Denique, ut voluimus, nostra superat manus.* Noster millies.

96. *Funda* est funiculus, qui duobus capitibus manu capitur, altero cum ansula, ne exeat: altera fine, ut dimitti possit: & in medio latior est, ut ibi lapis contineatur. Hunc circumacto late funiculo, & ab uno capite dimisso vehementer projiciebant funditores. Illam invenerunt Baleares. V. *Mercur. Art. Gymn.* II. 12. *Stewech. in Veget.* I. 16. *Lipsi. Poliorc.* IV. 2. *Milit. Rom.* V. 20.

97. *Robore* i. armis, viris, animis, arte militari.

98. *Mite* primo dicitur de rebus, maxime iis, quibus vescimur. Sic *mitis uva* Cat. LXII. 50. *Mitia poma* Virg. Ecl. I. 81. Ubi Servius: *Matura, quæ non remordent, cum mordentur.* Noster VII. 4. 26. Inde transfertur ad elementa, e. g. aquam VI. 4. 18. quæ dicitur *mitescere*, cum asperitatem remittit: terram VII. 4. 30. aerem VIII. 9. 12. & ad hominem, qui dicitur *mitis* i. non asper, mansuetus, clemens. Ita *mitissimus dominus* Alexander X. 5. 9. *Mitem* vero fuisse Darium tradit Noster quoque III. 8. 9. V. 10. 14.

99. *Tractabile* i. quod potest tractari, *daer men mede kan omgaen.* Cic. Attic. X. 13. *Nihil est eo tractabilius.*

100. *Ingenium* i. natura ingenita. *Ingenium* quod dixerat just. II. 2. 3. *Naturam* vocat ib. n. 14. *Justitia gentis ingeniis culta.* Et, *Ut admirabile videatur, hoc illis naturam dare* &c. V. *Scalig. Lect. Auson.* I. 23.

101. *Suam* i. illam, sive illius hominis, qui fortunam nimis obsequentem, & benigniam experitur, quam crebro rem ei ex animi sententia expediendo *suam* fecit. Cic. de Har. Resp. *Sua concio risit hominem.* V. *Loccenii Indicem, Scheffer. Phæd.* IV. 10. 2. *Fab. Epist. Crit.* 52.

102. *Fortuna.* Hujus dolos exhibet Noster IV. 7. 29. X. 1.

103. *Veritatis impatiens.* V. V. 3. 2.

104. *Supplex* est miser, qui plicatis fere manibus orat. *Supplicum* gestus collegit *Jun. Anim.* II. 11. Huic vero, quia in *supplicem* sævire inhumanum, parcere debuisset Darius.

105. *Abstrahi* n. Baltheo apprehensum ex lege Persarum. Charidemi interitum hisce describit Diod. XVII. 30. *Assensum initio verbis ejus rex præbebat. Sed cum obstinatius refragarentur amici, & Charidemum in suspicionem raperent, quasi summam belli administrationem ideo affectaret, ut Persarum imperium Macedonibus traderet, tantam Charidemus iram concepit, ut ignaviam Persis exprobraret: quibus verbis exulceratum Regis animum multo gravius offendit: dumque ira, quæ expediat, prospicere non sinit, Charidemum* baltheo apprehensum ex lege Persarum, *Darius ad necem abripiendum satellitibus tradit.*

106. *Capitale* facinus est, quod capitis pœna luitur. *Festus.*

107. *Supplicium* i. pœnam. Quia, qui peccarunt, supplicare solent, & si delicti veniam non impetrent, puniuntur. V. *Voss. Lex. Etym. in Plico.*

108. *Libertatis* n. linguæ, ut plenius infr. VII. 2. 37. *Intempestivam oris libertatem* vocat *Diod.* XVII. 30. Noster VIII. 14. 42.

109. *Expetet* i. tumet, exiget. Cic. pro Milon. *Hæsit in iis pœnis, quas ab eo servi fideles pro domini vita expetiverunt.* Noster IV. 13. 13.

110. *Subito mutatus.* Sic de Tiberio Tac. Ann. VI. 48. 3. *An cum Tiberius post tantam rerum experientiam vi dominationis convulsus, & mutatus sit?*

111. *Documentum* i. exemplum, specimen. Flor. II. 2. 11. *Perfidiæ Punicæ documentum.* Noster VII. 11. 8.

112. *Vociferantem* i. cum dolore & indignatione vocem emittentem. Cic. pro Sext. Rosc. *Nec satis libere vociferari possunt.* Noster III. 12. 8. IX. 7. 9. V. *Vall. Eleg.* V. 52.

113. *Jugulant* i. interficiunt. In *jugulo* præ cæteris membris mortifera est plaga Cic. Tusc. V. *Nec grunnitum audiunt, cum jugulatur sus.*

114. *Sera pœnitentia subiit* i. sero pœnituit. Ita *subiit verecundia regem* i. regem puduit. V. 2. 15. *Sero* autem, quia mortuis mederi *serum* est.

115. *Sepeliri.* Quia moris fuit Persis, ut cadavera punitorum insepulta fere abjicerent. Ita Q. *Pleminius Romanorum legatus Locrensium tribunos militum in vincula conjectos, dein verberatos . . . occidit, & mortuos deinde prohibuit sepeliri.* V. *Freinshemium.*

Ille ne tum quidem libertatis [108] oblitus, *Habeo*, in- 18
quit, *paratum mortis meæ ultorem: expetet* [109] *pœnas mei consilii spreti is ipse, contra quem tibi suasi. Tu quidem licentia regni subito mutatus* [110], *documentum* [111] *eris posteris: homines, cum se permisere fortunæ, etiam naturam dediscere.* Hæc vociferantem [112], quibus erat impe- 19
ratum, jugulant [113]. Sera deinde pœnitentia subiit regem [114], ac vera dixisse confessus, eum sepeliri [115] jussit.

CA-

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Darii duces sibi succedunt. Ejus somnium explicant vates. Persæ orto demum Sole procedunt. Alexandri copiæ describuntur.

1 THymodes[1] erat Mentoris[2] filius, impiger juvenis, cui præceptum est a Rege, *ut omnes peregrinos milites*[3], in quois plurimum habebat spei, *a Pharnabazo*[4] *acciperet*, opera eorum usus in bello: ipsi Pharnabazo tradit imperium, quod ante 2 Memnoni[5] dederat. Anxium de instantibus curis agitabant[6] etiam per somnum species imminentium rerum: sive illas ægritudo[7], sive divinatio animi[8] 3 præsagientis[9] arcessit[10]. Castra Alexandri magno ignis

Thymodes Arriano *Thymondas* dicitur II. 84. & Nostro III. 8. 1. Transfuga fuit. Arrian. II. 116. *Amyntas Antiochi, Thymodes Mentoris filius ... omnes transfugæ.*

2. *Mentor* frater fuit Memnonis, cujus egregia sub Artaxerxe facta denarrat *Diod.* XVI. 50 -- 53.

3. *Peregrinos milites* i. Græcos mercede conductos. III. 8. 1: 9. 2. IV. 12. 10.

4. *Pharnabazus* filius fuit Artabazi. *Arrian.* II. 82.

5. *Memnoni*, V. 113. 1. §. 122.

6. *Agitabant* i. vexabant, cruciabant, turbabant. Cic. II. 1. *Furiæ agitant, & infestantur impios.* Noster VI. 10. 14.

7. *Ægritudo* i. curæ naturales, & solicitudo rerum gestarum, & gerendarum, ut sic describat somnium, quod vocamus naturale. Alioqui *ægritudo* Cicer. Tusc. IV. 7. *Est opinio recens mali præsentis, in quo demitti, contrahique animo, rectum esse videatur.*

8. *Divinatio* i. futurorum præsensio. *Divinare* est divinitus prædicere. VI. 10. 19. & 25. X. 6. 21. Cic. de Divin. I. *Veteres ut sapere, ita divinare regale ducebant.* Inde *divinus* i. fatidicus. Senec. vit. beat. c. 27. *Divinum esse eum, invitem multum alentes stuporem, adfirmatis, & divinitas* VIII. 5. 18. qua quis Deus censeatur.

9. *Præsagientis* i. sagientis ante, quam res oblata fuerit, sive futura ante sentientis. *Sagire* enim est ante sentire: ex quo *sagæ* anus, quia multa scire volunt, & *sagaces* dicti canes. V. *Cicer. de Divin.* I.

10. *Arcessit* i. efficit, ut dormientibus obversentur. *Arcessere* est accire, advocare VI. 7. 29. VIII. 13. 25. Inde transfertur ad inanima. V. *Freinshem. in Indice.*

ignis fulgore collucere ei visa sunt: & paullo post Alexander adduci ad ipsum, in eo vestis habitu[11], quo ipse fuisset: equo deinde per Babylonem[12] vectus, subito cum ipso equo esse subductus. Ad hæc vates[13] varia interpretatione curam distrinxerant[14]: 4 alii *lætum id Regi somnium*[15] esse dicebant, *quod castra hostium arsissent, quod Alexandrum, deposita regia veste, in Persico & vulgari habitu perductum esse vidisset.* Quidam contra augurabantur[16], *Quippe illustria Macedonum castra visa, fulgorem*[17] *Alexandro portendere, quem regnum Asiæ occupaturum*[18] *esse, haud ambigere*[19], *quoniam in eodem habitu Darius fuisset, quum appellatus*[20] *esset rex.* Vetera quoque omina, ut fit, solicitudo re- 6 vo-

11. *Vestis habitu* i. in illa veste. Vestis vero, qua fuit Darius, cum rex appellabatur, non fuit regia, ut docet nos n. 4 quo regia veste deposita visus Dario est Alexander; sed servi regii, publici nimium cursoris, seu veredarii, qualis fuit Darius Arsis, & Ochi regum. V. *Raderum.*

12. *Babylonem* describit V. 1. 24.

13. *Vates* i. somniorum interpretes, ut *n.* 7.

14. *Distrinxerant* i. diversis interpretationibus in diversa traxerant, anxium reddiderant. Plaut. Truc. V. 65. *Ut distrinxi hominem.* Proprie *distringebantur* olim strigili equi, & homines in balneis, dum illorum sordes radendo abstergebantur.

15. *Lætum somnium*, quia notare videbatur hostes perituros, & bello tanquam incendio depastos exhaustum iri: & vestis, Alexandrum regia deposita, & servili sumta, in hostis ditionem transiturum.

16. *Augurabantur* i. interpretabantur, ut IV. 4. 5.

17. *Fulgorem* i. splendidam victoriam. Ratio. Igni cedunt omnia, & nihil est, quod non ignis vi absumatur. Ignis est clarus & splendidus, & quibus eveniunt talia prodigia, ostendunt claros etiam futuros. Suet. Tiber. c. 14. *Apud Philippos sacratæ olim victricium legionum aræ sponte subitis colluxerunt ignibus.* Et quid hoc, quod Dionys. v. 45. narrat, exemplo clarius: *Ex pilis circa summa verucula emicabant flammæ, totisque castris fulgorem, non aliter ac faculæ, ad multam noctem reddebant; ex hoc ostento colligebant etiam sibi & splendidam a Deo victoriam portendi.* V. *Freinshem.*

18. *Occupaturum* i. in potestatem suam redacturum. Just. XXII. 7. 6. *Occupato exercitu ejus.*

16. *Ambigere* i. dubitare. Ut VII. 2. 34.

20. *Appellatus* i. renuntia-

vocaverat [21]: *Darium enim in principio imperii vaginam* [22] *acinacis* [23] *Persicam jussisse mutari in eam formam, quæ Græci uterentur, protinusque* [24] *Chaldæos* [25] *interpretatos; imperium Persarum ad eos transiturum* [26], *quorum arma esset* 7 *imitatus.* Cæterum ipse & vatum responso, quod edebatur [27] in vulgus, & specie, quæ per somnum oblata erat, admodum lætus, castra ad Euphratem 8 moveri jubet. Patrio more Persarum traditum est, orto Sole demum procedere [28], die jam illustri [29], signum [30] e tabernaculo Regis buccina [31] dabatur. Super tabernaculum [32], unde ab omnibus conspici posset, imago Solis [33] crystallo inclusa fulgebat. Or- 9 do autem agminis erat talis: Ignis, quem ipsi sacrum

tus, proclamatus. Cæs. B. G. VII. 4. 5. *Rex a suis appellatur.* Noster X. 7. 7.

21. *Revocaverat* n. in memoriam. Just. I. 5. 3. *In memoriam somni, responsique revocatur.* Tac. II. 78. 2. *Recursabant animo vetera omina.*

22. *Vaginam* i. vaginæ ornatum. V. *Freinsh. in Acinaces.*

23. *Acinaces* gladius est Persicus, persimilis gladio Turcico, a fine modice reflexus, non falcis instar versus aciem; sed in tergum recurvus, *een Turcksche sabel.* Horat. Od. I. 27. 5. dicitur *Medus acinaces*, ob rationem, quam attulimus. III. 1. *n.* 4. §. 21. V. *Raderum* & *Brisson. de regn. Pers.* III. 288.

24. *Protinus* i. statim. IV. 1. 25. V. 12. 1. De *protinus* multa *Non.* IV. 384.

25. *Chaldæi* fuerunt siderum contemplatores, & astrologi peritissimi. Cicer. de Divin. I. *In Syria Chaldæi cognitione astrorum, solertiaque ingeniorum antecellunt.* Et: *Qua in natione Chaldæi, non ex artis; sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna observatione siderum, scientiam putantur efficere, ut prædici posset, quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset.*

26. *Transiturum* i. transferendum, ut VIII. 12. 14. X. 6. 1. Huc respicit Noster VI. 6. 4.

27. *Edebatur* i. spargebatur. Nep. Dat. VI. 3. *Edit in vulgus.*

28. Procedere, *marcheren.*

29. Die illustri, *by helderen dage.*

30. *Signum* n. profectionis.


31. *Buccina*, *een Basuyn*, initio fuit cornu bovillum, nec a bove male derives, ut instrumentum, quod bubus canit, aut quod boves vocat. Prop. IV. 11. 15.

Nunc intra muros pastoris buccina lenti
Cantat, & in vestris ossibus arva metunt.


Postea fuit tuba, quæ in semet æreo circulo reflectitur. V. *Lips. Mil. Rom.* IV. 10.

32. *Tabernaculum.* V. V. 2. 7.

33. *Imago Solis* ex puro forte auro fuit expressa, & expolita, crystalloque veluti sacello clausa, ut



XV



A. *Ignis sacer.*
B. *Magi, can. carm.*
C. *Iuvenes ccccLxv.*
D. *Currus Iovis.*
E. *Equus Solis*
F. *Vehicula x.*
G. *Equitat. xij gentium.*
H. *Immortales cIↃↃ.*
I. *Cognati Regis cIↃↃIↃↃ.*
K. *Doryphori.*
L. *Rex. cum propinquis nobiliss.*
M. *Hastatorum cIↃↃ.*
N. *Peditum cIↃↃ.cIↃↃ.cIↃↃ.*
O. *Equi Regis cccc.*
P. *Mat. et conj. Dar. cum soror. com.*
Q. *Armamaxæ, mgbj liberi Regis, et*
R. *Pellices Regiæ cccLx.*
S. T. *Muli, et Cameli pecuniam Regis vehentes.*
V. *Præsidium sagittariorum*
X. *Propinquorum amicorum, conjuges.*
Y. *Iccarum & asinorum greges*
Z. *Leviter armati qui cogunt agmen.*

ērum [34], & æternum [35] vocabant, argenteis [36] altaribus [37] præferebatur. Magi [38] proximi patrium [39] carmen canebant. Magos trecenti, & ſexaginta quinque juvenes [40] ſequebantur, puniceis [41] amiculis [42] velati [43], diebus totius anni pares numero: quippe Perſis quoque in totidem dies deſcriptus eſt annus. Cur-

ut oriente vero Sole, & in cryſtallum, aurumque incidente accenderetur, & ex repercuſſu Solis per anaclaſin incenſus, alter Sol videretur, oculoſque intuentium perſtringeret. V. *Raderum.*

34. *Sacrum.* Ignem ſumma obſervantia ac veneratione colebant Perſæ. Strab. XV. Iſid. XIV. 3. Ad Perſiam Nimroth gigas poſt confuſionem linguarum abiit: ibique Perſas ignem colere docuit. Huic dicata quædam ſacraria Perſę habuerunt, quorum cuſtodia magorum fidei, curæ, ac vigilantiæ credebatur. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* II. 164. & 165.

35. *Aeternus* hoc loco, & IV. 14. 24: 13. 12. appellatur Perſicus ille ignis. Ignis enim divinis honoribus a Perſis cultus perpetuo focis accenſus, ſic ut nunquam deficeret, adſervabatur. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* II. 164.

36. *Argenteis.* V. V. 1. 20.

37. *Altarium* baſes planæ fuerunt, in medio tamen fortaſſe cavæ, ubi ignis alebatur. A lateribus tribus tabulę argenteę creverint, ſuperne velut in tholum vitu ædiculæ coeuntes; ſed ab una parte apertæ. V. *Raderum.*

38. *Magus* Perſarum lingua eſt, inquit Apul. Apol. I. p. m. 290. qui noſtra ſacerdos: & *magia* id eſt, quod Plato interpretatur θεῶν θεραπεία. Ejus auctores fuerunt Zoroaſtres, & Oromazus. Noſter V. 1. 21. Plura qui voluerit, evolvat *Rhodig.* IX. 23. *Briſſon. de regn. Perſ.* II. 178--- 168. *Barth.* LVIII. 2.

39. *Patrium* i. a majoribus acceptum. Prop. IV. 1. 19.

Nil patrium, niſi nomen, habet Romanus alumnus.

V. *Loccenii Indicem.*

40. *Trecenti & ſexaginta quinque* n. ad numerum dierum per annum recurrentium.

41. *Puniceus* color exſuperantiam, & ſplendorem ruboris ſignificat. Videſis de hoc colore fuſius agentem *Salmaſ. Exerc. Plinian. f.* 1330.

42. *Amiculum* veſtimentum fuit muliebre, licet commune cum viris, brevius palla, ita tamen, ut, ſi pars ejus lævo brachio, aut humero non ſuſtineretur, fluëret, & traheretur. In viris non diſſimile fuiſſe videtur chlamydi. ſive paludamento. Pro veſtimento virili heic ſumitur, ut & III. 6. 10: 12. 5. VI. 9. 25. & 33. IX. 7. 20: X. 1. 32: 2. 23. pro muliebri V. 1. 38. V. *Ferrar. R. V.* 1. 3. 19.

43. *Velati* i. tecti, induti. Plin. XXXIV. 5. *Togata effigie antiquitus ſtatuæ dicabantur. Græca res eſt, velare nihil.* Noſter VI. 5. 27. IX. 1. 29. VII. 5. 36.

44. *Ja-*

11 Currum deinde Jovi[44] sacratum albentes[45] vehe-
bant equi : hos eximiæ[46] magnitudinis *equus*, quem
Solis appellabant, sequebatur. Aureæ virgæ, & al-
12 bæ vestes regentes equos adornabant[47]. Haud pro-
cul erant vehicula decem multo auro, argentoque
cælata[48]. Sequebatur hæc equitatus duodecim gen-
13 tium[49] variis armis & moribus. Proximi ibant, quos
Persæ *Immortales*[50] vocant, ad[51] decem millia : cul-
tus

44. *Jovem* Persas coluisse argumento est, quod in pompa *currum Jovi sacrum* traducebant. Xenophon Cyrum *Jovem* sæpe precantem inducit. *Jovem* Darius apud Plutarchum ita invocat Ζεῦ πατρῷε Περσῶν. V. *Brisson. de regn. Pers.* II. 158.

45. *Albentes* equi in deliciis erant antiquitati. Quem singulari honore mactare volebant, albis quadrigis excipiebant. Unde & Reges maxime hac ambitione capti. Senec. de ira III. 21. *Ibi unus ex his equis, qui trahere regium currum albi solebant, abreptus vehementer commovit regem.* V. *Raderum.*

46. *Eximiæ* i. singularis, non vulgaris. Qui propter præstantiam e communi numero eximitur, *eximius* dicitur. Donat Hec. I. 1. 9. *Eximia pecora dicuntur, quæ a grege excepta sunt ad usus dominorum suorum, ut uberius pascantur. Sed proprie eximii sunt porci majores, qui ad sacrificandum excepti liberius pascuntur.*

47. *Adornabant regentes* i. rectores manibus tenebant aureas virgas, & induerant vestes albas.

48. *Cælatura* olim fuit in auro, argento, ære, ferro, paullatim transiit ad marmor, & gemmas. Differebat a *scalptura* non materia, sed forma. *Cælata* enim opera dicebantur veteribus, quę vel in materia plana, vel in tumida, vel in convexa ita fiunt, ut in ipsa materia, quæcunque sit, hæreant, & aliqua parte promineant : *scalpta* vero, quæ vel integra undique, & solida cernuntur, ex quacunque materia *scalpendo* facta, quo in genere sunt statuæ : vel in cavo depressa, neque solidam exprimunt effigiem, neque integram ab omni latere ostendunt, ut sigilla. *Manut. Quæst. Epist.* III. 9. *Brod. Misc.* VI. 30.

49. *Duodecim* gentes, ab Alexandro devictas scribit Plin. IV. 10. *Hæc est Macedonia, quæ terrarum imperio potita quondam: hæc Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Aegyptum, Taurum, Caucasum transgressa: hæc in Bactris, Medis, Persis dominata, &c.*

50. *Immortales* vocabant cohortem, quam reges Persarum habebant, quæ decem millibus equitum constabat. Quam ob causam *immortales* fuerint nominati, tradit Herod VII. 526. *Hi erant imperatores omnium pedestrium copiarum, præter illa delecta Persarum decem millia, quibus præerat Hydarnes Hydarnis filius : qui vocabantur* immortales, *ob hoc, quod, si quis eorum, aut nece, aut morbo numerum imminueret, alius sufficiebatur : nec unquam plures erant, pauciores ve decem millibus, præcipuo inter omnes cultu decori, & iidem præstantissimi omnium.* V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 127. *Keckerm. disput. Polit.* I. 40.

tus opulentiæ barbaræ[52] non alios magis honestabat[53]. Illi aureos torques[54], illi vestem auro distinctam[55] habebant, manicatasque tunicas[56] gemmis etiam adornatas. Exiguo intervallo, quos *Cognatos* 14
Regis

51. *Ad* i. circiter. Terent. Heaut. I. 1. 93. *Quasi talenta ad quindecim coegi.* Sueton. Cæs. c. 20. *Agrum Campanum divisit ad XX. millibus civium.* Vellejus de hujus agri divisione loquens II. 44. 4. circiter. *Ita circiter XX. millia civium eo deducta.* Noster V. 1. 40: 5. 5. VII. 8. 7.

52. *Barbaræ* i. ubi omnia materia potius, & mole, quam artificium (quorum apud Græcos maximum precium) operibus censentur. Martial. Spectac. I. 1.

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis.

Noster VIII. 1. 11 : 4. 22. V. *Freinshemii Indicem.* Immortalium horum opulentiam notat & Herod. VII. 526. *Et præterea immenso auro conspicui, ducentes una carrucas cum pallacis, ac familia permulta, eaque belle ornata : nec non camelos ac jumenta, præter cæteros milites, quæ commeatum portabant.*

53. *Honestabat* i. ornabat. Cic. Catil. IV. *Tanta laus, quanta vos me vestris decretis honestavistis.* Noster III. 6. 19. VI. 2. 6. VIII. 13. 7.

54. *Aureos torques* olim acceperunt & viri bello strenui ac militares. Apud Persas ita honoravit Mithridatem Artaxerxes, quod stratum equi, quo Cyrus ab ipso interfectus usus fuerat, ad ipsum attulisset. Apud eosdem integra cohors eorum, qui Immortales dicebantur, sic erat ornata. V. *Scheff. de torq.* §. 9.

55. *Distinctam* i. interpunctam, variatam, ita n. 18. V. *Brisson. de regn. Pers.* II. 251.

56. *Manicatæ*, sive, ut Plaut. Pseud. IV. 4. 48. manuleatæ tunicæ olim fuerunt infames, & luxus, deliciarumque signa. Gell. VII. 12. *Tunicis uti virum prolixis ultra brachia, & usque in primores manus, ac prope in digitos, Romæ atque omni in Latio indecorum fuit.* Phrygum luxum taxat Virg. IX. 616. *Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.* Catilinæ & sociorum Cicero Catil. II. *Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis & talaribus tunicis.* Priscis vero temporibus utebantur colobiis i. tunicis, quæ erant sine *manicis*, non quod totis brachiis renudatis incederent, sed quod *manicæ* ad cubitum tantum pertinerent. Militaribus ergo viris *manicatæ* tunicæ fuerunt turpiores. V. *Brisson. de regno Pers.* I. 39. *Fabri Semest.* I. 15. *Ferrar. de re Vest.* I. 3. 8. *Manut. Quæst. Epist.* III. 1.

Cognati

Regis[57] appellant, decem & quinque millia hominum. Hæc vero turba muliebriter propemodum culta[58], luxu magis, quam decoris armis conſpicua. *Doryphori*[59] vocabantur. Proximum his agmen[60], ſoliti veſtem excipere[61] regalem. Hi currum Regis anteibant, quo ipſe eminens[62] vehebatur. Utrumque currus latus[63] Deorum ſimulacra[64] ex auro argentoque expreſſa[65] decorabant: diſtinguebant internitentes

57. *Cognati Regis* proprium in aula Perſica habebant locum, & multa peculiaria jura obtinebant. Erant, qui revera *Regis* eſſent *cognati*, ſed in horum poſtea nomen, & veluti gradum honoris, & virtutis cauſa magnus aliorum adſciſcebatur numerus, qui non eſſent, ſed dicerentur *Regis cognati*. De illis, qui revera ejus *cognati* fuerint, Juſt. x. 3. 1. *Regiam cognatorum cædes & ſtrages principum replet*. De honorariis 3. Eſdr. III. 7. & Joſeph. Ant. Jud. XI. 4. *Et cognatus Darii vocetur*. Sic horum mentionem hoc numero cum feciſſet Curtius, illorum meminit *ſeq. n.* 21. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* 1. 133. *Caſaub. in Athen.* II. 9. *Bernegg. ad Juſt.* X. 3. *n.* 6. *Blanck. Arrian. p.* 180.

58. *Cultus* de armis & veſtibus, ut V. I. 23. X. 2. 24. 5. 33.

59. *Doryphori*, ſeu haſtati mille, iique fortiſſimi, ac præſtantiſſimi legebantur, qui quod aurea mala haſtis præfixa ferrent, melophori vocabantur, ex illis, qui in immortalium numerum relati erant. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* 1. 128. & *ad* VI. 4. 9.

60. *Agmen* totumne aliquod in regia veſte portanda occupatum? Certe enim; cum Rex ornatu cultus fuerit, qui duodecim millibus talentorum Plutarchi in Artaxerxe aſſeveratione æſtimaretur, quæ ſummam implent ſeptingenties bis centenum millium Philippicorum, vel noſtratis pecuniæ novem milliones ſupra ſexcenta millia florenorum. Florenum 60. ſtaurophoris, ſive cruciferis, ſeu 30. ſtuferis noſtro more æſtimo. V. *Raderum*.

61. *Excipere* i. ab eo porrectam, aut rejectam accipere cuſtodiæ cauſa. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* 1. 146.

62. *Eminens* i. curru altior. *Eminere* eſt exſtare, cæteris altiorem eſſe. Plin. XVI. 31. *Eſculus, quantum corpore eminet, tantum radice deſcendit*. Noſter III. II. 7.

63. *Latus utrumque* i. dextrum & ſiniſtrum. Currus militaris tres habet partes, ſellam, tabulatum, exteriorem & interiorem rotarum circumferentiam. Sella tria habet latera, unum a tergo, alterum a dextera, tertium a ſiniſtra. V. *Raderum*.

64. *Simulacra Deorum*, n. Jovis, Mithres, ſive Solis, Oromagdæ, Arimani, qui patri Perſarum Dii.

65. *Expreſſa* i. efformata, effigiata. Cic. Offic. III. *Sed nos veri juris, germanæque juſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus*.

tentes[66] geminæ jugum[67], ex quo eminebant duo aurea ſimulacra cubitalia[68], quorum alterum Nini, alterum Beli[69] gerebat[70] effigiem. Inter hæc auream aquilam[71] pennas extendenti ſimilem ſacraverant. Cultus Regis inter omnia luxuria[72] notabatur, purpureæ tunicæ medium album intextum[73] erat: Pallam[74] auro diſtinctam aurei accipitres[75], velut roſtris

66. *Internitentes* i. inter aurum & argentum ſplendentes. Sic IV. 3. 16. V. 4. 25. IV. 13. 2.

67. *Jugum* n. equorum collis impoſitum, & juxta extremum temonem equis alligatum. V. *Raderum*.

68. *Cubitalia*. Cubitus explet ſeſquipedem. Fuerint intus cava, non ſolida, ne pondus gravaret equos.

69. *Alterum Nini, alterum Beli*. per *Ninum*, Aſſyriæ, per *Belum* Babyloniæ regnum intelligi voluit Darius. V. *Scal. de Emend. Temp. Add. f.* 751.

70. *Gerebat* i. habebat. *Gerere* eſt quid ita habere, ut & tu præferas, & alii id reſpiciant, ac obſervent. Virg. Aen. XII. 472.

Cuncta gerens, vocemque, & corpus, & arma Meziſci.

I. 319. *Virginis os, habitumque gerens, & virginis arma.*

Phædr. I. 14. 7.

Quantum decoris corpore & vultu geris.

V. *Scheffer. Phædrum*.

71. *Aquila* Perſis in militia præcipuum, & regale fuit ſignum. Xenoph. Exped. Cyr. I. *Regium inſigne ſe videre dicebant, aquilam auream in pelta ſuper haſtam extenſam*. Et Pædiæ Cyr. VII. *Erat ei ſignum aquila aurea in longa haſta ſuſpenſa, & nunc etiam id inſigne Perſarum regibus manet*. Sed diverſa plane ea ab *aquila* Romanorum. A Perſis ſibi exemplum ſumſerunt. Originem petere licuerit a Jove, qui illam adhibuiſſe fertur in bello contra Titanas. V. *Lipſ. in Tacit. f. m.* 36. & *Mil. Rom.* IV. 5.

72. *Luxuria* i. immodica profuſione. Flor. I. 18. 22. *Quaſi luxuriam cenſoria gravitate damnaret*. Noſter III. II. 20. V. I. 23. VIII. 5. 3. Feſtus: *Cui luxa membra e ſuis locis mota & ſoluta, a quo luxurioſus, in re familiari ſolutus*.

73. *Album intextum erat* i. πορφυρᾶς χιτὼν μεσόλευκος ἦν. *Sparſas albo pelles* apud Poetam legere eſt. In veſtibus enim purpurea tunica, quæ clavis candidis intertexta eſt, μεσόλευκος dicitur: & πορφυρᾶς quidem ab area, vel fundo, ut vocant, qui hujus coloris eſt: μεσόλευκος vero, quod medium habent albo interſparſum. V. *Salmaſ. Exercit. Plin. f.* 706. *Briſſon. de regn. Perſ.* I. 37. *Caſaub. Athen.* V. 6.

74. *Pallam*. V. *Briſſon. ad* VI. 6. 4.

75. *Accipitribus* pallam ornavit,

ſtris inter ſe conruerent [76], adornabant, & zona aurea [77] muliebriter cinctus acinacem ſuſpenderat,
19 cui ex gemma erat vagina. Cidarim [78] Perſæ regium capitis vocabant inſigne : hoc cœrulea faſcia [79]
20 albo diſtincta circumibat. Currum decem millia haſtatorum [80] ſequebantur : haſtas argento adornatas, ſpicula [81] auro præfixa geſtabant. Dextra lęvaque
21 Regem ducenti ferme nobiliſſimi propinquorum comitabantur. Horum agmen claudebatur [82] triginta millibus peditum, quos equi regis [83] quadrin-
22 genti ſequebantur. Intervallo [84] unius ſtadii [85] matrem

vit, quia Darius Hyſtaſpis filius omen imperii ex *accipitribus* acceperat. Concertantibus enim ſeptem conjuratis, an necem magorum differrent, necne, apparuerunt ſeptem *accipitrum* paria, inſectantium duo paria vulturum, eosque vellicantium, atque infeſtantium. Quod intuentes ſeptem Perſæ freti avibus ad regiam cum fiducia perrexerunt. *Herod.* III. 258.

76. *Conruerent* i. cum impetu ferrentur. Cic. Attic. I. 20. *At illum ruere nuntiant.* V. *Freinsh. Indicem, Palmer. Spic.* XI.

77 *Zona aurea*, quam περσικὴν ζωνὴν appellat Diodorus, & Plutarchus in Alexandro, & ἀναζωσμένους χιτῶνας barbarorum, uno item & altero loco memorat Herodianus. *Briſſon. de regn. Perſ.* I. 41.

78. *Cidarim* Armenii vocabant, quam Perſæ tiaram, nec *cidaris*, niſi nomine, diſtincta fuit a tiara. *Cidarim* primus omnium ex Perſis ſumſit Artaxerxes pater Choſroæ, Artabano per dolum interfecto. Fuit pannus contextus e pilis. V. *Paſchal. de Coron.* X. 3. *Briſſon. de regn. Perſ.* I. 32. *Soler. de pil.* §. 9.

79. *Cæruleam faſciam* hanc *purpureum diadema* vocat VI. 6. 4. cum tamen color purpureus a *cæruleo* immane quantum diſtet. Ego Davus ſum, non Oedipus. interim evolves lector *Briſſon. de regn. Perſ.* I. 34. *Lipſ. in Tac. Annal.* VI. *f.* III. *Soler. de pil.* §. 9.

80. *Haſtatos* ſariſſophoros vocabant. IV. 15. 13.

81. *Spicula* i. jacula. Prop. IV. 11. 7.

Hunc videt ante cavas vibrantem ſpicula turres.

82. *Agmen claudebatur*, *hadden de arriere garde*, ut IV. 12. 7. & 11. Cui opponitur *ducere agmen* infra VI. 4. 14. VIII. 14. 1.

83. *Equi quadringenti*, n. ad omnem uſum regis parati in prælio, & fuga.

84. *Intervallo*, n. ne Veneris turba cum horrido Martis ſatellite miſceretur. Sic apud Herodotum poſt equitatum relicto duorum ſtadiorum ſpatio reliqua turba permixtim ibat. V. *Raderum.*

85. *Stadium* eſt octava pars mil-



trem Darii Sisygambin currus vehebat, & in alio erat conjunx [86]. Turba feminarum reginas [87] comitantium equis vectabatur. Quindecim inde, quas 23
armamaxas [88] appellant, sequebantur: In his erant liberi Regis [89], & qui educabant [90] eos; spadonumque [91] grex [92], haud sane illis gentibus vilis [93]. Tum 24
regiæ pellices [94] trecentæ sexaginta vehebantur, & ipsæ regali cultu, ornatuque [95]. Post quas pecuniam Regis sexcenti muli, & trecenti cameli vehebant,

milliaris, absolvitur 625. pedibus, sive 125. passibus. V. *Censor. de die natal. c.* 13. & ad illum *Lindebrogium.*

86. *Conjunx*, quæ & soror ejus. *Justin.* XI. 9. 12. *Gell. N. A.* VI. 8. *Arrian.* II. 111. Hanc *Statyram* fuisse dictam ex Plutarcho docet *Popma* IV. 10. 28.

87. *Reginas* i. matrem & uxorem. V. III. 8. 12. §. 35.

88. *Armamaxa* fuit lectica Persicarum mulierum operta, ita ut nullas corporis partes cuiquam conspiciendas præberent, & mulis jungi solita. Ad eandem formam formatur *chiramaxium* Petron. Satyr. c. 28. V. *Rhodig.* XVIII. 3. *Brisson. de regn. Pers.* II. 239.

89. *Liberi regis*, Statyra, & Drypetis filiæ, & Ochus filius.

90. *Qui educabant* i. mulieres, & spadones. Donat. Adelph. I. 1. 23. *Quod nos* educare *dicimus, veteres* educere *dicebant.*

91. *Spado* est, cui cremasteres, i. nervi, quibus colei sunt suspensi, avulsi sunt. V. *Brisson. de regn. Pers.* II. 234.

92. *Grex.* V. VI. 2. 2.

93. *Vilis*, Regibus enim & principibus illorum, alii erant a cubiculis, alii a thesauris, alii a custodia corporis, alii a ministerio mensæ. Unde Tacit. Ann. VI. 31. 4. *Et proximus huic Abdus, ademtæ virilitatis. Non despectum id apud Barbaros, utroque potentiam habet.* Causa fuit illorum in dominos suos fides. Xenoph. Pæd. Cyr. VII. p. m. 137. *Nulli alii magis spectatæ fidei facinora designarunt in dominorum suorum calamitatibus, quam Eunuchi.* V. VI. 9. 19.

94. *Pellices* proprie dicuntur, quæ cum illis concumbunt, qui uxores habent. V. *Festum.* De *pellicibus*, & illarum a pallace differentia multa *Marcel. Donat. in Suet. Vespas. c.* 21. *Vall. Eleg.* VI. 48. *Alciat. de verb. signif. f. m.* 193. Plurimas *pellices* apud Persas reges proceres, privatos aluisse docet *Brisson. de regno Pers.* II. 238.

95. *Regali cultu, ornatuque*, i. *Koninclijck gekleedt.* Noster V. 13. 31. *Ornare* est induere VI. 6. 7. De mulierum *cultu*, & *ornatu* Tertull. de hab. mul. c. 4. *Habitus feminæ duplicem speciem circumfert, cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & vestibus deputatur: iste in cura capilli,*

25 bant, præsidio [96] sagittariorum [97] prosequente. Propinquorum amicorumque conjuges huic agmini proximæ, lixarumque [98] & calonum [99] greges vehebantur. ultimi erant cum suis quisque ducibus, qui
26 cogerent [100] agmen, leviter armati [101]. Contra, si quis aciem Macedonum intueretur, dispar acies erat; equis virisque, non auro, non discolori veste [102], sed
27 ferro, atque ære fulgentibus [103]. Agmen & stare para-

pilli, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis.

96. *Præsidio*, i. convoy. Addebatur *præsidium* non tantum contra hostes, sed etiam feras, quæ jumenta quandoque invadebant.

97. *Sagittarii* erant, qui sagittas ex arcu mittebant. Illas invenerunt Scythæ. Plin. VII. 56 *Arcum, & sagittam Scythen Jovis filium, alii Persen Persei filium invenisse dicunt.* Unde fortasse *sagittare* Belgis est *schieten*, & *sagittarii*, *schutters*, dicuntur. V. *Lipsi. Poliore.* IV. 6.

98. *Lixæ* dicti, qui militibus aquam ad castra, vel ad tentoria solent ferre. *Lixam* namque aquam Veteres vocaverunt. Unde & *elixum* dicimus aqua coctum. *Lix* etiam cinis dicitur, vel humor cineri mixtus. Nam etiam nunc id genus *lixivium* vocatur. V. *Nonium* I. 238. & 309. *Alex. Gen.* VI. 22. *Stewech. in Veget.* I. 10. *Popm. de oper. serv. p.* 84. *Pignor. de serv. p.* 245. Etiam *lixæ* accipiuntur pro iis, qui cibaria in castris vendunt. Gallis *vivandiers*, Germanis *marcketenter*, Belgis *soetelaers*. V. *Freinshemii Indicem.*

99. *Calones* servi erant militum, qui tum ad dominorum tutelam clavas ligneas portabant, tum ligna focis subministrabant. Serv. Aen. VI. 1. *Calas dicebant majores nostri fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad prælium: unde etiam calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, & vallum: vallum autem dicebant calam: sic Lucilius:* Scinde calam, ut caleas i. *o puer frange fustes, & fac focum.* V. & *Festum, Alex. Gen.* VI. 22.

100. *Cogerent* i. ducerent, impellerent.

101. *Leviter armati* n. funditores, jaculatores, sagittarii. Liv. XXXV. 29. *In ea expeditos milites, cetratos plerosque cum fundis & jaculis, & alio levi genere armaturæ.*

102. *Discolori* i. varietate colorum distincta: Flor. I. 16. 7. *Aureis & argenteis armis, discolori veste.*

103. *Ferro, atque ære fulgentibus.* Iis enim *fulgere* oportet militem. Quintil. Instit. Orat. X. 1. *Neque ego arma squalere situ, ac rubigine velim, sed fulgorem his inesse, qui terreat, qualis est ferri, quo mens simul, visusque perstringatur: non qualis auri argentique, imbellis, & potius habenti periculosus.* Liv. IX. 40. *Doctique a ducibus erant, horridum militem esse debere, non cælatum auro, argentoque; sed ferro & animis fretum.*

104. *Turba* n. militum; nam calones & lixæ & hujusmodi in impedimentis sunt.

105. *Sarcinas*, si modum excedant, obesse, usu se didicisse fatetur Darius V. I. 6. & Alexandro obfuturas ariolatur. IV. 14. 16.

106. *Locus*, quia ejus justo major non erat exercitus.

paratum, & sequi: nec turba [104], nec sarcinis [105] prægrave: intentum ad ducis non signum modo, sed etiam nutum. Et castris locus [106] & exercitui commeatus [107] suppetebant [108]. Ergo Alexandro in 28
acie miles non defuit [109]: Darius tantæ multitudinis Rex, loci, in quo pugnavit, angustiis [110] redactus est ad paucitatem, quam in hoste contemserat.

107. *Commeatus*, i. vivres. IV. 2. 2. VI. 4. 21.

108. *Suppetebant* i. aderant, in promtu erant. Flor. III. 20. 13. *Quum fugam in Siciliam pararent, neque navigia suppeterent.* Noster V. 9. I. VII. II. 1.

109. *Miles non defuit*, quia pro loci natura habuit satis multos.

110. *Angustiis*, quia in illis militum numero uti non potuit.

CAP. IV.

ARGUMENTUM.

Ciliciæ fauces deserit Arsanes Darii præfectus; sed Alexander occupat.

INterea Alexander, Abistamene [1] Cappadociæ [1]
præposito, Ciliciam [2] petens, cum omnibus copiis in regionem, quæ *castra Cyri* [3] appellatur, per-

Abistamenes Arriano I. 88. *Sabictas* dicitur: *Inde in Cappadociam movens, omnem, quæ cis Halyn fluvium est, regionem, & partem aliquam ejus, quæ trans Halyn est, subegit. Sabictan Cappadociæ satrapam statuit.*

2. *Ciliciæ* regio est Asiæ, quam a Pamphylia distinguit Anemurium promontorium. Locus est magni aliquando discriminis, fusorum ab Alexandro Persarum fugientisque Darii spectator, ac testis. V. *Mel.* I. 13. *Plin.* V. 27. *Solin. c.* 38. & in illum *Salmasium.* Nostrum n. 7—12.

3. *Castra Cyri* i. ubi castra metatus fuerat Cyrus. ut *castra Alexandri* IV. 7. 2.

pervenerat. Stativa[4] illic habuerat Cyrus[5], cum adversus Crœsum[6] in Lydiam[7] duceret. Aberat ea regio quinquaginta stadia[8] ab aditu[9], quo Ciliciam intramus: *Pylas*[10] incolæ dicunt, arctissimas fauces, munimenta[11], quæ manu ponimus[12], natu-3 turali situ imitante. Igitur Arsanes, qui Ciliciæ præerat, reputans[13] quid initio belli Memnon suasisset, quondam salubre[14] consilium sero exsequi statuit: igni ferroque Ciliciam vastat, ut hosti solitudinem

4. *Stativa* sunt sedes, & loca, in quibus castra habebantur, quod ibi milites starent, sederent, morarentur. Vocabantur etiam *mansiones*. V. *Stewech. in Veget.* III. 4. & 19.

5. *Cyrum* non majorem quem dicit Curtius; & qui adversus Crœsum; sed minorem, quem dicit Arrian. II. 88. & qui adversus fratrem Artaxerxem exercitum duxit, in cujus expeditione & Xenophon fuit, fuisse docet Popma, & post illum pluribus *Raderus*.

6. *Crœsus* filius fuit Halyattis, cui successit annos natus 35. Rex fuit Lydorum potentissimus, qui cum Babyloniis auxilio esse voluit, a Cyro victus est. V. *Justinum*, *Herodotum*, *Xenophontem*.

7. *Lydia* regio est Asiæ Phrygiæ vicina, cujus incolæ orundi fuerunt a *Lydo* Atys filio, a quo totus is populus cognominatus est Lydius, quum Meon antea vocaretur. V. *Herod.* I. 26. *Plin.* V. 29. *Solin. c.* 40. & in illum *Salmasium*.

8. *Quinquaginta stadia* paullo amplius sesquimilliari efficiunt.

9. *Aditus* tres perangustos habet Cilicia: 1. qua ex Cappadocia Tarsum versus tenditur, qui tam arctus est, ut similitudinem portarum referat, de quo hoc loco sermo est. II. quo ex Cilicia per portas Amani montis in Syriam exitur, haud procul Isso. III. ad portas Syriæ. V. *Raderum*.

10. *Pylæ* Græcum est. *Portas* vocat *Plin.* V. 22. & 27.

11. *Munimenta* i. propugnacula, viarum claustra.

12. *Ponimus* i. condimus. Hinc *positiones*, χτίσεις. Festus: *positiones*, *ædificia*. Pro eodem *locavit* Solin. c. 38. *Tarson*, *quum Perseus locavit*. V. *Salmas. Exercit. Plinian. f.* 772.

13. *Reputans* i. perpendens. Plaut. Amph. I. 18. *Non reputat*, *laboris quid sit*. Noster III. 8. 20. IV. 12. 22. IX. 6. 25. *Putare* est non tantum inutilia sarmenta secare; sed quid quovis modo purgare, ut *putare* lanam. Inde *imputatum* est non putatum. Festus: *Imputatum*, *nondum purgatum*. *Putum enim est purum*. *Unde putare vites dicimus*, *hoc est detrahere*, *quæ impedimento sunt ad fructum*. V. & *Varr. L. L.* V. 7. *Gell. N. A.* VI. 5. Unde & *amputare* III. 8. 16. quod *præcidere* II. 15.

14. *Salubre* i. salutare, salutem adferens. Cic. Fam. IX. 12. *Gratulor Bajis nostris*, *siquidem*

tudinem faciat[15], quicquid usui esse[16] potest, corrumpit; sterile, ac nudum solum[17], quod tueri nequibat, relicturus. Sed longe utilius fuit, angustias 4 aditus, qui Ciliciam aperit[18], valido occupare præsidio, jugumque[19] opportune itineri[20] imminens[21] obtinere, unde inultus subeuntem[22] hostem aut prohibere, aut opprimere[23] potuisset. Nunc pau- 5 cis[24], qui callibus[25] præsiderent, relictis, retro ipse concessit populator terræ, quam a populationibus vindicare[26] debuerat. Ergo[27], qui relicti erant, pro-

tuo adventu repente salubres sunt factæ. Fronto: *Salubre ad locum refertur*, *& ad cibum*. *Salutare consilium est*: *Salubre non nocet*, *salutare prodest consilio*. V. *Vall. Eleg.* IV. 88. Nost. V. 4. 9. III. 8. 29.

15. *Solitudinem faciat*, i. *woest maecken*. Tacit. Agric. 30. 7. *Atque*, *ubi solitudinem faciunt*, *pacem appellant*. Noster VIII. 8. 10. IX. 2. 24.

16. *Quicquid usui esse potest*. Veget. IV. 7. *Pabula equis sunt præcipue congerenda*, *& quæ apportari nequiverint*, *exurenda*. *Vini*, *aceti*, *cæterarumque frugum vel pomorum congerendæ sunt copiæ*, *nihilque*, *quod usui proficiat*, *hostibus relinquendum*.

17. *Solum*. V. V. 1. 33.

18. *Aperit* i. patefacit, ostendit, viam facit, qua illam intremus. Flor. III. 5. 8. *Hic terror Asiæ Europam quoque Regi aperuerat*. Noster VII. 1. 3. III. 9. 12.

19. *Jugum* i. proclivitatem, & pronam supinitatem, montis Tauri, quo Cilicia clauditur. Clauditur vero Tauro a septemtrione. Dorsum appellatur n. 7. & 12. V. 4. 4.

20. *Itineri* i. viæ n. 12.

21. *Imminens* i. desuper positum impendens. Ut n. 12. VI. 4. 3.

22. *Subeuntem* i. appropinquantem, adscendere conantem. Flor. I. 13. 15. *Quum tandem Manlius nocte subeuntes a summa rupe dejecit*. Noster IV. 2. 23.

23. *Opprimere* i. occupare, & ita arripere, ut elabi non possit. Plaut. Rud. II. 4. 35. *Scelestus leno hic nos opprimat*. Noster VI. 3. 25. I. 6. 21.

24. *Paucis* n. collatis ad illos, qui cum Arsane discesserant. *Validum præsidium* Pylis assignat, loci respiciens naturam, quem, ut Noster, *vel pauciores obtinere potuissent*. Arrian. I. 88. *Quumque ad castra Cyri*, *qui cum Xenophonte erat*, *venisset*, *ut Pylas valido præsidio obsessas vidit*.

25. *Calles* sunt semitæ angustæ & asperæ. Liv. XXVII. 35. *Egressus callibus notis nocte Piesas pervenit*. Noster III. 10. 10. V. 4. 4.

26. *Vindicare* i. liberare, defendere. Varr. R. R. I. 13. *Nec non sterquilinium melius illud*, *cujus latera*, *& summum virgis*

proditos [28] se rati, ne conspectum quidem hostis sustinere [29] voluerunt; cum vel pauciores locum ob-
6 tinere [30] potuissent. Namque perpetuo [31] jugo montis asperi [32], & prærupti Cilicia includitur: quod quum a mari surgat [33], veluti sinu [34] quodam, flexuque curvatum, rursus altero cornu [35] in diversum [36]
7 littus excurrit [37]. Per hoc dorsum, qua maxime introrsum mari cedit [38], asperi tres aditus, & perangusti

ac fronde vindicatum est a Sole. Noster IV. 8. 15.

27. *Ergo* i. itaque. Maxime in sententiarum principiis. Cic. de Invent. II. *Ergo is, qui scriptum defendet, his locis plerisque omnibus poterit uti.* Noster VI. 1. 5: 2. 7.

28. *Proditos* i. desertos, destitutos. Liv. XXVI. 36. *Publica prodendo, tua nequicquam serves.* Sic *proditor Helles* Mart. IX. 72. 7. dicitur aries, qui Hellen per pontum transvehendam in pontum dejecit, & deseruit.

29. *Conspectum hostis sustinere* i. venire in hostis conspectum. Tacit. Germ. 43. 6. *Nullo hostium sustinente novum, ac velut infernum aspectum.*

30. *Locum* obtinere, *de plaets defenderen*, ut VII. II. I. IV. I. 30.

31. *Perpetuo* i. continuo, non interrupto, in longum directe extenso, *die aen malkanderen leggen.* Est, ut ex *Scaligero in Theophrastum de plantis* docet *Becman. Orig. in Perpes*, augurum vox, quoties volatus non intermittitur. Sic *perpetua fossa* Cæs. B. G. VII. 73. 2. *perpetua mensa* Virg. Aen. VII. 176. *porticus stans in perpetuum.* Lucret. IV. 428. *perpetua vallis* Nostro VI. 4. 16. *perpetua sepes* V. 4. 24. VI. 5. 15. *perpetuus cuniculus* VIII. 2. 21. *perpetuæ nives.* V. 6. 13.

32. *Asperi* i. saxosi. *Asperum, ut ex Scalig. in Theoph. de plantis* tradit *Voss. Lex. Etymol.* vox est priscorum agricolarum, sumta a terra, quæ cultui est inepta, παρὰ τὸ μὴ σπείρεσθαι, nempe quia ob saxa, & squalorem partes habet inæquales, quæ proprie est *asperitas*: unde *locorum asperitatem* dicit Noster VI. 4. 5. & *asperum os*, i. saxis impervium VIII. 9. 8. Unde & sapori ea vox accommodatur, & *aspera remedia* i. ingrata, non suavia Nostro V. 9. 3. ob partes dissimiles & inæquales.

33. *Surgat.* i. incipiat. V. V. 4. 6. §. 17.

34. *Sinus* de mari dicitur Metaph. quia ut in homine *sinus* est, quod brachiis comprehenditur: ita & in mari *sinus* est maris pars, quasi brachiis terræ interjecta. V. *Voss. Lex.*

35. *Cornu* i. extremitate, fine. Flor. IV. II. 4. *Ambracii sinus cornua.*

36. In diversum, *daer tegen over.*

37. *Excurrit* i. patet, porrigitur, *strekt sich uyt.* Noster *percurrit* V. 4. 5. *pertinet* III. 9. 8. V. 4 5.

38. *Cedit* i. reprimitur, repellitur. Tacit. Ann. II. 16. I. *Ut ripæ flumini cedunt.* Stat. Sylv. II. 2. 59.

gusti sunt, quorum uno Cilicia intranda est [39]. Campestris eadem [40], qua vergit [41] ad mare, planitiem ejus crebris distinguentibus rivis: Pyramus [42] & Cydnus [43] inclyti amnes fluunt. Cydnus non spatio aqua- 8
rum, sed liquore [44] memorabilis [45], quippe [46] leni tractu [47] e fontibus labens, puro solo excipitur [48]. Nec torrentes [49] incurrunt, qui placide manantis [50] alveum

2. 59. *Jussumque recedere montem*; ubi mons operibus excavatur, & decrescens, veluti protrudi & recedere videtur. V. *Freinshem. Indicem.*

39. *Intranda est* n. ex Cappadocia a Septemtrione, ut §. 9.

40. *Campestris.* Solin. c. 38. *Plurima jacet campo.* Ex monte vero Tauro pulcherrima visitur planities. Pyramo & Cydno amnibus irrigua, arboribus & vitibus vestita.

41. *Vergit* i. spectat. Nep. Cim. II. 5. *Arx, qua ad meridiem vergit.* Noster VI. 4. 17.

42. *Pyramus* perlabitur Catoniam, & præterfluit urbem Mallon. Ejus latitudo est nihilo minor stadio. V. *Mel.* I. 13. *Strab.* XII. 162. *Xenoph. Exped. Cyr.* I. *p. m.* 174.

43. *Cydnus* per mediam urbem Tarsos decurrit. III. 5. 1. Priscianus in interpretatione Dionysii:

Flexilis & Cydnus, dirimit qui flumine Tarsos.

Ejus fontes Tauro monte oriuntur. Ejus latitudo est duorum jugerum. V. *Arrian.* II. 89. *Strab.* XIV. 391. *Xenoph. Exped. Cyr.* I. *p. m.* 171. *Solin. c.* 38. & in illum *Salmasium.*

44. *Liquore* i. aqua. Sic III. 5. 2. V. III. 3. 25. §. 99.

45. *Memorabilis* i. memoratu dignus. *Memorabilem pietatem* dicit Cicero pro Marcello. Contra ea *versus immemorabiles* Plaut. Capt prol. *v.* 56. Noster IV. 2. 2: 4. 8.

46. *Quippe* i. quia, nam. Indicat enim causam. Cic. Phil. II. *Hærebat nebulo: quo se verteret, non habebat. Quippe in his temporibus*, &c. Noster III. 5. 16.

47. *Tractu* i. cursu, fluore. Infr. V. 3. 2. Leniter vero fluere docet & Tib. I. 8. 7.

At te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis
Cœruleus placidis per vada serpis aquis.

Strabo quidem XIV. 392. ejus *esse aquam* dicit *rapidissimam*; sed, ut Solin. c. 38. *vere, cum liquuntur nives; reliqua parte anni tenuis est, & quietus.*

48. *Solo excipitur* i. per solum currit.

49. *Torrens*, fluvius, *qui æstate siccatur. Unde & nomen accepit. Cui Græci per contrarium dedere vocabulum.* Nam χειμάρρουν dixerunt a tempore, *quo crescit.* Serv. Aen. II. 305.

50. *Manantis* i. fluentis, labentis. *Manare* dicitur, cum humor ex integro; sed non solido nimis per minimas suas partes erumpit. Quod ex Græco traluntur, quia illi non satis solidum dicunt μανόν. *Festus.*

9 alveum [51] turbent [52]. Itaque incorruptus [53], idemque frigidissimus, quippe multa riparum amœnitate [54] inumbratus [55] ubique fontibus suis similis in mare evadit.
10 Multa in ea regione monumenta vulgata carminibus vetustas exederat [56]. Monstrabantur urbium sedes [57], Lyrnessi, & Thebes [58]: Typhonis quoque specus [59] & cor-

51. *Alveum* i. fossam, per quam labitur flumen. Infr. VIII. 9. 5. VII. 10. 2. Ejus diminutivum, *alveolus*. VI. 4. 4.

52. Turbent, *troubel maecken*. Phæd. IV. 3. 2. *Aper turbavit vadum*, quod I. 2. 5. *Cur turbulentam fecisti mihi aquam.*

53. *Incorruptus* i. purus, in quem non incurrant torrentes.

54. *Amœnum* est adspectu jucundum. *Festo* amœna dicta sunt loca, quæ ad se amanda alliciunt i. trahunt. Dicitur proprie de ripis aquarum, & hortis. Cic. ad Q. Fratr. III. 1. *Ego ex magnis caloribus in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci.* Et *Dormus suppeditat hortorum amœnitatem.* Noster V. 1. 32. VII. 2. 22. VIII. 1. 12.

55. *Inumbratus* i. ad quas positæ erant multæ arbores *amœnam umbram* de se spargentes. *Umbrosam ripam* dicit Horat. Od. III. 1. 23. *Umbrosum Galesum.* Prop. II. 25. 34.

56. *Exederat* i. edax abolevérat, exedendo corruperat. Ovid. Metam. XV. 872. *Nec edax abolere vetustas.* Ita *imbrem edacem* vocat Horat. Od. III. 30. 3. Noster V. 1 34.

57. *Urbium sedes* i. loca, in quibus olim fuerant urbes. Ita *sedes oraculi.* IV. 7. 15.

58. *Lyrnessi & Thebes. Lyrnessus* quidem in Troade. *Thebæ* quoque in Cilicia Hypoplacia prope Trojam, quas urbes evertit Achilles. Sed in Pamphyliæ ora fuerunt quoque *Lyrnessus* & *Thebæ* conditæ ab illis Troicis Cilicibus, qui ejecti fuerant *Lyrnesso & Thebe* Trojanis oppidis ab Achille eversis. Horum oppidorum vestigia monstrabantur inter Attaliam, & Phaselidem Pamphyliæ. Curtius itaque a Coryco Pamphyliæ has urbes transtulit ad Corycum Ciliciæ. V. *Salmas. Exercit. Plinian. f.* 775. *Turneb.* XIII. 15.

59. *Typhonem* procreavit ex Tartara Tartarus immani magnitudine, cui 100. capita draconum ex humeris enata erant. Hic Jovem provocavit, si vellet secum de regno certare. Jovis fulmine ardenti ejus pectus percussit. Cui, cum flagraret, montem Aetnam super eum imposuit, qui ex eo adhuc ardere dicitur. *Hygin. fab.* 152. Hunc commenti sunt ex τῷ τυφεῖν, sive ex turbinibus, quomodo vocantur procellæ, sive venti impetuosi e nubibus erumpentes, sine inflammatione; sed magna celeritate in gyrum vagantes, ac plerumque desuper a vertice irruentes. Qualis ventus hodie a nautis vocabulo ab Indis petito *Orancan*, & contracte *Orcan* vocari solet. *Vibratum Ecnephian* vocat Plin. II. 48. V. *Ouzel. in Gell.*

& Corycium [60] nemus [61], ubi crocum gignitur [62]: cæteraque [63] in quibus nihil, præter famam, duraverat [64]. Alexander fauces jugi, quæ *Pylæ* appellantur, 11
intravit. Contemplatus [65] locorum situs, non alias magis dicitur admiratus esse felicitatem suam: obrui [66] potuisse vel saxis confitebatur, si fuissent, qui subeuntes propellerent. Iter vix quaternos [67] capiebat 12
armatos: dorsum montis imminebat viæ, non angustæ modo, sed plerumque præruptæ [68], crebris oberrantibus rivis, qui ex radicibus [69] montium manant. Thracas [70] tamen leviter armatos *præcedere* 13
jusserat [71], *scrutarique* [72] *calles*, *ne occultus hostis in subeun-*

Gell. XIX. 1. Ejus *specum* describit Solin. c. 38. *In eo*, n. specu corycio, *sacrum est Jovis fanum, in cujus recessu intimo Typhonis gigantis cubile positum, qui volunt, credunt.* V. & *Mel.* I. 13. *Strab.* V. 452.

60. *Corycus* Ciliciæ oppidum est & portus, & specus juxta mare *Plin.* V. 27. Ultra promontorium Corycum ad stadia 20. est Corycium antrum, in quo optimus crocus nascitur. *Strab.* XIV. 387. Pluribus specum describit *Mel.* I. 13. De hoc decertantes V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 773. & *Voss. in Melam p.* 69.

61. *Nemus.* V. V. I. 35.

62. *Gignitur* i. nascitur, provenit. Cic. Offic. I. *Quæ in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari.* Noster VIII. 10. 3.

63. *Cæteraque.* Juxta in parvo tumuli Arati poetæ monumentum, ideo referendum, quia ignotum, quam ob causam jacta in id saxa dissiliant. *Mela* I. 13.

64. *Duraverat* i. superfuerat. Plaut. Trin. II. 2. 13. *Ego ad hoc genus hominum duravi.*

65. *Contemplatus* i. diligenter intuitus, *Contemplari* dictum est a templo i. loco, qui ab omni parte adspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabant. *Festus.*

66. *Obrui saxis*, i. dood steenigen, *Obruere* est operire. Cic. N. D. II. *Crocodili cum in terra partum ediderunt, obruunt ova.* Hinc *obrui* clypeis Flor. I. 1. 12. telis Noster III. 8. 4. nive VII. 11. 8. saxis VI. 11. 9. & 38. *Jacere saxa* VII. 2. 1.

67. *Quaternos capiebat* i. quatuor singulis ordinibus simul incedere poterant. V. *Vall. Eleg.* III. 5. & *Raderum.*

68. *Præruptæ* i. præcipiti, arduæ, & sæpe interlabentibus rivis abrasæ.

69. *Ex radicibus* i. ex imo, *uyt den voet.* Nepos Milt. V. 3. *Sub montis radicibus prælium commiserunt.* Noster V. 4. 6. VI. 4. 4.

70. *Thracas* V. VII. 7. 3.

71. *Præcedere.* Veget. III. 6. *Dux cum agmine exercitus profecturus, fidelissimos, argutissimosque cum equis probatissimis mittat, qui loca, per quæ iter faciendum est, in progressu, & a tergo, dextra*

subeuntes erumperet. Sagittariorum quoque manus occupaverat jugum; intentos[73] arcus habebant, moniti, non iter[74] ipsos inire[75], sed prælium. Hoc modo agmen pervenit ad urbem Tarsòn[76], cui tum maxime[77] Persæ subjiciebant ignem[78], ne opulentum[79] oppidum hostis invaderet[80]. At ille Parmenione[81] ad inhibendum incendium cum expedita manu præmisso, posteaquam Barbaros[82] adventu suorum fugatos esse cognovit, urbem a se conservatam intrat[83]. CA-

dextra lævaque perlustrent, ne aliquas adversarii moliantur insidias. Ita apud Tac. Ann. I. 61. 2. *Cæcinnam præmittit* Germanicus, *ut occulta saltuum scrutaretur.*

72. *Scrutari* i. diligenter explorare. Unde dicitur de occultis VIII. 3. 12. & latibulis VI. 5. 17. Proprie *scrutari* est e ruderibus, aut locis, in quæ veteramenta rejiciuntur, eruere quædam *scruta*, frivolaque usui accommodata. *Scruta* sunt vasa vilia, cujusmodi & frivola dicebantur, *allerley rommelerye.* V. *Voss. Lex. Etym.* & *de scrutis etiam Turneb.* V. 13. *Rhod.* XIX. 16. *Durant. V. L.* I. 13.

73. *Intentos*, ut prælium inituri statim.

74. *Iter*, ad hoc & prælium miles, qui per periculosa incedit loca, simul paratus erit. Tacit. Ann. I. 51. 3. *Incessitque itineri & prælio.* XIII. 40. 3. *Non ignaro duce nostro, qui viæ pariter & pugnæ composuerat exercitum.* Noster III. 8. 23.

75. *Inire* i. incipere, ut IV. 3. 12. 9. 5. V. 7. 2.

76. *Tarsus* matrem urbium habet Cilicia, quam Danaæ proles nobilissima locavit. *Solin.* c. 38. & ex illo *Ammian.* XIV. *p.* 21. Unde *Persæa Tarsus* Lucan. III. 235. Quamvis Argivorum opus, qui Io quærentes cum Triptolemo erraverunt, fuisse dicat *Strabo* XIV. 392, & Tarsensibus Tarsum originem dedisse scribat *Joseph. Ant. Jud.* I. 7.

77. *Tum maxime.* V. V. 7. 2.

78. *Subjiciebant ignem*, ut V. 6. 7. templa daret igni & incendium fabricæ struxit. *Solin.* c. 40.

79. *Opulentum* i. omnibus rebus instructum, dives. Cicero N. D. III. *Opulentissima & beatissima civitas.* Liv. I. 35. *Ludos opulentius, instructiusque, quam priores reges, fecit.* Noster IV. 1. 38. V. 1. 7.

80. *Invaderet* i. aggrederetur. Flor. I. 16. *Non pro se; sed pro sociis Samnites invadit.* Noster IV. 15. 20.

81. *Parmenionem* proximum sibi voluerat esse Alexander VII. 1. 27. Militiæ, domique vir clarus fuit. Multa sine Rege prospere, Rex sine illo nihil magnæ rei gesserat. VII. 2. 33.

82. *Barbaros* i. Persas. Nep. Milt. VII. 1. Ut *insulas, quæ Barbaros adjuverant*, &c. Nost. millies.

83. *Conservatam intrat.* Liv. XXXV. 3. *Consul urbem haud dubie servatam adventu suo ingressus est.*

Pau-

CAP. V.

ARGUMENTUM.

In Cydnum descendit sudore & pulvere perfusum corpus abluturus, & gravissimo corripitur morbo Alexander.

MEdiam Cydnus amnis, de quo paullo ante[1] dictum est, interfluit[2], & tunc æstas erat, cujus calor[3] non aliam magis, quam Ciliciæ oram vapore[4] Solis accendit: & diei fervidissimum tempus cœperat. Pulvere ac sudore simul[2] perfusum[5] Regem invitavit[6] liquor fluminis, ut calidum adhuc corpus ablueret. Itaque veste deposita in conspectu agminis; decorum quoque futurum ratus, si ostendisset suis levi ac parabili[7] cultu[8] corporis se esse contentum; descendit[9] in flumen.

Paullo ante n. III. 4. 8. & 9.

2. *Interfluit mediam* i. per mediam, n. Tarsòn fluit. V. III. 4. 8. §. 43.

3. *Calore* nimio incendi Ciliciam, docet, ubi de Tauro monte agit, Solin. c. 38. *Quantus meridiem videt, Sole æstuat.* Quibus accedebat ipsa æstas, & istius diei tempus fervidissimum i. meridies. Quantum malum secum vehat æstus, docemur a Livio XLIV. 36 *Hora diei jam ad meridiem vergebat: iter multo pulvere, & incalescente Sole factum erat. Lassitudo & sitis jam sentiebatur, & meridie instante magis accessurum utrumque apparebat. Statuit sic affectos recenti atque integro hosti non objicere.*

4. *Vapore* i. calidis exhalationibus. Cic. de Senect. *Terra semen tepefactum vapore, & complexu suo diffundit.* Noster IV. 7. 6. VI. 6. 28. VII. 5. 3.

5. *Perfusum*, plenum. *Justin.* XI. 8. 3. Noster V. 12. 8.

6. *Invitavit* i. allexit, provocavit. Plaut. Trin. I. 1. 5. *Ni me id invitet, ut faciam fides.* Proprie *invitare* est ad vitam una agendam vocare.

7. *Parabili* i. paratu facili, *dat licht is om te bekomen.* Cic. Fin. I. *Natura divitias, quibus contenta est, & parabiles, & terminatas habet.* Noster VI. 2. 3.

8. *Cultus* non vestitum modo respicit; sed omnem vitæ rationem, quantum ad curam corporis pertinet, cujus aliquot partes enumerat Cic. N. D. I. *Omnis cultus*,

3 men. Vixque ingressi subito horrore [10] artus [11] rigere [12] coeperunt: pallor deinde suffusus est [13] & 4 totum propemodum corpus vitalis calor liquit. Exspiranti [14] similem ministri manu excipiunt [15], nec satis compotem mentis [16] in tabernaculum [17] deferunt. Ingens solicitudo, & pæne jam luctus totis castris 5 erat. Flentes quærebantur *in tanto impetu* [18] *cursuque rerum*

cultus, & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quæ adhibetur homini: ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, comprehensio, ad exteremum etiam, sermo & oratio. Cultus vitæ infr. v. 6. 17. V. *Freinshemii Indicem.*

9. *Descendit veste deposita* i. nudum se projecit. Justin. XI. 8. 3. *Projectis armis in undam se projecit.*

10. *Horrore*, qui præsagium est morbi. Petron. c. 17. *Tam periculoso inhorrui frigore, ut etiam tertianæ impetum timerem.* Senec. Epist. 74. *Quemadmodum in corporibus futuri languoris signa præcurrunt: quædam enim segnities nervis inest, & sine labore ullo lassitudo, & oscitatio, & horror membra percurrens. Horrorem* dicit Cels. III. 3. 12. ubi totum corpus intremiscit, unde *tremulus horror.* Prop. I. 5. 8. *Het schudden des lichaems,* Noster VIII. 10. 7.

11. *Artus* i. membra, Festus. *Artus ex Græco appellantur, quos illi ἄρθρα dicunt, sive artus dicti, quod membra membris artentur. Artica* Plaut. Men. v. 2. 102. Noster VII. 4. 23.

12. *Rigere.* Justin. XI. 8. 4. *Nervos ejus occupavit rigor.* Frigoris effecta notat *rigor*, ut sunt duritiæ, horror, capillorum erectio, & similia. Val. Max. III. 8. 6. ext. *Subito deinde ex nimio haustu rigore obstupefactis nervis, ac corpore hebetatis artubus.*

13. *Suffusus* i. subjectus. Inde *suffundatum* pro suffusis sive subjectis. Varro Sat. τάφη μενίππεα. *Antiqui nostri domibus lateritiis, paullulum modo lapidibus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant.*

14. *Exspiranti* i. morienti. Tacit. Hist. III. 84. 4. *Multi semianimes super turres & propugnacula mœnium exspiravere.* Vetus Poeta apud Cicer. Tusc. II. *Frendens efflavit extremum halitum.*

15. *Excipiunt* i. suscipiunt. Serv. Aen. III. 318. *Signate est locutus, quia dejectum dixerat. Excipiuntur enim, quæ cadunt.*

16. Mentis non compotem, *hy was niet by sijn verstand. Compotem sui* Noster IV. 12. 17.

17. *Tabernaculum* n. in castris positum, ex quo deinde *in oppidum Tarsen castris propinquum est delatus, & ibi æger jacuit,* ut *Val. Max.* III. 8. 6. *ext.* air.

18. *Impetu.* Cicero de Orat. III. *O Fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, & inanes nostras contentiones, quæ in medio sæpe spatio franguntur & corruunt, & ante in ipso cursu ob-*

rerum omnis ætatis ac memoriæ [19] *clarissimum Regem non in acie* [20] *saltem* [21], *non ab hoste dejectum* [22], *sed abluentem aqua corpus ereptum esse, & exstinctum* [23]. *Instare* [24] 6 *Darium, victorem, antequam vidisset hostem. Sibi easdem terras* [25], *quas victores peragrassent* [26], *repetendas: omnia aut ipsos, aut hostes populatos: per vastas* [27] *solitudines* [28], *etiamsi* [29] *nemo insequi velit, euntes, fame atque*

obruuntur, quam portum conspicere potuerunt.

19. *Ætatis ac memoriæ.* Hac de causa *ingemuit* Julius Cæsar, *animadversa apud Herculis templum,* quod erat Gadibus, *Alexandri Magni imagine, quod nihil dum a se memorabile actum esset in ætate, qua Alexander orbem terrarum subegisset.* V. *Suet. Jul.* c. 7.

20. *In acie.* Hæc enim mors Rege dignior & pulchrior. *In acie* enim qui cadunt, *dignam viris obeunt mortem*, ut de Spartaco, ejusque sociis *Flor.* III. 20. 14. Hæc vero mors *obscura & ignobilis*, ut n. 10. vocatur, fuisset futura: & non sine ratione, quod ille apud Stat. Theb. IX. 509. exclamasset Alexander.

--- *Adeone occumbere ferro*
Non merui? V. *Freinshem.*

21. *Saltem* i. minimum. Tractum est a captivis, qui dum ab hostibus capiuntur, omnibus sublatis dicebant: *salutem concede.* Inde per synæresin in contentu rerum multarum petituri aliquid, *saltim* dicimus. V. *Serv. Aen.* IV. 327. *Gell.* XII. 14. *Saltem*, an *saltem* sit scribendum disputat *Guiliel. Verisim.* I. 10. De hac voce multa etiam *Vorst. de Latin. merit. susp.* c. 8.

22. *Dejectum* i. in pugna cæsum. Nep. Thrasyb. III. 1. *Hoc dejecto Pausanias venit Atticis auxilio.*

23. *Exstinctum* i. mortuum. Virg. Ecl. v. 20.

Exstinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim.

Exstinctus dicitur ignis infr. IV. 10. 11. quod ad animam, quæ igneæ est, ut veteres putarunt, naturæ, traducitur, ut dicatur *exstingui*, dum homo moritur. Inde Terent. Adelph. III. 2. 16. *Seni animam primum exstinguerem ipsi.* Ubi Donatus: *bene exstinguerem, quia ignis est. Virg.* VI. 730. *Igneus est illis vigor.* Noster IV. 10. 19. V. 11. 32.

24. *Instare* i. festinare, urgere. *Quinto die Darium in Ciliciam fore nuntiabatur.* II. 10.

25. *Easdem terras*, n. Ciliciam, Cappadociam, Paphlagoniam, Lyciam, Pamphyliam, Lydiam, Phrygiam, totam denique Asiam minorem cum Hellesponto. V. *Raderum.*

26. *Peragrassent* i. per illas iter fecissent. *Peragrare* proprie de terrestri dicitur itinere. VI. 2. 18.

27. *Vastas* i. magnas, quæ quia magna sunt, *vasta* & vacua esse solent. Sic *vastum æquor* Virg. Aen. III. 191. *Vastumque cava trabe currimus æquor.* Nost. V. 6. 3.

28. *Solitudines* i. loca deserta. *Sola loca* dicunt Terentius, Plautus, Lucretius, alii.

29. *Etiamsi* i. etsi, quamvis. Cic.

7 *que inopia*[30] *debellari*[31] *posse. Quem signum daturum fugientibus? quem ausurum Alexandro succedere*[32]*? Jam ut ad Hellespontum fuga penetrarent*[33]*; classem*[34]*, qua* 8 *transeant, quem præparaturum?* Rursus in ipsum Regem misericordia versa; *illum florem*[35] *juventæ, illam vim animi, eundem Regem & commilitonem*[36]*, divelli a* 9 *se, & abripi*, immemores sui[37] querebantur. Inter hæc liberius meare[38] spiritus[39] coeperat: adlevabat[40] Rex oculos,& paullatim redeunte[41] animo,circumstantes amicos agnoverat: laxataque[42] vis morbi

Cic. Fam. XI. 21. *Tuis opibus, & consulatu tuo etiamsi timidi essemus.*

30. *Fame atque inopia.* Illa enim arma sunt omni ferro sæviora. Tacit. Hist. II. 32. 3. *Transpadanam Italiam, atque ipso transitu exercitus vastatam: non frumentum usquam: nec exercitum sine copiis retineri posse.*

31. *Debellari* i. expugnari. Virg. Aen. VI. 854.

Parcere subjectis, & debellare superbos.

Noster IV. 9. 8. VII. 4. 7.

32. *Succedere*, quia *major moles erat, quam ut unus subire eam posset.* X. 5. 37.

33. *Fuga penetrarent.* V. III. 7. 6. §. 33.

34. *Classem* victis ad Granicum Persis remiserat in Græciam. Causas denarrat *Arrian.* I. 58.

35. *Florem* appellare consueverunt, quicquid in quacunque re pulcherrimum, & præstantissimum esset. Justin. XIII. 1. 1. *Exstincto in ipso ætatis ac victoriarum flore Alexandro.* Noster VII. 9. 19. VI. 5. 23. X. 5. 10. Quod *flos* est in herbis, id in adolescente est pubertas. Inde *ætatis flore pubescere* infr. VII. 2. 4. V. *Rittersh. Oppian.* ΝΥΝΓ. IV. 153. *Barth. Claud. Rufin.* I. 141. *Schott. Observ. Hum.* IV. 6.

36. *Commilitonem* i. militiæ socium. *Commilitium* belli est societas. *Paterc.* II. 29. 5. *Tacit. Ann.* I. 60. 3. Non milites; *sed commilitones* suos appellavit Cæsar. *Sueton. Jul.* c. 67. & semetipsum Alexander infr. IX. 2. 28.

37. *Immemores sui* i. obliti suæ infelicitatis, & futurarum Alexandro exstincto ærumnarum.

38. *Liberius meare* i. sensim ægro redire. ut VIII. 4. 12.

39. *Spiritus* i. anhelitus, Plaut. Mil. I. 1. 17.

Quojus tu legiones dissipavisti spiritu.

Noster VII. 5. 15. & VI. 15. ubi *spiritu linquente*, als den adem uyt blijft.

40. *Adlevabat* i. attollebat, ut VIII. 14. 41. V. III. 12. 12. §. 32.

41. *Redeunte*, ut de eo, quem vis morbi ejecerat. Tac. Agric. V. 3. *Nunc demum redit animus*, de eo, quem *metus expulerat.* Phæd. III. 15. 13. *Ad cogitandum melior ut redeat animus*, ut de expulso per multiplices labores. V. *Scheff. Phæd. l. l.*

42. *Laxata* i. remissa. Sic *relaxare*

bi ob hoc solum[43] videbatur, quia magnitudinem mali sentiebat. Animum autem ægritudo corporis[44] 10 urgebat[45], quippe *Darium quinto die*[46] *in Ciliciam*[47] *fore* nuntiabatur. *Vinctum ergo se tradi, & tantam victoriam eripi sibi e manibus, obscuraque & ignobili morte in tabernaculo suo exstingui se* querebatur. Admissisque 11 amicis[48] pariter & medicis: *In quo me*, inquit, *articulo*[49] *rerum mearum fortuna deprehenderit*[50]*, cernitis,*

laxare animum Phæd. III. 1. 13. est remittere de curis, quibus sustinendis animus adstringitur.

43. *Ob hoc solum* i. ex hoc solo. Esse vero *animi translati in melius argumentum, si vitia sua, quæ adhuc ignorabat, viderit*, docet hisce, quæ attuli, verbis Sen. Epist. 6. & addit: *Quibusdam ægris gratulatio fit, cum sibi ipsi ægros esse senserunt.*

44. *Ægritudo corporis.* Nam corpus Alexandri animum affecerat. Hic enim nullam ante molestiam senserat, quam corpus affligeretur. Accepit animus *ægritudinem*, non dedit, quomodo apud Liv. I. 31. Hostilio Regi longinquo morbo implicito *fracti simul cum corpore sunt spiritus illi feroces.* Proprie *ægritudo* est mœror. Just. XXXIV. 2. *Ne multo post adolescens ex ægritudine collecta infirmitate decedit.* Cicero Tusc. III. *Proprie ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet, non sejunctum a dolore* Posteriore ævo & *corpori* tribuerunt. Ideo vocem *animi* adjecerunt. Just. XXXII. 3. *Brevi post tempore morbo ex ægritudine animi contracto decessit.* Noster III. 3. 2. IV. 10. 19. IX. 10. 13. & vocem *corporis* diserte adjecerunt, & morbum intellexerunt. Flor. IV. 7. 10. *Quorum alterum corporis ægritudo, illum metus & ignavia subduxissent.* V. *Vorst. de Latin. merito susp.* c. 14. & *Freinshem.*

45. *Urgebat* i. afficiebat.

46. *Quinque dies* totos in Euphrate, quem tum nondum trajiciendo consumsit Darius. A sinu vero Cilicii maris usque ad pontem Euphratis sunt quadringenta stadia i. duodecim milliaria Germanica cum semisse, seu dimidio. V. *Raderum.*

47. *In Ciliciam*, est Antiptosis, quo ponitur casus pro casu, & accusativus pro ablativo, quemadmodum Atticis pro dativo non raro usurpatur. Fit hæc Antiptosis tum cum nominibus adjectivis, ut VII. 2. 5. tum cum præpositione *in.* Cicero pro Manil. *Cum vestros portus in prædonum fuisse potestatem sciatis.* Terent. Heaut. V. 2. 33. *Ego dicam, quod mihi in mentem.* Noster III. 11. 4. IV. 2. 4. VII. 3. 17. Exempla collegerunt *Vechner. Hellen.* I. 2. 16. *Schott. Nod. Cicer.* I. 6. *Gell. N. A.* I. 7.

48. *Amicis*, Cratero, Perdicca, Ptolomæo, aliis. *Amici* appellantur præcipui Regum ministri. IV. 1. 19. V. 6. 14.

49. *Articulo* i. statu, conditione. Cic. pro Quint. *Ut eum*

suis

tis. Strepitum hostilium armorum exaudire mihi videor:
12 *& qui ultro* 51 *intuli bellum, jam provocor. Darius ergo, cum tam superbas literas* 52 *scriberet, fortunam meam in consilio habuit* 53: *sed nequicquam* 54, *si mihi arbitrio*
13 *meo* 55 *curari* 56 *licet. Lenta* 57 *remedia, & segnes medicos non expetunt tempora mea* 58. *Vel mori strenue* 59, *quam*

suis conditionibus in ipso articulo temporis adstringeret. Proprie *articulus* est pars digiti vel pedum vel manuum, Cic. N. D. I. *Nævus in articulo pueri delectat Alcæum.*

50. *Deprehenderit* i. ex improviso oppresserit incautum, & non opinantem, *overvallen, betrappen.* Plin. Epist. III. 12. *Deinde adjicit: putares non ab illis Catonem; sed illos a Catone deprehensos.* Cic. de Orat. I. *Deprehensum equidem me, inquit Antonius, plane video, atque sentio.* Nostet V. 4. 19. VII. 4. 4. IV. 5. 4.

51. *Ultro* i. non lacessitus, prior. Ter. Ad. IV. 3. 4. *Qui ita putant sibi fieri injuriam: ultro, si quam fecere ipsi, expostulant.* Nostet IV. 14. 21. VI. I. 13. V. *Cujac. Obs.* III. 2.

52. *Superbas literas* puto intelligi, quas ad satrapas suos scripserat, jubens *insanientem istum Philippi adolescentulum verberibus puerilibus graviter cæsum, indutumque post veste purpurea sibi vinctum tradere, navibusque una cum nautis submersis omnes ejus milites ad ulteriora maris rubri transportare.* V. *Freinsh.*

53. *Fortunam meam in consilio habuit* i. ea ipsa *fortuna*, quæ rerum eventum moderari poterat, me prodidit, & Dario suggessit, quid faciendum esset, cum sciret eventurum mihi hunc morbum, quo conatibus illius obviam ire prohiberer. Incertus in paneg. ad Constantinum c. 4. hoc vocat *in consilio divinum numen habere.* V. *Freinsh. Indicem.*

54. *Nequicquam* i. frustra. Festus: *Nequiquam* (scribit sine c, quod olim non geminabant consonantes) *significare idem, quod frustra, pluribus Auctorum exemplis manifestum est.* Nostet VI. II. 15. X. 6. 14.

55. *Arbitrio.* V. VI. I. 19.

56. *Curari* medicorum est. Plaut. Men. V. 4. 7. *Magna cum cura ego illum curari volo.* Liv. II. 14. *Curatis vulneribus profecti domos.* Nostet V. 9. 3. VIII. 14. 4. 5.

57. *Lenta* i. tarda. Cic. Catil. II. *Non milites tam acres, quam insiciatores lentos.* Sic *Paris lentus* Propert. II. 2. 25. dicitur, qui tardus fuit in Helena Menelao reddenda. Nostet V. 13. 20. Proprie *lentum* est flexibile, & quod potest duci & trahi, ita ut non frangatur. Sic *lenta viburna* Virg. Ecl. I. 26. *lentum vimen* Nostro VI. 5. 16. De hoc adjectivo digladiantur *Turneb.* XVII. 24. *Muret.* III. 18. *Titius Loc. Contr.* I. 20. *Villiom. in Titium.* I. 21. *Sciop. Verisim.* III. 14.

58. Mea tempora, *het is geen tijd daer na.*

59. *Strenue* i. cito, subito. Cic. Fam. XIV. 5. *Strenue accepi tuas literas.* Nostet III. 8. 23. IV. I. 24.

Belli

quam tarde convalescere mihi melius est. Proinde si quid opis, si quid artis in medicis est, sciant, me non tam mortis, quam belli remedium 60 *quærere.* Ingentem 14
omnibus incusserat curam 61 tam præceps 62 temeritas. Ergo pro se quisque 63 precari cœpere; *ne festinatione periculum augeret, sed esset in potestate medentium* 64. *Inexperta remedia haud injuria* 65 *ipsis esse suspecta, quum ad perniciem ejus* 66 *etiam a latere ipsius* 67 15
pecunia solicitaret hostis. Quippe Darius *mille talenta* 68 16
interfectori 69 *Alexandri daturum* se pronunciari 70 jussserat. Itaque ne ausurum quidem quemquam arbitrabantur experiri 71 remedium, quod propter novitatem posset esse suspectum.

CAP.

60. *Belli remedium*, i. non pacem, aut pacis conditiones; sed ut quam primum convalescam, quo possim cum Dario decernere. V. *Raderum.*

61. *Incusserat curam* i. fecerat. Flor. III. 10. 14. *Tantum pavoris incussit Romana vis.* i fecit, ut adeo paverent, terrerentur. Nost. IV. 15. 5. VI. II. 27. III. 6. 5.

62. *Præceps* i. festinans. Tacit. Hist. II. 6. I. *Præcipitibus, ut absolet, nunciis.* Nostet III. 6. 2. V. 4. 12. VII. 7. 20. Proprie *præceps* est, quod ruit in caput.

63. *Pro se quisque* i. quantum quisque poterat. Terent. Heaut. I. I. 74. *Pro se quisque sedulo faciebat.* Nostet III. 6. 17. VI. 2. 20. VII. 6. 8.

64. *Esset in potestate medentium* i. permitteret se medicis. *Medentes* pro medicis, etiam Lucret. I. 934. IV. II. Ovid. Metam. XV. 629. ut *venantes* pro venatoribus Virg. XII. 4. Phæd. I. 13. 7. *natantes* pro piscibus Lucret. II. 343. Virg. Georg. III. 541. Veteres enim, maxime Græci, participiis nominum loco utebantur. V. *Barth.* XX. 19. *Vechn. Hellen.* I. 2. 9.

65. *Haud injuria* i. non abs re. III. 8. 20. VII. 6. 21.

66. *Ad perniciem ejus* i. ad illum interficiendum. Nep. Datam. V. 4. *Ut impellantur ad eorum perniciem.* Nostet V. 9. 6.

67. *A latere ipsius* i. familiares, domestici, satellites, regum plurimum latera tegentes. Liv. XXIV. 5. *In insontes ab latere tyranni.* V. *Gronov. in Liv. l. l.*

68. *Mille talenta* i. sexcenta millia Philippeorum. V. *Raderum.*

69. *Interfectori.* Hoc crimen Dario literis ad illum missis objicit. IV. I. 12.

70. *Pronunciari* i. palam promitti. Suet. Jul. c. 19. *De suo nummos communi nomine pronunciaret.*

71. *Experiri* V. VII. 2. 36.

CAP. VI.

ARGUMENTUM.

Alexandrum priſtinæ valetudini reſtituit Philippus Medicus, cui gratias agit exercitus.

1 ERat inter nobiles[1] medicos e Macedonia Regem ſequutus Philippus, natione[2] Acarnan, fidus admodum Regi: puero comes[3] & cuſtos ſalutis[4] datus, non ut regem modo, ſed etiam ut alu-
2 mnum[5] eximia charitate diligebat. Is *non præceps ſe, ſed ſtrenuum*[6] *remedium afferre, tantamque vim morbi potione medicata levaturum eſſe* promiſit. Nulli promiſſum ejus placebat, præter ipſum, cujus periculo

Nobiles. Sic Phædr. I. 15. 12. *Verum ſtupore vulgi factum nobilem.* Ubi Schefferus: *Refertur ad claritatem famæ.* Nam *præcedit* v. 4. adquiſivit ſibi famam.

2. *Natione* i. gente, genere. Cic. de provinc. *Cæſar, cum acerrimis nationibus Germanorum & Helvetiorum, prælis feliciſſimis decertavit.*

3. *Comites* pueris regiis & nobilioribus, qui illorum vitam ordinarent, addi ſolebant. Talem Caji juventæ voluerat Auguſtus eſſe M. Lollium. Suet. Tib. c. 12. *Ex criminationibus M. Lollii comitis, & rectoris ejus.* quem Paterc. II. 102. I. Caji *moderatorem* vocat. V. *Lacerd. Aen.* IX. 173. XI. 33.

4. *Cuſtos ſalutis* i. qui ſanitatis ejus curam ageret, & *valetudines* ejus *regeret*, ut loquitur *Tacit. Ann* VI. 50. 3. Unde & Alexander illi *in re medica potiſſimum fidebat.* Arrian. II. 89.

5. *Alumnum* i. a puero educatum. Plaut. Moſt. I. 4. 12. *Ocellus meus, tuus ſum alumnus.* Noſter IX. 2. 28. alumnum *veſtrum ne deſeratis*, i. me apud vos natum, altumque, quemque ipſi prope *aluiſſe* videmini, ne deſtituatis. De *alumni* ſignificatione tantum paſſiva, & activa ſimul paſſivaque inter ſe decertant *Vail. Eleg.* VI. 1. *Scal. Catal. Virg. p.* 79. *Barth.* XXIII. 9. *Taubm. in Cul. n.* 307. *Cruq. in Horat. Od.* III. 18. 4. *Caſtal. V. L. c.* 53.

6. *Strenuum* i. forte, efficaciſſimum, præſentaneum, & cujus vim morbi vis non poſſet impedire. Ita *mors ſtrenua*, in quam non eſt remedium. IX. 8. 20. & *homo ſtrenuus*, fortis, expeditus, promtus ad rem gerendam. V. 13. 12. VII. 2. 26. IV. 9. 2. Hinc Dea *Strenua, quæ faceret ſtrenuum.* Auguſt. de Civ. Dei IV. 16.

Polli-

culo pollicebatur[7]. Omnia quippe facilius, quam 3
moram[8] perpeti poterat: arma[9] & acies in oculis erant; & victoriam in eo poſitam arbitrabatur, ſi tantum ante ſigna ſtare potuiſſet[10]: id ipſum, *quod poſt diem tertium medicamentum ſumturus eſſet*, (ita enim medicus prædixerat) ægre ferens. Inter hæc a Par- 4
menione[11], fidiſſimo purpuratorum, literas accipit[12], quibus ei denuntiabat, *ne ſalutem*[13] *ſuam Philippo committeret*[14]: *mille talentis a Dario, & ſpe nuptiarum ſororis*[15] *ejus eſſe corruptum*[16]. Ingentem animo 5
ſolicitudinem literæ incuſſerant; & quicquid in utramque partem aut metus, aut ſpes ſubjecerat[17], ſecreta æſtimatione penſabat[18]. *Bibere perſeverem*[19]? *ut*

7. *Pollicebatur* i. promittebatur, paſſive. Priſcian. VIII. 2. *Metellus Numidicus in oratione, qua apud populum C. Manlio tribuno plebis reſpondit: Nam ut aliis plerumque obvenienti magiſtratu ob metum ſtatuæ pollicean-tur: paſſive* ἐπαγγέλλωνται.

8. *Moram.* V. v. 5. 3.

9. *Arma* i. bellum, ut IV. 1. 38. VI. 2. 1.

10. *Ante ſigna ſtare*, ut more ſuo in prima acie & antefignanus eſſet, ſuisque ſua præſentia animum adderet. Ita Camillus *dato ſigno ex equo deſilit, & proximum ſigniferum manu arreptum ſecum in hoſtem rapit; infer miles, clamitans, ſignum. Quod ubi videre ipſum Camillum, jam ad munera corporis, ſenecta invalidum, vadentem in hoſtes, procurrunt pariter omnes, clamore ſublato: ſequere Imperatorem, pro ſe quiſque clamantes. Nec vis tantum militum movebat excitata præſentia ducis, ſed quod Volſcorum animis nihil terribilius erat, quam ipſius Camilli forte oblata ſpecies.* Liv. VI. 8.

11. *A Parmenione* miſſas has literas tradunt & *Arrian.* II. 90. *Plutarch. Alex. f. m.* 247. *Juſtin.* XI. 8. 5. *Val. Max.* III. 8. 6. Sed ab Olympiade matre *Senec. de Ira* II. 23. Ubi V. *Lipſium.*

12. *Accipit* pridie a Cappadocia miſſas. *Juſt.* XI. 8. 5.

13. *Salutem* i. vitam, valetudinem, ut III. 6. 11. VI. 8. 7.

14. *Committeret* i. crederet. Cic. Fam. III. 10. *Quid mihi ille non commiſit?* Noſter VI. 7. 4.

15. *Sororis.* Plutarch. Alex. f. m. 247. filiæ. Sed proditori *ſoror* ſufficere poterat.

16. *Corruptum*, beſtoocken, bekuypt. Saluſt. in Cicer. *Populus Romanus ita largitionibus corruptus, ut ſeſe, & fortunas ſuas venales habeat.* Noſter VI. 10, 22.

17. *Subjecerat* n. animo. *Subjicere* eſt loco alterius quid ponere. Nep. Lyſ. IV. 2. *Librum pari magnitudine ſubjecit.* Noſter VI. 6. 27.

18. *Secreta æſtimatione penſabat* i. ſolus diligenter æſtimabat,

ut, si venenum datum fuerit, ne immerito 20 *quidem, quicquid acciderit, evenisse videatur? Damnem medici fidem* 21*? in tabernaculo ergo me opprimi patiar? At satius*
7 *est alieno me mori scelere, quam metu meo.* Diu animo in diversa versato 22, nulli quod scriptum esset, enunciat: epistolamque sigillo 23 annuli sui impressam,
8 pulvino, cui incubabat 24, subjecit 25. Inter has cogitationes biduo absumto 26, inluxit 27 a medico destinatus 28 dies. Et ille cum poculo, in quo me-
9 dicamentum diluerat 29, intravit. Quo viso Alexander levato corpore in cubitum 30, epistolam a Parmenione missam sinistra manu tenens, accipit poculum,

& perpendebat. Tacit. Ann. III. 52. 4. *Tiberius sæpe apud se pensitato.* Noster VII. 8. 2.

19. *Perseverem bibere*? i. bibamne, ut ante literas acceptas decreveram? Nondum enim cœperat bibere: nec *perseverare* est pergere in cœpto, vel cœpta absolvere, sed in sententia permanere, non mutare animum. V. *Raderum.*

20. *Immerito*, quia monenti obsecutus non fuero.

21. *Damnem medici fidem*? niet vertrouwen. Noster V. 12. 4. VI. 4. 9.

22. *Animo in diversa versato*, gins en weer bedacht. Terent. And. I. 1. 25.

Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diverse trahunt.
Virg. Aen. IV. 2. 85.

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia versat.

Noster II. 5. VI. 6. 27.

23. *Sigillo* i. signo, quo literæ clauduntur. Cic. Acad. IV. *Si in ejusmodi cera centum sigilla hoc annulo impressero.* Horat. Epist. I. 20. 3.

Odisti claves, & grata sigilla pudico.

Noster III. 7. 14. De *sigilli* significationibus V. *Longum de annul.* c. 1.

24. *Incubabat.* V. VII. 5. 18.

25. *Subjecit* i. suppositum. Nep. Pelop. III. 2. *Sicut erat signata, sub pulvinum subjiciens.*

26. *Absumto* i. impenso, collocato, ut IV. 7. 15.

27. *Inluxit.* Sic Liv. XXXVIII. 52. *Hic speciosus ultimus dies P. Scipioni inluxit.*

28. *Destinatus* i. statutus. Flor. II. 18 12. *Ut destinata morte in prælium ruerent.*

29. *Diluerat* i. temperaverat, ut Val Max. III. 8. 7. *Atque eam Philippus medicus suis manibus temperatam porrexisset.* Noster *n.* 13. Proprie *diluere* est madefacere. Inde *diluta labella abstergere* Cat. CXVII. 4. Noster VIII. 10. 25.

30. *In cubitum* erigebantur ex somno quodam turbulento repente excitati. Petron. c. 92. *Erectus quidem in cubitum hac fere*

lum, & haurit 31 interritus; Tum *epistolam* 32 Philippum legere jubet; nec a vultu legentis movit oculos, ratus aliquas conscientiæ notas 33 in ipso ore posse deprehendere. Ille, epistola perlecta plus in- 10
dignationis 34, quam pavoris, ostendit: projectisque amiculo, & literis ante lectum; *Rex*, inquit, *semper quidem spiritus meus ex te pependit* 35, *sed nunc vere* 36, *arbitror, sacro ac venerabili ore trahitur* 37. *Crimen* 38 11
par-

ve oratione contumacem vexavi. Ovid. Metam. XI. 621.

Excussit tandem sibi se, cubitoque levatus,

& morbo impliciti aliquid dicturi. Nep. Attic. XXI. 5. *Hos ut venisse vidit, in cubitum nixus: quantam, inquit,* &c.

31. *Haurit* i. bibit. Cic. de clar. Orat. *Si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet* Noster IV. 16. 13.

32. *Epistolam* hausto medicamento Philippo legendam porrexisse videtur dicere. Certe dicit Valer. Max. III. 8. 6. *Quas cum legisset, sine ulla cunctatione medicamentum hausit, ac tunc legendas Philippo tradidit.* Arrianus tamen II. 90. & Plutarch. Alex. f. m. 247. *uno tempore Alexandrum potionem hausisse, & Philippum Parmenionis literas legisse* tradunt.

33. *Conscientiæ notas*, &c. Cic. Orat. III. *Imago animi vultus est, indices oculi.* Sen. Contr. II. 13. *Magna consilia non bene tegit vultus.* Ovid. Metam. II. 447.

Heu quam difficile est crimen non prodere vultu.

34. *Indignari* i. indigne ferre. Nep. Dion. IV. 2. *Id factum cum multi indignarentur.* Eum. I. 3. *Macedones indigne ferebant.* Noster IV. 1. 24. Insontes vero indignantur. Plaut. Amph. II. 2. 251.

Quæ non deliquit, decet
Audacem esse, & confidenter pro se, & proterve loqui.

35. *Ex te pependit* i. vita mea in tua salute est posita, mea salus & incolumitas semper tuæ fuit annexa. Vitam tibi debeo. Petron. c. 87. *Ex cujus osculo pendes* i. cujus osculum tibi vitam præstat. *Pendere* ex illo dicimur, cui multum debemus. Quintil. Declam. 301. *Habes uxorem non ambitiosam, non exactam comitatus, sed quæ tota ex tuo vultu pendeat. Spiritus* vero pro vita, quia quando *spiratio* desinit, homo desinit vivere. Noster VI. 10. 33. V. 8. 12. licet illi minus quid sit, quam vita. VI. 9. 2.

36. *Vere* i. proprie, unice.

37. *Ore trahitur*, i. os, quo tu spiritum *trahis*, & mihi vitam prorogat. Illo clauso tam mihi, quam tibi erit moriendum. Senec. Epist. 104. *Nam cum sciam spiritum illius in meo verti: incipio, ut illi consulam, mihi consulere. Trahere* difficultatem, & ultimos quasi conatus vivendi exprimit. Colum. VII. 9. *Cum quodam impedimento tractus spiritus.* Phæd. I. 22. 4. *spiritum*

parricidii 39, *quod mihi objectum est, tua salus diluet* 40. *Servatus a me vitam mihi dederis* 41. *Oro, quæsoque* 42 *amissoque metu, patere medicamentum concipi venis* 43. *Laxa paulisper animum, quem intempestiva solicitudine amici sane fideles, sed molestè seduli* 44 *turbant.* Non se-
curum modo hæc vox, sed etiam lætum Regem, ac
12 plenum bonæ spei fecit. Itaque, *si Dii*, inquit, *Philippe, tibi permisissent, quo maxime modo animum velles experiri meum; alio profecto voluisses: sed certiorem, quam expertus es, ne optasses quidem* 45. *Hac epistola*

extremum trahens. V. *Freinsh.* & *Schesser. Phæd. l. l.*

38. *Crimen* i. delictum. Proprie est id, quod per contentionem alicui objicitur. Hinc contentiones, & jurgia, ex quibus bellum oriretur, *belli crimina* vocat Virg. Aen. VII. 339.

Disjice compositam pacem, sere crimina belli.

Et *criminari* est accusare. Suet. Tib. c. 10. *Quam neque criminari, aut dimittere auderet.* Noster VIII. 6. 24. *Criminatio*, accusatio. Justin. XII. 14. 3. *Variis se criminationibus vexatum.* Noster n. 14 IX. 7. 24.

39. *Parricidii* i. tuæ cædis. Regem enim qui interficit, *parricida est*. Ratio: subjectis loco parentis esse debet. Flor. IV. 7. 1. *Libertatem illo ipso parricidio* (i. Julii Cæsaris cæde) *perdidere.* Val. Max. I. 8. 8. *Cassius nunquam sine præfatione publici parricidii nominandus.* Suet. Jul. c 88. *Curiam, in qua occisus est obstrui placuit: Idusque Martias parricidium nominari.* Noster V. 8. 3: 12. 9. VI. 7. 7.

40. *Diluet* i. refutabit, refellet Plaut. Rud. IV. 4. 64. *Mihi, quod rogavi, dilue.* Cic. Verr. IV. *Dilue hoc crimen Calidianum.* Noster VII. 1. 31.

41. *Servatus vitam mihi dederis* i. ipso facto, quo te servavero, ego servatum me ducam, cum judicem me occisum te occiso, licet a nemine occidar.

42. *Oro, quæsoque.* Ita Plaut. Curc. III. 62. *Tecum oro, & quæso, ut* &c. Rud. III. 2. 15. *Teque oro, & quæso, si* &c. *Oro* Nonio IV. 342. *est humiliter, & cum veneratione peto.* Sed *quæso* Festo est *rogo.*

43. *Patere omisso metu cõcipi venis* i. in venas penetrare. Curæ vero calorem a stomacho in caput avocant, ut pharmacum digerere non possit, & in venas spargere. Cic. Fam. XVI. 14. *Audio te animo angi, & medicum dicere, ex eo te laborare.* Noster n. 16. V. *Freinshemium*, & *Fab. Epist. Crit.* 52.

44. *Molestè seduli* i. nimium diligentes. *Sedulitas* diligentia est nimia, & officium nimis accuratum, ita, ut noceat interdum. Ita *sedulitatem* mali pœtæ, qui multum & diligenter, sed adverso Apolline canit, dicit *Cicero pro Archia.*

45. *Ne optasses quidem.* Proverbium: *Quantum a Diis optat.* Cicero pro Flacco: *Tantum nunquam est ausus, ut haberet, optare.* Claudian. Eutrop. I. 175.

Qui nihil optasset plus libertate mereri.

Augustin. de Civ. Dei V. 25. *Tantis terrenis implevit muneribus, quanta optare nullus auderet.* Noster V. 5. 18. V. *Gruter. Suspic.* VI. 14.

46. *Dextram*, favoris & benevolentiæ tesseram. Cic. pro Dejot. *Per dextram te istam oro, quam regi Dejotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inquam, dextram, non tam in bellis, neque in præliis, quam in promissis, & fide firmiorem.*

47. *Criminationem adjuverint*, quia exanimato Alexandro amici ejus suspicati fuerint, vera scripsisse Parmenionem.

48. *Intercluſus*, belemmert. Liv. de Orat. III. *Clausulas, & interpuncta verborum animæ intercluſio, & angustiæ spiritus attulerunt.* Noster VII. 5. 15.

49. *Arcte meabat*, ut solet illorum, qui animam agunt.

50. *Fomenta* i. odores, liquoresque pretiosos, quibus deficientium tempora, nares, frontes perfunduntur, perfricantur, inunguntur. V. *Raderum.*

51. *Torpentem* i. languescentem, languidum. Cat. LXXVI. 11.

Seu mihi suprepens imos, ut torpor, in artus.

Inde *torpedo* piscis, *torpore* & stupore officiens alios pisces, imo homines frigiditate sua. Hinc *lingua torpet.* Cat. LI. 3. & *obtorpuisse metu* X. 3. 1 est. *Stil worden.*

52. *Odore*, quia id, quod in cibo, & vino præstantissimum, & subtilissimum est, exspirat & exhalat. Unde est, quod coquos dicimus *odore* pasci. Et, quod Megasthenes apud Plin. VII. 2. *ad extremos fines Indiæ circa fontem Cangis* ponit, *Astomorum gentem sine ore, halitu tantum viventem, & odore, quem naribus trahant. Quibus nullum cibum, nullumque potum* tribuit: *tantum radicum, florumque varios odores, sylvestrium malorum, quæ secum portent longiore itinere, ne desit olfactus.*

53. *Matris* Olympiadis, cui parvulæ antea fuit nomen Myrtalis. *Justin.* IX. 7. 13. in quam tanto ferebatur amore, ut im-

stola accepta, tamen, quod dilueras, bibi: & nunc credo te non minus pro tua fide, quam pro mea salute esse solicitum. Hæc elocutus dextram 46 Philippo offert. Cæ- 13
terum tanta vis medicamenti fuit, ut criminationem Parmenionis adjuverint 47. Intercluſus deinde spiri- 14
tus 48 arcte meabat 49. Nec Philippus quidquam inexpertum omisit. Ille fomenta 50 corpori admovit; ille torpentem 51 nunc cibi, nunc vini odore 52 excitavit. Atque, ut primum mentis 15
compotem esse sensit; modo *matris* 53 *sororumque* 54, modo

modo *tantæ victoriæ adpropinquantis* admonere non de-
16 stitit. Ut vero medicamentum se diffudit in venas, & sensim [55] toto corpore salubritas percipi [56] potuit; primo animus vigorem [57] suum, deinde corpus quoque exspectatione maturius recuperavit [58]: quippe post tertium diem, quam in hoc statu [59] fuerat, in
17 conspectum militum venit. Nec avidius ipsum Regem, quam Philippum intuebatur exercitus: pro se quisque [60] dextram ejus amplexi grates [61] habebant, veluti præsenti Deo [62]. Namque haud facile

mortalitati consecrare decreverit. infr. x. 5. 30.

54. *Sororum*, quas habuit ex Olympiade matre *Cleopatram*, ex noverca Audata *Cynam*, ex noverca Nicasipolide Pheræa *Thessalonicam*.

55. *Sensim* i. paullatim. Cic. Offic. II. *Sensim hæc consuetudo, & disciplina minui cœpit.* De eo Priscian. XV. 1. *Sensim, pro paullatim, quia ea maxime faciunt sensum, quæ moraniur.* Noster IV. 15. 4.

56. *Percipi* i. penitus capi. *Percipere* est totum pervadere. Plaut. Men. v. 5. 22. *Prius quam percipit insania.*

57. *Vigorem* i. robur. *Vigere* est virere, florere, vividum esse. Et *vigescere* notat ardorem ad agendum. Liv. VI. 22. *Vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris sensibus.* Cat. XLVI. 8.

Jam læti studio pedes vigescunt.

58. *Recuperavit* i. recepit. *Recuperari* dicuntur amissa, cum ad eum, qui amisit, salva redeunt. Plaut. Capt. Prol. v. 4. *Tantum studens, ut natum recuperet.* Noster IV. 1. 32. & 36.

59. *Statu* i. conditione fortunæ. Cic. Attic IV. 11. *Quo in statu sim, vides.* Noster IV. 5. 7. v. 1. 5: 11. 5.

60. *Pro se quisque* i. quantum quisque potest, summo studio, omni conatu. Liv. XXIII. 3. *pro se quisque clamare.* Noster IV. 7. 14. VII. 6. 18. VI. 2. 20.

61. *Grates* est Poetarum, qui necessitate versus *ago gratias* dicere non possunt. Non nunquam etiam oratorum. Cicero de Somn. Scip. *Aliquanto post suspexit ad cœlum, &: Grates tibi, inquit, ago, summe Sol, vobisque, reliqui cœlites.* Noster IX. 6. 17. *Habere gratias* est in animo, cum memorem accepti beneficii mentem, animumque habeo, & invicem gratificandi voluntatem. V. *Vallam Eleg.* V. 41.

62. *Deorum* numero veteres accensuerunt medicinæ repertores, & divinis honoribus mactarunt, quod crederent tam excellentem doctrinam non potuisse humanis ingeniis excogitari, proinde a Luciano appellatur *Deorum doctrina.* V. *Rademm.*

63. Venerationem, *eerbiedigheyd.* *Omnibus* enim *gentibus*, ait Cicero pro Manil. *Regale*

le dictu est, præter ingenitam illi genti erga reges suos venerationem [63], quantum hujus utique Regis admirationi dediti fuerint, vel charitate flagraverint [64]. Jam primum nihil, nisi divina ope, adgredi 18
videbatur. Nam, quum præsto esset [65], ubique fortuna [66], temeritas in gloriam cesserat. Ætas quoque 19
vix tantis matura [67] rebus, sed abunde sufficiens [68], omnia etiam ejus opera honestabat. Et quæ leviora haberi solent, plerumque in re militari gratiora vulgo sunt: exercitatio corporis inter ipsos; cultus, habitusque paullulum a privato [69] abhorrens; militaris

gale nomen magnum, & sanctum videtur. In specie tamen ad Orientem positis. Tacit. Hist. IV. 17. 7. *Servirent Syria, Asiaque, & suetus regibus Oriens.* Et in illis, Persis. Ambros. Hex. V. 21. *Quod Persarum populi hodie servare dicuntur: ut pro commissi pretio ipsi in se propriæ mortis exsequantur sententiam. Itaque nulli, sicut Reges Persarum tam gravissimas in subjectos habent leges.* Noster V. 10. 2. V. *Freinshemium & Brisson. de regn. Pers.* I. 24.

64. *Flagraverint charitate* i. valde charum habuerint, ut VI. 7. 2. *Flagrare* proprie est ardere. Cic. N. D. II. *Qua nocte natus est Alexander, eadem Dianæ Ephesiæ templum deflagravit.* Noster VI. 6. 16. VII. 5. 3. Inde metaphoræ.

65. *Præsto esset* i. adesset. *Præsto* non est nomen dativi casus, sed adverbium loci, a verbo *præstare*, & idem fere est, quod prope, vel ad, vel coram, vel in promtu. Jungitur verbo *sum*, modo sine dativo, modo cum dativo, modo cum præpositione *ad*, & ejus casu simul. V. *Goclen. Probl. Gramm.* I. 44.

66. *Fortuna* i. felicitas, quæ illi *indulgendo nunquam est fatigata.* VIII. 3. 1. ut pote *quam solus mortalium in potestate habuit.* X. 5. 35.

67. *Matura* i. apta, idonea Cat. LXII. 57.

Quum par connubium maturo tempore adepta est.

Noster VIII. 6. 1. X. 1. 30. Proprie *in frugibus & pomis matura dicuntur, quæ neque cruda, & immitia sunt, neque caduca & decocta, sed tempore suo adulta.* V. *Gell. N. A.* X. 11. Noster VI. 3. 7. Inde *mature*, cito. Cic. Verr. V. *Quo maturius ad Apronium veniamus.* Noster II. 16. III. 13. 3. V. 1. 11. VII. 4. 37. V. *Salmas. Exercit. Plin. f.* 1118. *Voss. Lex.*

68. *Sufficiens* i. par, pares vires habens. Perron. c. 25. *Citona sufficere huic pestilentiæ.* Noster III. 13. 11.

69. *Privatus* est, qui nullo fungitur magistratu. Flor. IV. 4. 4. *Octavius Cæsar privatus (quis crederet?) consulem aggreditur.*

taris vigor: Queis ille vel ingenii dotibus, vel animi artibus [70], ut pariter charus, ac venerandus esset, effecerat.

Unde opponitur magistratui, sive illi, qui est cum potestate. Cicer. de Invent. 1. *In fortuna quæritur, privatus, an cum potestate sit.* Cæs. B. G. VI. 13. 6. *Si quis aut privatus, aut publicus eorum decreto non steterit.*

70. *Animi artibus.* Sueton. Tit. c. 1. *Tantum illi ad promerendam omnium voluntatem vel ingenii, vel artis, vel fortunæ superfuit.*

CAP. VII.

ARGUMENTUM.

Iu Ciliciam transit Darius, quem nonnullis Cariæ, & Ciliciæ oppidis receptis opperiri statuit Alexander. Interea imprudentia peccans occiditur Sisenes Persa.

1 AT Darius, nuncio de adversa valetudine ejus accepto, celeritate, quantam capere poterat tam grave agmen, ad Euphratem contendit [1]: junctoque eo pontibus [2], quinque tamen diebus trajecit exercitum, Ciliciam [3] occupare [4] festinans.

2 Jamque Alexander viribus corporis receptis, ad urbem

Contendit i. se contulit, profectus est. Nep. Eum. VIII. 6. *Sin per loca sola contenderet, sperabat* &c. Nostri IV. 1. 3: 16. 8.

2. *Junctoeo pontibus*, ut V. 1. 29: 9. 9. IV. 9. 12. *Facere pontem* Nep. Milt. III. 1. *Pontibus sternere* II. 10. 24. Them. V. 1. *Pontem imponere* Tacit. Ann. XV. 15. 1. *Een brugge slaen.* Euphratem *pontibus junxisse* videtur Darius ad Thapsacum urbem ad Euphratem sitam. Arrian. II. 116. *Darius ad Thapsacum urbem & Euphratem cum equitatu contendit, ut, quam citissime posset, Euphratem inter se atque Alexandrum medium relinqueret.* & III. 168. *Alexander Thapsacum pervenit: ubi duobus pontibus junctum vadum reperit.*

3. *Ciliciam*, ut Alexandrum aditu Syriæ prohiberet, angustiis Ciliciæ, veluti cavea, inclusum, & captum.

4. *Occupare*, eerst besetten. *Occupare* est priorem aliquid facere

bem Solos [5] pervenerat: cujus potitus, ducentis talentis [6] nomine mulctæ [7] exactis, arci præsidium militum imposuit. Vota [8] deinde pro salute [9] susce- 3
pta [10] per ludum [11] atque otium [12] reddens [13], ostendit, quanta fiducia Barbaros sperneret [14]. Aesculapio

cere. Gell. VII. 3. *Aut occidere, si occupaverit; aut occumbere, si cessaverit.* Plin. Paneg. *Occupavit, primumque fecit, quod omnes facturi erant.* Nostri sæpius.

5. *Solos* Solon a Cræso in Ciliciam profectus condidit, atque ex suo nomine *Solos* appellavit. *Laert. in Solon p. m.* 30. Pompejus Magnus in hanc hominibus exhaustam reliquos piratas transtulit, & mutato nomine *Pompejopolin* appellavit. V. *Strab.* XIV. 389. *Mel.* I. 13. *Vitruv.* VIII. 3. *Solin.* c. 38. & ad illum *Salm. Exerc. Plin. f.* 777.

6. *Ducentis talentis* i. centum viginti millibus Philippeorum. V. *Raderum.*

7. *Mulctæ*, quod propensiore erga Persas animo fuissent. V. *Arrian.* II. 91.

8. *Votum* est alicujus faciendi, vel non faciendi versus Deum deliberata & justa promissio. V. *Alciat. de V. S. f. m.* 250.

9. *Pro salute* principum & regum ægrorum vota suscipere solebant veteres. Sic *pro salute Pompeji, cum in Campania gravissima tentaretur valetudine, universa Italia vota suscepit.* Paterc. II. 48. 3. Exempla collegerunt *Brisson. Form.* II. 100. & ad hunc locum *Freinsh.*

10. *Suscipi* vota, quæ fiebant, dicebantur. Plaut. Amphit. I. 1. 75.

Vota suscipere, hortari exercitum.

Cic. Varin. *Cum inaudita, ac nefaria vota susceperis.* Dicebantur vero *suscipi*, ut onera quædam, unde & dicebantur *poni*. Prop. II. 15. 9.

--- *Me sacra Dianæ*
Suscipere, & Veneri ponere vota juvat.

V. & *Passerat. in Prop.* II. 7. 32.

11. *Per ludum*, in kortswijl. Plaut. Trut. I. 2. 11. *Qui custodem objectant per joculum & ludum.* Nostri VIII. 6. 17. qui & *ludum & jocum* conjungit VI. 8. 12.

12. *Otium* i. dum otiosus esset, ut IV. 10. 14.

13. *Reddi* dicebantur vota. Horat. Od. II. 17. 30.

Reddere victimas
Aedemque votivam memento.

& *persolvi.* Val. Max. I. 1. *Matri Deum sæpenumero Imperatores nostri compotes victoriarum suscepta vota persolverunt.* Nostri VI. 11. 7. Ratio: Voto, qui sui juris erant, obligabantur, eaque de causa debitores efficiebantur, ac proinde vota, ut *debita, reddi,* & *solvi* censebantur. V. *Brisson de Form.* II. 103.

14. *Quanta fiducia sperneret.* Sic Cleomenes *populabundus fines Megalopolitanos ingressus, tum ingentem prædam congessit, tum magnam vastitatem edidit agri. Denique captis artificibus, qui ludicram artem faciebant, & veniebant ex Messene, excitavit*

in

4 pio [15] & Minervæ [16] ludos [17] celebravit [18]. Spectanti nuncius lætus adfertur [19] ex Halicarnasso [20]; *Persas acie a suis esse superatos: Myndios* [21] *quoque & Caunios* [22], *& pleraque tractus* [23] *ejus suæ facta ditionis.* Igitur

in hostico theatrum, exhibitisque quadraginta minarum sumtu ludiis, sedit illic ad eos spectandos unum diem: non quo duceretur eo spectaculo, sed ut hostibus quasi insultaret, & quam longe illis esset superior, cumulate illorum demonstraret despicientia. Plutarch. Cleom. c. 15. V. *Freinshemium.*

15. *Aesculapio*, quia vota susceperat pro salute recuperanda, cum Tarsi æger jaceret. *Aesculapius* vero propter singulare curandi artificium ab ipso prope inventum, aut certe excultum in censum Deorum venit. V. *Raderum.* Huic sacrificasse apud Solos dicit *Arrian.* II. 92.

16. *Minervæ*, ut Deæ sapientiæ, & Græcis singulari cultu Sacrosanctæ, utpote quæ illis semper favisse contra Trojanos canatur ab Homero, & Ovidio. Unde & illi ad Ilium sacrificavit apud *Arrian.* I. *p. m.* 32. eique arma sua suspendit: & pollicitus est templum se illustrissimum conditurum. *Strab.* XIII. Noster III. 12. 27. Illam propitiat IV. 13. 15. & victimis cæsis honorat VIII. 2. 32. V. *Raderum* & *Freinshemium.* Huic vero sacra fecisse ad urbem Magarsum tradit *Arrian.* II. 92.

17. *Ludos* Gymnicos & Musicos. *Arrian.* II. 92. *Ipse pariter ac totus exercitus pompam fecibus circumgestatis peregit, ludis etiam gymnicis ac musicis edtis.*

18. *Celebrare* ludos, est illos celebres, & ornatos reddere sua præsentia. Catul. LXIV. 2. *tædas celebrare jugales.* Noster VIII. 4. 23. V. V. I. 4.

19. *Nuncius adfertur* i. nunciatur. *Nuntius*, an nuncium rem nunciantem significet, disputant *Goelen. Probl. Gramm.* II. 16. *Parthen. in Catul.* LXIII. 76. *Lamb. in Horat. Od.* I. 10. 6. *Voss. de vit. serm.* I. 14.

20. *Halicarnassus* maxima olim urbium in Caria fuit: in illa regum sedes, arcibus elegantissime conditis exornata. Hanc occupatam solo adæquavit, sed oppidanorum alii in arcem ejus insulæ, alii in Salmacidem arcem, ita vocatam, sese receperunt. Quam cum teneret Orontobates Persa, hunc Ptolomæus & Asander superarunt, illumque superatum *Halicarnasso* i. *Halicarnassi arcibus* ludos spectanti nunciatur V. *Diod.* XVII. 23 -- 27. *Arrian.* I. 59. -- 66. 92.

21. *Myndus* trans Halicarnasson fuit. Hanc, sed frustra, proditione recepturus venerat ipse, verum a Ptolomæo & Asandro expugnata est. V. *Mel.* I. 16. *Arrian.* I. 60. II. 92.

22. *Caunus* oppidum secundum Calbin amnem fuit Cariæ, quam & Ptolomæus & Asander expugnarunt. V. *Mel.* I. 16. *Strab.* XIV. 355. *Arrian.* II. 92.

23. *Tractus* i. regionis, plagæ Justin. XX. 1. 14. *Quid tractus omnis Campaniæ?*

24. *Edi-*

tur edito [24] spectaculo ludicro [25], castrisque motis, & Pyramo amne ponte juncto, ad urbem Mallon [26] pervenit: inde alteris castris [27] ad oppidum Castabalum [28]. Ibi Parmenio Regi occurrit [29], quem 6 præmiserat ad explorandum [30] iter saltus [31], per quem ad urbem *Issum* [32] nomine penetrandum erat [33]. Atque

24. *Edito* i. exhibito. Patere. II. 93. 2. *Magnificentissimo munere ædilitatis edito decessit.* Proprium verbum spectaculis est *edere.* Hinc *editores*, & res ipsa *editiones.* V. *Lipsi. Saturn.* I. 7.

25. *Spectaculo ludicro.* Ita *ludicrum* sumitur absolute IV. 5. 11.

26. *Mallos* Ciliciæ oppidum, quod præterfluit Pyramus amnis. Heic Amphilocho ut heroi parentavit, quumque cives seditione laborantes offendisset, ea sedata, tributa, quæ Dario Regi pendere soliti erant, iis remisit, quod Malli Argivorum coloni essent, ipseque ab Heraclidis Argivis se oriundum perhiberet. V. *Melam* I. 13. *Arrian.* II. 92.

27. *Alteris castris* i. altero die. Quia enim inter projectionem exercitus, singulis diebus, ubi consistere debebat agmen, castra stativa ponebantur, obtinuit, ut dies itinerum castris numerarentur. Ita castris *quartis.* V. I. 16. 3. I. *quintis* Liv. XXVIII. 19. *nonis* IX. 10. 5. *undecimis* IV. 9. 12. *sextis decimis* VIII. 12. 4. *Mansiones* Plin. XII. 14. Justin. XIII. 8. 5. Sueton. Tit. c. 10. V. *Freinshemii Indicem.*

28. *Castabalum* oppidum est Ciliciæ. Numero multitudinis *Castabala* scribunt Geographi. Vocabatur etiam Perasia, quod ex ulteriore regione fuerit allata. V. *Plin.* V. 27. Strab. XII. 165.

29. *Occurrit* i. obviam venit. Tac. Hist. II. 59. 6. *Universum exercitum occurrere infanti filio jubet.* Noster III. 8. 24. VIII. 12. 9.

30. *Explorandum* i. intentius, & cum cura inquirendum. Virg. Aen. I. 311. *Exire, locosque Explorare novos.* Festus: *Explorare antiquos pro exclamare usos, sed postea, prospicere, & certum cognoscere cœpit significare. Itaque ab exploratore speculator hoc distat, quod speculator hostilia silentio perspicit, explorator pacata clamore cognoscit.* Obtinuit tamen usu, ut *explorare* sit hostium secreta investigare. Unde Noster VI. 4 14. *Speculatores deinde præmittens, qui explorarent loca.* & III. 8. 17.

31. *Saltus* est locus pascuus, & sylvosus. Festus: *Saltus est, ubi sylvæ, & pastiones sunt.* Noster III. 10. 2. VI. 5. 16.

32. *Issos* urbs est inter Syriam & Ciliciam. Hanc *non ignobilem* Diod. XVII. 32. *ingentem* Mel. I. 13. *Oppidum cum statione* vocat Strab. XIV. 397.

33. Penetrandum, *door te dringen.* ut V. 3. 17. *Penetrare* Festo est *penitus intrare.* Inde eidem *penetrale sacrificium* dicitur, *quod interiore parte sacrarii conficitur. Penetrare locum* est per illum iter facere. Flor. III. 4. 5. *Piso Rhodopen*

7 Atque [34] ille anguſtiis ejus occupatis, & præſidio modico relicto, Iſſon quoque deſertam a Barbaris ceperat. Inde progreſſus, deturbatis, qui interiora montium [35] obſidebant, præſidiis cuncta firmavit: occupatoque itinere, ſicut paullo ante dictum
8 eſt, & auctor [36] & nuncius venit. Iſſon inde Rex copias admovit: ubi conſilio habito, *utrumne ultra progrediendum foret; an ibi opperiendi* [37] *eſſent novi milites* [38], *quos ex Macedonia adventare* [39] *conſtabat:* Parmenio *non alium locum prælio aptiorem eſſe* cenſebat.
9 *Quippe illic utriusque Regis copias numero futuras pares, quum anguſtia multitudinem non caperent: planitiem ipſis camposque eſſe vitandos, ubi circumiri, ubi ancipiti* [40] *acie opprimi poſſent. Timere, ne non virtute hoſtium, ſed laſſitudine ſua vincerentur. Perſas recentes* [41] *ſubinde ſuc-*
10 *ceſſuros, ſi laxius ſtare potuiſſent.* Facile ratio [42] tam ſalu-

dopem, Caucaſumque penetrat. Tenetrare fuga Noſtro III. 5. 7. eſt fugere.

34. *Atque* i. ſtatim. Virg. Georg. I. 203.
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.
V. *Gell.* x. 29. *Bud. Comm. L. G. f.* 484. *Schott. Obſ. Hum.* II. 24.

35. *Interiora montium* i. interiores montes. Sic *diverſa gentium, terrarumque.* Flor. III. 5. 27. *convexa vallium* Juſtin. II. 10. 24. Noſter *edita montium.* VI. 6. 25. aliaque.

36. *Auctor.* V. VII. 6. 14. §. 31.

37. *Opperiri* i. exſpectare. Cic. Fam. VI. 20. *Nihil puto tibi eſſe utilius, quam ibi opperiri.* Noſter II. 10. VI. 7. 17. VIII. 12. 5.

38. *Novi milites* n. peditum quinque millia, equites octingentos ſcribit apud *Polyb.* XII. 10. Calliſthenes. V. *Raderum.*

39. *Adventare* dicitur, qui quotidianis itineribus accedit, & appropinquat. Cic. Fam. II. 6. *Nondum erat auditum, te ad Italiam adventare.* Noſter III. 8. 10.

40. *Ancipiti* i. undique circumfuſa. *Anceps* proprie eſt utrimque acutum. Inde *anceps ferrum* Cat. LXIV. 365. Lucret. VI. 167. Metaph. *fides anceps* eſt dubia. III. 8. 3. *malum anceps* eſt utrinque premens, & vexans. IV. 15. 9. V. 3. 11: 4. 31. De vocabulo *anceps* Non. IV. 32.

41. *Recentes* i. integros, *verſch volck.* Flor. III. 1. 13. *Non facilius tamen vicit, quam ſi integrum, & recentem.* Noſter VII. 1. 37. & *re recenti*, op de verſche daet. VII. 2. 34.

42. *Ratio* i. ſententia, conſilium. Nep. Milt. III. 6. *Cujus ratio etſi non valuit.* Utrumque conjungit Curtius.

lubris conſilii accepta [43] eſt. Itaque inter anguſtias ſaltus hoſtem opperiri ſtatuit. Erat in exercitu Re- 11
gis Siſenes [44] Perſes, quondam a prætore [45] Aegypti [46] miſſus ad Philippum [47], donisque & omni honore cultus [48]; exilium patria ſede mutaverat [49]: ſequutus deinde in Aſiam Alexandrum inter fideles ſocios habebatur [50]. Huic epiſtolam Cretenſis [51] 12
miles obſignatam annulo, cujus ſignum [52] haud ſane notum erat, tradidit. Nabarzanes [53] prætor Darii miſerat eam, hortabaturque Siſenem, *ut di-*

43. *Accepta* i. probata. Flor. I. 2. 3. *Hæc omnia quaſi monitu Deæ Aegeriæ, quo magis Barbari acciperent.*

44. *Siſenes* Arriano I. p. m. 71. videtur *Aſiſenes* dici. Verum *A* barbaris nominibus præfigi ſolita, nonnunquam omittitur. Sic *Murates*, qui *Amurates.* V. *Blanck. in Arrian. l. l.*

45. *Prætor*, forte *Sataces*, qui *prætor* fuit Aegypti & in acie cecidiſſe dicitur III. 11. 10. IV. 1. 28.

46. *Aegyptus* prima pars eſt Aſiæ inter Catabathmon & Arabas. Dicta eſt ab *Aegypto* quodam rege. Antea dicebatur *Aeria.* In ſacris *Meraim & Chus.* V. *Saluſt. Jugurth.* c. 19. *Mel.* I. 9. *Iſidor.* IX. 2. *Ortel. Vet. Geogr. f.* 12. *& Theatr. Orbis f.* 106.

47. *Philippum.* Alexandri patrem.

48. *Cultus* i. ornatus. V. *Freinshemii Indicem.*

49. *Exilium patria ſede mutaverat* i. exilii locum patriæ loco habuerat, relicta patria in exilio remanſerat. Horat. Od. III. 1. 47.

Cur valle permutem Sabina
Divitias operoſiores?

50. *Habebatur* i. ducebatur.

51. *Cretenſis*, qui ſane aptus ad mentiendum, & fallendum. De *Cretenſibus* enim Epimenides, qui & ipſe Cres Cicer. Divin. I. & *Gnoſo* oriundus Laertio de vit. Philoſoph. I. p. m. 70. cecinit:

Cretenſes ſemper mendaces,
malæ beſtiæ, ventres pigri.

Per hunc Siſeni hanc epiſtolam non miſit Nabarzanes, ſed tradi curavit Alexander. Hic enim prior illam acceperat, & lectam, rurſusque ſignatam ignoto ſigno Siſeni transferendam Cretenſi dederat militi. Inter Cretenſes hic videtur fuiſſe Siſenes, quia literas per Cretenſem accepit, & a Cretenſibus eſt interfectus II. 15. V. *Raderum.*

52. Signum, *het wapen, dat daer op ſtondt*, ut VII. 2. 16. Annulo interdum etiam ficto fraudem eſſe factam ex utroque Curtii loco docet *Kirchm. de annul.* c. 14.

53. *Nabarzanes* Drangarum fuit ſatrapes, ſi vera lectio, & incorrupta. VI. 6. 36. *Darii Chiliarcha.* Arrian. III. 21. 5.

Dignum

dignum 54 *aliquid nobilitate ac moribus* 55 *ſuis ede-*
13 *ret* 56 : *magno id ei apud Regem honori fore.* Has literas Siſenes, utpote innoxius 57, ad Alexandrum ſæpe deferre tentavit: ſed quum tot curis, apparatuque belli Regem videret urgeri 58, aptius ſubinde 59 tempus exſpectans, ſuſpicionem iniri ſuſpecti conſilii prę-
14 buit. Namque epiſtola, priusquam ei redderetur 60, in manus Alexandri pervenerat, tectamque eam, ignoti annuli ſigillo impreſſo, Siſeni dari juſſerat, ad
15 æſtimandam fidem Barbari. Qui, quia per complures dies non adierat Regem, ſceleſto conſilio eam viſus eſt ſuppreſſiſſe 61, & in agmine a Cretenſibus, haud dubie juſſu Regis occiſus eſt.

CAP.

54. *Dignum* i. conveniens. Cic. Attic. VII. 17. *Quod docto homine, & amico dignum fuerit.* Noſter IV. 15. 8.

55. *Moribus* n. generoſis, audacibus i. facinoribus & factis olim haud imparibus perpetratis. V. *Raderum.*

56. *Ederet* i. faceret, perpetraret, committeret. Cic. pro Sext. *Edere ſcelus in aliquem.* Noſter V. 13. 18. VII. 7. 37. V. *Kirchm. de annul. c.* 14.

57. *Innoxius* eſt, qui alteri nulla in re nocet. *Noxa* enim eſt culpa, qua quis alteri contra leges nocet. Sic *innoxiæ tela* III. 11. 4. Sed *innoxia navigia*, quæ non acceperunt damnum IX. 4. 11.

58. *Urgeri* i. occupari, diſtringi. *Urgeri* proprie eſt ad opus faciendum impelli.

59. *Subinde* i. ſæpius, ſed per intervalla, ut *n.* 9. IV. 15. 33. V. 12. 20.

60. *Redderetur* i. traderetur. Cic. Fam. II. 17. *Literas tuas ſtator tuus mihi reddidit Tarſi.* Noſter IV. 1. 7: 7. 25.

61. *Suppreſſiſſe* i. ad Alexandrum non detuliſſe, *achter houden.* Sueton. Ner. c 34. *Defunctæ bona invaſit ſuppreſſo teſtamento.* Noſter VI. 8. 10: 9. 8.

Græci

CAP. VIII.

ARGUMENTUM.

Ante pugnam cum ſuis, quid ſit faciendum, conſultat: pecuniam ſuam Damaſcum mittit: Macedonum ſauciorum manus amputat: hoſtibus appropinquantibus expaveſcit Darius.

JAmque Græci milites [1], quos Thymodes a Phar- 1
nabazo acceperat, præcipua ſpes, & propemodum unica, ad Darium pervenerant. Hi magno- 2
pere ſuadebant, *ut retro abiret, ſpatioſosque* [2] *Meſopotamiæ campos repeteret. Si id conſilium damnaret; at* [3] *ille*

Græci milites. Triginta millia numerat infra.

2. *Spatioſos* i. ingentes, magnos. *Spatium* proprie erat locus, ubi curſu certabatur. Nam τὸ σάδιον Aeoles vocabant σπαδιον, unde Latini, qui multum Aeoles imitantur, fecerunt *ſpatium* ſuum. Inde *ſpatiari* eſt in *ſpatio* currere. A ſtadiis translata vox eſt ad quævis loca. Ac, quia ex loco, quem res occupat, judicamus de ejus magnitudine, inde pro magnitudine ſumitur. Juven.

Spatium admirabile rhombi.

Gell. N. A. I. 1. *Modum ſpatiumque plantæ Herculis.* Hinc *ſpatioſus* pro magno, quia magna corpora magnum loci *ſpatium* requirunt. V. Noſter VI. 4. 5. VII. 4. 35. V. *Scalig. in Catal. p.* 272. *Salmaſ. in Solin. f.* 1015. *Voſſ. Lex.* In his, utpote qui magnitudini exercitus maxime commodi eſſent, & ad ducendum equitatum peropportuni, ut Alexandrum exſpectaret Darius, Amyntas Macedo transfuga ſuaſerat. Sed hujus conſilium Regi non placuit, ſed in Ciliciam caſtra movere ſtatuit. Ratio: Alexander longiorem moram Tarſi ob ægritudinem fecerat, neque minorem Solis, ubi & ſacrificavit, & ludos fecit. Ex quibus Alexandrum metu perculſum non audere progredi conjecturam fecerat Darius. V. *Arrian.* II. 93. *Plutarch. Alex. f.* 247.

3. *At* i. tum. Liv. X. 19. *Bellona, ſi nobis hodie victoriam duis, aſt ego templum tibi voveo.* Plaut. Capt. III. 5. 26.

Si ergo hæc peribo, aſt ille, ut dixit, non redit:
At erit mihi hoc factum mortuo memorabile.

V. & *Gronov. in Liv.* XXXIV. 37.

le [4] *divideret saltem copias innumerabiles, neu sub unum*
fortunæ ictum [5] *totas vires regni cadere pateretur.* Minus
3 hoc consilium Regi, quam purpuratis ejus displicebat: *ancipitem fidem, & mercede venalem proditionem imminere; & dividi non ob aliud copias velle, quam ut ipsi in diversa digressi* [6], *si quid commissum esset* [7], *trade-*
4 *rent Alexandro. Nihil tutius esse, quam circumdatos eos exercitu toto obrui telis, documentum non inultæ perfidiæ*
5 *futuros.* At Darius, ut erat sanctus [8], & mitis, se vero *tantum facinus* [9] negat *esse facturum, ut suam sequutos fidem, suos milites jubeat trucidari* [10]. *Quem deinde amplius nationum exterarum creditурum* [11] *sibi, si*
6 *tot militum sanguine imbuisset* [12] *manus? Neminem stolidum*

4. *Ille* abundat, elegantiæ tamen causa toleratur, & fit figura, qualis apud Comicos frequens, apud quos invenias sæpe pronomen *is* & *id* sine ulla necessitate. Sic redundat Aen. VI. 593.

At Pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit, non ille faces, &c.

Cic. Fam. I. 9. *Non illi quidem, ut mihi stomachum facerent.* Nost. V. 5. 19. V. & *Scalig. Poet.* IV. 34. & in Indice *Freinshem.*

5. *Sub unum fortunæ ictum* n. exponendo totum simul exercitum aleæ dubiæ Martis, & *ferali fortunæ nutui* ut loquitur Apul. Met. X. p. m. 250. Translatum ab ictu gladiatorum. V. *Loccenii Indicem.*

6. *Digressi* i. a toto exercitu disjuncti. *Diversis agminibus abiere.* Noster IV. 16. 25.

7. *Commissum* i. peccatum. Plaut. Men. V. 2. 21. *Si quid commissi est causa.* Noster VI. 10. 4.

8. *Sanctus* i. integræ vitæ homo, innocens, justus. Cic. de Orat. I. *Cum esset ille vir exemplum, ut scitis, innocentiæ, cum illo neque integrior, neque sanctior in civitate.* Proprie *sanctus* sonat inviolabilem: & inde tribuni plebis *sancti* dicebantur, & tribunatus, *magistratus sanctissimus* Cicer. Orat. pro Sextio. *Sancire* enim est aliquid facere inviolabile, unde leges & federa dicuntur *sanciri*, quia violari ea nefas est. Noster VII. 8. 29. VIII. 4. 27. Homo quoque integræ vitæ violari a nemine debet. V. *Voss. Instit. Orat.* V. 6. 1. *Manut. Quæs. Epist.* II. 10.

9. *Facinus* i. scelus. Cic. Rull. II. *Homines ad vim, facinus, cædemque delecti.* Noster V. 9. 2: 13. 15.

10. *Trucidari* i. truciter, sive crudeliter cædi. Cic. pro Manil. *Uno nuncio, atque una significatione literarum, cives Romanos necandos trucidandosque denotavit.* Noster IV. 14. 16. V. 6. 6.

11. *Creditурum* i. permissurum, cum fiducia benevolentiæ, & fidei. *Inf.* IV. 12. 4. VI. 9. 20.

12. *Imbuisset* i. madefecisset. Cic. Phil. XIV. *Imbuti sanguine gladii*

dum [13] *consilium capite luere* [14] *debere. Defuturos, qui suaderent, si suasisse periculum esset. Denique ipsos quotidie ad se vocari in consilium, variasque* [15] *sententias dicere, nec tamen melioris fidei haberi, qui prudentius suaserint.* Itaque Græcis nunciari jubet, *ipsum quidem benevo-* 7
lentiæ ipsorum gratias agere; caterum, si retro ire pergat, haud dubie regnum hostibus traditurum. Famam [16] *bella stare, & eum, qui recedat, fugere* [17] *credi. Trahen-* 8
di [18] *vero belli vix ullam esse rationem* [19]. *Tantæ enim multitudini, utique* [20] *quum jam hyems* [21] *instaret, in regio-*

gladii P. C. legionum, exercituumque nostrorum, vel madefacti potius. Proprie *imbui* dicebantur vasa, ex quibus diis libabatur. Veteres enim nullis vasis solebant uti ad cibum & potum, nisi ante lustrassent libatione ex iis Diis facta. V. *Grav. Lect. Hesiod. c.* 16.

13. *Stolidum* i. imprudens, inutile: *Stolo* proprie vocatur id, quod *e radicibus circum arbores enascitur*, ut docet Varr. R. R. I. 2. sive *fruticatio inutilis*, ut interpretatur Plin. XVII. 1. Metaph. accipitur pro *stolido* ipso. Auson.

Sed jam non potes, o stolo, doceri.

Nempe homo imprudens plane inutilis est. V. *Voss. Lex.*

14. *Capite luere*, ut *spiritu luere* Phæd. IV. 10. 7. *sanguine luere* Paterc. II. 1. 5. Recte Dion LII. *Liberam dandi tibi ex animi sui sententia consilii omnibus potestatem facies, propositæ securitate. Nam &, si cujus tibi sermo probabitur, multum inde utilitatis ad te: &, si non placebit, nihil incommodi redibit. Quorum consilium sequendum existimaris,*

eos collauda ac honora: quorum vero rejicies, nequaquam eos aut ignominia afficies, aut culpabis, quum ad eorum tibi voluntatem, non successum ejus sit respiciendum.

15. *Varias* i. diversas, contrarias. Inf. VII. 5. 31.

16. *Famæ* instandum non ignarus, ac, prout prima cessissent, fore universa. *Tacit. Agric.* XVIII. 5. Noster VIII. 8. 15. IV. 4. 2.

17. *Fugere.* Quod, nisi fugisset, ex Italia recessisset Annibal. De illo enim hæc Liv. XXII. 32. *Adeoque inopia est coactus Annibal, ut nisi tum fugæ speciem abeundo timuisset, Galliam repetiturus fuerit.*

18. *Trahendi* i. protrahendi, differendi. Tacit. XIII. 39. 2. *Ne irritum bellum traheretur.*

19. *Rationem* i. causam. Cic. pro Cæcin. *Nulla ratio est amittere hanc occasionem.*

20. *Utique* i. præsertim. Infr. IV. 15. 28. IX. 7. 26.

21. *Hyems*, cujus tempore Persæ frigoris impatientes bello abstinebant *Socrates Hist. Eccles.* II. 18. V. *Freinsh.*

regione vasta, & invicem [22] *a suis atque hoste vexata* [23], 9 *non sufficturа alimenta. Ne dividi quidem copias posse servato more majorum, qui universas vires semper discrimini* 10 *bellorum obtulerint. Et Hercule, terribilem antea* [24] *Regem, & absentia sua ad vanam fiduciam elatum, posteaquam adventare se senserit, cautum pro temerario factum, delituisse inter angustias saltus, ritu* [25] *ignobilium ferarum* [26], *quæ strepitu prætereuntium au-* 11 *dito, sylvarum latebris se occuluerunt. jam etiam valetudinis simulatione* [27] *frustrari* [28] *suos milites: sed non amplius ipsum esse passurum detrectare* [29] *certamen. in illo specu* [30], *in quem pavidi reces-* 12 *sissent, oppressurum esse cunctantes* [31]. Hæc magnificentius jactata, quam verius. Cæterum, pecunia omni [32], rerumque pretiosissimis [33] Damascum

22. *Invicem* i. utrimque data, & reddita vice: ultro citroque. Tacit. Ann. XII. 47. 3. *Levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt.* Nostер IV. 14. 17.

23. Vexata, *getravailleert. Vexari* proprie dicitur, qui fertur, & raptatur, huc atque illuc distrahitur. V. *Gell. N. A.* II. 6.

24. *Terribilem antea.* Ita de Lyco Petron. c. 75. *Agnovi terribilem paullo ante Lycum.*

25. *Ritu* i. more, ut IV. 16. 15: V. 9. 6.

26. *Ignobilium ferarum.* Tacit. Agric. XXXIV. 3. *Quomodo sylvas, saltusque penetrantibus, fortissimum quodque animal robore, pavida & inertia ipso agminis sono pelluntur.*

27. *Valetudinis* i. morbi. Paterc. II. 123. 2. *Ingravescente in dies valetudine.* Cic. Fam. XIII. 22. *Asclaponis artem sum expertus in valetudine meorum.* Nostер VII. 7. 27. Simulari *valetudinem* & suos credere queritur Alexander VII. 7. 7.

28. *Frustrari* i. decipere. Ennius in Satyris narrante Gell. N. A. XVIII. 2.

Nam, qui lepide postulat, alterum frustrari,
Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse.
Nam qui sese frustrari quem frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est; si non, ille est frustra.

Nostер IV. 11. 24.

29. *Detrectare* i. declinare, fugere, nolle manu conserere. Petron. c. 77. *Corax detrectator ministerii.* Virg. Georg. III. 57. *Bos juga detrectans.* Nostер VII. 1. 38. *detrectantes militiam* i. nolentes ire militatum.

30. *Specum*, angustias saltus *n.* 10.

31. *Cunctantes* i. in Cilicia morantes, & non procedentes. Nostер V. 6. 2. Inde *cunctatio* i. mora, IV. 6. 13. IX. 4. 32.

32. *Pecunia omni.* Ejus partem majorem dicit *Arrian.* II. 112. Impedimenta turbamque bellis inutilem, ut exercitum haberet minus impeditum. *Diod.* XVII. 32.

scum [34] Syriæ [35] cum modico præsidio militum missis, reliquas copias in Ciliciam duxit, insequentibus more patrio [36] agmen conjuge & matre: virgines quoque cum parvo filio comitabantur patrem. Forte eadem nocte & Alexander ad fauces, quibus 13 Syria aditur, & Darius ad eum locum, quem Amanicas pylas vocant, pervenit. Nec dubitavere 14 Persæ, quin, Isso relicta, quam ceperant [37], Macedones fugerent. Nam etiam saucii [38] quidam, & invalidi, qui agmen non poterant persequi [39], excepti [40] erant. Quos omnes, instinctu purpuratorum, barbara feritate sævientium, *præcisis adustisque* [41] *manibus circumduci, ut copias suas noscerent: satisque omnibus spectatis, nunciare, quæ vidissent, Regi suo* 15 jussit.

33. *Rerum pretiosissimis*, ut III. 13. 5.

34. *Damascus* urbs est insignis, omnium fere nobilissima, quæ in ea sunt regione, Persiæ vicina. Chrysorrhoas mediam interfluit. V. *Strab.* XVI. 527. 528. *Plin.* V. 18. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 617. Unde dicta fuerit, & quæ illic visenda prostent, narrat *Raderus*, & ex illo *Freinsh.* ad III. 12. 27.

35. *Syria* quæ proprie vocatur, Amano monte parte Euphratis, Judæa, & Phœnicio pelago circumscribitur. V. *Strab.* XVI. 517. *Mel.* I. 11. *Plin.* V. 12. *Ortel. Vet. Geogr. f.* 18. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 1227.

36. *More patrio.* Soliti enim fuerunt Persæ affectus omnes suos, conjuges, liberos, matres, pellices in bellum ducere, quod illorum conspectus animos illis adderet: simulque, quod pro rerum sibi charissimarum tutela acrius & ardentius dimicarent. Nostер III. 9. 6. IV. 14. 11. V. *Brisson. de regn. Pers.* III. 313.

37. *Quam ceperant* n. Macedones.

38. *Saucii* i. vulnerati in expeditione montana contra latrones Amanienses, quibus subigendis septem dies impenderat Alexander. V. *Raderum.*

39. *Persequi*, i. sequi, ut IV. 1. 27. V. 8. 8.

40. *Excepti*, i. capti, intercepti, ut VII. 7. 31. V. VIII. 1. 16.

41. *Præcisis adustisque.* n. 16. *amputatis.* Hoc admodum barbarum esse, docent nos Barbari apud Flor. III. 4. 7. *Sed nihil Barbaris atrocius visum est, quam quod, abscissis manibus relicti, vivere superstites pœnæ suæ jubebantur.* Fuisse hoc supplicii genus apud Persas usitatum liquet v. c. 6. Interfectos tradit Arrian. II. 95. *Capta Isso, quotquot Macedones*

16 jussit. Motis ergo castris, superat Pinarum amnem [42], in tergis, ut credebat, fugientium hæsurus [43]. At illi, quorum amputaverat manus, ad castra Macedonum penetrant, *Darium, quam maximo posset, cursu*
17 *sequi* nunciantes. Vix fides habebatur [44]. Itaque speculatores in maritimas regiones præmissos Alexander explorare jubet, *ipsene adesset, an præfectorum ali-*
18 *quis speciem præbuisset universi venientis exercitus.* Sed quum speculatores reverterentur, procul ingens multitudo conspecta est. Ignes deinde totis campis conlucere cœperunt, omniaque velut continenti incendio ardere visa: quum incondita [45] multitudo,
19 maxime propter jumenta laxius tenderet [46]. Itaque *eo ipso loco metari suos castra* jusserat; lætus, quod omni expetiverat voto, in illis potissimum angu-
20 stiis [47] decernendum esse. Cæterum, ut solet fieri [48], quum

ibi propter invaletudinem relictos comprehendit, crudeliter excruciatos interficit.

42. *Pinarus* secundum Issum ex monte cadebat inter Aegeas & Issum, mareque Cilicium recto cursu petebat. Darius ultra *Pinarum* constitit, cis Alexander, qui & mare habebat a sinistro latere, ut Darius a dextro. Montem Alexander a dextris, a sinistris Darius. *Pinarus* medium utriusque exercitum dividebat. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

43. *In tergis hæsurus*, ut IV. 15. 32. VII. 7. 15.

44. *Fides habebatur* i. credebatur. Arrian. II. 95. *Alexander, simulac audivit Darium a tergo relictum, quoniam illi parum certum hoc nuncium videbatur, quosdam ex amicis navi, quæ 30. remis agitur, impositos Issum remittit, exploraturos, an, quæ nunciabantur, vera essent.*

45. *Incondita* i. confusa, inordinata. Flor. I. 17. 5. *Inconditos, atque palantes aggressus est.* Noster IV. 14. 5. IX. 2. 22.

46. *Tenderet* i. tentoria haberet. Virg. Aen. II. 29. *Heic sævus tendebat Achilles.* VIII. 605. *Et latis tendebat in arvis.* Noster V. 7. 6. VII. 2. 37. 6. 18.

47. *Angustiis.* Arrian. II. 95. *Deum pro ipsis potius pugnare, qui Darium impulerit, ut exercitum ex spatiosissimo campo in illas angustias adduceret, ut Macedonibus commodus ad explicandam phalangem locus esset: hostibus vero tanta multitudo ad pugnandum inutilis.*

48. *Ut solet fieri.* Veget. III. 11. *Animis pene omnium hominum hoc naturaliter evenit, ut trepident, cum ad conflictum venerint qui, triacontoro consecensa, facile cognoverunt Persas ibi castra posuisse: atque Alexandro renunciant; Darium in manibus esse.*

quum ultimi discriminis [49] tempus adventat, in solicitudinem versa fiducia est. Illam ipsam fortunam [50], qua adspirante [51] res tam prospere gesserat [52], verebatur; nec injuria, ex his, quæ tribuisset, quam mutabilis esset, reputabat. *Unam superesse noctem, quæ tanti discriminis moraretur eventum.* Rursus occurrebat [53], *majora periculis præmia: &, sicut* 21
dubium esset, an vinceret: ita illud utique [54] *certum esse, honeste, & cum magna laude moriturum.* Itaque 22
corpora milites curare [55] jussit, *ac deinde tertia vigilia* [56]
instructos, & armatos esse. Ipse in jugum editi montis adscendit, multisque conlucentibus facibus patrio more

49. *Ultimi*, het uyterste, *ut* IV. 14. 18. VII. 6. 22. Inde *ultima* pro periculosissimis. Flor. I. 13. 12. *Tum quoque in ultimis religio publica privatis affectibus antecellebat.*

50. *Fortunam*, quæ nimia suspecta haberi solet. Flor. IV. 2. 79. *Ante aciem mœstior, non ex more, sive fragilitatis humanæ, sive nimiam prosperorum suspectam habens continuationem: vel eadem timens, postquam idem esse cœperat, quod Pompejus.* Quem in sensum Plin. VII. 40. *Quippe, ut alia non sint, certe, ne laßeßeat fortuna, metus est.* V. *Freinsh.*

51. *Adspirante* i. instar venti cujusdam prosperi, & ferentis, favente. Virg. Aen. II. 385.

Adspirat primo fortuna labori.

Ubi Servius: *Inde & favor dicitur aura.* Noster IV. 14. 19.

52. *Res prospere gesserat* i. feliciter pugnaverat. Contrarium *male rem gerere.* Nep. Milt. III. 3.

53. *Occurrebat* i. in mentem veniebat. Cic. Attic. XV. 23. *Permulta mihi de nostro itinere in utramque partem occurrunt.* Noster X. 5. 10.

54. *Utique* i. omnino. Cic. Attic. IV. 4. *Quo die venies, utique cum tuis apud me ßis.* Noster III. II. 8. V. 13. 14.

55. *Curare* i. cibo & potu reficere. Sidon. *Epist.* II. 9. *Qui tempus instare curandi corpora moneret.* Liv. III. 2. *Corpora cibo, somnoque curant.* Noster VII. 5. 16. qui *reficere* etiam V. 4. 24.

56. *Tertia vigilia* media nocte incipiebat, cujus initium est apud nos post duodecimam inchoante prima. *In quatuor vero partes ad clepsydram sunt divisæ vigiliæ, ut non amplius, quam tribus horis nocturnis, necesse sit vigilare.* Veget. III. 8. *Alii diem quadripartito, sed & noctem similiter dividebant: idque similitudo testatur militaris, ubi dicitur, vigilia prima, item secunda, & tertia, & quarta.* Censor. de die nat. c. 23. V. & *Lipsius Mil. Rom.* V. 9. *Stewech. in Veget. l. l.*

23 more [57] sacrificium Diis præsidibus loci [58] fecit. Jamque tertium, [59] sicut præceptum erat, signum tuba [60] miles acceperat, itineri simul paratus & prælio: *strenueque* jussit procedere. oriente luce [61] pervenerunt ad angustias, quas occupare decreverant. *Darium triginta inde stadia abesse* præmissi indicabant. 24 Tunc *consistere agmen* jubet, armisque ipse sumtis, aciem ordinabat. Dario adventum hostium pavidi agrestes [62] nunciaverunt, vix credenti occurrere etiam, quos ut fugientes sequebatur [63]. Ergo non 25 mediocris omnium animos formido incesserat [64]: quippe itineri, quam prælio aptiores erant, raptimque arma capiebant. Sed ipsa festinatio discurrentium, suosque ad arma vocantium, majorem metum incussit. Alii in jugum montis evaserant, ut hostium agmen inde prospicerent [65]: equos plerique frænabant, discors exercitus, nec ad unum intentus [66] imperium, vario tumultu cuncta turbaverat. Darius initio montis jugum [67] cum parte copiarum 27 occu-

57. *Patrio* i. Græco. Hac de causa Alexander a matre Olympiade sibi mitti petit coquum e Macedonia. Ritus enim sacrificiorum, & ceremonias istorum temporum noverunt coqui. Unde mater exercitatum in sacris faciundis illi mittit coquum Pelignam, qui sciebat omnia sacra *patria* Alexandri & quomodo peragi deberent. V. *Athen. Deipn.* XIV. *f.* 659. & ad illum *Casaubonum.*

58. *Præsides loci* vocabant ejus Genios ex Pythagoræ disciplina, qui singulis locis Genium præesse docuit. Eo factum est, ut, qui novam regionem ingrederentur, *præsidem* & genium loci adorarent. Virg. Aencid. v. 95.

Geniumne loci, famulumne parentis
Esse putet.

VII. 136.

Geniumne loci, primamque Deorum, &c.

V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

59. *Tertium*, quod initium dabat tertiæ vigiliæ, ad quam procedere debebat miles.

60. *Tuba* fiebat ex ære directo, canali ad exitum latiore. In illa erat osseum aliquid, quod insitum, aut impactum ad sonorem. Prop. IV. 3. 10.

Et struxit querulas rauca per ossa tubas.

Hanc Tyrrheni primum invenerunt prædones, cum dispersi circa maritimas oras non facile ad quamcunque prædæ occasionem voce, aut buccina convocarentur, vento plerumque obstrepente. Unde *Tyrrhena* dicitur Virg. Aen. VIII. 526.

Tyrrhenæque tubæ mugire per æthera clangor.

Hinc postea bellicis certaminibus adhibita est ad denuncianda signa bellorum, ut, ubi exaudiri præco præ tumultu non poterat, sonitus *tubæ* clangentis attingeret. V. *Isid.* XVIII. 4. *Lipsi. Mil. Rom.* IV. 10.

61. *Oriente luce*, qua illud accidisse memoria dignum Lucianus in prolapsu inter salutandum in hunc ferme sensum prodit: *Quum Alexander Magnus pugnam illam ad Issum initurus esset, quemadmodum Eumenes Cardianus in epistola ad Antipatrum refert, mane in tabernaculum ejus ingressus Hephæstio, sive tum ita oblitus sui fuerat, sive consternatus, quemadmodum & ego, sive etiam numini aliquo impellente, idem tum quod ego dixi,* ὦ γαῖνε βασιλεῦ, vale Rex: *tempus jam est in aciem educi exercitum. Conturbatis autem cæteris, qui tum aderant, ob inopinatam, ac novam salutandi formam, ac ipso Hephæstione propemodum præ metu emoriente, Alexander respondens: Accipio, inquit, omen; nam nos salvos, atque integros e pugna reversuros esse, hoc verbum mihi nunc pollicetur.* Quænam vero hæc *lux* fuerit, disputat satis prolixe *Freinshemius.*

62. *Agrestes* i. rustici, agricolæ. Cic. pro Muræn. *Aut in aliquo conventu agrestium.* Petron. c. 95. *Clavos numerabat agrestis.* Noster VIII. 12. 12. Hi in montibus & agris deprehensi, aut materiam cædentes, aut agrum fodientes.

63. *Sequebatur* i. insequebatur. Infr. IV. 16. 18.

64. *Omnium animos formido incesserat* i. omnes formidabant. Ita *desperatio incessit* IV. 1. 16. v. 4. 24. i. desperarunt. *Incessere* est factis, verbisque aliquem impetere VIII. 11. 16. III. 9. 11. IV. 2. 21. Inde *incessio* est morsus, aculeus. Cic. Attic. XII. 5. *Kalendæ vitandæ fuerunt, incessionumque* ἀρχέτυπα *vitanda.*

65. *Prospicerent*, i. eminus viderent. Phæd. II. 5. 20.

Pavorem simulans prospicit toto die.

Noster IV. 12. 18. VII. 6. 4. Inde *prospectus*, een uytsicht, IV. 15. 32. 9. 12. V. 13. 12.

66. *Nec ad unum intentus.* Tacit. Hist. III. 71. 1. *Vix dum regresso in Capitolium Martiale, furens miles aderat, nullo duce, sibi quisque auctor.* 73. 3. *Mox, quod in perditis rebus accidit, omnes præcipere, nemo exsequi.*

67. *Jugi*, campique & maris situm circa Issum & Pinarum amnem, ut hic locus, & sequens caput intelligatur, delineabimus. Ex Herodian. III. 12. colligi potest fuisse planitiem ad mare Cilicium instar stadii cursorii porrectam, in qua utrimque stetit equitatus trans Pinarum Darii, cis versus Syriam Alexandri, locumque totum monte Tauro velut theatro clausum. Addit Callisthenes, spatium illud, in quo decertatum est inter Alexandrum, & Darium a mari usque ad montem, patuisse quatuordecim stadia in latitudinem. Arrian. II. locum, in quo Darius aciem instituebat, nonaginta pas-

occupare statuit, & a fronte & a tergo [68] circumiturus hostem: a mari [69] quoque, quo dextrum ejus cornu tegebatur [70], alios objecturus [71], ut undique
28 urgeret [72]. Præter hæc viginti millia [73] præmissa cum sagittariorum manu, Pinarum amnem, qui duo agmina interfluebat, *transire* [74], *& objicere sese Macedonum copiis* jusserat; *si id præstare non possent, retrocedere in montes, & occulte circumire ultimos hostium.*
29 Cæterum destinata [75] salubriter, omni ratione [76] potentior fortuna discussit [77]: quippe alii præ metu imperium exsequi non audebant, alii frustra exsequebantur, quia, ubi partes labant [78], summa turbatur.

CAP.

passuum, non amplius, capacem fuisse scribit. Mons, in quo acies viginti millium instructa erat a Dario, aliqua ex parte introrsum recedens, sinum quendam, veluti in mari, faciebat: deinde in anfractum porrectus efficiebat, ut, qui ad radicem montis constituti erant, dextrum Alexandri cornu aversum cernerent. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*, quos de Pinaro V. §. 42.

68. *A fronte & a tergo* i. a parte anteriore, & posteriore. Justin. I. 6. *Non minus fortes etiam post terga inventuros, quam a frontibus viros.* Noster III. II. 6. IV. 13. 16.

69. *Mari*, per classem, quam habebat in Issico sinu, ut inde latus sinistrum Alexandri incesserent. Ad hanc *classem occupandam Parmenionem misit* post victoriam. Justin. XI. 10. 4. V. *Raderum*, & ex illo *Freinsh.*

70. *Quo tegebatur* i. ad quod erat, ut III. 3. 15: 9. 6.

71. *Objecturus* i. oppositurus.

72. *Urgeret* i. insisteret. Non. IV. 484. *Urgere, insistere.* Quadrigarius Ann. IV. *Sed circiter horas duras gravi prælio urserunt: deinde in fugam sunt conjecti.* Noster III. II. 6. V. 9. 4.

73. *Viginti millia.* Triginta millia equitum, expeditorum viginti millia dicit *Arrian.* II. 100.

74. *Transire* i. *trajicere* VII. 7. 13. Nep. Hamilc. IV. 1. *Hamilcar postquam mare transiit.* Noster VII. 8. 8: 7. 29. IV. 9. 23.

75. *Destinata* i. proposita. *Destinare* verbum est sagittariorum ad scopum collineantium. V. VII. 5. 41.

76. *Ratione* i. consilio. Cic. pro Muræn. *Abiit illud tempus, mutata ratio est.* Noster IV. 10. 13.

77. *Discussit* i. irrita fecit, dissolvit. Justin. II. 15. 6. *Proditionis consilia discussit.* Noster VII. 1. 4.

78. *Labant* i. nutant, vacillant. Justin. XIV. 1. 13. *Labantium animos deterruit.* Noster V. 3. 10.

Dex-

CAP. IX.

ARGUMENTUM.

Aciem suam instruunt Darius & Alexander.

ACies autem hoc modo stetit: Nabarzanes equitatu dextrum cornu [1] tuebatur, additis funditorum sagittariorumque viginti ferme millibus. In [2]
eodem Thymodes erat, Græcis peditibus mercede conductis triginta millibus [2] præpositus. Hoc erat haud dubium robur exercitus, par Macedonicæ phalangi [3] acies. In lævo cornu Aristomedes Thes- [3]
salus viginti millia barbarorum peditum habebat. In subsidiis [4] pugnacissimas locaverat gentes. Ipsum [4]
Regem in eodem cornu [5] dimicaturum [6] tria millia dele-

Dextrum cornu ad mare collocatum contra lævum Alexandri, cui Parmenio præfuit ibidem ad mare.

2. *Triginta millibus.* V. v. 11. 5.

3. *Par phalangi* n. virtute.

4. *In subsidiis. Subsidium* dicebatur, quando milites subsidebant in extrema acie, labantique aciei succurrebant. *Festus.* Optima ratio est, & ad victoriam plurimum confert, ut lectissimos de peditibus, & equitibus, cum vicariis comitibus, tribunisque vacantibus, habeat dux post aciem in subsidiis præparatos: alios circa cornua, alios circa medium, ut sicubi hostis vehementius insistit, ne rumpatur acies, provolent subito, & suppleant loca: additaque virtute, inimicorum audaciam frangant. Hoc primi Lacones invenerunt: imitati sunt Carthaginenses; Romani postea ubique servaverunt. *Veget.* III. 17.

5. *Eodem cornu*, n. lævo, quod dextro Alexandri erat objectum. Rex enim contra Regem erat demicaturus. III. II. 7.

6. *Dimicaturum* i. pugnaturum. Sortitionis varii erant modi: *micare* de ea dicitur, quæ fit per digitos subito expansos sub certo numero. Hinc dictum est *dimicare*, quod proprie est sorte, ac micatione finem imponere controversiæ; Deinde accipi cœpit pro tollere controversiam quoquo modo. Sed quia ferro id sæpe fit, propterea pro *pugnare* dicitur. V. *Casaub. Sueton. Aug.* c. 13.

7. *Cor-*

delectorum equitum, adsueta corporis custodia [7], & pedestris acies quadraginta millia sequebantur. Hyrcani deinde, Medique equites: his proximi cæterarum gentium, dextra lævaque dispositi. Hoc agmen, sicut dictum est, instructum [8] sex millia jaculatorum [9] funditorumque antecedebant. Quicquid [10] in illis angustiis adiri poterat, impleverant copiæ; cornuaque hinc a jugo, illinc a mari stabant: uxorem, matremque Regis, & alium feminarum gregem in medium agmen acceperant. Alexander phalangem [11], qua nihil apud Macedones validius erat, in fronte constituit. Dextrum cornu Nicanor Parmenionis filius tuebatur: huic proximi stabant Cœnos, & Perdiccas, & Meleager, & Ptolomæus, & Amyntas, sui quisque agminis duces.

7. *Corporis custodiæ.* Regum latera objecti, & circumfusi satellites, & stipatores defendebant, qui incurrentibus periculis se opponerent. Hi fuerunt gentium vel majorum, vel minorum. In prima classe nemo fuit præter summos amicorum, qui post magnarum rerum experimenta, in virtutis præmium inter illos sunt cooptati. Arrian. VI. 433. *Fuisse autem illi tum temporis septem corporis custodes, Leonnatum Antei, Hephæstionem Amyntoris, Lysimachum Agathoclis, Aristonum Pisei filium, Perdiccam Orontis, Ptolomæum Lagi, & Pythonem Crateæ filium: octavum vero iis accessisse Peucestam, qui Alexandrum scuto suo protexerat.* Posterior numero majori absolvebatur, & longe erat infra illorum dignitatem, imo prioris *seminarium*, VIII. 6. 6. & *rudimenta.* V. 1. 42. V. *Brisson. de regn. Persar.* I. 131.

8. *Instructum.* V. IV. 13. 21.

9. *Jaculatores* sunt, qui jaciunt jacula, sive missilia: *Werpylen. Qui jaculum emittit, jaculari dicitur.* Quintil. Inst. Orat. VIII. 2.

10. *Quicquid* i. quousque, quacunque, quecunque loca. Liv. VIII. 39. 5. *Quicquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant.* Qui *quicquid* reddit per *quoad* XXXIV. 47. 1. *Bojorum, Ligurumque agros populatum esse, quoad progredi sylvæ, paludesque passæ sint.* per *quatenus* Justin. XII. 10. 4. *Quatenus aut terrarum solitudines prodire passæ sunt.* Noster VI. 6. 26. ubi V. *Freinshem.*

11. *Phalangis* Macedonicæ in campo stantis ordo & facies potest cognosci ex Appiani libro de bellis Syriacis. Sic enim ille de Antiochi *phalange* contra Cn. Domitium: *Robur erat phalanx XVI. M. Macedonum ornata ex instituto Regum priscorum Alexandri, Philippique; Hæc media acies fuit in decem partes divisa, earum singulæ in fronte quinquagenos armatos habebant; a fronte introrsus, in duos & triginta ordines patebant acies (in singularum partium lateribus duo & viginti) phalanx muri speciem præ se ferebat, elephantis inter partes eminentibus, tanquam turribus.* V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

ces. In lævo, quod ad mare pertinebat [12], Craterus, & Parmenio erant: sed Craterus Parmenioni parere jussus. Equites ab utroque cornu [13] locati: dextrum Macedones Thessalis adjunctis, lævum Peloponnenses tuebantur. Ante hanc aciem posuerat funditorum manum, sagittariis admixtis. Thraces quoque, & Cretenses ante agmen ibant, & ipsi leviter armati. At iis, qui præmissi a Dario jugum montis insederant, Agrianos [14] opposuit, ex Græcia nuper advectos. Parmenioni autem præceperat, *ut, quantum posset, agmen ad mare extenderet; quo longius abesset montibus, quos occupaverant Barbari.* At illi, neque obstare venientibus, nec circumire prætergressos ausi, funditorum maxime adspectu profugerant territi: eaque res tutum Alexandro agminis latus, quod ne superne incesseretur, timuerat, præstitit. Triginta & duo armatorum ordines [15] ibant, neque enim latius extendi aciem patiebantur an-

12. *Pertinebat* i. extendebatur, *reyckte*, ut V. 4. 5.

13. *Ab utroque cornu.* ut IV. 9. 17.

14. *Agrianos* inter Hæmum & Rhodopen collocant Græci. Stephanus *Agriæ, sive Agriani, sive Agrianes gens Pæoniæ inter Hæmum & Rhodopen siti.* Laudantur Ptolomæo, Straboni, Polybio, & aliis. V. *Raderum.*

15. *Triginta & duo ordines.* In quatuor acies totus peditatus erat distributus, singulæ acies in duo agmina, ita ut octo agmina ducerentur: ex octo agminibus quaterni in frontis serie collocati efficiebant triginta duos ordines, ita ut unum agmen in quatuor ordines tribueretur, hoc modo:

Ad mare Cil.	Parmenio.	Craterus.	Meleager.	Ptolomæus.	Amyntas.	Perdiccas.	Coenus.	Nicanor.	Ad montes.
	....	....	....	....	....	....	....	....	
	....	....	....	....	....	....	....	....	
	....	....	....	....	....	....	....	....	

& sic deinceps, donec totus militum numerus exhauriretur. V. *Raderum.*

16. *Cir-*

angustiæ. paullatim deinde se laxare sinus montium, & majus spatium aperire cœperant, ita ut non pedes solum pluribus ordinibus incedere, sed etiam lateribus circumfundi [16] posset equitatus [17].

16. *Circumfundi latoribus* i. latera circumdare, cingere. *Circumfundere* duplicem significationem habet. Id quod circumdat, & cingit, & quod circumdatur, vel cingitur. *circumfundi* recte dicitur. Priori significatu Liv. II. 65. *Circumfusi ductibus equites.* Tacit. III. 5. *Circumfusæ lecto imagines.* Noster III. 9. 12. IV. 13. 6. Posteriore Noster III. 11. 4. V. *Freinsh. Indicem Florianum*, & *Curtianum.*

17. *Equitatus*, qui jam ante ab utroque cornu locatus, propter angustias locum nondum occupaverat.

CAP. X.

ARGUMENTUM.

Clamorem ingentem utrinque tollit exercitus. Suos ad prælium hortatur Alexander.

1 JAm in conspectu, sed extra teli jactum [1] utra-
2 que acies erat: quum priores Persæ [2] inconditum & trucem [3] sustulere clamorem [4]. Redditur & a Macedonibus major, exercitus impar numero, sed

Extra teli jactum i. quo pertingere tela jacta nequeunt. Ita V. 3. 7. VI. 1. 10. *procul teli jactu abesse* infr. IV. 3. 8. Inde proverbium: *extra teli jactum* i. in tuto, citraque periculum esse. De quo *Erasm. Adag. f.* 631.

2. *Priores Persæ.* Aliter Diod. XVII. 33. *Macedones primi, excitato barritu, clamorem ingentem edunt: dumque a Barbaris ex adverso responsatur, omnis Regio montana in propinquo nugitum retorquet: sed crassitudo hujus vociferationis priorem longe superabat, quippe quam millia hominum quingenta simul extulerant.*

3. *Trucem* i. horribilem. Tacit. Ann. IV. 25. 2. *Concentu tubarum, ac truci clamore aderant semisomnos in barbaros.* Noster VII. 5. 24. X. 1. 12.

4. *Clamor* ille edebatur in ipsa imminente jam conjunctione & conflictu, incitatio pariter animi & virium, atque hosti terror. Apud Græcos vox ἀλαλάζειν & ἀλαλαγμὸς assidua vox in ista re, formata a syllaba repetita, *Al al*, qua uteretur in provocando. Apud Romanos *baritum*, vel *barritum*, sed posteriore ævo reperio, quod Germanorum verbum. V. *Lipsi. Mil. Rom.* IV. 11. *Brisson. de regn. Pers.* III. 342. *Camer. H. S.* I. 77.

sed jugis montium, vastisque saltibus repercussus: quippe semper circumjecta nemora, petræque, quantamcunque accepere vocem [5], multiplicato sono referunt. Alexander ante prima signa [6] ibat, 3
identidem [7] manu suos inhibens [8], ne suspensi [9], acrius ob nimiam festinationem concitato spiritu, capesserent prælium. Cumque agmen obequitaret [10], 4
varia oratione, ut cujusque animis aptum [11] erat, mili-

5. *Vox* hæc *Echo*, quam Latini *resonam* vocant. *Fit, cum ab aere, qui unus efficiatur, propter vas desiniens, & prohibens, ne frangatur, aer repulsus fit ut globus.* Aristot. de anim. II. 8. Eleganter illam describit Lucret. IV. 571. — 581.

Pars solidis adlisa locis, rejecta sonorem
Reddit: & interdum frustratur imagine verbi.
Quæ bene cum videas, rationem reddere possis
Tute tibi, atque aliis, quo pacto per loca sola
Saxa pares formas verborum ex ordine reddant,
Palantes comites cum montes inter opacos
Quærimus, & magna dispersos voce ciemus.
Sex etiam, aut septem loca vidi, reddere voces
Unam cum jaceres, ita colles collibus ipsis
Verba repulsantes iterabant dicta referre.

Describit & Ovid. Met. III. 337. 369. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshem.*

6. *Prima signa.* V. IV. 6. 14.

7. *Identidem*, i. sæpius, frequenter, sed cum intervallo. Cicer. Attic. XIII. 26. *Itaque revolvor identidem in Tusculanum.* Liv. VI. 20. *Identidem Capitolium spectans.* Noster IV. 15. 33. V. 9. 12. VI. 9. 24.

8. *Inhibere* i. retinere, & retrahere ab incepto opere. Virgil. XII. 692. *Et vos tela inhibete Latini.* Noster IV. 16. 16.

9. *Suspensi* i. non utentes liberis viribus propter spiritum acrius concitatum; sed torpentes. Sic. Liv. I. 25. *Erecti suspensique animo intenduntur*, quod mox explicatur: *torpebat vox, spiritusque.* Sensus est: non placuisse Alexandro, properare militem, dum adhuc extra teli jactum erat, ne antequam cominus fieret, spiritus eum deficeret. V. *Freinshem.*

10. *Obequitaret*, daer tegen aen en omme rijden. Flor. IV. 2. 50. *Voces quoque obequitantis acceptæ.* Noster VII. 7. 5.

11. *Aptum* i. conveniens, commodum. Tacit. Hist. II. 16. 5. *Aptum tempus insidiis legere.* Noster III. 7. 8. VII. 7. 32. IV. 3. 4.

12. *Ex-*

milites adloquebatur. Macedones, *tot bellorum in Europa* 12 *victores ad ſubigendam* 13 *Aſiam, atque ultima* 14 *Orientis, non ipſius magis, quam ſuo* 15 *ductu* 16 *profecti, inveterata* 17 *virtutis* admonebantur. *Illos terrarum orbis liberatores* 18, *emenſisque* 19 *olim Herculis* 20, *& Liberi* 21 *patris terminos, non Perſis modo, ſed etiam*

12. *Europa* terminos habet ab Oriente Tanaim, & Mæotida, & Pontum: a meridie reliqua noſtri maris: ab occidente Atlanticum, a ſeptemtrione Britannicum oceanum. Unde nomen acceperit, neque quis nominis auctor exſtiterit, ab aliquo mortalium compertum eſt: niſi dicamus ab *Europa* Tyria nomen accepiſſe regionem; nec ante, ut cæteras, nomen habuiſſe. Tamen illam ex Aſia fuiſſe conſtat, neque in hanc commeaſſe terram, quæ nunc a Græcis vocatur *Europa*; ſed e Phœnice tantum in Cretam, & e Creta in Africam. V. *Mel.* I. 3. *Herod.* IV. 315. *Ortel. Theat. Orb. f.* 1.

13. *Subigendam* i. bello vincendam, & in poteſtatem redigendam. Liv. II. 49. *Omnes finitimos ſubigi populos poſſe.* Noſter v. 6. 2. & ſæpius. *Subigere farinam* dixit Cato.

14. *Ultima* i. ultimos fines. *Ultimum* veteres non tam de numero, quam de ſpatio, & intervallo utuntur. Cic. pro Murena. *De nocte ex ultima ſæpe urbe deductum.* Noſter v. 1. 3. VI. 5. 1. VIII. 9. 9.

15. *Ipſius, quam ſuo. Ipſius* referendum ad Alexandrum, *ſuo* ad ipſos milites, hoc intellectu: Macedones tam promtos ad expeditionem Aſiaticam & Perſicam profectos, ut ſuamet ipſorum potius voluntate profecti ſint, quam Alexandri impulſu. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

16. *Ductu.* V. VI. 3. 2.

17. *Inveteratæ*, die ſich geſetzt heeft, die zy gewoon waren te gebruycken. Terent. Hec. prol. II. 4.

Novas qui exactas feci, ut inveteraſcerent.

i. in conſuetudinem abirent, Donato interprete. Ita *veteris hominem potentiæ* Cæſ. *B. C.* III. 35. 2. *Egeſareus veteris homo potentiæ Pompejanis rebus ſtudebat. Inveteratam licentiam* Nep. Eum. VIII. 2. *inveteratam auctoritatem.* Noſter VI. 8. 7. *Inveteratam virtutem* Juſt. IX. 3. 9. *aſſiduis bellis* dicit *induratam.*

18. *Liberatores* n. a ſuperba Perſarum dominatione. Unde *jugum*, quod ſequitur, juſtum & mite imperium interpretatur *Freinshemius.*

19. *Emenſos* i. qui peragraverant, iter fecerant. Nep. Fragm. VII. 2. *Emenſos, quæ intererant, in Germaniæ littora exiiſſe.* Noſter III. 12. 18. IV. 16. 9: 14. 1.

20. *Herculis terminos* Plinius vocat *Abilam & Calpen* proœmio III. *Oceani faucibus utrinque impoſiti montes cœrcent clauſtra, Abila Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis meta.* V. &

etiam omnibus gentibus gentibus impoſituros jugum. Macedonum Bactra & Indos fore: minima eſſe, quæ nunc intuerentur; ſed omnia victoria parari 22. *Non in præruptis* 23 *petris Illyriorum* 24 *& Thraciæ ſaxis ſterilem* 25 *laborem fore, ſpolia* 26 *totius Orientis offerri. Vix gladio futurum opus, totam aciem ſuo pavore fluctuantem* 27 *umbonibus* 2 *poſſe propelli. Victor ad hæc Athenienſium* 29 *Phi-*

& Mel. I. 5. Strab. III. 207. Noſter IX. 4. 21. X. 1. 17.

21. *Liberi terminos* i. Indiam. Plin. III. 16. *Ad flumen Indum aræ ſunt ab Hercule & Libero patre conſtitutæ.* Solinus; *Cepit Indiam, emenſus omnia, ad quæ Hercules & Liber acceſſerant.* Noſter VII. 9. 15. Docet vero ſuos, quouſque voluerit cum victore exercitu progredi.

22. *Victoria parari.* Liv. V. 36. *Quum illi, ſe in armis jus ferre, & omnia fortium virorum eſſe, ferociter dicerent.*

23. *Præruptis.* Illyricis enim quædam loca prorſus ſunt aſpera, qua montoſa ſunt, & Borea tunduntur.

24. *Illyrios* Græci eos exiſtimant, qui ſupra Macedoniam & Thraciam a Chaonibus & Theſprotis ad fluvium Iſtrum ſedes habent. Hæc enim provinciæ totius longitudo eſt. Amplitudo ejus ex Macedonicæ & Thraciæ montibus ad Pœones uſque & Ionium mare, Alpiumque objecta protenditur, quæ dierum quinque itinerationem continet. Longitudo in triplo productior eſt. Hos nomen habere ab Illyrio Polyphemi filio ſcribunt auctores. *Schlavonien.* V. *Ortel. Theatr. Orb. f.* 87. *Veter. Geogr. f.* 8. Noſter VI. 6. 36.

25. *Sterilem* i. ſine præmio, ſine fructu. Tacit. Hiſt. I. 3. 1. *virtutum ſterile ſeculum* i. in quo prodeunt pauci viri probi, & fortes. I. 90. 1. *donum uſu ſterile.* Martial. I. 77. 14. *ſterilis cathedra.*

26. *Spolium* eſt, quicquid hoſti detrahitur veſtium, ſive armorum. Inde *pelles* Lucretius vocat *ferarum ſpolia*, V. 952.

Necdum res igni ſcibant tractare, neque uti
Pellibus, & ſpoliis corpus veſtire ferarum.

IV. 60 *Nam ſæpe videmus*
Illorum ſpoliis vepres volitantibus auctas.

27. *Fluctuantem* i. ad fugam inclinantem, nutantem. *Fluctuare* eſt huc illuc incerto ferri. Suet. Claud. c. 4. *Ne ſemper inter ſpem, & metum fluctuemus.* Animus enim noſter cum mari comparatur.

28. *Umbo* eſt media pars ſcuti illa, quæ protuberat, & exſeritur cum rotundo tumore. Illo avertebant hoſtes. Nam in conflictu, & pugna cominus utebantur eo ad impulſum. Suet. Jul. c. 68. *Umbone obvios agent.* V. *Lipſ. Mil. Rom.* III. 2. *Turneb.* XIII. 15. *Eraſm. Adag. f.* 94. Pari modo infr. IV. 14. 14. *Obteri mehercle equorum ungulis poſſunt.* Hoſtium extenuatio, modo non nimis jacta-

Philippus pater invocabatur [30], *domitæque* [31] *nuper Bœotiæ* [32], *& urbis* [33] *in ea nobilissimæ* [34] *ad solum* [35] *diruta* [36], species

bunda nostris adimit timorem.

29. *Athenienses* vicit Philippus ad Cheronæam Bœotiæ urbem. Regem Macedoniæ Argæum facere volebant Athenienses, misso Mantia duce cum exercitu. V. *Diod.* XVI. 89.

30. *Invocabatur.* Sic Germanicus apud Tacit. Ann. II. 8. 1. *Fossam, cui Drusianæ nomen, ingressus, est precatus Drusum patrem, ut se eadem ausum, libens placatusque exemplo ac memoria consiliorum, atque operum juvaret.* Sic ille apud Valer. Flacc. Argon. VI. 287. 288.

Irruit, & patrias cæptas ferus advocat umbras:
Sancte mihi Vorapte pater, tua pectora nato
Suggere. Et ille apud Senec. Hippol. II. 305. 306.
Te, te, soror, quacunque siderei poli
In parte fulges, invoco ad causam parem.

Quamvis apud Curtium vocabulum *invocandi* non aliter, quam pro *advocare*, quasi exemplo, res ejus gestas memorando, Philippum *advocasset* Alexander, ultimissimo quidem ejusmodi adhortationum, a majorum præclare factis, maxime si qua recentia sint, animos militum exstimulandi loco capiat *Freinshemius.*

31. *Domitæ* i. victa, superatæ. Noster IV. 1. 5. qui & *domitos* equos dicit X. 1. 24. & *domitum* animal IX. 8. 2.

32. *Bœotia* est Græciæ regio, tria maria, Peloponnesiacum, Siculum, & Adriaticum respiciens. V. *Strab.* IX. 729. *Emm. Vet. Græc.* III. 40. *Lauremb. Græc. Ant. p.* 30.

33. *Urbis* n. Thebarum, quarum captarum, ex consilio Phocensium, muros & ædificia diruit Alexander, postquam octingentos fere annos eosdem incolas habuissent. Causa eversionis fuit, quod ab Alexandro defecissent, Amyntam & Timolaum Cadmeæ arcis præfectos trucidassent, totamque Græciam ad novandas res solicitassent. V. *Just.* III. 11. 7. *Arrian.* I. 18 - 23. *Diod.* XVII. 8.

34. *Nobilissimæ* i. celeberrimæ. *Nobilitas* dicitur non solum de hominibus claris natalibus ortis; sed etiam de cæteris rebus maxime cognitis, & celebribus. Noster III. 1. 12. IV. 9. 6. V. *Freinsthemii indicem.*

35. *Ad solum*, tot op de grond toe. *sine vestigio.* Obsequens de prod. c. 62. *Aedes Veneris sine ullo vestigio cremata. Humo* Virg. Aen. III. 3. *Et omnis humo fumat Neptunia Troja.* V. v. 1. 33.

36. *Dirutæ* i. disjectæ, destructæ. Terent. Ad. V. 7. 10. *Maceriam jube dirui.* Noster V. 5. 4. VII. 7. 1. *Solo æquatam* dicunt Paterc. II. 4. 2. P. *Scipio circumdatam operibus Numantiam, excisamque æquavit solo.* & Noster VIII. 10. 8. qui & *dejicere* urbem dicit VII. 5. 23. & *demoliri* infr. VIII. 10. 30.

37. *Re-*

species repræsentabatur [37] animis. *Jam Granicum amnem, jam tot urbes, aut expugnatas, aut in fidem acceptas, omniaque, quæ post tergum erant strata, & pedibus ipsorum subjecta* memorabat. Quum adierat 8
Græcos, admonebat *ab iis gentibus illata Græciæ* [38] *bella: Darii* [39] *prius, deinde Xerxis* [40] *insolentia* [41], *aquam ipsam, terramque postulantium* [42]: *ut neque fontium haustum, nec solitos* [43] *cibos relinquerent.* Deinde *Deum* 9
templa [44] *ruinis & ignibus esse deleta* [45]: *urbes eorum expugna-*

37. *Repræsentabatur* i. quasi præsens sistebatur. V. VI 11. 33.

38. *Græcia* quæ Latinis est, a Græcis *Hellas* nominatur. Prima & vera est, quam Atticam vocant. Universa tribus alluitur pelagis, Jonio, Aegæo & Libyco *Oriel. vet. Geogr. f.* 13.

39. *Darii* Hystaspis filii, qui, cognito quod Athenienses Joniis auxilium contra se tulissent, omnem impetum belli in eos convertit. V. *Justin.* II. 5. & 9. *Nep. Milt.* III. IV. V. *Herod.* VI. 451. Quod ducentesimo & sexagesimo anno, post Romam conditam, aut non longe amplius accidisse dicit *Gell. N. A.* XVII. 21. Ubi V. *Oiselium.*

40. *Xerxis* Darii filii qui juncto Hellesponto copias per Europam traduxit in Græciam, ut Athenienses illis aliis, quas cum Persis aliis, tum patri Dario intulerant. V. *Herodot.* VII. 496. *Justin.* II. 10. *Nep. Them.* II.

41. *Insolentia* i. jactantia, arrogantia. Donat. Ter. And. V. 4. 4. *Insolens, insolitus, insuetus. Cic. pro Dejot. moveor loci insolentia. Sallustius: Insolens vera accipiendi. Insolens & arrogans intelligitur. Qui præter legem agit humanam, & naturalem, insolens dicitur.*

42. *Postulantium* i. exigentium, ut absolute se dederent Græci, quia aqua & terra res sunt ad humanam vitam maxime necessarię. Plutarch. Alex. c. 103. *Quum neque aquam nobis ademtum, neque victum necessarium veneris: pro quibus solis necesse habent homines sani decertare.* Hanc vero insolentiam, ut suorum animos magis accenderet, commemorat Alexander: nam vastitas agrorum, urbium direptiones, cædes, incendia, aliaque hostilia, belli calamitates & incommoda sunt; at *aquam & terram postulare, ut neque fontium haustum, neque solitos cibos relinquerent*, summa insolentia, quam Lacedemonii & Athenienses adeo ægre tulerunt, teste Herodoto in Polyhymnia, ut legatorum alios in barathrum, alios in puteum dejicerent, jubentes eos illuc aquam & terram ferre ad Regem. V. *Brisson. de Regn. Pers.* III. 330. *Popmam & Freinshemium.*

43. *Solitos* i. consuetos.

44. *Templa* incendit Xerxes, quia Athenienses cremaverant Sardis una cum Aristagora Mile-

pugnatas: *fœdera humani* [46] *divinique* [47] *juris violata* [48] referebat. Illyrios vero & Thracas rapto vivere adsuetos, *aciem hostium, auro purpuraque fulgentem, intueri* jubebat, prædam, non arma gestantem [49]. Irent [50], & imbellibus [51] feminis aurum viri eriperent: aspera montium suorum juga, nudosque [52] colles, & perpetuo rigentes gelu, ditibus [53] Persarum campis, agrisque mutarent.

CAP.

sio servo ejus venientes, lucosque ac delubra. V. *Herod.* VII. 496. *Brisson. de Regn. Pers.* II. 171. *Popmam & Freinshemium.*

45. *Ignibus deleta* i. combusta. Nep. Iphic. II. 5. *Non prius Sparta abscessissent, quam captam incendio delessent.* Noster V. 7. 3.

46. *Humani*, quia Darius turpi ab Scythia fuga summotus Macedoniam suæ ditionis facere tentavit. V. *Just.* VII. 3. 1.

47. *Divini*, quia templa diripuerat, & incenderat.

48. *Violata* i. corrupta. *Violantur* res sacræ, quando impia manu tanguntur. Virg. XI. 255. *Quicunque Iliacos ferro violavimus agros.* Ubi Servius: *Violavimus, quasi sacros. Nam violare de religionibus dicimus.* Noster V. 12. 5. IV. 2. 17.

49. *Prædam, non arma.* Liv. IX. 17. *Non jam cum Dario rem esse dixisset: quem mulierum ac spadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, oneratum fortunæ suæ apparatibus, prædam verius quam hostem, nihil aliud, quam bene ausus vana contemnere, incruentus devicit.*

50. *Irent.* Hoc ferme verbo dimittebatur concio. Sic apud Sueton. Cal. c. 46. *Abite læti, abite locupletes.* V. *Indicem Freinshemii.*

51. *Imbellibus* i. militiæ labori minus aptis. Ita *imbellis lyra* Prop. IV. 6. 18. *imbelles columbæ* Horat. Od. IV. 3. 31. Inde *imbellia, belli inscientia.* Festus. Noster IV. 14. 4.

52. *Nudos* i. sine gramine & herba, sine arboribus & virgultis. Virg. Ecl. I. 48. *lapis nudus.* Cat. LXII. 49. *nudum arvum.* Noster IV. 7. 10. VII. 3. 8.

53. *Ditibus* i. divitibus. Prop. III. 3. 1. *Arma Deus Cæsar dites meditatur ad Indos.* Noster III. 11. 20.

Ad

CAP. XI.

ARGUMENTUM.

Exercitu cæso fugit Darius, quem fugientem persequitur Alexander.

JAm ad teli jactum [1] pervenerant, cum Persarum equites ferociter in lævum cornu hostium invecti sunt [2]. Quippe Darius equestri prælio [3] decernere optabat, phalangem Macedonici exercitus robur [4] esse conjectans [5]. Jamque etiam dextrum Alexandri cornu circumibatur. Quod ubi Macedo conspexit: duabus alis [6] equitum *ad jugum montis* jussis *subsistere* [7], cæteros in medium belli discrimen strenue transfert [8]. Subductis [9] deinde ex acie Thessalis equitibus, præfectum [10] illorum *occulte*

Ad teli jactum. i. tam prope, ut alter alterum sagittis, plumbeis glandibus, & missilibus posset contingere, ac impetere. Sagittarii, & maxime funditores olim ad sexentos pedes telum jaciebant, scopumque contingebant. Veget. II. 23. V. *Raderum*, & ex illo *Freinsh.*

2. *Invecti sunt*, sijn ingebroken, ut IV. 15. 20.

3. *Equestri prælio*, quia illa virium parte maxime fidebat. Persæ enim rei equestris peritissimi semper sunt habiti. V. *Brisson. de regn. Pers.* III. 299.

4. *Robur* i. in dextro cornu cum Alexandro.

5. *Conjectans*, quia equitatus præmissus prospectum impediebat.

6. *Ala* apud Græcos continebat centum tredecim equites, apud Latinos trecentos, qui in decem turmas tribuebantur, hæ in tres decurias, turma explebat triginta, decuria decem. Sed Græci alam centum & tredecim definierunt. Duæ alæ continebant ducentos, sex & viginti. Arrianus tamen trecentos equites appositos fuisse narrat. V. *Raderum.*

7. *Subsistere.* V. VI. 5. 27.

8. *Transfert in discrimen.* VI. 1. 1. *Immittere se in medium pugnæ.*

9. *Subductis* i. furtim subtractis. Terent. Eun. IV. 7. 25. *Et cum eo clam te subduxti mihi.* Ubi Donatus *furtim subtraxisti mihi*, Virgil. VI. 524. *Et fidum capiti subduxerat ensem.*

10. *Præfectum* Philippum IV. 13. 29. VI. 6. 35. Menelai

culte circumire tergum[11] *suorum* jubet, *Parmenioni-*
que[12] *conjungi*, *&, quod is imperasset, impigre exsequi.*
4 Jamque ipsi[13] in medium Persarum undique circumfusi egregie se tuebantur; sed conserti, & quasi cohærentes tela vibrare[14] non poterant: simul[15] erant emissa, in eodem[16] concurrentia implicabantur[17], levique & vano ictu pauca in hostem, plura in humum innoxia cadebant. Ergo cominus[18] pugnam coacti conferere[19] gladios impigre stringunt[20].
5 Tum vero[21] multum sanguinis fusum est: duæ quippe acies ita cohærebant[22], ut arma armis pulsarent, mucrones[23] in ora[24] dirigerent. Non timido

lai filium. *Arrian.* III. 185.

11. *Circumire tergum*, achter om marcheren.

12. *Parmenioni.* Is enim universo equitatui sinistri lateris imperabat. *Arrian.* III. 185.

13. *Ipsi* n. Alexander, & qui circa illum erant. n. 9.

14. *Vibrare* i. torquere. Notat motum rei tremulæ. Projecta enim tremulum habent motum. Cic. Orat. II. *Vibrasse hastas.* Noster VI. 1. 14: 5. 28. VII. 9. 7.

15. *Simul* i. simulac, simulatque. Cic. Acad. II. *Itaque simul experrecti sumus, visa illa contemnimus.* V. *Lambin. Horat. Od.* I. 4. 17. *Voss. Gramm.* VII. 63.

16. *In eodem* n. loco.

17. *Implicabantur*, i. collidebantur, involvebantur.

18. *Cominus* non est præpositio utrumque casum regens, sed adverbium in loco i. juxta, cui contrarium est *eminus* i. longe. Flor II. 6. 29. *Cominus venit.* Noster VI. 1. 4. VII. 8. 19. V. *Sciop. Gramm. p.* 88.

19. *Conferere pugnam* i. pugnare, confligere. Varr. L. L. v. 57. *Sic conferere manum dicimur cum hoste.* Justin. VII. 2. 12. *Conferto prælio magna cæde Illyrios fudere.* Noster VIII. 13. 12.

20. *Stringunt* i. vagina educunt. *Distringere* Cicer. Catil. III. *districtos gladios retudimus.* Noster V. 9. 10. VI. 7. 12. *Stringere* proprie *afstroopen.* Cæs. B. P. III. 58. *Foliis ex arboribus strictis.*

21. *Tum vero*, doen eerst. Hac particula utimur in re gravi, & periculis. Livius millies. Noster hujus capitis *n.* 5. 9. 11. 23.

22. *Cohærebant* i. commissa utrinque pugna implicabantur. Liv. XXIII. 27. *Et dum corporibus applicantur, armaque armis jungunt, in arctum compulsi, quum vix movendis armis satis spatii esset, corona hostium cincti, ad multum diei cæduntur.*

23. *Mucro* est *cuiuslibet teli acumen.* Serv. XI. 817. Inde pro fine ponitur. Lucret. II. 519.

Ancipiti quondam mucrone utrimque notantur.

Figurate pro gladio, aut ense.

24. *Ora* i. faciem, ut Tacit. Ann. II. 14. 4. *Dentarent ictus, ora mucronibus quærerent.* Noster VII.

do[25], non ignavo[26] cessare[27] tum licuit: conlato[28] pede, quasi singuli inter se dimicarent, in eodem vestigio[29] stabant, donec vincendo locum sibi facerent. Tum demum ergo promovebant gra- 6
dum[30], quum hostem prostraverant. At illos novus excipiebat[31] adversarius fatigatos: nec vulnerati, ut alias[32] solent, acie poterant excedere[33], quum hostis instaret[34] a fronte, a tergo sui urgerent. Alexander non ducis magis, quam militis munera 7
exsequebatur, opimum[35] decus cæso Rege expetens: quippe Darius curru[36] sublimis eminebat, & suis ad se tuendum, & hostibus ad incessendum ingens incitamentum. Ergo frater ejus Oxathres, 8
quum Alexandrum instare ei cerneret, equites, quibus

VII. 4. 37. Notat vero propinquitatem pugnantium.

25. *Timido* i. trepido. *Timidus est, qui semper timet.* Serv. Ecl. VI. 20.

26. *Ignavo* i. negligenti. Virg. Georg. III. 468.

Aut summas carpentem ignavus herbas.

27. *Cessare*, V. IV. 16. 5.

28. *Conlato* i. juncto. ut Ovid. Metam. IX. 44.

Cum pede pes junctus, totoque ego pectore pronus.

29. *Vestigio* i. loco, in quo posuerant *vestigia* i. pedes. Noster IV. 14. 2. Veteres enim *vestigium* pro pede dixerunt. Tibul. IV. 1. 13.

Læta Molorcheis posuit vestigia tectis.

Noster IV. 7. 6.

30. *Promovebant gradum* i. procedebant.

31. *Excipiebat fatigatos* i. fatigatis se objiciebat, fatigatis occurrebat. Nep. Chabr. I. 2. *Impetum excipere hostium docuit.* Darius quippe numero Macedonas vincebat, & singuli Macedones minimum contra decem Persas debebant pugnare.

32. *Alias* i. in aliis bellis, aliis temporibus. V. III. 2. §. 55.

33. *Excedere* acie, & prælio dicuntur pulsi, & saucii. Nep. Eum. IV. 2. *Neque eo magis ex prælio excessit.* Noster IV. 15. 30.

34. *Instaret* i. adesset, imminneret. Nep. Epam. IX. 1. *Quum acie instructa audacius instaret hostibus.*

35. *Opimum.* Alludit ad Romanorum *opima* spolia, quæ dux populi Romani duci hostium cæso detrahebat. *Horum tanta fuit raritas, ut trina contigerint nomini Romano: una, quæ Romulus de Acrone: altera, quæ Consul Cossus Cornelius de Tolumnio: tertia, quæ M. Marcellus Jovi Feretrio de Viridomaro fixerunt.* Festus. Noster VII. 4. 40.

36. *Curru* veteres prælium inibant. IV. 1. 1. V. 10. 12. Darii *currum* quadrijugum fuisse do-

bus præerat, ante ipsum currum Regis objecit, armis & robore corporis multum super cæteros eminens; animo vero, & pietate [37] in paucissimis [38], illo utique prælio, clarus: alios improvide instantes
9 prostravit, alios in fugam avertit [39]. At Macedones, ut [40] circa Regem erant, mutua adhortatione firmati, cum ipso in equitum agmen inrumpunt [41]. Tum vero similis ruinæ strages [42] erat. circa currum Darii jacebant [43] nobilissimi duces, ante oculos Regis egregia morte defuncti [44], omnes in ora proni [45], sicut dimicantes procubuerant, adverso
10 corpore [46] vulneribus acceptis. Inter hos Atizies, & Rheomithres, & Sabaces prætor Aegypti, magno

cet *Diodor.* XVII. 34. V. *Brisson. de Regn. Pers.* I. 83. III. 307.

37. *Pietate* i. in fratrem amore, obsequio. Nepos Timol. 1. 5. *Laesam ab eo pietatem*. De *pietatis* nomine V. *Manut. Quaes. Epist.* II. 1.

38. *In paucissimis* i. inter paucos. Plin. XXX. 1. *In paucis tamen digna res est.* Noster VI. 8. 2.

39. *Avertit* i. pepulit, ut IV. 9. 22. V. 4. 28.

40. *Ut* i. sicut. Suet. Claud. c. 34. *Ut erat togatus.* Ner. c. 48. *Ut erat nudo pede, atque tunicatus.* Atque ita passim auctores alii. V. *Freinsh. Indicem.*

41. *Inrumpunt*, doen een inval. Justin. II. 11. 15. *Sexcenti viri castra quingentorum militum irrumpunt.* Noster VII. 3. 2.

42. *Strages* proprie est arborum cæsarum, stratarumque. Metaph. est hominum. V. *Voss. Instit. Orat.* IV. 6. 11. Noster IV. 10. 6. VII. 7. 35.

43. *Jacebant* n. mortui. Phæd. I. 28. 9. *O canis merito jaces.*

44. *Defuncti morte*, ut infr. V. 8. 11. VIII. 7. 5. & *defuncti vita.* V. 5. 13. 1. mortui; licet videantur opposita. Notant enim eos, qui officium suum expleverunt. (*defungi* enim est functionem suam peragere, & perficere.) mortisque, aut vitæ munia, quantum ad ipsos pertinebat, absolverunt. V. *Freinshemii Indicem.*

45. *In ora proni*, op het aengesicht. Flor. I. 18. 17. *Omnium vulnera in pectore.* Cat: LXIV. 355.

Hostibus haud tergo; sed forti pectore notus.

46. *Adverso corpore*, van vooren. Justin. IX. 3. 10. *Quippe adversis vulneribus, omnes loca, quae tuenda a ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt.* Sallust. Cat. c. 61. *Nam fere quem quisque vivus pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat. Pauci tamen, quos medios cohors praetoria disjecerat, paullo diversius, sed omnes tamen adversis vulneribus conciderant.*

47. *No-*

gnorum exercituum præfecti noscitabantur [47]: circa eos cumulata [48] erat peditum, equitumque obscurior [49] turba. Macedonum quoque non quidem multi [50], sed promtissimi [51] tamen cæsi sunt: inter quos Alexandri dextrum femur [52] leviter mucrone perstrictum [53] est. Jamque, qui Darium vehebant, 11
equi, confossi hastis, & dolore efferati [54], jugum quatere, & Regem curru excutere [55] cœperant; cum ille veritus, ne vivus veniret in hostium potesta-

47. *Noscitabantur*, ut VIII. 13. 24. Plaut. Epid. IV. 1. 10. *Noscito ego hanc* i. nosse incipio. Liv. II. 23. *Noscitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxisse ajebant.*

48. *Cumulata*, op malkanderen gestapelt, *ut* IV. 3. 9. V. 4. 18.

49. *Obscurior* i. minus nobilis, minus nota. Cicer. pro Muræn. *Tua nobilitas hominibus literatis notior, populo vero obscurior.* Noster III. 5. 10.

50. *Non quidem multi.* Arrianus numerum ponit, & centum & viginti cecidisse dicit II. 107. *In eo conflictu Ptolomaeus Seleuci filius re fortiter gesta, aliique non obscuri nominis Macedones, centum & viginti numero, ceciderunt.*

51. *Promtissimi.* Ita Tacit. Hist. II. 25. 5. *Unde rursus ausi promtissimos praetorianorum equitum interfecere.* Qui & rationem addit Agric. XXXIV. 3. *Caeterorum Britannorum fugacissimi, ideoque tam diu superstites. Quomodo sylvas, saltusque penetrantibus, fortissimum quodque animal robore, pavida & inertia ipso agminis sono pelluntur: sic acerrimi Britannorum jam pridem ceciderunt.*

52. *Femur* pars est corporis, quæ est a coxa ad flexum pedis, *de heupe, het dicke van 't been.* Tibul. I. 9. 13. *Sed femori conservisse femur.* Noster III. 12. 2. VI. 1. 4.

53. *Perstrictum* i. leviter vulneratum. *Stringere* est vulnerare. Flor. IV. 12. 44. *Strictus, ac recreatus ex vulnere in tempus.* Noster III. 12. 2.

54. *Efferati* i. ferociores facti. *Efferus* est valde ferus Flor. IV. 12. 12. *Qui efferum genus terras fodere coegit.* Noster VI. 3. 6. VIII. 2. 16. Diod. XVII. 34. *Tunc equi Darii jugales, qui currum ejus trahebant, multis vulneribus affecti, & cadaverum in orbem coacervatorum multitudine consternati, &c.*

55. *Excutere* i. facere, ut caderet de curru. Ita IV. 15. 16. *Jugum excusserant* i. crebra jactatione cervicum fecerant, ut e cervicibus jugum caderet. *Excutere* enim est movere, & movendo abjicere. Virg. XII. 7. *Excutiens cervice toros.* Diod. XVII. 34. *Frænis excussis, Regem in medios ferme hostes abripuissent, nisi in extremo versans periculo habenas apprehendisset, principatus sui majestatem, & legem Persarum Regibus praescriptam*

ſtatem, deſilit, & in equum [56], qui ad hoc [57] ſequebatur, imponitur; inſignibus quoque imperii [58], ne fugam proderent, indecore abjectis. Tum vero cæteri diſſipantur [59] metu, & qua [60] cuique patebat [61] ad fugam via, erumpunt [62], arma jacientes, quæ paullo ante ad tutelam corporum ſumſerant: adeo pavor etiam auxilia formidabat. Inſtabat fugientibus eques a Parmenione miſſus, & forte in illud [63] cornu omnes fuga abſtulerat [64]. At in dextro

ptam hoc modo transgredi coactus.

56. *Equum.* Aelian. VI. 48. *equam* conſcendiſſe dicit. *Darius quum inclinata jam acie in eo prælio, quod ad Iſſum commiſerat, Perſarum res premi cœpiſſent, quumque victus fuga ſalutem adipiſci neceſſe haberet, in equam conſcendit: quæ, quod relicti memoriam pulli recordaretur, quanto maximo potuit ſtudio, & celeritate eum ipſum prædicatur ex periculis eripuiſſe.*

57. *Ad hoc* i. in hunc finem, ut IV. 1. 30: 3. 3.

58. *Inſignibus* i. ſignis, quæ fuerunt tiara recta cum diademate, quæ deſcribuntur VII. 5. 24. & candys i. amiculum chirodotum ſuſpenſum ex humeris, prolixum ultra brachia, uſque in primores manus. Fuit candys quidem corporis commune tegmen; verum Regum candys a cæteris purpuratorum, & procerum amiculis, non precio tantum, ſed & colore diſtabat. Erat enim murice, & conchylio i. marina purpura tinctus. Murice vero infectæ veſtes præ cæteris purpureis, quales erant procerum, in precio fuerunt. *Inſignia* projicere, ne proderentur, fugientes ſolebant. Sueton. Aug. C. 10. *Priore Antonius eum fugiſſe ſcribit: ac ſine paludamento, equoque poſt biduum demum apparuiſſe.* Cæſ. B.C. III. 96. *Pompejus jam, cum intra vallum noſtri verſarentur, equum nactus, detractis inſignibus imperatoriis, decumana porta ex caſtris ſe ejecit.* V. *Briſſon. de Regn. Perſ.* I. 37. 39. *Caſaub. ad Sueton. l. l.*

59. *Diſſipantur* i. disjiciuntur, diſperguntur. Flor. IV. 9. 4. *Et illi Pacoro duce diſſipant Antoniana præſidia.* Noſter VI. 1. 11. V. 13. 18.

60. *Qua* adverbialiter poſitum plerumque valet *ubi*. Liv. XXVIII. 13. *Paſſim, qua cuique proximum fuit, in fugam effunduntur.* Flor. II. 6. 52. *Tanto, id eſt, omni, qua longiſſima Italia, ſolo interjacente.* Noſter V. 6. 2: 13. 18. IV. 16. 11. V. *Freinshemii Indicem Florianum.*

61. *Patebat* i. aperta erat. Nep. Milt. VIII. 4. Cui non *ad eum aditus pateret.* Noſter IV. 16. 11.

62. *Erumpunt* i. cum impetu exeunt. Phæd. II. 9. 9. *Occaſione rurſus erumpam data.* Noſter VI. 5. 3. X. 9. 18.

63. *In illud* i. uſque ad illud. Flor. I. 17. 2. *Umbri in id tempus intacti.*

64. *Abſtulerat* i. abduxerat, abripuerat, fugerant. Infr. *n.* 26.

65. *Dilapſi* i. cum diſceſſiſſent, ſe recepiſſent. Nep. Eum. III. 4. *Non modo non ituras, ſed ſimul cum nuncio dilapſuras.* Noſter V. 1. 4: 12. 9. V. *Muret. V. L.* XI. 5.

66. *Incompoſitis* III. 8. 18. *inconditos*, IV. 1. 32. *palantes.* Idem vero Liv. XXI. 52. *Si ſparſos, & incompoſitos, oneratosque præda plerosque cum inopinantes invaſiſſent, ingentem terrorem, cædemque, ac fugam uſque ad caſtra, ſtationesque hoſtium fecere.*

67. *Laminis* & hamis ſolidis conſtabant loricæ. Iſidorus: *Squama eſt lorica ex laminis æreis, vel ferreis concatenata in modum ſquamarum piſcis.* Claudian. in Rufin. II. 357.

Conjuncta per artem
Flexilis inductis animatur lamina membris
Horribilis viſu, credas ſimulacra moveri
Ferrea, cognatoque viros ſpirare metallo.
Par veſtitus equis.

Scriptor Græcus apud Suidam voce Θώραξ. *Lorica Parthi equitis eſt talis. Prior ejus pars pectus, & femora, & manus extremas, & crura tegit: poſterior tergum, & cervicem, & caput totum. Fibulæ vero ſunt ad latera, quibus utramque partem jungunt, atque ita totum equitem ferreum faciunt videri. Prohibet vero nihil, aut impedit ferrum membrorum extenſiones, ſive contractiones, adeo curioſe factum, ſectumque eſt ad naturam membrorum. Armant autem & equum ſimiliter ferro, totum quidem, & uſque ad ungulas. Hoc ideo, quia nihil illis arma proſint propria, ſi equus interficiatur.* Noſter IV. 9. 3. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* III. 289. *Lipſ. de Mil. Rom.* III. 6.

dextro Perſæ Theſſalos equites vehementer urgebant. Jamque una ala ipſo impetu proculcata erat, 14
cum Theſſali ſtrenue circumactis equis dilapſi [65], rurſus in prælium redeunt, ſparſosque & incompoſitos [66] victoriæ fiducia barbaros ingenti cæde proſternunt. Equi pariter equitesque Perſarum ſerie 15
laminarum [67] graves, agmen, quod celeritate maxime conſtat, ægre moliebantur [68]: quippe in circumagendis equis ſuis Theſſali multos occupave- 16
rant [69]. Hac tam proſpera pugna nunciata, Alexander

68. *Moliebantur* i. ſe loco movebant, circumagebant. *Moliri* proprie eſt cum difficultate quadam quid loco movere. Sic *molimur* naves, ancoras, onera, Liv. IX. 3. *Num montes moliri ſede ſua paramus*, &c. Noſter IX. 9. 13. IV. 9. 1. VI. 8. 20.

69. *Occupaverant* i. anteverterant, prævenerant. Barbari enim ferreis tunicis graves equos ſuos ægre circumagebant, ſed hoc expedite Theſſali faciebant.

der non ante ausus persequi Barbaros, utrinque [70]
17 jam victor instare fugientibus cœpit. Haud amplius
Regem [71], quam mille equites sequebantur, quum
ingens multitudo hostium caderet. Sed quis aut in
victoria, aut in fuga copias numerat? Agebantur [72]
ergo a tam paucis pecorum modo [73]; & idem metus,
18 qui cogebat fugere, fugientes morabatur [74]. At
Græci [75], qui in Darii partibus steterant [76], Amyn-
ta [77] duce, (prætor hic Alexandri fuit, nunc trans-
fuga [78]) abrupti [79] a cæteris, haud sane fugienti-
19 bus [80] similes evaserant. Barbari longe diversam in-
tenderant [81] fugam: alii, qua rectum iter in Persi-
dem ducebat [82]; quidam circuitu rupes, saltusque

V. *Rutgers. V. I.* III. 4.

70. *Utrinque* i. utroque cornu, dextro & lævo.

71. *Regem* Alexandrum, qui fugienti Dario imminebat.

72. *Agebantur.* Serv. Ecl. I. 13. *Agi proprie dicuntur pecora.* Noster v. 13. 19.

73. *Modo* i. ritu, more. IV. 5. 3. VI. 8. 25.

74. *Metus fugientes morabatur.* Ovid. Met. III. 46.

Sive illi tela parabant,
Sive fugam; sive ipse timor prohibebat utrumque.

75. *Græcorum* quatuor millia Amyntam ex acie secutos esse dicunt *Diod.* XVII. 48. & Noster IV. 1. 27. Octo circiter millia *Arrian.* II. 116. Sed forte & quatuor millia collegerunt Thymodes Mentoris filius, Aristomedes Pheræus, & Bianor Acarnan, quos fugienti Amyntæ addit *Arrianus.*

76. *In Darii partibus steterant* i. pro Dario pugnaverant. Nep. Datam. VI. 6. *Perfugæ coacti sunt stare ab his, quos reliquerant.* Inde *suarum partium viri* IV. 5. 15. & *stare secum Deos* dicit Darius IV. 13. 13.

77. *Amyntas* filius fuit Antiochi ab Alexandro transfuga, qui ex Macedonia ab Alexandro se subduxerat, non quod ullam injuriam ab Alexandro accepisset, sed odio quodam illius concepto, indignum ratus, si aliquo ab Alexandro incommodo afficeretur. V. *Arrian.* I. 51.

78. *Transfuga* & *perfuga* dicitur, quod ad hostes perfugiat, transfugiat. *Festus.* V. *Cujac. Observ.* IV. 9.

79. *Abrupti* i. divulsi, separati. IV. 15. 22. X. 7. 21.

80. *Fugientibus*, quia servatis ordinibus sensim cesserunt,

81. *Intenderant diversam fugam* i. conati sunt fugere in diversa loca. *Intendere* de profectione, Cic. Catil. I. *Si iste, quo intendit, in castra Manliana pervenit.* Noster IV. 1. 2. V. 12. 17.

82. *Ducebat iter*, ad imitationem Græcorum, quibus ὁδὸς ἄγουσα εἴς τινα τόπον dicitur, *via ferens* Livio. Quicquid veto occasionem, materiam,

que montium occultos [83] petivere [84]; pauci castra
Darii. Sed jam illa quoque hostis victor intrave- 20
rat, omni quidem opulentia ditia. Ingens auri, ar-
gentique pondus [85], non belli, sed luxuriæ appara-
tum [86], diripuerant [87] milites. Cumque plus rape-
rent, passim [88] strata erant itinera vilioribus [89] far-
cinis, quas in comparatione meliorum avaritia con-
temserat. Jamque ad feminas perventum erat, qui- 21
bus, quo chariora ornamenta sunt, violentius detra-
hebantur: nec corporibus quidem vis, ac libido par-
cebat. Omnia planctu [90], tumultuque [91], prout cui- 22
que fortuna erat, castra repleverant, nec ulla fa-
cies [92] mali deerat, cum per omnes ordines, ætatesque

riam, causamque aliquam præbet, ut quid fiat, idem efficere dicitur. *Bud. Comm. L. G. p.* 200. *Gronov. Observ.* I. 6. Fugerant autem per pylas Amanicas Armeniam versus. V. *Raderum.*

83. *Saltus occultos* i. montanam Ciliciam versus Amanum montem.

84. *Petivere* i. eo se contulere. Nep. Milt. V. 5. *Ut Persæ non castra, sed naves peterent.* Noster III. 13. 9.

85. *Pondus.* Arrian. II. 112. *Darius majorem pecuniarum partem Damasco miserat, adeo ut in exercitu ultra tria millia talentorum inventa non fuerint.*

86. *Luxuriæ apparatum* dicit & Noster VI. 6. 14. Plutarchus vero hunc exprimit. Alex. f. 248. *Ut autem bolcia vidit & crossos, ampullas, alabastros, ex auro fabrefacta omnia,* &c.

87. *Diripuerant*, hebben het prijs gemaeckt. Cic. Fam. IV. 1. *Urbs relicta direptioni, & incendiis.* Noster V. 12. 17. IV. 15. 5. VII. 5. 32.

88. *Passim* i. sparsim, multis in locis, undique. Agræius: *Passim aliquid reperiri de re corporali dicimus: affatim de re aliqua incorporali.* Noster IV. 7. 16. V. 6. 6. & 15. VII. 5. 33. Hinc *passivitas*, quod crebro fit, Tertulliano de pall. c. 4. *Passivitas offert libertinos in equestribus* i. passim & sæpius occurrunt libertini in equestribus sedentes.

89. *Vilioribus* V. VI. 9. 19. §. 27.

90. *Planctus* dicitur omnis collisio, etiam in rerum lætarum descriptione. Cat. LXIV. 261.

Plangebant aliæ proceris tympana palmis.

Speciatim notat gestum acriter lugentium. Firmic. *Qui dolore perculsi caput plangant, & pectora pugnis obtundant.* Noster III. 12. 3. V. 12. 14. X. 5. 7. V. *Lactat. Stat. Theb.* VI. 219. *Gronov. Stat.* III. 501. *Camerar. Probl. Gram.* II. 3.

91. *Tumultus* quid est aliud, nisi perturbatio tanta, ut major tumor oriatur. *Cicer. Phil.* VIII. V. *Cuper. Observ.* II. 4.

92. *Facies* i. species, een gedaen-

tesque victoris crudelitas, ac licentia vagaretur.
23 Tunc vero impotentis[93] fortunæ ſpecies conſpici potuit: quum ii, qui tum Dario tabernaculum exornaverant, omni luxu[94] & opulentia inſtructum; eadem illa Alexandro, quaſi veteri[95] domino reſervabant. Namque id ſolum intactum[96] omiſerant milites, ita tradito more[97], ut victorem victi Regis
24 tabernaculo exciperent. Sed omnium[98] oculos animosque in ſemet converterant[99] captivæ, mater, conjunxque Darii. Illa non majeſtate[100] ſolum, ſed etiam ætate venerabilis: hæc formæ pulcritudine, nec illa quidem ſorte[101] corrupta[102]. Acceperat in ſinum[103] filium, nondum ſextum ætatis annum egreſſum, in ſpem tantæ fortunæ, quantam paullo ante pater ejus amiſerat, genitum. At in gremio 25
anus aviæ jacebant adultæ[104] duæ virgines, non ſuo tantum, ſed illius mœrore etiam confectæ[105]. Ingens circa eam nobilium feminarum turba conſtiterat, laceratis[106] crinibus, abſciſſaque[107] veſte, pri-

daente. Ita ſolet in urbium expugnationibus; unde in deſcriptione rerum triſtium hac comparatione utuntur Auctores. Tacit. Ann. I. 41. 1. *Velut in urbe victa facies, gemitusque & planctus.* V. *Freinshem.* Diod. XVII. 35. *Perquam vero miſerabilis erat tum captivorum ſtatus. Nam quæ prius in pilentis magnificis vix commode ſatis invectæ, nullam corporis partem nudam conſpici ſinebant, tunica vix ſimplici amictæ, veſtitumque lacerantes, cum lamentis e papilionibus tunc proſiliebant, & implorata Deorum commiſeratione ac ope, victorum ſe genibus advolvebant. Nonnullæ manibus tremulis corporis ſibi ornatum detrahere, paſſisque crinibus per aſpera ſe loca proripere, & concurſu inter ſe facto, opitulatrices implorare illas, quæ ipſæ aliorum ope indigebant. Alii capillis arreptis abſtrahebant; alii diſcerptis veſtibus nudis corporibus manus injecerant, & ima haſtilium parte miſellas verberabant: omneque contumeliæ genus in res Perſarum honoratiſſimas & ubique celebratas, fortunæ indultu exercebatur.*

93. *Impotentis* i. potentiam ſuam immoderate exercentis, omnia ſibi permittentis. Flor. I. 23. 1. *Prima diſcordia ob impotentiam fœneratorum.* Noſter IV. 7. 14: 10. 7. VI. 3. 3.

94. *Omni luxu* Perſarum tabernacula fuiſſe inſtructa pluribus docet *Briſſon. de regn. Perſ.* III. 321.

95. *Veteri* i. tanquam jam inde a principio ad Alexandrum pertinuiſſet, hique cuſtodiæ ejus ab ipſo præpoſiti fuiſſent. V. *Freinshemium.*

96. *Intactum*, ongeplondert. quaſi proprie ad Regem pertinens. Unde Plutarch. Alex. f. 248. Alexandro dicenti: *Eamus ad abluendum Darii balneo contractum ex pugna ſudorem: quidam ex amicis; Minime, vero, inquit, imo Alexandri. Quæ enim ad victos pertinuere, ea & eſſe, & dici debent victoris.* Sic *intactæ viæ* Flor. III. 10. 22. per quas nemo fecit iter, & *intactus ſaltus* Noſtro VIII. 1. 13. unde nullæ ſuccisæ arbores.

97. *Tradito* i. a majoribus accepto. Tacit. Hiſt. I. 32. 2. *Sed tradito more quemcunque principem adulandi.* Noſtet V. 4. 3.

98. *Omnium* Macedonum, qui moderatiores, illam fortunæ mutationem intuentes, condolentia quadam infeliciſſimorum hominum ſortem miſerabantur. *Maxime vero ad lacrymas, & miſericordiam adſtantes provocavit Darii mater*, &c. *Diod.* XVII. 36.

99. *Converterant* i. effecerant, ut in ſe intenderentur. V. I. 24. VIII. 4. 24.

100. *Majeſtate* i. amplitudine, dignitate, decore, *aenſenelijckheyt.* VI. 5. 29.

101. *Sorte* i. infortunio, iniqua & dura conditione. Prop. II. 13. 31. *Vel tu Tantalea moveare ad flumina ſorte.* Noſter IV. 10. 26.

102. *Corrupta* i. immutata, abſumta. Plaut. Amph. V. I. 6. *Corrupta ſum, atque abſumta ſum.*

103. *Sinus* eſt, quod brachiis comprehenditur. Sinu vero & gremio parvulos ſuos recipere ſolent matres. Ovid. Heroid. VIII. 94. *Nec gremio ſedi ſarcina grata tuo.* Sy druckten tegen de borſt.

104. *Adultæ.* Feſtus: *Adoleſco ab oleſco* (ita legit Scaliger) i. *creſco venit. Unde fiunt adultus, adoleſcens, & exoletus, qui exceſſit oleſcendi i. creſcendi modum; & inolevit i. crevit.* Unde *exoletus* pomitur pro ſcortato maſculo jam adulto, infr. VI. 7. 2: 8. 33. & ad arbores transfertur. VI. 5. 15.

105. *Confectæ* i. conſumtæ. Terent. And. II. 1. 4. *Confectus cura animus.* Ubi Donatus: *Confectus* i. *ſic vulneratus, aut percuſſus, ut ſanari non poſſit. Unde vulneribus confectum* Batin dicit Noſter IV. 6. 25.

106. *Lacerare* crines in ſummo mœrore, & luctu ſolebant Perſæ. Infr. X. 5. 19. ubi & *Perſarum mos* dicitur II. 17. *Perſæ ſuo more comis detonſis, in lugubri veſte*, &c. Solebant & aliæ nationes. Cic. Tuſc. III. *Ex hac opinione ſunt illa varia, & deteſtabilia genera lugendi, pedores muliebres, lacerationes genarum, pectoris & capitis percuſſiones. Hinc ille Agamemnon Homericus, ſcindeus dolore identidem intonſam comam. In quo factum illud Bionis: Perinde ſtultiſſimum regem in luctu capillum ſibi evellere, quaſi calvitio mœror levaretur.* Silius VI. 405.

Squallentem crinem, & triſtes lacerabat amictus.

V. *Kirchm. de Fun. Rom.* II. 12. *Briſſon. de regn. Perſ.* II. 256.

107. *Abſcindere* veſtes in mœ-

pristini [108] decoris immemores, *Reginas*, *Dominasque* veris quondam, tunc alienis [109] nominibus invo-
26 cantes [110]. Illæ suæ calamitatis [111] oblitæ, utro cornu Darius stetisset, quæ fortuna discriminis fuisset, requirebant, negabant se captas, si viveret Rex. Sed illum equos subinde mutantem longius fuga ab-
27 stulerat. In acie autem cæsa sunt [112] Persarum peditum centum millia: decem vero millia interfecta equitum. At ex parte Alexandri quatuor & quingenti saucii fuere; triginta [113] omnino [114] & duo ex peditibus desiderati sunt [115]: equitum centum

mœrore solebant quoque Persæ; Infr. v. 12. 12. IV. 10. 25. Solebant & aliæ nationes. Sueton. Cæs. c. 33. *Fidem militum flens, ac veste e pectore discissa invocavit.* V. *Kirchm. de Fun. Rom.* II. 17. *Brisson. de regn. Pers.* II. 256. Plurima etiam ex sacris & prophanis exempla ad hunc locum congessit *Freinshemius.*

108. *Pristini* i. veteris, prioris. Cic. pro Milon. *Vetus consuetudo fori, & pristinus mos judiciorum immutatus est.* Noster IV. 10. 3. V. 1. 8.

109. *Alienis* i. non amplius convenientibus. Tacit. Hist. II. 52. 4. *Ordo Mutinenses appellabat Patres conscriptos intempestivo honore.*

110. *Invocantes* i. vocantes, appellantes. Just. XXV. 2. 11. *Itaque in auxilium a Bithyniæ Rege invocati. Invocare* est in testimonium vocare, vel advocare VII. 8. 25.

111. *Calamitatis* i. miseriæ. Cic. Cat. I. *Quanquam videbam meam perniciem, cum calamitate Reipublicæ esse conjunctam.* Noster VI. 4. 11. IV. 10. 26. Inde *calamitosus*, miser, v. 5. 17. *Calamitas* proprie est frugum, aut calamorum detrimentum Donat. Eun. I. 1. 34. interpretatur *grandinem.* Et hoc sensu Plaut. Cas. v. 2. 34. *Calamitas profecto attigerat nunquam.* V. Nann. Misc. I. 15.

112. Cæsa, sine equitum aut peditum discrimine, dicit Plutarch. Alex. f. 247. super *centum & decem millia.* Diodor. XVII. 36. *ad viginti millia peditum, equitum haud minus decem millia.* Arrian. II. 110. *ad centum millia, atque in his equitum decem millia.* Justin. XI. 9. 10. *Peditum unum & sexaginta millia, equitum decem millia, capta quadraginta millia.* Oros III. 16. *Peditum octoginta millia, equitum decem millia cæsa, capta quadraginta millia.* V. *Raderum.*

113. *Triginta & duo.* Justin. XI. 9. 10. & Oros. III. 16. *centum triginta.* Diod. XVII. 36. *trecenti.*

114. *Omnino*, in 't geheel, in alles. Liv. XXX. 2. *Viginti omnino legionibus res Romana est gesta.* Noster X. 8. 3.

115. *Desiderati* i. interiisse animadversi, *sijn gemist.* Infr. IV. 16. 26.

116. *Impendium* est, quod in rem aliquam expendimus. Cic. pro Quint. *Quæstum instituere sine impendio.* Ictis *impendia litis* sunt in litem facti sumtus. Noster IX. 4. 21.

117. *Stetit* i. constitit. Virg. X. 494.

Haud illi stabunt Aeneia parvo Hospitia.

tum quinquaginta interfecti. Tantulo impendio [116] ingens victoria stetit [117].

CAP. XII.

ARGUMENTUM.

Convivio celebrato captivarum luctum levat; Ochum Darii filium collo applicitum laudat, & sacro Diis facto Syriam petit Alexander.

REx diu [1] Darium prosequendo fatigatus, post- 1
quam & nox appetebat [2], & eum adsequendi spes non erat, in castra paullo ante a suis capta pervenit. Invitari [3] deinde amicos, quibus maxi- 2
me assueverat [4], jussit: quippe summa duntaxat cutis in lemore perstricta non prohibebat interesse convivio. Tum repente e proximo tabernaculo lugubris

Diu. Diodor. XVII. 37. *Alexander cum familiarium & optimorum equitum turma vestigiis fugientis instans, magno illum assequendi studio flagrabat, & ducenta stadia emensus, circa mediam noctem in castra redit. Ducenta stadia* continent sex milliaria nostratia cum quadrante. V. *Raderum.*

2. *Appetebat* i. appropinquabat. Plaut. Most. III. 1. 119. *Appetit meridies.* Noster V. 12. 6: 8. 3. Hæc cum *appeteret*, suum videtur correxisse iter, & circa mediam noctem, quod modo Diodorus, in castra rediisse.

3. *Invitari.* Plutarch. Alex. f. 247. *balneum exutis armis* duntaxat *intrasse* scribit. Diod. XVII. 37. *Postquam corpus multo labore vexatum balneis recreasset, ad quietem & ad cœnam inde se convertisse* addit.

4. *Assueverat* i. frequenter juxta se habuerat. Ita *tropæa assuescunt Latio Jovi* Prop. III. 3. 3. quæ illi frequentia veniebant. Noster V. 4. 14.

gubris clamor barbaro [5] ululatu [6] planctuque permixtus, epulantes conterruit [7]. Cohors quoque, quæ excubabat ad tabernaculum Regis, verita, ne majoris motus principium esset, armare se cœperat.
4 Causa pavoris subiti fuit, quod mater, uxorque Darii cum captivis mulieribus nobilibus Regem, quem interfectum esse credebant, ingenti gemitu [8], ejú-
5 latuque [9] deflebant. Unus namque de [10] captivis spadonibus, qui forte ante ipsarum tabernaculum steterat, amiculum, quod Darius, sicut paullo ante dictum est, ne cultu proderetur, abjecerat; in manibus ejus, qui repertum ferebat, agnovit: ratusque interfecto detractum esse, falsum nuncium
6 mortis ejus attulerat. Hoc mulierum errore comperto, Alexander fortunæ Darii [11] inlacrimasse [12] fertur.

5. *Barbaro* i. Macedonibus Græcis inaudito. Omnes enim non Græci *Barbari* dicebantur.

6. *Ululatu* i. fletu miserabili, & absono. Cic. de Orat. *Ululanti voce canere. Ululant* lupi Virg. Georg. I. 486. *lupis ululantibus*; canes Ovid. Met. XV. 807. *Nocturnos ululasse canes.* Noster IV. 15. 29. V. 12. 12. Hinc fortasse nostrum *huylen.*

7. *Conterruit* ratos, hostes alicubi collectos in castra irrupisse.

8. *Gemitu* i. suspirio. Proprie dicitur de sono, quem edunt, sive inanima, cum nimis onerantur, ut Virg. Aen. VI. 413. *gemit sub pondere cymba*; sive animalia sub pondere nimio, & homo, cum pectus mœrore plenum præ angustia sonum edit. De luscinia Cat. LXV. V.

Daulias absumti fata gemens Ityli.

de turture Virg. Ecl. I. 59.

Nec gemere aerea cessabit turtur ab ulmo.

Ubi Servius: *Gemere, canere, proprie dicitur de turture.* Noster V. 4. 28. IV. 15. 16. V. *Jul. Scalig. Poet.* V. 4. *Jos. Scalig. Conject. Varr. p.* 170. *Vall. Eleg.* V. 52.

9. *Ejulatus* est ploratus mulierum. Cic. Tusc. II. 13. *Nec dignum viro videtur ejulare.* Horat. Epod. X. 17.

Et illa non virilis ejulatio.

10. *De* i. ex. *n.* 17. Flor. III. 20. 8. & 9. *Nec abnuit ille de stipendiario miles. de milite desertor. Quasi plane expiaturus omne præteritum dedecus, si de gladiatore munerator fuisset.* Noster VII. 2. II. V. 4. 20.

11. *Darii fortunæ* n. adversæ i. infortunio.

12. *Inlacrimasse.* Cicer. pro leg. Man. *Hoc jam fere sic fierĕ solere accepimus, ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno, quod regale nō-*

fertur. Ac primo Mithrenem [13], qui Sardeis [14] prodiderat [15], peritum Persicæ linguæ, *ire ad consolandas eas* jusserat. Veritus deinde, ne proditor captivarum 7
iram, doloremque gravaret; Leonnatum ex purpuratis suis misit, jussum indicare, *falso* [16] *lamentari* [17] *eas Darium vivum.* Ille cum paucis armigeris in [18] tabernaculum, in quo captivæ erant, pervenit, *missumque a Rege* se nunciari jubet. At ii, qui in ve- 8
stibulo [19] erant, ut armatos conspexere, rati esse actum [20] de dominis [21], in tabernaculum currunt, voci-

men iis magnum, & sanctum esse videatur.

13. *Mithrenem* Sardium olim præfectum. Arrian. I. 49. *Ipse Sardes versus movit: quumque ab oppido 70. ferme stadiis abesset, obvium habuit Mithrenem, præsidii, quod in arce erat, præfectum, primoribus Sardianorum comitatum: atque hi quidem oppidum, Mithrenes arcem & pecuniam dedunt. Alexander Amyntam Andromenis filium Sardes mittit, qui arcem recipiat, ac Mithrenem honorifice secum ducit.*

14. *Sardes* Lydiæ urbem in latere Tmoli montis. *Plin.* V. 29. *Strab.* XIII. 312. Regia fuit Crœsi. Horat. Epist. I. 11. 2.

Quid concinna Samos? quid Crœsi regia Sardis?

15. *Prodiderat* i. tradiderat. quæ sæpe confunduntur. V. *Freinshemii Indicem.*

16. *Falso* i. sine causa. Tacit. Ann. IV. 28. 5. *Innocentem, & falso exterritum.*

17. *Lamentatio* est ægritudo cum ejulatu. *Cicer. Tusc. Quæst.* IV. Noster X. 5. 7.

18. *Armigeris* i. armatis. *n.* 8. *Armigeri* erant virorum potentium honoratissimi, proximique stipatores: qui ex fidelissimis, fortissimisque clientium eligebantur. Gallis *Escuyers* a scuto ferendo dicuntur: ut ab armis dominorum *armigeri.* Mentio horum in Sacris Literis sæpius: item apud Virg. IX. 647. XI. 32. Plin. XXXV. 10. V. *Freinshemii Indicem.*

19. *Vestibulo* n. tabernaculi. Tabernacula enim & *vestibulum* habuisse, & suos recessus interiores, ex Curti o& Plutarcho docet *Brisson. de regn. Pers.* III. 321.

20. Actum *est*, *ilicet*, *periisti in summa rerum desperatione ponuntur. Hæc res secundum jus civile dicitur, in quo cavetur, ne quis rem actam apud judices repetat. Sic Terent. Phorm.* II. 3. 72. *Ne actum agas, ajunt.* V. *Donat. And.* III. 1. 7. *Brisson. de form. p.* 740.

21. *Dominis.* dicit de fœminis, Darii matre & uxore, non *dominabus.* V. *Vall. Eleg.* I. 1. qui integrum utriusque inflexionis catalogum contexuit. Quod ex illo ad hunc locum fecit & *Raderus.*

vociferantes *adesse supremam horam* [22], *missosque, qui*
9 *occiderent captas.* Itaque, ut quæ nec prohibere possent, nec admittere auderent, nullo responso dato,
10 tacitæ opperiebantur victoris arbitrium [23]. Leonnatus exspectato [24] diu, qui se intromitteret, posteaquam nemo procedere audebat, relictis in vestibulo satellitibus [25], intrat in tabernaculum. Ea ipsa res turbaverat feminas, quod irrupisse non admissus vi-
11 debatur. Itaque mater, & conjunx, provolutæ ad pedes [26], orare cœperunt, *ut, priusquam interficerentur, Darii corpus* [27] *patrio more* [28] *sepelire permitteret, functas supremo in Regem officio* [29] *se impigre morituras.*
12 Leonnatus *& vivere Darium, & ipsas non incolumes* [30] *modo,*

22. *Supremam horam* i. mortem. Inde *supremum* mortuis, vel iis, qui mortui habebantur, dicebant. Plaut. Asin. III. 3. 4. *Mater supremum* (alii *supremam*) *mihi tua dixit.* De quo multa *Turneb.* III. 12. *Guther. de jur. Man.* I. 12. *Schegk. Præmes. c.* 9. *Gronov. ad Plautum.*

23. *Victoris arbitrium.* V. VI. 3. 19.

24. *Exspectato* i. quum exspectasset. Sic *laudato* VI. 7. 18. *audito* V. 5. 1. *cognito* VI. 6. 22. *desperato* VI. 5. 21. aliaque.

25. *Satellites* miles est mercede conductus, ut ab Imperatoris latere non discedat. Olim *latro*, quia circa latus Regis erat. Infr. VI. 7. 25. X. 7. 14. 5. 14.

26. *Provolutæ ad pedes*, ex supplicum ritu: *advoluta pedibus* II. 17. *Regina ad pedes Cæsaris provoluta tentavit oculos ducis.* Flor. IV. 11. 9. *Genu posuit* infr. IV. 6. 28.

27. *Corpus* i. cadaver. Flor. IV. 2. 60. *Regis ipsius corpus obrutum limo repertum est, &c.* Nostr. X. 1. 32. VI. 9. 5. IV. 8. 9.

28. *Patrio more.* Persarum Reges sua habebant Mausolea, seu regia monumenta, quibus corpora eorum inferri, & condi consueverant. Loculo aureo, aut arcula aurea illorum cadavera condebantur. Tumulis illorum tituli superaddebantur, & carmina incidebantur. Pro maximi quoque luctus publici argumento post illorum excessum ignis sacer, & æternus exstinguebatur. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 151 - 157.

29. *Supremo officio* i. exsequiis, sepultura. Petron. c. 72. *Supremoque mandaverunt officio.* Lactant VII. 12. *Ultimum & maximum pietatis officium est, peregrinorum & pauperum sepultura. Feralia officia* Apul. IX. *Feralibus officiis tradunt sepulturæ. Officium exsequiarum* Justin. XVIII. 2. 8. *Et exsequiarum officium debitæ pietatis obsequio impleret.* Nostr. *n.* 14.

30. *Incolumes* i. salvas. Tacit. Ann. XII. 37. 3. *At si incolumem servaveris, æternum exemplar clementiæ ero.* Nostr IV. 5.

modo, sed etiam adparatu pristinæ fortunæ Reginas [31] *fore.*
Tum mater Darii allevari [32] se passa est. Alexander 13
postero die cum cura [33] sepultis [34] militibus, quorum corpora invenerat; *Persarum* [35] *quoque nobilissimis eundem honorem haberi* [36] jubet, matrique Darii permittit, quos vellet, patrio more [37] sepeliret. Il- 14
la paucos arcta propinquitate conjunctos [38], *pro habitu* [39] *præsentis fortunæ humari jussit, adparatum funerum*

5. 22. VII. 11. 26.

31. *Reginas.* Arrian. II. 11. 4. *Leonnatum tabernaculum ingressum, Darii statum exposuisse, præterea ut regio etiam cultu famulatuque illis uti liceret, Reginæque appellarentur, ab Alexandro illis concedi. Neque enim inimicitiarum causa sibi adversus Darium bellum susceptum, sed pro imperio Asiæ legitime decertasse.*

32. *Allevari* i. attolli, erigi. Vall. Eleg. v. 81. *Allevo in altum tollo, vel de ime, & ubi quid jacet, atque projectum est, sursum tollo.* Quintil. *Vidi multos, quorum supercilia ad singulos vocis conatus allevarentur.* Idem: *Homini in aquam lapso, atque, ut allevaretur, oranti.* Nostr III. 5. 9. IV. 6. 11.

33. *Cum cura.* Ita Senec. de prov. c. 5. *Ut efficiatur vir cum cura dicendus.* Sallustianum esse dicit idem Ben. IV. 1. *Aut magis (ut ait Sallustius) cum cura dicendum.*

34. *Sepultis.* Diod. XVII. 21. *Post cum conflictum Rex suos, qui oppetierant, magnifice sepulturæ tradit, excitatiores ad discrimina pugnarum reddere cupiens milites ejusmodi honestamentis.*

35. *Persarum.* Cæsorum in prælio cadavera ab ipsis hostibus sepulturæ mandata esse exemplis probant *Kirchm. de Fun. Rom. Append. c.* 5. *Fab. Semest.* III. 13.

36. *Honorem haberi* i. honore affici, honorari. Infr. IV. 10. 28.

37. *Patrio more.* Augustin. tract. 120. in Johan. XXX. 40. *Non mihi videtur Euangelistæ frustra dicere voluisse, sicuti mos est Judæis sepelire: ita quippe (nisi fallor) admonuit, in ejusmodi officiis, quæ mortuis exhibentur, morem cujusque gentis esse servandum.* Persæ vero mortuos comburere nefas existimabant. Herod. III. 226. *Persæ Deum ignem esse arbitrantur, & apud eos moris non est cremare cadavera, quia nefas esse ajunt Deo depasci cadavere hominis.* Unde suos *humari* jussit Syssigambis II. 14. V. *Fab. Semest.* III. 13. *Kirchm. Fun. Rom.* I. 2. *Brisson. de Regn. Pers.* II.

38. *Arcta propinquitate conjunctos* i. propinquos Nep. Præf. n. 7. *Propinqua cognatione conjunctos*, quos *propinquos* jam dixerat. Nostr VI. 11. 20. V. 3. 12.

39. *Habitu* i. statu, conditione. Ovid. Trist. I. 1. 4.

Infelix habitum temporis hujus habe.

Nostr V. 6. 18.

rum [40], *quo Persæ suprema officia celebrarent* [41], *invidiosum* [42] *fore existimans, quum victores haud precioſe* [43] *cremarentur* [44]. Jamque juſtis [45] defunctorum corporibus ſolutis [46], præmittit ad captivas, qui nunciarent, *Ipſum* [47] *venire:* inhibitaque comitantium turba, tabernaculum cum Hephæſtione intrat. Is longe omnium amicorum cariſſimus erat Regi, cum ipſo pariter educatus, ſecretorum omnium arbiter [48]; libertatis in eo admonendo non alius jus habebat, quod tamen ita uſurpabat, ut magis a Rege permiſſum, quam vindicatum [49] ab eo videretur: & ſicut ætate par erat Regi, ita corporis habitu [50] præſtabat

40. *Funerum.* V. VI. 6. 19.

41. *Suprema officia celebrarent.* i. mortuos ſepelirent, *begraefniſſen houden.*

42. *Invidioſum* i. comparatum ad invidiam movendam. juſtin. II. 8. 9. *Invidioſa oratione multitudo credulæ accenditur.* Noſter VI. 11. 5.

43. *Haud precioſe*, ut X. 1. 32.

44. *Cremarentur* i. comburerentur. Hujus ritus initium ad Herculem referunt Græci, a quo Argeus Licymnii filius hoc modo ſit ſepultus. Hiſtoriam ipſam denarrat *Kirchm. de Fun. Rom.* I. 1. V. & *Guther. de jur. man.* I. 26.

45. *Juſtis* i. exſequiis, parentalibus, ſolennibus, quæ habentur in defunctorum memoriam. Sic appellantur, quod ſint officia ſancta, & jure debita. Noſter X. 8. 18. IV. 12. 2. V. *Guther. de jur. man.* II. 11. *Coraſ. Miſc. jur. civ.* I. 12. *Voſſ. Lex.*

46. *Solutis* i. ceu, quæ eſſent debita, redditis. Cic. pro Sext. Roſc. *Hic miſer luctu perditus, qui nondum etiam paterno funeri juſta ſolverat.* Noſter X. 6. 7. IV. 12. 2. Unde *juſta generi manibus dediſſe* dicitur Cæſar, Flor. IV. 2. 60.

47. *Ipſum*, pro ſe. Cat. LXXIV. 2. *Hoc ne ipſi accideret.* Noſter ſæpius. V. *Vallam. de reciproc. c.* 9.

48. *Arbiter* i. conſcius. Plaut. Caſ. I. 55. *Certo nihil ages ſine me arbitro. Participem* dicit Sueton. Oth. c. 3. *Omnium conſiliorum, ſecretorumque particeps.* Noſter VI. 8. 11.

49. *Vindicatam*, aengemaetight. *Vindicare* eſt ſibi deberi contendere, tanquam debitum ſibi poſcere. Quod dictum eſt a jure civili, & injectione manus, cum hac voce: hoc meum eſt. Inde *injecta manu vindicare.* Ovid. Faſt. IV. 90. & Serv. Aen. X. 419. *Manus injectio dicitur, quoties nulla judicis auctoritate exſpectata rem nobis debitam vindicamus.*

50. *Habitu* i. ſtatura, quam in Rege eligendo præcipue obſervabant. Plin. Paneg. IV. *Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, nonne longe lateque principem oſtentant.* Noſter IV. 1. 25. Ipſæ

ſtabat [51]. Ergo reginæ illum Regem eſſe ratæ, ſuo 17
more [52] veneratæ ſunt. Inde ex ſpadonibus captivis, quis Alexander eſſet, monſtrantibus, Syſigambis advoluta eſt pedibus ejus, *ignorationem nunquam antea viſi Regis* excuſans. Quam manu allevans Rex, *Non erraſti* [53], inquit, *mater* [54]; *nam & hic Alexander eſt.* Equidem [55], ſi hac continentia [56] animi ad ultimum 18
vitæ perſeverare potuiſſet, feliciorem fuiſſe crederem, quam viſus eſt eſſe, cum Liberi patris imitaretur triumphum [57], ab Hellesponto uſque ad Oceanum [58] omnes gentes victoria emenſus. Viciſſet pro- 19
fecto ſuperbiam, atque iram, mala invicta: abſtinuiſſet

Ipſæ Sacræ Paginæ I. *Sam.* X. 23. Alexandrum vero non admodum fuiſſe procerum, docemur V. 2. 13. VI. 5. 29. VII. 8. 12. & 9.

51. *Præſtabat* i. antecellebat. Ter. Eun. II. 2. 1. *Homo hominis quid præſtat.* Noſter V. 13. 13.

52. *Suo more* i. Perſarum. Val. Max. IV. 7. 2. ext. *Hephæſtionem more Perſarum adorata* (ita legit Salmaſ. Exerc. Plin. f. 53. pro, quæ adoraverat.) *tanquam Alexandrum ſalutavit.* Ii enim, qui ad Perſarum Reges adibant, non modo capita flectere, & ſubmittere; ſed & procumbentes humi corpora proſternere conſueverant. VIII. 5. 6. V. 10. 13. VI. 6. 3. Valer. Max. VII. 3. 2. ext. *Audito eo, ſex reliqui ſummæ poteſtatis candidati continuo equis delapſi (ut eſt mos Perſarum) humi proſtratis corporibus Darium Regem ſalutaverunt.* Nep. Conon. III. 2. *Venerari te Regem, quod προσκυνεῖν illi vocant.* Liv. IX. 18. *Deſideratas humi jacentium adulationes.* Sen. de ira III. 17. *Parum adulantem, & pigre ex Macedone, ac libero in Perſicam ſervitutem transeuntem.* V. *Briſſon. de Regn. Perſ.* I. 9.

53. *Non erraſti.* Arrian. II. 115. *Illam errato pudefactam receſſiſſe; Alexandrum, nullum erratum eſſe, reſpondiſſe.* Val. Max. IV. 7. 2. *Cui Alexander, Nihil eſt, inquit, quod hoc nomine confundaris.*

54. *Mater* eſt in blanditiis. Petron. c. 7. *Scis mater, ubi ego habitem?* Apul. Mileſ. IX. *Oro mater, ordine mihi ſingula retexe.* Noſter n. 25. V. 2. 20. & 22.

55. *Equidem* i. ego quidem. Cic. Fam. II. 10. *Equidem nunquam domum miſi unam epiſtolam, quin eſſet ad te altera.* Noſter VI. 3. 14.

56. *Continentia* eſt, per quam cupiditas conſilii gubernatione regitur. *Cicer. de Invent. Rhet.* II. Jungit illi *moderationem* VI. 6. 1. & *ſuperbiæ atque iræ* applicare videtur n. 19.

57. *Liberi triumphum*, quem deſcribit IX. 10. 24.

58. *Oceanum* Indicum verſus Orientem. Hellespontus enim & Oceanus ſunt metæ expeditionis Alexandri: Hellespontus initium,

set inter epulas cædibus [59] amicorum: egregiosque bello viros, & tot gentium secum domitores, indi-
20 cta [60] causa [61] veritus esset occidere. Sed nondum fortuna se ejus animo insuderat [62]. Itaque orientem [63] eam moderate, & prudenter tulit [64], ad ul-
21 timum [65] magnitudinem ejus non cepit. Tum quidem ita se gessit, ut omnes ante eum Reges & continentia, & clementia [66] vincerentur. Virgines enim regias [67] excellentis formæ tam sancte [68] habuit, quam si eodem, quo ipse, parente [69] genitæ forent. Con-

tium, Oceanus finis. V. *Radetum.*

59. *Cædibus amicorum* n. Clyti, Parmenionis, Callisthenis.

60. *Indicta* i. *non cognita*, infr. x. 4. 1. *inaudita* Plin. Epist. VI. 2. *Etenim temerarium existimo divinare, quam spatiosa sit causa inaudita.* Noster VIII. 7. 5: 8. 22.

61. *Causa* vocatur omne negotium, de quo cognoscendum est. Ratio: quia in judiciis id præsertim quæritur, qua de *causa* quodque sit factum. V. *Freinsh. Indicem.*

62. *Animo insuderat* i. tanquam victor immiserat, animum ejus occupaverat. Flor. III. 21. 6. *Esquilina, Collinaque porta geminum agmen urbi infudit.*

63. *Orientem* i. incipientem.

64. *Tulit.* Phædr. I. 3. 29.

Quia noluistis vestrum ferre,
inquit, bonum.

Ferre eleganter usurpatur in respectu ad curam, studium, laborem, quæ requiruntur, ut secundis, & utilibus recte utamur. Cic. Offic. I. *Immoderate res secundas ferre levitatis est.* Quo modo & Belgæ, *weelde dragen.* V. *Scheffer.*

65. *Ad ultimum* i. denique postremo. Flor. IV. 7. 15. *Sapientissimos viros ad ultimum suis manibus non usos.* Noster V. 1. 38. IV. 15. 10.

66. *Clementia* est mansuetudo, humanitas, si ad mores transferatur. Cicer. de Invent. II. *Clementia est, per quam animi temere in odium alicujus invectionis concitati comitate retinentur.* Noster V. 3. 15. X. 5. 28. Proprie dicitur de fama. Salust. Jug. c. 22. *Sed is rumor clemens erat.* de vento Cat. LXIV. 272. *Undæ clementi flamine pulsæ.* de flumine Ovid. Metam. IX. 116. *nec qua sit clementissimus amnis.* Noster V. 3. 2.

67. *Virgines regias* i. Darii filias. V. *Rutg. V. L.* III. 4.

68. *Sancte* i. caste. Quintil. Decl. 3. *Captivæ sancte habebantur.* Lactant. VI. 24. *Sancte videre mulierem aliquam.*

69. *Parente* i. matre. Infr. V. 3. 12. IV. 14. 22: 10. 20.

70. *Ætatis suæ* i. quæ illo tempore vixerit. Statiræ pulchritudinem jactat & Arrian. IV. 284. *Et Darii quidem uxoris (quæ formosissima omnium Asiæ mulierum habita fuit) aut desiderio tactus non fuit,* &c. Noster VIII. 4. 25.

71. *Pul-*

Conjugem ejusdem, quam nulla ætatis suæ [70] pul- 22
critudine [71] corporis vicit, adeo ipse non violavit [72], ut summam abhibuerit curam, ne quis captivo corpori illuderet [73]. *Omnem cultum reddi feminis* jussit, nec 23
quicquam ex pristinæ fortunæ magnificentia [74] captivis, præter fiduciam [75] defuit. Itaque Sysigambis, 24
Rex, inquit, *mereris, ut ea* [76] *precemur tibi, quæ Dario nostro quondam precatæ sumus: & , ut video, dignus es, qui tantum Regem non felicitate solum, sed etiam æquitate* [77] *superaveris. Tu quidem* matrem *me*, & Regi- 25
nam *vocas: sed ego me tuam* famulam *esse confiteor. Et*

præ-

71. *Pulcritudine.* Plutarch. Alex. f. 247. *Et profecto Darii conjugem universas decore ac forma reginas anteisse: quemadmodum & Darium cunctos specie, ac proceritate viros superasse, memoriæ traditum est, simillimasque parentibus fuisse puellas.* Gell. N. A. VI. 8. *Facie inclyta mulierem & exsuperanti forma* fuisse dicit.

72. *Violavit* i. vitiavit, stupravit. Varr. L. L. V. *Violavit virginem, pro vitiavit, dicebant.* Cat. LXVII. 12.

Sed pater ille sui nati violasse cubile
Dicitur.

Ita sæpius Hyginus. Noster V. 7. 2. Exempla suppeditat alia. *Barth.* VIII. 6.

73. *Illuderet* i. vitiaret. *Illudere, ludificari, ludibrio habere,* sæpe apud antiquos turpitudinis, & obscoenitatis significationem habent. Suet. Tib. c. 45. *Feminarum capitibus quam opere solitus sit illudere.* Terent. Hec. I. 2. 74. *Eam ludibrio habere.* Ubi Donatus: *Honesto verbo & pudoris pleno usus est: & nove pro vitiari.* Sed hi verbis tum demum utebantur, cum talia non amoris causa, sed contumeliæ faciebant. Unde Chærea Terentianus Eun. V. 2. 38. *Contumeliæ non me feciste causa, sed amoris.* V. *Muret. Observ. Jur. c. 7. Vechner. Hellen.* II. 6. *Turneb.* XXVIII. 32. Inde *ludibrium* pro stupro IV. 10. 27. X. 1. 3. Hoc in Alexandro filio laudat Philippus pater apud Lucian. IV. 40. *Unum est, quod solum laudo abs te gestum, in Darii uxore videlicet forma præstante, quia ab illius complexu abstinueris: & genitricis illius, atque filiarum, ne vim paterentur, curam susceperis. Regium certe id opus exstitit, quod tum factitasse te accepimus.*

74. *Magnificentia* i. apparatu. Justin. IX. 6. 3. *Sed nec ludorum magnificentia deerat.*

75. *Fiduciam*, quia nesciebant, quamdiu Alexandri clementia esset duratura.

76. *Ea* i. perpetuam felicitatem, continuam victoriam.

77. *Æquitate*, beschеydenheyt. Quia I. Darius Macedonas crudeliter vel mactavit, vel mutilavit III. 8. 15. & hoc ante prælium: Alexander totum ipsius gynæceum sacrosanctum servavit.

præteritæ fortunæ faſtigium 78 *capto, & præſentis jugum* 79 *pati poſſum: tua intereſt, quantum in nos licuerit, ſi id po-*
26 *tius clementia, quam ſævitia vis eſſe teſtatum.* Rex *bonum animum habere* 80 *eas* juſſit, Darii deinde filium collo ſuo admovit 81. Atque nihil ille conſpectu tunc primum a ſe viſi conterritus, cervicem ejus manibus amplectitur. Motus ergo Rex conſtantia pueri, Hephæſtionem intuens, *Quam vellem*, inquit,
27 *Darius aliquid ex hac indole* 82 *hauſiſſet* 83! Tum tabernaculo egreſſus tribus aris 84 in ripa Pinari amnis Jovi

vit. II. Darius percuſſorem mille talentis immittere conabatur, cum ægerTarſi decumberet; III. 5. 15. Alexander aperta ſemper virtute & Marte graſſabatur ad gloriam. III. Parens Alexandri Perſarum impulſu, ut ipſi gloriabantur, interfectus eſt: Græci ſolicitati, ut Alexandro bellum inferrent, ſocios ab Alexandro abalienarent, ut docet Alexandri ad Darium epiſtola IV. 1. 12. V. *Raderum*, & ex illo *Freinsh.*

78. *Faſtigium fortunæ* i. ſummam dignitatem, & poteſtatem a *fortuna* conceſſam. *Faſtigium* proprie eſt frontiſpicii ſuperior altitudo, in acumen trigonum ſurgens, noviſſime apponi ſolita. Feſtus: *faſtigium ædificii ſummum.* Cic. Offic. III. *Sed quoniam operi inchoato, & prope jam abſoluto faſtigium imponimus.* Noſter VII. 3. 8. VI. 4. 19. Et *faſtigatum* eſt ſupra cætera elatum. Marcellin. XXXI. *Arundine faſtigatum tugurium.* Inde culmen eſt dignitatis, & potentiæ, & ipſum regnum. Juſtin. I. 1. 1. & noſtro X. 10. 14. V. *Barth.* XXVIII. 7.

79. *Jugum fortunæ* i. ſervitium a *fortuna* immiſſum. Servitii ſymbolum eſt *jugum.* Unde *ſubdere colla jugo*, eſt trahi ad ſervitutem, & labores. Sumta metaphora a bobus, qui ad hoc *junguntur*, utlaboribus exerceantur. V. *Pier. Hierogl.* XLVIII. 19.

80. *Bonum animum habere* i. confidere. Plaut. Rud. III. 3. 25.

Bonum animum habete.
P A. Nam, obſecro, unde animus mihi invenitur.

Ita *mentem* pro fiducia uſurpat *Liv.* XXVI. 11.

81. *Collo admovit* i. oſculatus eſt. *Oſcula admota manu ſumere* Prop. I. 3. 8.

82. *Indoles* ſignificat ſpem, quam ex vultu colligimus virtutis futuræ in puero. Primigenia notione ſignificat incrementum, ut Gellius: *mendi indoles.* Olere enim eſt creſcere. V. *Scalig. in Feſtum, Becm. Orig. in Stola.*

83. *Hauſiſſet* i. accepiſſet.

84. *Aræ* hæ fuerunt adhuc Ciceronis ætate poſt annos fere trecentos. Ipſe meminit Fam. XV. 4. *Caſtra in radicibus Amani habuimus, apud aras Alexandri.* Hæ nihil aliud fuerunt, quam ſuperbiſſima tropæa. V. *Freinshem.*

85. *Jovi*,

vi 85 atque Herculi 86, Minervæque ſacratis, Syriam petit: Damaſcum, ubi Regis gaza 87 erat, Parmenione præmiſſo.

85. *Jovi*, ut principi Deorum, hominumque patri Optimo Maximo.

86. *Herculi*, quod ex Heraclidarum ſtirpe ſe ſatum ſciret.

87. *Gaza* Perſico ſermone pecunia eſt regia, III. 13. 5. Mel. I. 11. *In Palæſtina munita eſt & ingens admodum Gaza: ſic Perſæ ærarium vocant.* Serv. Aen. I. 123. II. 763. *Gazam* Perſarum lingua cenſus & divitias ſignificare notat, & eſſe numeri ſingularis tantum. V. *Briſſon. de Regn. Perſ.* I. 121. *Druſ. Obſerv.* XII. 2. *Demſter. Ant. Rom.* VII. 31.

CAP. XIII.

ARGUMENTUM.

Damaſcum Parmenioni tradit Darii ſatrapa, cujus interfecti caput ad Darium fertur.

ATque is, cum præceſſiſſe Darii ſatrapam 1 comperiſſet, veritus, ne paucitas ſuorum ſperneretur 2, arceſſere majorem manum ſtatuit. Sed forte in exploratores ab eo præmiſſos incidit 3 natione Mardus 4, qui ad Parmenionem perductus, lite- 1 2

SAtrapæ verbo utuntur Plin. v. 5. Nep. Ageſ. II. 2. Terent. Heaut. III. 1. 43. & Curtius pluribus in locis. qui ut plurimum illos *Prætores* vocat. Orontem etiam Darii *prætorem* appellat Cicero de Fin. V. *Præfectum* Juſtin. V. 1. 7. Nep. Datam. II. 5. Hi provincialibus imperabant, eorum utilitatibus proſpiciebant, tributa cogebant, primisque cuſtodibus ſtipendia exſolvebant. Regem de toto provinciarum, quas regebant, ſtatu certiorem faciebant, literisque, & per nuncios, ut ſe res habebant, ſignificabant. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* I. 111 - 117. *Druſ. Obſerv.* XII. 13.

2. *Paucitas ſuorum ſperneretur.* Ita Liv. XXXVII. 20. *Et hoſtes pauliſper in eos verſi, ut nihil moveri viderunt, nec ipſi quicquam ex ſolita negligentia, inſuper etiam eludentes paucitatem, mutarunt.* Noſter IV. 9. 24. IX. 8. 18.

3. *Incidit* i. obviam factus eſt. Cic. pro Planc. *Cum hic in me incidit, complexus eſt.* Noſter VII. 5. 11.

4. *Mardus* V. v. 6. 17.

5. Re-

literas ad Alexandrum a præfecto Damasci missas tradit ei: *nec dubitare eum, quin omnem regiam supellectilem* [5] *cum pecunia traderet*, adjecit. Parmenio, 3 *adservari* [6] *eo* jussō, literas aperit: in queis erat scriptum; *ut mature Alexander aliquem ex ducibus suis mitteret cum manu exigua.* Itaque re cognita, Mardum 4 datis comitibus ad proditorem [7] remittit. Ille e manibus custodientium lapsus [8] Damascum ante lucem intrat. Turbaverat ea res Parmenionis animum, insidias timentis, & ignotum iter sine duce non audebat ingredi [9]: felicitati tamen Regis sui confisus, *agrestes, qui duces essent itineris, excipi* [10] jussit: quibus celeriter repertis, quarto die ad urbem pervenit, jam metuente præfecto, ne sibi fides ha- 5 bita non esset. Igitur quasi parum munimentis oppidi fidens; ante Solis ortum *pecuniam regiam*, quam *Gazam* Persæ vocant, cum pretiosissimis rerum efferri jubet: fugam simulans [11]; re vera, ut prædam 6 hosti offerret. Multa millia virorum, feminarumque excedentem oppido sequebantur; omnibus miserabilis [12] turba, præter eum, cujus fidei commissa fuerat;

5. *Regiam supellectilem.* Justin. XXII. 2. 6. *regale instrumentum.*

6. *Adservari* i. custodiri, ut IV. 1. 4. VIII. 6. 27.

7. *Proditorem* i. Damasci præfectum, qui, quia mox Damascum sibi commissam Parmenioni tradet, *proditor* toties antea dicitur.

8. *Lapsus* pro *elapsus*, ontkomen. *Elabi* est effugere, evadedere. Cic. Fam. XI. 9. *Dabo operam, ne Ventidius elabatur.* Noster IV. 10. 25. VI. 8. 20. VII. 4. 19. *Elabi* proprie dicuntur, quæ sunt lubrica. Plaut. Pseud. II. 4. 57. *Anguilla est, elabitur.* Est vero *elapsus* Mardus, ne proditio observaretur. Si enim comitatus advenisset, peregrini suspicionem aliis movissent.

9. *Ingredi* i. incipere. Plaut. Pseud. IV. 2. 4. *Ingredere in viam dolose.* III. 4. 13. *inire iter.*

10. *Excipi* i. intercipi, ut V. 13. 7.

11. *Simulamus* ea n. quæ non sunt. *Simulare* est referre, & effingere id, quod non est. V. *Popm. Diff. Verb.* IV.

12. *Miserabilis* i. misericordia digna. Flor. III. 18. 12. *Miserabili funere mediam urbem pervium fecit.* Noster X. 7. 4. V. 6. 6.

13. *Gratiorem*, quia i. Si pecuniæ cupido fuisset, magno pretio captivos illos suis potuissent reddere. II. Si major utilitas

fuerat; quippe, quo major proditoris merces foret, objicere hosti parabat gratiorem [13] omni pecunia prædam, nobiles viros, prætorum Darii conjuges, liberosque, præter hos urbium Græcarum legatos, quos Darius, velut in arce tutissima, in proditoris reliquerat manibus [14]. *Gangabas* [15] Persæ vocant hu- 7 meris onera portantes: hi quum frigus tolerare [16] non possent (quippe & procella [17] subito nivem effuderat; & humus rigebat gelu) tum adstrictas [18] vestes, quas cum pecunia portabant, auro & purpura insignes, induunt [19]: nullo prohibere ausō, quum fortuna Regis etiam humillimis [20] in ipsum licentiam faceret. Præbuere [21] ergo Parmenioni non 8 spernendi agminis speciem: qui intentiore [22] cura suos,

tas optaretur, per hæc nobilissimorum potentissimorumque hominum pignora, eorum fides solicitari, certe audacia, virtusque frangi poterat, metuentium, ne in suos vindicaretur, si quid hostibus damni intulissent. Ea mens, in simili fere proditione, Iudimagistro Faliscorum fuit; cum diceret: *Falerios se in manus Romanis tradidisse: quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum sint, in potestatem dederit.* Liv. V. 27. V. *Freinshemium.*

14. *Manibus* i. potestate. Plaut. Rud. IV. 3. 44. *In manu non est mea.*

15. *Gangabæ* apud Græcobarbaros erant *bastagiarii*, & onera ipsa *bastagæ*. *Bastagarum* voce Publicola utitur in Augustini Epist. 153. *Qui ad deducendas bastagas pacti fuerint.* Forte talis Petronii Corax. V. *Freinshemii Indicem*, & *Brisson. de regn. Pers.* II. 241.

16. *Tolerare* i. patienter ferre. *Festus.*

17. *Procella* est vis ventorum cum pluvia, dicta quod omnia *procellat* i. moveat. *Procellæ* aut de fluminibus, aut de montibus fiunt, quas *περιπνοίας* dicunt, vulgo *peripenas* appellant. V. *Serv. Aen.* I. 89. V. 772. *Isid.* XIII. 11.

18. *Astrictas* i. in sarcinas collectas, ut humeris ferri possent. Catullus vocat *aptas* XXVIII. 2.

Aptis sarcinulis, & expeditis.

19. *Induunt* pro *induerunt.* Enallage temporis probatissimis scriptoribus frequentissima. V. *Freinshem.*

20. *Humillimis.* V. VII. 4. 6.

21. *Præbuere* n. procul, quia erat is numerus, ut si militari ordine resistere appropinquantibus voluissent, non fugissent, sed fugassent Parmenionis manum. V. *Raderum.*

22. *Intentiore* i. vehementiore, majore. *Tum conquisita cum intentiore cura arma, & omnia adempta.*

23. *Justum* opponitur velitatio-

suos, quasi ad justum [23] prælium paucis adhortatus, *equis calcaria subdere* [24] jubet [25], *& acri impetu in hostem*
9 *invehi*. At illi, qui sub oneribus erant [26], omissis per metum, capessunt fugam [27]: armati quoque, qui eos persequebantur [28], eodem metu, arma jactare [29],
10 ac nota diverticula [30] petere cœperunt. Præfectus quasi & ipse conterritus simulans, cuncta pavore compleverat. Jacebant totis campis opes [31] regiæ: illa pecunia stipendio ingenti militum præparata: ille cultus tot nobilium virorum, tot inlustrium [32] femi-
11 narum: aurea vasa [33]: aurei freni: tabernacula regali magnificentia ornata: vehicula quoque a suis destituta, ingentis opulentiæ plena. facies etiam præ-

tionibus, & est plenum. Flor. II. 7. 11. *Uno, ac ne hoc quidem justo, prælio opprimitur.*

24. *Calcaria subdere*, de spooren geven. *Concitare equum* Nep. Datam. IV. 5. Pelop. V. 4. Noster IV. 15. 21: 16. 6.

25. *Acri* i. forti, valido, vehementi. Serv. Aen. VIII. 614. *Proprie apud nos est acer, qui δεινὸς apud Græcos, nam fortem, & vehementem, & asperum, & amarum potest significare.*

26. *Sub oneribus erant* i. *humeris onera portabant.* n. 7.

27. *Capessunt fugam* i. fugiunt. Infr. VII. 9. 13.

28. *Persequebantur* Gangabas armati, ut eos cum regia pecunia, & cultu fugientes defenderent, imo etiam ipsos custodirent, ne quid averterent, & hoc in speciem; revera autem, ut eos ad Parmenionem deducerent, cui prædam integram vel ignorantes offerrent. V. *Raderum.*

29. *Jactare* i. abjicere. Inde *jactura* V. 9. 3.

30. *Diverticulum* est, ubi incipit semita, quæ te digredientem a publica via in alicujus villam deducit. Ter. Eun. IV. 2. 7. *Ubi ad ipsum veni diverticulum, constiti.* V. *Nann. Misc.* I. 19.

31. *Opes* i. divitiæ. Plaut. Stich. V. 4. 8. *Hoc convivium est pro opibus nostris.* Noster V. 6. 3: I. 10. Est vero nomen generale, quod hic quaslibet dicit fortunas.

32. *Inlustrium* i. spleudidarum, *doorluchtigh.* Serv. Aen. VI. 758. *Nomen notitiæ est, non meriti. Unde nobiles & illustres meretrices dicuntur.* Noster V. 1. 18.

33. *Vasa*, generatim res omnes mobiles, domusque instrumenta. V. 6. 5. VI. 2. 16. Unde *vasa conclamare* Veteres dicebant, cum milites alio diversuri sarcinas jubebantur colligere, & *convasare* Terent. Phorm. I. 4. 13.

34. *Prædantibus.* Dissentit a Curtio Polyænus, qui Stratag. IV. hoc in hoc opere narrat Parmenionis stratagema: *Cogitans se non posse conservare tantam impedimentorum multitudinem, si calones Barbari se fugæ traderent, missis ad eos tribus equitum turmis, promulgavit: Quicunque non propriis manibus sua jumenta apprehenderit, trucidabitur. Hanc promulgationem veriti barbari, ipsi ad jumenta accesserunt, & impedimenta transportarunt.*

35. *Fidem excedente* i. majore, quam ut illi fides habeatur.

36. *Fortuna* i. successu prospero, & perpetua felicitate. V. *Freinshemium.*

37. *Trahentes*, quia parvuli parentum passus æquare non poterant, eoque *tracti* potius, quam ducti. Virg. Aen. II. 723.

Dextræ se parvus Iulus
Implicuit, sequiturque patrem
non passibus æquis.

V. 320.

Sacra manu, victosque Deos,
parvumque nepotem
Ipse trahit.

Noster V. 5. 15. V. *Raderum*, & *Lacerd. Aen.* II. 320.

38. *Ochus* Artaxerxi in regno succedens 23. annos illud gubernavit, *Artaxerxis* cognomen adeptus. Ægyptii illum vernacula lingua *asinum* appellabant, inertem ejus animum imbecillitati animalis per vituperium comparantes. Harum natu minima Parysatis Alexandro nupsit. V. *Diodor.* XV. 39. *Aelian. V. H.* IV. 8. *Arrian.* VII. 447. Hunc fuisse *Assuerum*, Estheris, post repudiatam Vasthi, maritum post Serarium putat *Raderus.*

39. *Ante Darium*, interjuncto Arse, sive Arsame Ochi filio. Diod. XVII. 5. *Bagoas militum tribunus regem* (Ochum) *veneno tollit, medici ad hoc opera usus: filiumque ejus natu minimum, Arsen nomine, in regnum collocavit*, &c. *Insidiis deprehensis Bagoas Arsen cum liberis tertio imperii anno e vita tollit, & Darium ex amicis quendam adoptatum in regni possessionem collocat.*

40. *Ochi uxor.* dubium an Esther hæc fuerit. V. *Raderum.*

41. *Oxathris filia*, Amastrice.

42. *Artabazi.* V. V. 9. 1. §. 3.

43. *Sum-*

prædantibus [34] tristis, si qua res avaritiam moraretur. Quippe tot annorum incredibili, & fidem excedente [35] fortuna [36] cumulata, tunc alia stirpibus lacerata, alia in cœnum demersa eruebantur: non sufficiebant prædantium manus prædæ. Jam- 12
que etiam ad eos, qui primi fugerant, ventum erat: feminæ pleræque parvos trahentes [37] liberos ibant, inter quas tres fuere virgines, Ochi [38], qui ante [39] Darium regnaverat, filiæ, olim quidem ex fastigio paterno rerum mutatione detractæ; sed tum fortem earum crudelius adgravante fortuna. In eo- 13
dem grege uxor [40] quoque ejusdem Ochi fuit, Oxathrisque (frater hic erat Darii) filia [41], & conjux Artabazi [42] principis purpuratorum, & filius, cui Ilio-

14 Ilioneo fuit nomen. Pharnabazi quoque, cui ſummum imperium maritimæ oræ Rex dederat [43], uxor cum filio excepta eſt. Mentoris filiæ tres: ac nobiliſſimi ducis Memnonis [44] conjux, & filius: vixque ulla domus [45] purpurati fuit tantæ cladis expers [46].
15 Lacedæmonii quoque & Athenienſes ſocietatis fide violata [47] Perſas ſequuti; Ariſtogiton, Dropides, & Iphicrates, inter Athenienſes genere [48] famaque longe clariſſimi: Lacedæmonii, Pauſippus & Onomaſtorides, cum Monimo & Callicratide, ii quoque
16 domi nobiles [49]. Summa pecuniæ ſignatæ [50] fuit talento-

43. *Summum imperium dederat* i. præfecerat. *Summam imperii maritimi.* Nep. Ariſt. 11. 2.

44. *Memnonis Conjux* Barſene, quam poſtea uxorem duxit Alexander. Plutarch. Alex. f. 247. *Barſene poſt Memnonis obitum vidua Damaſci capta eſt, mulier Græcis erudita literis, ſuaviſſimis erat moribus, pater Artabazus regia ſtirpe editus. Hanc Alexander incitante Parmenione genere quippe & pulchritudine egregiam compreſſit.*

45. *Domus* V. VI. 8. 9.

46. *Expers* i. neſcia, vacua. *Expers* eſt, qui non habet partem, qui caret aliqua re. Conſtruitur cum genitivo Plaut. Aſin. III. 1. 2. *Ut qui expers matris imperii ſies.* Noſter VI. 3. 7. VIII. 6. 10. Et cum ablativo. Plaut. Perſ. IV. 3. 40. *Ea res me expertem domo facit.*

47. *Violata.* i. rupta. Infr. V. 12. 5. VI. 3. 14. 4. 12.

48. *Genere.* Atqui Iphicrates ignobilis fuit, ſi genus ſpectes, cerdone natus, ut Plutarchus in Apophthegmatis tradit. *Iphicrates cum ſutoris filius haberetur.* Sunt ergo illa de *genere* ad Ariſtogitonem, & Dropidem referenda, *fama* ad Iphicratem. V. *Raderum.*

49. *Domi nobiles* i. clari inter ſuos, ut loquitur IV. 1. 17.

50. *Signatæ.* Perſæ nummis aureis Darii forma percuſſis utebantur, qui, quod Darii imaginem inſculptam haberent, Darici dicti ſunt. Nam cum Darius nominis ſui memoriam inſigni aliquo opere ad poſteros transmittere vellet, ex auro puriſſimo monetam percuſſit. Daricos aureos fuiſſe ſtateres docet Heſychius: *Darici aurei ſtateres ſunt appellati (ut quidam ajunt) a Dario Perſarum rege.* Perſarum etiam nummos Sagittarii nota ſignatos fuiſſe, & Sagittarium dici numisma Perſicum, elegans illud Ageſilai dictum declarat, quem cum magiſtratus Lacedæmoniorum ex Aſia revocaret, ferunt diſcedentem ad amicos dixiſſe: *ſe triginta ſagittariorum millibus ex Aſia a rege Perſarum expelli. Hac enim nota erat Perſicum numiſma.*

Toc

lentorum duo millia, & ſexaginta [51]; facti [52] argenti pondus quingenta æquabat [53]. Præterea triginta millia hominum, cum ſeptem millibus jumentorum [54], dorſo onera portantium, capta ſunt. Cæ- 17
terum Dii tantæ fortunæ proditorem ſepulturæ celeriter [55] debita pœna perſequuti ſunt. Namque unus e conſciis ejus, credo, Regis vicem etiam in illa ſorte reveritus, interfecti proditoris caput ad Darium tulit, opportunum ſolatium prodito: quippe &

Tot enim delatis Athenas, & Thebas, diviſisque inter illos, quorum ſumma eſſet in civitatibus auctoritas, bellum in Lacedæmonios totius Græciæ concitarunt; ut Plutarchus in Ageſilao & Artaxerxe refert. V. *Popmam*, & ex illo. *Freinshem.*

51. *Talentorum duo millia, & ſexcenta*, ſi talento Attico, & communi æſtimes, 1560000 Philippicorum, ſi vero Babylonico, ut fuiſſe vero ſimile eſt, cum ex decreto Darii Capeli Babylonii ponderis talenta fuerint ex vectigalibus in ærarium referenda, 1820000 Philippicorum efficient. V. *Raderum* & ex illo *Freinsh. Bud. de aſſe* IV. 416. *Briſſon.* II. 221.

52. *Factum argentum* eſt vas argenteum, ſive ex quo ſpecies aliqua effecta eſt. Iſid. XVI. 17. *Tria ſunt genera argenti & auri, & æris: ſignatum, factum, infectum. Signatum eſt, quod in nummis eſt. Factum eſt, quod eſt in vaſis & ſignis. Infectum eſt, quod in maſſis eſt, quod & grave dicitur* i. *maſſa.* Senec. de Benef. I. 12. *Libentius donabo argentum factum, quam ſignatum.* Liv. XXXIV. 52. *Infecti argenti fuit decem & octo millia pondo, & ducenta ſeptuaginta facti. Vaſa multa omnis generis*, &c. V. *Raderum. Cujac. Obſerv.* X. 18. *Lipſ. ad Senecam.* De hoc Liv. XXXIV. 52. *Secundo die aurum argentumque factum infectumque, & ſignatum.*

53. *Æquabat*, het woog ſoo veel.

54. *Jumentorum*, &c. i. animalium dorſuariorum, *laſtdragende.* Cæſ. B. C. I. 79. 2. *Quod ſine jumentis, impedimentisque ad iter profectos videbant.* Senec. Epiſt. 76. *Quare fortia dorſo jumenta ſint, quæris? quia eorum hic unus eſt uſus, ſarcinam ferre.* Unde & *ſarcinaria jumenta* dicuntur Cæſ. B. C. I. 81. 6. *Quo eſſent ad iter expeditiores, omnia ſarcinaria jumenta interfici jubent.* Ab illis ſeeludit boves *Ulpian. Digeſt.* XXI. 1. *n.* 38. §. 4. equos *Noſter* IX. 10. 12. quamvis *jumentorum* nomine equos intelligant *Nep. Eum.* V. 4. *Phædr.* IV. 4. 24. *Colum.* I. 6. Camelos Perſepolis gazam vecturos *jumentis* jungit Noſter V. 6. 9. qui & mulis juncti Regis pecuniam vehunt III. 3. 24. quem & V. VII. 4. 25.

& ultus inimicum erat; & nondum in omnium animis memoriam majestatis suæ exoleviſſe 56 cernebat.

Q. Cur-

55. *Sepulturæ celeriter.* V. *Freinsh.* & *Fabri Epiſt. Crit.* 52.

56. *Exoleviſſe* i. vetuſtate intercidiſſe. Infr. VII. 5. 28. V. III. II. 25.

Immen-



Q. CURTII RUFI DE REBUS ALEXANDRI MAGNI, REGIS MACEDONUM,

LIBER IV.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Ad Euphratem contendit Darius. Parmenionem Syriæ præficit, Darii literis ſuperbis ſuperbius reſpondet, Phœniciæ oppidis occupatis Sidoniis regem conſtituit Abdolominum Alexander. Aegyptum occupaturus ab Aegyptiis interficitur Amyntas transfuga. Variis præliis Perſæ funduntur. Antipatro Macedoniæ præfecto bellum molitur Agis Lacedemonius.

DArius tanti modo exercitus Rex, qui 1 triumphantis magis, quam dimicantis more, curru ſublimis inierat prælium; per loca, quæ prope immenſis 1 agminibus compleverat, jam inania 2, & ingenti ſolitudine 3 vaſta fugiebat 4. Pauci Regem 2 ſeque-

Immenſis i. quæ nec modum, nec finem habent. *Immenſa millia* Juſtin. XXXVIII. 4. 15. Noſter V. 6. I. IV. 14. 12. *Immenſum* proprie eſt, quod ſub menſuram non cadit.

2. *Inania* i. militibus vacua. Infr. X. I. 33.

3. *Solitudine*, eenſaemheyt. Terent. And. II. 2. 25. *Solitudo ante oſtium.* Noſter V. 12. 10. 6. 13.

4. *Fugiebat* per Amanicas pylas; nam Syriæ pylas cum exercitu tenebat Alexander. V. *Raderum.*

sequebantur : nam nec eodem omnes fugam intenderant ; & deficientibus equis , cursum eorum , quos Rex subinde mutabat , æquare [5] non potе-
3 rant. Unchas [6] deinde pervenit : ubi excepere cum Græcorum [7] quatuor millia : cum quibus ad Euphratem contendit ; id demum credens fore
4 ipsius , quod celeritate præcipere [8] potuisset. At Alexander Parmenionem [9] , per quem apud Damascum recepta [10] erat præda , jussum *eam ipsam , & captivos diligenti adservare custodia* , Syriæ , quam *Cœlen* [11] vocant , præfecit. Novum imperium Sy-
5 ri nondum belli cladibus [12] satis domiti aspernabantur

5. *Cursum æquare* i. tam celeriter currere.

6. *Unchæ* est locus inter pylas Amanicas , & Thapsacum , fere medius , bidui itinere ab est a pylis Amanicis. *Sochos* Arrian. II. 93. haud dubie appellat. Nam cum Darii expeditionem in Ciliciam describit, ab Euphrate *Sochos* pervenisse dicit. *Est is Assyriæ locus ab angustiis ; seu pylis Assyriæ bidui itinere dissitus.* V. *Raderum* , & ex illo *Freinshem.*

7. *Græcorum* , & Persarum , ut addit Arrian. II. 116. *Darius noctu paucis comitatus fugerat : postridie vero recolligens Persas , exterosque , qui ex eo prælio evaserant , quatuor in universum millia habens.* &c.

8. *Præcipere* i. antevenire , præoccupare , antevertere. Virg. Ecl. III. 98. --- *Si lac præceperit æstus.* Aen. X. 277.

Littora præcipere , & venientes pellere terra.

9. *Parmenionem.* Arrian. II. 118. *Menonem Cerdimam Syriæ , quam Cœlen vocat , satrapam constituisse* Alexandrum dicit, quem *Arachosiis datum prætorem* haud vane colligas infr. V. 3. 5. Nisi malis dicere Parmenionem Coelen sibi traditam tradidisse Andromacho , ut docet noster IV. 5. 9. & Andromacho a Samaritis cremato Menona esse substitutum IV. 8. 11. V. *Blanck. in Arrian. p.* 118.

10. *Recepta* pro *capta.* Alioqui *recipitur* , quod prius est amissum , quanquam *capi* & *recipi* de re una , eademque aliquando dicatur. Sic est in Augusti nummis: *Armenia capta , Armenia recepta.* Possis tamen hic interpretari *receptam* , pro *acceptam* , quod proditor eam tradidisset, & Parmenio nomine Alexandri accepisset. Ita *n.* 15. V. *Raderum.*

11. *Cœle-Syria* appellatur tota regio ultra Seleucidem in Aegyptum & Arabiam recedens : sed proprie , quæ Libano terminatur , & Antilibano. V. *Plin.* V. 20. *Strab.* XVI. *p.* 529.

12. *Cladibus* i. damnis. *Clades* proprie dicitur, cum fracti sunt arborum rami sive tempestate , sive nimio fructuum pondere ; sive etiam cum rami aliqui cœli , sive soli vitio facti sunt inutiles ; eoque amputari debent , ne truncum ipsum , totamque arborem corrumpant. V. *Voss. Instit. Orat.* IV. 6. 11. *Lex. Etym.*

tur [13] : sed celeriter subacti obedienter imperata fecerunt. Aradus [14] quoque insula deditur Regi. Maritimam tum oram , & pleraque longius etiam a 6
mari recedentia [15] Rex ejus insulæ Strato [16] possidebat : quo in fidem accepto [17] , castra movet ad urbem Marathon. Ibi literæ a Dario redduntur , 7
quibus , ut superbe scriptis , vehementer offensus est [18]. Præcipue eum movit , quod Darius sibi *Regis* titulum , nec eundem Alexandri nomini adscripse-

13. *Aspernabantur* i. cum contemtu dedignabantur. Terent. Phorm. II. 3. 24.

Quam si aspernatur nunc tam illiberaliter.

Ubi Donatus : *Aspernari est averti , non solum corpore , sed etiam animo. Aspernari , recusare , avertere , non agnoscere.*

14. *Aradus* est insula in Phœnice , jacet in fronte jugosæ cujusdam , & importuosæ oræ , inter ejus portum scilicet , atque Marathum , distans a terra stadiis 20. Ea est petra quædam , a mari circumfusa septem fere stadiorum ambitu , habitationibus plena , tanta hominum multitudine , ut adhuc domus multis tabulatis sublimes inhabitent , opus quorundam ex Sidone profugorum. Vocabatur etiam *Arvadum.* Olim *Aradii* per se reges habebant, ut cæteræ Phœnicum civitates : postea partim Persæ , partim Macedones , partim Romani in hunc ordinem redegerunt. V. *Strab.* XVI. 525. *Melam* II. 7. & *Popmam.*

15. *Recedentia* i. longius sita. Infr. IV. 9. 10.

16. *Strato* Aradi prorex fuit , filius Gerostrati , qui hujus oræ Rex fuit. Arrian. II. 118. *In itinere obvium habuit Stratonem Gerostrati filium (erat is Gerostratus Aradiorum , & quotquot Arado insulæ finitimi sunt , Rex , qui quidem , ut & alii Phœnicum ac Cypriorum reges , naves suas cum Autophradate conjunxerat) qui , aurea corona Alexandri capiti imposita , Aradum insulam , & Marathum ex adverso Aradi in continente sitam , urbem magnam atque opulentam , & Mariamnen , cæteraque omnia , quæ ad ipsorum ditionem pertinebant , ei tradit.* quod deditione sui & classis suæ probasse videtur Gerostratus. Arrian. II. 134. *Inter hæc Gerostratus Aradi , & Equlus Bibliorum Rex , certiores facti urbes suas ab Alexandro capiat , deserto Autophradate , & navibus , quas ducebant , ipsi cum sua quisque classe ad Alexandrum venerunt.*

17. *In fidem accepto* i. fide illi data , sub imperio suo salvum , & incolumem fore. Ita V. 6. 2. IX. 1. 23. V. *Freinshem. Indicem.*

18. *Offensus* i. iratus. Suet. Jul. c. 19. *Pompejum offensum patribus.* Ubi V. *Torrentium.*

19. *Ad-*

8 ſcripſerat[19]. Poſtulabat autem magis, quam petebat[20]; *ut accepta pecunia, quantamcunque tota Macedonia caperet, matrem ſibi, ac conjugem, liberosque reſtitueret: de regno, æquo*[21], *ſi vellet, Marte contende-*
9 *ret*[22]. *Si ſaniora*[23] *conſilia tandem pati*[24] *potuiſſet*[25]; *contentus patrio, cederet*[26] *alieni imperii finibus*[27]: *ſocius amicusque eſſet; in ea ſe fidem & dare*[28] *paratum & acci-*
10 *pere.* Contra Alexander in hunc maxime modum reſcripſit: Rex Alexander Dario. Celes[29], cujus nomen

19. *Adſcripſerat*, i. ſcripto ſibi tribuerat. *Titulos* vero ſibi vel debitos, vel impertitos attentiſſime legere omnium regum, & principum ingenium eſt. Exauctorari ſe putant, cum juſtum ſibi *titulum* non *adſcriptum* vident. Nec minus pro *titulis*, quam pro ipſis regnis bella ſuſcipiunt. V. *Raderum*.

20. *Poſtulabat, quam petebat*, n. humiliter. Minus enim, & modeſtius eſt *petere*, quam *poſtulare*, quod jus quoddam præ ſe fert. Cicero in Verrem: *Incipiunt poſtulare, poſcere, minari.* V. *Raderum*, *Vall. Eleg.* v. 58. *Popm. Diff. Verb.* IV. 141.

21. *Æquo Marte* i. neutro ſe inclinante victoria. Flor. IV. 2. 48. *Quum diu æquo Marte contenderent.* Noſter IV. 15. 29. *Pari Marte* Flor. IV. 2. 80. Noſter VI. 1. 7. *manu æqua* Saluſt. Cat. c. 59. Tacit. Annal. I. 63. 3.

22. *Contenderet* i. pugnaret, bellum gereret. Nepos Con. IV. 3. *Quam ſi cum barbaro ſolum contenderent.*

23. *Saniora* i. meliora. *Sanum* plerumque dicitur de animo.

24. *Pati* i. admittere. Ita *patiens conſilii* V. 12. 8.

25. *Potuiſſet* i. poſſet. Tempus enim Grammaticum pro alio tempore ponitur. Optatus Afer II. *Ubi ipſo tempore conventiculum habere potuiſſent.* i. poſſent. III. *Ille tibi diſpliceat, qui fecit, ut ſartor peccare potuiſſet*; i. poſſet. Val. Max. IX. 3. 3. ext. *cum primum per ætatem potuiſſet* i. poſſet. V. *Barth.* XXV. 4. XXXIV. 6.

26. *Cederet* i. excederet. Infr. X. 7. 13.

27. *Finibus* i. regionibus, provinciis. Virg. Ecl. I. 3.

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva.

28. *Fidem dare.* V. VI. 7. 7.

29. *Celes* eſt equus una freni habena rectus, curſor, hodie ſellarius dictus, & ſingularis. *Heſychius.* Unde κελητιάω, & κελητίζειν idem eſt, quod equitare. Darium Hyſtaſpis filium fuiſſe equitem præſtantem, & appellatum ἱππέα, quod idem eſt τῷ κέλητι docet ejus Epitaphium:

Amicus amicis eram,
Eques & ſagittarius optimus fui, &c.

Potuerit etiam *Celes* dici, quod equi hinnientis auſpicio ſit creatus Rex Perſarum. V. *Raderum*,

men ſumſiſti[30], Darius, Græcos, qui oram Helleſponti tenent[31], coloniasque[32] Græcorum[33] Ionas[34] omni clade vaſtavit: cum magno deinde exercitu mare trajecit, inlato Macedoniæ & Græciæ bello. Rurſus rex Xerxes gentis ejusdem ad 11
oppugnandos cum immanium[35] barbarorum copiis venit: qui navali prælio[36] victus, Mardonium[37] tamen reliquit in Græcia; ut abſens quoque popularetur[38] urbes, agros ureret[39]. Philippum[40] ve- 12
ro

rum, & ex illo *Freinshemium*.

30. *Cujus nomen ſumſiſti.* V. Juſtinum ad III. 1. 8. §. 53.

31. *Tenent* i. incolunt, habitant. Virg. Aen. I. 16. *Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.* Noſter VII. 8. 19.

32. *Coloniæ* ſunt oppida, quo cives ſuos ad in colendum deducebant. V. *Merul. Coſmog.* II. 4. 19.

33. *Græcorum*, Athenienſium. Athenienſes enim ex reſponſis Apollinis Delphici communi conſilio totius Hellados tredecim colonias uno tempore in Aſiam deduxerant. V. *Vitruv. de Archit.* IV. 1.

34. *Ionia* eſt regio in minore Aſia inter Lycaonas & Lydos, lateribus cincta Aeolibus & Caribus, his a meridie, illis a ſeptentrione. *Ioniam* appellaverunt a duce ſuo *Ione* Xuthi, & Creuſæ filio, cui ſummam imperii partem Athenienſes dederant, cum Caras & Lelegas ejeciſſent. V. *Vitruv. de Archit.* IV. 1. *Viv. in Auguſt. de Civ. Dei* VIII. 2.

35. *Immanium* i. crudelium, ſævorum. *Immanes*, inquit Rhodig. A. L. XVIII. 14. *recte dicimus, qui reliquos pravitate anteeunt.* Inde *ſcelere immanior ante omnes Pygmalion* Virg. Aen. I. 351. qui impius ante aras Sichæum incautum ferro ſuperaverat. *Immaniſſimum facinus*, i. crudeliſſimum vocat Flor. IV. 1. 3. ſenatum confodere, conſules trucidare, diſtringere incendiis Urbem, &c. Noſter IX. 4. 18.

36. *Navali prælio victus* conſilio Themiſtoclis. V. *Nepot. Them.* IV. 3. 45. *Juſtin.* II. 12. 19-27.

37. *Mardonius* fuit ſatrapes regius, ſtatione Medus, Regis gener, ſive ſororis maritus, ut Sichæus Pygmalionis gener dicitur Juſt. XVIII. 4. 8. qui Eliſſam ejus ſororem duxerat uxorem. Hic Xerxem clade perculſum hortatur in regnum abeat, ſibi ccc. millia armatorum lecta ex omnibus copiis relinquat. Cui conſilio ejus probato exercitus eſt traditus. *Nep. Pauſan.* I. 2. *Juſtin.* II. 13. 2. *Strab.* IX. 750. *Cujac. Obſerv.* VI. 17.

38. *Popularetur* i. prædas in populo ageret, prædaretur. Cic. Offic. I. *Ille noctu populabatur agros.* Noſter III. 5. 6. 4. 5. X. 8. 13.

39. *Ureret* i. vaſtaret, Liv. VI. 29. *Ne extemplo ureretur ager.* Noſter IV. 3. 20: 14. 2.

ro parentem meum quis ignorat ab iis interfectum
esse; quos ingentis pecuniæ spe solicitaverant vestri?
impia [41] enim bella suscipitis [42], &, quum habeatis
arma, licitamini [43] hostium capita: sicut tu proxi-
me talentis mille, tanti exercitus Rex, percussо-
13 rem [44] in me emere [45] voluisti. Repello igitur
bellum, non infero: &, Diis quoque pro meliore [46]
stantibus causa [47], magnam partem Asiæ in ditio-
nem redegi meam: te ipsum acie [48] vici. Quem
etsi

40. *Philippum* insidiatorum opera sustulisse Persas etiam narrat Arrian. II. 120. *Parente autem meo per insidiatores, quos ipsi subornaratis, occiso, quem ad modum vos literis quoquo versum missis gloriati estis.* Cum illum interemerit, conscia minimum Olympiade, Pausanias nobilis ex Macedonibus adolescens, quem non suæ tantum, verum & convivarum libidini, velut vile scortum subjecerat, ludibriumque omnium inter æquales reddiderat Attalus, postquam frustra querelam Philippo sæpe detulerat. V. *Justin.* IX. 6. *Oros.* III. 14. *Diodor.* XVI.

41. *Impia bella.* V. V. 8. 15.

42. *Suscipitis* i. incipitis. Flor. IV. 4. 1. *Antonius contra adoptionem acerrimi juvenis susceperat bellum.* Noster VI. 3. 18.

43. Licitamini *ghy setter geld op.* Verbum est emtorum pretium offerentium, oppositum *πῶ* indicare, quod est venditorum. Emtores enim petebant rem tanti auferre sibi licere, & inde hæsit negotio hoc verbum. Sueton. Ner. c. 26. *Ubi partæ, & ad licitationem dividendæ prædæ pretium asumeretur.* Forte etiam, quia *licitandi* verbum *licendi* frequentiam proprie designat, sæpius *licitus* fuerit Darius. Noster V. 12. 2. V. *Vall. Eleg.* V. 28. *Gronov. Observ. Eccles.* c. 6. *Freinshemii Indicem.*

44. *Percussorem* i. interfectorem III. 5. 15. *Percussor* idem, qui sicarius, qui sica ac dolone inopinantem interficit. Flor. II. 17. 17. *Viriatum per fraudem, & insidias, & domesticos percussores aggressus.*

45. *Emere* i. pecunia conducere, qui me ex insidiis interficeret.

46. *Meliore* i. justiore. Paterc. II. 49. 3. *Alterius ducis causa melior videbatur, alterius erat firmior.*

47. *Causa* i. partium jure. Justin. XIX. 1. 5. *Afrorum sicut causa justior, ita & fortuna superior fuit.* A foro ad bellum translatum.

48. *Acie* i. prælio. Flor. III. 22. 5. *Hi copias viri diu, & ancipiti semper acie attrivere.* Vicerat vero Darium ad Issum: ejus duces ad Granicum, & Asiam ab Hellesponto usque ad Euphratem, i. Ioniam, Phrygiam, Lyciam, Cariam, Pamphyliam, Cappadociam, Ciliciam, & Phœniciam suæ ditionis

etsi nihil a me impetrare [49] oportebat; utpote [50]
qui ne belli quidem in me servaveris jura [51]: tamen,
si veneris supplex [52]; & matrem, & conjugem, &
liberos sine pretio [53] recepturum te esse promitto. Et 14
vincere, & consulere victis scio. Quod si te committe-
re nobis times, dabimus fidem impune [54] venturum.
De cetero [55] quam mihi scribes, memento non solum
regi te; sed etiam tuo scribere. Ad hanc perferendam 15
Thersippus missus. Ipse in Phœnicen [56] deinde descen-
dit: & oppidum Byblon [57] traditum recepit. Inde ad Si-
dona

tionis fecerat. V. *Raderum.*

49. *Impetrare* i. consequi, perficere. Donat. Hec. V. 1. 4. *Impetrem* i. *perficiam, dictum a patrando: cujus rei difficultas, ob tarditatem complendarum nuptiarum, etiam ad alia negotia, quæ sunt ardua, verbum hoc commodavit, ac dedit.* Noster III. 1. 23. VII. 1. 24. VIII. 2. 18. *Patrare* est in obscœnis, & est rem Veneream consummare. Pers. Sat. 1. 18. *patranti fractus ocello.* i. lascivo, impudico. Ubi Scholiastes: *Patratio est rei veneræ consummatio.* Hinc etiam *perpetrare* est perficere. Festus: *Propetrare, mandare, quod perficiatur. Nam impetrare est exorare, & perpetrare perficere.* Noster IV. 13. 16. VI. 3. 18. 8. 26. V. *Schott. Obs.* II. 58. *Voss. Lex.*

50. *Utpote* i. nempe. Confirmandi particula. Plaut. Mil. II. 6. 49.

* *Magisque eandem, utpote quæ non sit eadem.*

51. *Belli jura*, ut qui non ferro, sed auro, & insidiis Alexandrum e medio tollere conatus fuerat.

52. *Veneris supplex.* Arrian. II. 123. *Ad me igitur utpote totius Asiæ dominum veni. At si metuis, ne ubi veneris, aliquid tibi abs me acerbi accidat, mitte amicorum tuorum aliquot, qui fidem accipiant. Quum ad me veneris, matrem, & uxorem, ac liberos, & si quid præterea voles, posce atque accipe. Quicquid enim a me petieris, impetrabis.*

53. *Pretium*, rantsoen. Inst. VII. 9. 18. IV. 11. 15.

54. *Impune* i. sine damno. Phæd. I. 9. 3.

Impune abire deinde quia jam non potest.

Noster IV. 2. 22.

55. *De cætero* i. In posterum, posthac. Infr. IV. 8. 14. VIII. 7. 16. 3. 7.

56. *Phœnice* regio est Asiæ adjacens Syriæ. *Phœnicia* vocatur regionis ora ab Orthosia usque Pelusium: dicta est a *Phœnice* Neptuni & Libyes filio. Ital. II. *Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix.* V. *Mel.* I. 11. *Strab.* XVI. 529.

57. *Biblon.* Mel. I. 12. *A Sidone ad promontorium Euprosopon duo sunt oppida Biblos & Botris.* V. §. 60.

dona [58] ventum est, urbem vetustate, famaque
16 conditorum inclytam. Regnabat in illa Strato, Darii opibus adjutus [59]; sed quia deditionem animo magis popularium [60], quam sua sponte [61] fecerat, regno visus indignus, Hephæstionique permissum, *ut, quem eo fastigio Sidones dignissimum arbitrarentur,*
17 *constitueret* [62] *regem.* Erant Hephæstioni hospites [63], clari inter suos juvenes, qui, facta ipsis potestate regnandi, negaverunt [64], *quenquam patrio more in id fasti-*

58. *Sidona* condidisse Agenorem dicit Noster IV. 4. 15. Phœnices Justin. XVIII. 3. 2. *Tyriorum gens condita a Phœnicibus fuit, qui terræ motu vexati, relicto patriæ solo, Assyrium stagnum primo, mox mari proximum littus incoluerunt, condita ibi urbe, quam a piscium ubertate, Sidona appellaverunt: nam piscem Phœnices Sidon vocant.* Strab. XVI. 529. *Est post Barutum quadringentis fere stadiis ab ea distans.*

59. *Adjutus*, ejus dubio procul vectigalis, nam *Sidona Persæ ceperant*, ut ait *Mela* I. 12.

60. *Popularium* i. civium, subjectorum. Tacit. Ann. I. 57. 1. *Legati venerunt auxilium orantes adversus vim popularium, a queis circumsedebatur.* Noster V. 11 11. VII. 6. 15. Sidonii vero ultro Alexandrum ad se vocaverant. Arrian. II. 125. *E Marathо deinde movens Biblum pactionibus traditam recepit. Sidonem etiam Sidoniis ipsis odio Persarum, & Darii eum arcessentibus.*

61. *Sponte* i. voluntarie, libenter. Hoc adverbium ex *sponsionibus* natum est. *Sponsiones* autem omnes voluntariæ. Iccirco non sine libamentis fieri consueverant. Noster V. 2. 8: 5. 19. VIII. 10. 14. V. *Scalig. Exerc. Exot.* LXXVII. 1. *Becm. Orig. in Spondeo.*

62. *Constitueret*, *faceret* Justin. IX. 6. 1. *Nuptias Cleopatræ filiæ & Alexandri, quem Regem Epiri fecerat, celebrat.* Noster VII. 3. 1.

63. *Hospites* accipe, non caupones, aut stabularios, ut hodie usurpatur vulgo vox *hospites*: aliud est cauponium, & stabulum, & diversorium ab *hospitio*. Cicero Divin. I. exerte separat, cum Arcadum *alterum* ait ad *cauponem divertisse*; *ad hospitem alterum. Hospes* est, qui notum, aut familiarem, aut amicum excipit: caupo omnes, notos juxta, ac ignotos. Senec. Benef. I. 14. *Nemo se stabulorum hospitem judicat. Hospites* gratis amicos suos accipiunt, caupones mercede, & locario. *Hospites* erant sæpe principes civitatum, & magistratus accipiebant, aut reges, aut honestissimos: erantque alii publici, alii privati. Cognoscis ergo, cur dicat Curtius, Hephæstioni *hospites* claros fuisse, etiam regno dignos. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium in Indice.*

64. *Negaverunt.* Hæc vox elegantissimum usum habet apud cul-

gium recipi, nisi regia stirpe ortum [65]. Admiratus 18
Hephæstio magnitudinem animi spernentis, quod alii per ignes, ferrumque [66] peterent: *Vos quidem macti virtute* [67], inquit, *estote, qui primi intellexistis, quanto majus esset, regnum fastidire* [68], *quam accipere. Cæterum date aliquem regiæ stirpis, qui meminerit, a vobis acceptum habere se regnum.* At illi, quum multos im- 19
minere tantæ spei cernerent, singulis amicorum Alexandri, ob nimiam regni cupiditatem, adulantes [69]; statuunt, *neminem esse potiorem* [70], *quam Abdolomi-*

cultissimos scriptores, pro quo vulgo teritur: *dixerunt, quod non*; aut his paria. Cæsar passim, & Cicero, Plautus, Terentius, & alii passim obvii. Non est hoc loco *negare* idem, quod *inficiari. Negant* intueri lucem fas esse ei, qui a se hominem occisum fateatur: quod interpretaberis: ajunt, non esse æquum, illum vivere. &c. V. *Raderum.*

65. *Ortum* i. natum. Nep. Cat. I. 1. *Cato ortus municipio Tusculo.* Noster IX. 8. 22. X. 6. 11.

66. *Per ignes & ferrum* i. per quævis pericula. Cic. Tusc. II. *Quæ flamma est, per quam non cucurrerunt?* i. quid non fecerunt, vel perpessi sunt? V. *Erasm. Adag. f.* 208.

67. *Macte* est gratulantis, & approbantis alienam virtutem. Virg. Aen. IX. 641.

Macte nova virtute puer.

Horat. Sat. I. 2. 32. *Macte*

Virtute esto, inquit, sententia dia Catonis.

Multæ sunt orationes, quæ habent vim, naturamque adverbiorum, ac propemodum interjectionum. Præter affectum quendam nihil significant, hoc tantummodo a specie interjectionum diversæ, quod voces sunt artificiales, non naturales, & inconditæ. *Macti* in vocativo plurali utunturCurtius & Plinius. *Mactata* dicitur hostia, cum thure, vino, aliove super hostiam posito diceretur: *macte hostia.* V. *Nann. Misc.* III. 29. *Carrion. Emend.* II. 3.

68. *Fastidire* i. cum contemtu rejicere, aversari, non ferre, non appetere. A gustu est translatum. Plaut. Trucul. V. I. 39. *Omnes homines ad suum quæstum callent & fastidiunt.* Noster V. 5. 12. VI. 10. 23. V. *Lipsi. V. L.* II. 22. *Gronov. Obs.* IV. 10.

69. *Adulantes* i. inservientes, & captantes, ut favorem emerent quoquo modo, vel voce, vel gestu: estque tractum ἀπὸ τοῦ δόλος, quod est servus. Præpositio enim *a* præfigitur, ut in *ebur* præfigitur *e*, quia est e barro. Et sane *adulari* servile est, non liberale & ingenuum. Cum dandi casu copulant Livius, Curtius, & Quintilianus; cum accusandi vero Cicero & Tacitus. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium in Indice, Vall. Eleg.* V. 66.

70. *Po-*

lominum quendam, longa[71] *quidem cognatione ſtirpi regiæ*
20 *annexum*[72], *ſed ob inopiam ſuburbanum*[73] *hortum*[74] *exigua colentem*[75] *ſtipe*[76]. Cauſa ei paupertatis, ſicut
plerisque, probitas erat[77]: intentusque operi[78]
diurno, ſtrepitum armorum, qui totam Aſiam con-
21 cuſſerat[79], non exaudiebat[80]. Subito deinde, de
quibus ante dictum eſt, cum regiæ veſtis inſignibus[81] hortum intrant, quem forte ſteriles herbas[82]
22 eligens[83] Abdolominus repurgabat. Tunc *Rege* eo ſa-

70. *Potiorem* i. præſtantiorem, optabiliorem. Phædr. III. 16. 9.
Tamen illa eſt potior, quæ te peperit.

71. Longa, *vau verre.* Infr. X. 10. 19.

72. *Annexum* i. ſanguine junctum.

73. *Suburbanum* i. propemodum in conſpectu urbis ſitum. Flor. I. II. 7. *Tibur nunc ſuburbanum.*

74. *Hortum* pretio conductum. Diod. XVII. 47. *In horto quodam ipſum offendit mercede aquas haurientem.* Juſtin. XI. 10. 9. *Quem Alexander, cum operam oblocare ad puteos exhaurien-dos, hortoſque irrigandos ſolitus eſſet,* &c.

75. *Colentem* i. arantem, fodientem. Nep. Pauſ. III. 6. *Quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit.* Noſter V. I. 27: 5. 24. IX. 1. 36.

76. *Stipe* i. mercede, diario. Plin. X. 33. *Mercenariæ ſtipis ancilla eſt, quæ ſtipem vulgato corpore colligit.*

77. *Probitas.* Hæc enim undique pellitur a divitibus. Mart. III. 38. 13.
Quid faciam? ſuade: nam certum eſt vivere Romæ:
Si bonus es, caſu vivere Sexte potes.

IV. 5. 1. *Vir bonus & pauper, linguaque & pectore verus,*
Quid tibi vis urbem qui, Fabiane, petis?

78. *Operi.* Vox hæc de re ruſtica loquentibus eſt uſitata. Cicer. de Senect. *Nunquam ullo in agro majora opera fiunt ſenibus abſentibus.* Terent. Eun. II. 1. 14. *Opus faciam, ut defatiger usque.* Millies rei ruſticæ ſcriptores.

79. *Concuſſerat* i. labefactaverat, commoverat. Flor. II. 15. 12. *Quam urbem concuſſerat avus, nepos everteret.*

80. *Non exaudiebat* i. nihil eo movebatur, tanquam ad ſe nihil pertinente. Senec. Epiſt. 17. *Paupertas expedita eſt, ſecura eſt. Cum claſſicum cecinit, ſcit ſe non peti.* Petronius:
Cum cecinere tubæ, jugulo ſtat diviſe ferrum,
Barbara contemtu prælia pannus habet.
V. *Freinshemium.*

81. *Regiæ veſtis inſignibus* i. veſte purpura, auroque diſtincta *n.* 23. Sic *victoris inſignibus* i. veſte, qua uſus fuerit victor. VI. 6. 4.

82. *Steriles herbas* i. infelix lolium, ſteriles avenas, carduos, &c. *purgamenta hortorum* Tacit. Ann. XI. 32. 5.

83. *Eligens* i. evellens.

84. *Sa-*

ſalutato[84], alter ex his, *Habitus*[85] inquit, *hic, quem cernis in meis manibus, cum iſto ſqualore*[86] *permutandus tibi eſt. Ablue corpus inluvie*[87] *æternisque*[88] *ſordibus*[89] *ſqualidum: cape regis animum, & in eam fortunam*[90], *qua dignus es, iſtam continentiam profer. Et quum in regali ſolio*[91] *reſidebis*[92], *vitæ necisque*[93] *omnium civium dominus, cave obliviſcaris hujus ſtatus*[94], *in*

84. *Salutato* i. appellato Flor. I. 7. 3. *Ut virum regem ſalutaret.* Noſter VI. II. 23.

85. *Habitus* i. corporis cultus, veſtitus, ut III. 3. 3. §. 11.

86. *Squalore* i. ſqualidis veſtibus. *Laterna viliſſima* amictum fuiſſe dicit *Diod.* XVII. 47. *Squalidum* eſt incultum, ſordidum, inquinatum. Gell. N. A. II. 6. & Macrob. Saturn. VI. 7. *Squalere dictum eſt a ſquamarum crebritate, aſperitateque, quæ in ſerpentium, piſciumque coriis viſuntur. Inde quicquid nimis inculcatum, obſitumque aliqua re erat, ut incuteret viſentibus facie nova horrorem, id ſqualere dicebatur. Sic in corporibus incultis, ſquamoſisque alta congeries ſordium ſqualor appellatur. Cujus ſignificationis multo, aſſiduoque uſu totum id verbum ita contaminatum eſt, ut jam ſqualor de re alia nulla, quam de ſolis inquinamentis dici cœperit.*

87. *Inluvie* i. ſordibus non ablutis, ut Græcis ἀλυσία. *In* i. non. Cicer. Tuſc. III. *Pectus illuvie ſcabrum.* Plaut. Moſt. I. 1. 39. *Germana illuvies.* Immundi enim ſunt ruſtici, quod in immundo opere faciundo plerumque verſentur.

88. *Æternis* i. continuis, perpetuis. Sic *æterna roſa* Matt. VIII. 76. 1. eſt vitæ perpetua elegantia: *æternæ pedicæ* amoris Apul. Metam. II. quæ non facile ſolvuntur: *æterna ſiderum obſervatio* Plin. V. 4. ut illic legit *Freinshem. ad Curt.* VII. 4. 28. longa, perpetua. V. *Barth.* XXVIII. 6. *Turneb.* XIII. 8.

89. *Sordibus* i. immunditiis. *Sordes* proprie ſunt, quæ everruntur e domo, atque in unum locum accumulantur. V. *Voſſ. Lex.* Inde *ſordidum* i. vilem & abjectum, ac ſine ullo vitæ nitore ac lautitia vitam agentem dicit Cicero in Piſonem: *Nec minus lætabor, quum te ſemper ſordidum, quam ſi paulisper ſordidatum viderem.*

90. *Fortunam*, felicem, beatam, regiam, quam tua *continentia* i. frugalitate, tibi conciliaſti. V. *Raderum.*

91. *Solium* eſt veluti armarium de uno ſigno ad regum tutelam factum. *Serv. Aen.* I. 510. VII. 169. Noſter V. 7. 11.

92. *Reſidebis* i. ſedebis. Plaut. Pœn. Prol. II. 15.
Age nunc, reſide, duplicem ut mercedem feras.
Noſter IV. 7. 15.

93. *Vitæ necisque.* Ita Senec. de Clem. I. 1. *Ego vitæ, necisque gentibus arbiter, qualem quisque ſortem, ſtatumque habeat, in manu mea poſitum eſt.*

94. *Status* n. privati hominis.

95. *Sa-*

23 *in quo accipis regnum*; *immo Hercule propter quem.* Somnio similis res Abdolomino videbatur: interdum, Satisne sani essent [95], qui tam proterve [96] sibi inluderent [97], percontabatur. Sed ut cunctanti [98] squalor ablutus est; & injecta [99] vestis purpura auroque distincta; & fides a jurantibus facta; serio [100] jam Rex, iisdem comitantibus, in regiam pervenit.
24 Fama, ut solet, strenue tota urbe discurrit [101]: aliorum studium [102], aliorum indignatio eminebat [103]: ditissimus quisque *humilitatem* [104] *inopiamque*
25 *ejus* apud amicos Alexandri criminabatur. *Admitti* [105] *eum* Rex *protinus* [106] jussit: diuque contemplatus, *Corporis*, inquit, *habitus famæ generis non repugnat*: *sed libet scire*, *inopiam qua patientia tuleris*? Tum ille, *Utinam*, inquit, *eodem animo regnum pati possim. Hæ manus sufficere desiderio meo* [107]: *nihil habenti nihil defuit*

95. *Satisne sani essent*? Offe oock by sinnen waren.

96. *Proterve*. i. superbe, fastidiose. *Protervus* proprie dicitur repandus corpore, qui ex corporis vitio labotat contrario gibberi, ut l. 3. ff. de ædil. edict. quasi obvia proterens pedibus. Ita autem corpore constituto fere sunt homines fastidiosi. V. *Junium in Tertull. de Patientia* XII. 6.

97. *Inluderent* i. irriderent. Terent. Andr. IV. 4. 48. *Non te credas Davum ludere*? Idem fere accidit Portinati apud Herodian. c. 5. *Non desinit is senem ludere hominem*?

98. *Cunctanti* i. moranti. Flor. III. 5. 6. *Nec cunctanter ad regem descitum est*. Noster sæpius.

99. *Injecta* i. induta. Cic. N. D. III. *Injicere lineum pallium*.

100. *Serio rex* i. qui sumserat jam fidem, & auctoritatem regiam, fortunæ obsecundans. V. *Barth.* XXVIII. 6. & ex illo *Freinshemium*.

101. *Discurrit*, exit. *Nep. Agesi.* II. 1. *Hann.* IX. 2. II. *Virgil.* IV. 173. vagatur *Virg. Aen.* II. 17.

102. *Studium*, favor Tacit. Annal. I. 1. 6. *Sine ira, & studio, quorum causas procul habeo*. Noster VII. 2. 7. X. 7. 12.

103. *Eminebat* i. excedebat, *woegh over*.

104. *Humilitatem* V. VII. 4. 6.

105. *Admitti* i. conveniendi sui potestatem fieri. Infr. VII. 6. 5: II. 22. VIII. 3. 10. De servis *admissionalibus*, quorum *provincia erat, admittere volentes dominum convenire*, ut loquitur Macrob. Saturn. I. 3. V. *Pignor. de servis. p.* 466.

106. *Protinus* i. statim, sine intermissione Ter. Phorm. I. 4. 13. *Atque hinc me conjicerem protinus in pedes*. Noster V. 12. 1. VI. 2. 15. V. *Nonium* IV. 384.

107. *Hæ*

fuit [108]. Magnæ indolis specimen [109] ex hoc sermo- 26
ne Abdolomini cepit. Itaque non *Stratonis* modo *regiam supellectilem adtribui* [110] ei jussit; *sed pleraque etiam ex Persica præda*: regionem quoque urbi adpositam [111] ditioni ejus adjecit. Interea Amyntas, 27
quem ad Persas ab Alexandro transfugisse diximus [112], cum quatuor millibus Græcorum, ipsum ex acie persequutis, fuga Tripolim [113] pervenit. Inde in naves militibus impositis [114] Cyprum [115] trans-

107. *Hæ manus sufficere desiderio meo* i. hisce manibus, quod satis erat, mihi comparavi. Salust. Jugurth. c. 73. *Opificum, agrestiumque res, fidesque in manibus sitæ sunt*. Sy hebben niet, als sy met de handen verdienen.

108. *Nihil habenti nihil defuit*. i, Licet parum habuerim, vel nihil, tamen honeste victum quærenti necessaria non defuerunt. Terent. Eun. II. 2. 12. *Nihil cum est, nihil desit tamen*. Pauper enim is est, quem Græci πένητα vocant, ἀπὸ τῦ πένεσθαι i. laborare, quia cum πόνῳ vitam tolerat. nec vivere potest, nisi laborem capiat. Talem describit in Pluto Aristophanes:

Mendici quidem vita, vivere est nihil habentem:
Pauperis autem, parce vivere, & operibus intendentem;
Superesse autem ipsi nihil, non deesse tamen.

V. & *Loccenii Indicem*.

109. *Specimen* i. certum, & indubitabile argumentum. Plaut. Cas. III. 1. 2. *Nunc specimen spectatur*.

110. *Adtribui* i. destinari, adsignari, ut V. 5. 21. & 24.

111. *Appositam* i. adsitam, adjunctam, quæ ejus fines contingeret. Tacit. Ann. II. 7. 1. *Appositum Luppiæ castellum*. Noster VII. II. 29. X. 10. 4. *Pertinere* dicit Noster VII. 3. 4. *Conjunctam esse, vergere* VII. 3. 7. V. *Freinshemii Indicem*: & *Sciop. Infam. Fam. p.* 152.

112. *Diximus* III. II. 18.

113. *Tripolis* celebris est in Phœnicia locus post Orthosiam & Eleutherum, consentaneam naturæ suæ appellationem habens; tres enim in ipsa urbes continentur, stadii intervallo a se diremtæ, una Aradiorum, altera Sidoniorum, tertia Tyriorum cognomentum habet. V. *Diod.* XVI. 41. *Strabon.* XVI. 526. *Melam* I. 12.

114. *Impositis in naves*, geimbarqueert. Infr. IX. 8. 3. IV. 8. 7. VII. 9. 2. Arrian. II. 116. *Ibi sumtis navibus recens in navale subductis, quibus antea e Lesbo transvecti fuerant, tot ac sibi ad vecturam sufficere viderentur in mare protractis: reliquisque in navali succensis, ne celeriter eos insequendi facultatem suppeditarent*, &c.

115. *Cyprus* prope media in sinu, quem maximum Asia recipit ad ortum, occasumque se immittens, recto jugo inter Ciliciam

transmisit : & cum in illo statu rerum [116] id quemque, quod occupasset, habiturum arbitraretur, velut certo jure possessum, Aegyptum petere decrevit : utrique [117] regi hostis, & semper ex ancipiti mutatione temporum pendens [118]. Hortatusque milites ad spem tantæ rei, docet, *Sabacem prætorem Aegypti cecidisse in acie* [119] : *Persarum præsidium & sine duce* [120] *esse, & invalidum : Aegyptios semper prætoribus eorum infensos* [121] *pro sociis* [122] *ipsos, non pro hostibus æstimaturos.* Omnia experiri [123] necessitas cogebat : quippe quum primas spes [124] fortuna destituit ; futura præsentibus [125] videntur esse potiora. Igitur conclamant [126], *duceret, quo videretur.* Atque ille utendum animis [127], dum spe calerent [128], ratus ;

liciam, Syriasque porrigitur ingens. V. *Melam.* II. 7. *Strab.* XIV. 406.

116. *Illo statu rerum.* Sic Flor. III. 5. 4. *Spem ac fiduciam dabant vitia nostra : quippe quum civilibus bellis disjungeremur, invitabat occasio.*

117. *Utrique* Alexandro & Dario. Infr. *n.* 33.

118. *Ex mutatione temporum pendens* i. tempori serviens, *homo temporum* V. 3. 4.

119. *Cecidisse in acie* i. in pugna esse occisum. *Cecidisse prælio* VII. 7. 39. & simpliciter *cecidisse* IV. 6. 30. *Cecidit* vero in pugna ad Issum III. 11. 8.

120. *Sine duce.* Mentitur Amyntas. Proprætor enim Aegypti fuit Mazaces, quem ideo *Aegypti satrapam a Dario constitutum* nominat *Arrian.* III. *p.* 155. & *in præsidio urbis Memphis prætorem Darii relictum.* Noster IV. 7. 4. quo duce etiam Amyntas cæsus est, mox *n.* 32.

121. *Infensos* i. vehementer iratos. Virg. Aen. II. 72. *Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.* Ubi Servius : *Infensus proprie est inimico major.* Noster IV. 7. I. IX. 7. I. X. I. 17.

122. *Pro sociis* i. tanquam socios. Plaut. Men. II. 2, 24. *Pro sano loqueris.* Cæs. B. G. III. 18. 3. *Qui ubi pro perfuga ad eos venit.* Noster VI. 2. 2. V. 6. 4. IV. 16. 28.

123. *Experiri* V. V. 3. 4.

124. *Prima spes* fuerat victore Dario se beatos fore, qua destituti proximam sequuntur, & Aegyptum animo præcipiunt. V. *Raderum.*

125. *Futura præsentibus*, &c. Tacit. Hist. III. 85. 2. *Natura pavoris est, ut omnia metuenti, præsentia maxime displiceant.*

126. *Conclamant* i. una quasi voce exclamant. Tacit. Ann. I. 8. 6. *Conclamant patres, corpus*, &c. Noster V. 13. 3. V. *Freinshemii Indicem.*

127. *Utendum animis.* Tacit. Ann. I. 28. 5. *Utendum ea inclinatione*

ratus ; ad Pelusii [129] ostium [130] penetrat : simulans *a Dario se esse præmissum.* Potitus ergo Pelusii Memphim [131] copias promovit [132] : ad cujus famam Aegyptii, vana gens, & novandis [133], quam gerendis aptior rebus, ex suis quisque vicis urbibusque ad hoc ipsum concurrunt, ad delenda [134] præsidia Persarum : qui territi, tamen spem obtinendi Aegyptum non amiserunt. Sed eos Amyntas prælio superatos in urbem [135] compellit [136] ; castrisque positis victores ad populandos agros, velut in medio [137] positis omnibus hostium cuncta agebantur. Itaque Mazaces, quamquam infelici prælio suorum animos ter-

30 31 32

natione Cæsar ratus. *Animi* in plurali significant spiritum, audaciam, virtutem, impetum & magnitudinem animi. Flor. I. II. 1. *Latium Mamilio Tusculano duce tollit animos.* Servius Georg. II. 350. *Sument ab his rebus magnanimitatem.*

128. *Spe calerent* i. illorum spes esset magna.

129. *Pelusium* urbs est Aegypti in extremitate ostii ab hac dicti posita. Vocabatur quoque *Damiata*, & *Heliopolis* ab Aelio principe, qui triplici muro eam cinxerat : In scriptura sacra *Sin* & *Libna.* Creditur metropolis fuisse terræ Jessen, quam Israelitis olim Pharao concessit. V. *Wendel. Admir. Nili* c. 25. §. 7. *Salmas. Exercit. Plin. f.* 477. *Funccium de Nilo* II. 2. 10.

130. *Ostia* ab ingressu & exitu fluminis dicta in mari. V. *Isid.* XIV. 8.

131. *Memphis* maxima est Aegypti civitas, & secunda post Alexandriam. Complectitur vasto ambitu tres ingentes urbes, quæ raris inter se junctis ædificiis unam efficiunt, quarum frequentissimam hodie novam *Cairum* appellant. In sacris *Noph* appellatur. V. *Rhodig. A. L.* VIII. II. *Scalig. Exerc. Exot.* 260. *Wendel. de admir. Nili*, c. 25. §. 3.

132. *Promovit* i. movit, duxit, *voort marcheeren.* Justin. XIV. 1. 6. *Exercitu in Aetoliam promoto.*

133. *Novandis rebus* i. seditioni faciendæ. Sueton. Aug. c. 135. *Ne novarum rerum materia esset.* Noster X. 8. 1. VII. 6. 14. Ideo Augustus, ut testatur Dio LI. Aegyptios semper habuit *novarum rerum* suspectos.

134. *Delenda* i. penitus fugandæ, & ad internecionem cedenda Nep. Paus. I. 3. *Barbaros suo ductu esse deletos.* Noster IV. 9. 22.

135. *Urbem* Memphim.

136. *Compellit* i. pellit. Justin. IV. 4. 9. *Hostes in fugam compulit.* Proprie *Compellere est in unum locum, vel diversa vel diversorum animalia cogere. Cicer. in Pison. Omni pecore compulso.* Serv. Ecl. VII. 2.

137. *Velut in medio.* Locus corruptissimus. Videsis *Raderum,*

territos esse cognoverat; tamen *palantes*[138] *& victoriæ fiducia incautos*[139] ostentans, perpulit[140], ne dubitarent ex urbe erumpere[141], & res amissas re-
33 cuperare. Id consilium non ratione prudentius, quam eventu felicius fuit. Ad unum omnes cum ipso duce occisi sunt. Has pœnas Amyntas utrique Regi dedit; nihilo magis ei, ad quem transfugerat,
34 fidus, quam illi, quem deseruerat. Darii prætores, qui prælio apud Isson superfuerant[142], cum omni manu, quæ fugientes sequuta fuerat, adsumta etiam Cappadocum, & Paphlagonum juventute,
35 Lydiam recuperare tentabant[143]. Antigonus prætor Alexandri Lydiæ præerat[144]: qui quamquam plerosque militum ex præfidiis ad Regem dimiserat, tamen Barbaris spretis in aciem suos eduxit. Eadem illic quoque fortuna partium[145] fuit, tribus præliis alia atque alia[146] regione commissis[147], Persæ
36 funduntur[148]. Eodem tempore classis Macedonum

Freinshemium. Barth. XXVIII. 6.

138. *Palantes* i. qui sunt sine ordine, *sparsos & incompositos* III. 11. 14. *inconditos* III. 8. 18.

139. *Incautos* i. improvidos. Cic. Phil. XI. *Trebonius oppressus est ab hoste incautus.* Noster VII. 4. 4. IX. 8. 21.

140. *Perpulit* i. permovit, impulit. Cic. de Orat. I. *Cn. Carbo, quem tu adolescens perpulisti.*

141. *Ex urbe erumpere*, een uytval doen. Nep. Thras. IV. 4. *Ex oppido noctu eruptione facta.*

142. *Superfuerant*, waren daer over geschoten. Hi fuerunt Pharnabazus, Autophradates, Apollonides Chius, Phisinus, Megareus, Chares, Agis rex Lacedæmoniorum cum Agesilao fratre, Aristomenes. V. *Raderum.*

143. *Tentabant* i. experiebantur, an possent. V. VI. 10. 6.

144. *Lydiæ.* Arrianus *Phrygiæ* I. 79. *Antigonum, Philippi filium, Phrygiæ satrapam declarat.* Forte utramque obtinuit.

145. *Fortuna partium eadem*, n. felix, quæ secundum Alexandrum pronunciavit. Antigonus enim victi satrapas Darii, ut Darium Alexander. Ita & Justin. XXII. 7. 3. *Cum domi, forisque eadem fortuna Carthaginensium esset.* Liv. Epit. 87. *Eadem ubique fortuna partium.* V. *Raderum & Freinshemium.*

146. *Alia atque alia* i. diversis.

147. *Commissis*, gelevert. Flor. IV. 2. 6. *Si locum, & spatium, ubi est commissum.* Noster VII. 4. 33.

148. *Funduntur* i. in fugam conjiciuntur. *Justin.* III. 5. 6. *Qui tribus præliis fusus.* Noster V. 5. 1.

num[149] ex Græcia accita, Aristomenem, qui ad Hellesponti oram recuperandam a Dario erat missus, captis ejus aut mersis navibus, superat. A Mi- 37
lesiis[150] deinde Pharnabazus præfectus Persicæ classis his pecunia exacta, & præsidio in urbem Chium introducto, centum navibus Andrum[151], & inde Syphnum[152] petiit. Eas quoque insulas præsidio occupat, pecunia multat[153]. Magnitudo belli, 38
quod ab opulentissimis Europæ Asiæque Regibus, in spem totius orbis occupandi gerebatur, Græciæ[154] quoque & Cretæ arma commoverat. Agis,[155] 39
Lacedemoniorum Rex[156], octo millibus Græcorum, qui ex Cilicia[157] profugi, domos repetierant, contractis; bellum Antipatro Macedoniæ moliebatur[158]. Cretenses has, aut illas partes secuti, nunc 40
Spar-

5. I. IX. 4. 18. IV. 16. 29.

149. *Classis Macedonum*, ducibus Amphotero, & Egilocho. III. 1. 19.

150. *Miletus* urbs est Ioniæ prima, ad meridiem vergens, quondam totius belli pacisque artibus princeps. *Lelegis* antea, & *Pityussa*, & *Anactoria* nominata. V. *Herod.* I. 95. *Mel.* I. 17. *Plin.* n. 29.

151. *Andros* prima est Cycladum, dicta ab *Andro* Eurymachi filio. V. *Plin.* IV. 12. *Mel.* II. 7. *Strab.* X. 79.

152. *Syphnus* etiam insula est ex Cycladibus, dicta a *Siphono* Sunii filio. Antea *Meropia* & *Acis* appellata. V. *Plin.* IV. 12.

153. *Multat* i. punit. *Multa* Oscum est, quo pœna significatur. Unde *Multare* i. condemnare, punire. Plaut. Amphit. II. 2. 222. *Quin te hoc multem infortunio.* Ex usu tamen angustiori significatu pro pecuniaria tantum pœna recepta est. V. Alciat. de verb. sign. f. 184. Ubi & differentiam inter *pœnam* & *multam* verbosius narrat, & præter illum *Wissembach. de verb. sign.* 31. 13. 46. 2.

154. *Græciæ*, non omnis, sed solorum Lacedæmoniorum, qui in Alexandrum regem nunquam consenserant. Sunt vero ausi se commovere, cum viderent, Alexandrum, nisi confecto bello Persico, non reversurum. V. *Raderum.*

155. *Agis* filius fuit Archidami. *Dioclor.* XVI. 89. qui novas res in Darii gratiam agitare cœpit. *Diodor.* XVII. 47. acceptis ab Autophradate talentis argenti triginta, triremibus decem. *Arrian.* II. 118.

156. *Rex* nomine magis quam imperio. *Nep. Agesil.* I. 2.

157. *Ex Cilicia* i. ex prælio ad Issum. *Diod.* XVII. 48.

158. *Moliebatur* i. inferre conabatur. Flor. IV. 4. 3. *Denique palam arma moliri.* Describitur

Spartanorum [159], nunc Macedonum præsidiis occupabantur [160]. Sed leviora inter illos [161] fuere discrimina: unum certamen [162], ex quo cætera pendebant [163], intuente fortunam.

hoc bellum infr. VI. 1.

159. *Spartam* condidit Lacedæmon quartus rex, qui, uxorem cum duxisset filiam Eurotæ *Spartam*, urbi nomen ejus dedit. V. *Meurs. Misc. Lacon.* IV. 10.

160. *Præsidiis occupabantur*, hadden guarnisoen in.

161. *Inter illos* i. inter Macedonas, & Lacedæmonios.

162. *Certamen* i. prælium. Justin. XXII. 7. 7. *Carthaginenses gravi prælio superat. Hoc certaminis discrimine*, &c. Noster. IV. 3. 12.

163. *Ex quo cætera pendebant*, nae het welcke de andere sich schickten.

CAP. II.

ARGUMENTUM.

Alexandro donum mittunt; sed urbis aditu prohibent; a Carthaginensium legatis firmati Alexandri legatos interficiunt, & obsidione cinguntur Tyrii.

1 JAm tota Syria [1], jam Phœnice quoque, excepta Tyro [2], Macedonum erant: habebatque Rex castra in continenti [3], a quo urbem angustum [4] 2 fretum [5] dirimit [6]. Tyrus & claritate, & magnitudine ante [7] omnes urbes Syriæ, Phœnicesque memorabilis, facilius societatem [8] Alexandri acceptura videbatur, quam imperium. Coronam [9] igitur auream legati [10] donum adferebant; commeatusque [11] large, & hospitaliter ex oppido adduxerant. Ille *dona, ut* [12] *ab amicis, accipi* jussit; benigne- 3 que [13] legatos adloquutus, *Herculi* [14], *quem præcipue, Tyrii colerent, sacrificare velle se* dixit. *Macedonum reges credere, ab illo Deo ipsos genus ducere* [15]: *se vero, ut id faceret, etiam oraculo* [16] *monitum.* Legati respon- 4 dent, *Esse templum Herculis extra urbem, in eam sedem, quam Palatyron* [17] *ipsi vocant: ibi Regem Deo sacrum* [18] *vite*

Tota Syria, præter Palæstinam & Gazam, quæ est pars Syriæ. Cum enim oppugnaret Tyrum, commeatus a Judæorum Pontifice per literas petiit Alexander, utque, quæ Dario pendere fuerat solitus, sibi penderet. Sed Pontifex negavit vivo Dario se id facturum, quia illi jurejurando obligatus erat, ne arma contra eum sumeret. V. *Joseph. Ant. Jud.* XI. 8.

2. *Tyrus.* V. *Justin. ad* IV. 1. 15. §. 58. Pluribus *Tyrum* quoque describit *Raderus.*

3. *In continenti* i. in littore ad Tyrum. V. III. 1. 13. §. 80.

4. *Angustum* i. tenue III. 1. 13. §. 82. Est vero quatuor stadia latum inter urbem & terram. *n.* 7.

5. *Fretum* i. angustissimum pelagus inter duas continentes. Belgæ vocant *de hoofden*, quod duo utrinque capita continentis, & promontoria excurrant. V. *Mela*, *rul. Cosmogr.* I. 3. 23.

6. *Dirimit* i. distrahit, *dividit n.* 7. Cic. ad Q. Fratr. II. 14. *Actum est illo die nihil, nox diremit.* Noster VII. 7. 14.

7. *Ante urbes* i. præ urbibus. Nep. Attic. III. 2. *Unus ante alios fuerit carissimus.*

8. *Societatem, quam imperium.* i. ut suis legibus viveret, socia & amica Regi esset; cæterum in omnibus suo arbitrio tanquam libera, nec ullius imperio obnoxia civitas ageret. V. *Freinshemium.*

9. *Coronæ aureæ* inter dona victoribus, aut præpotentibus, cultus gratia, & gratulationi, mitti solita sæpe memorantur. Chares apud Athenæum XII. refert *post victum Darium, missas Alexandro coronas partim a legatis gentium, aliisque, æstimatas decem millibus ac quingentis talentis* Noster IV. 5. 11. Hanc magni ponderis fuisse dicit *Justin.* XI. 10. 10. V. *Lipsi. de magn. Rom.* II. 9.

10. *Legati* hi fuerunt ex principibus civitatis cum alii, tum Tyriorum regis filius. Rex ipse Azelmicus cum Autophradate navigabat. *Arrian.* II. 124.

11. *Commeatus*, i. vivres. Infr. VI. 2. 15; 4. 21.

12. *Ut* i. quippe, utpote, tanquam. Catull. II. 8.

Ut solatiolum sui doloris.

13. *Benigne* i. blande, benevole, humane. Cicero Phil. XIII. *Salutare benigne, comiter appellare unumquemque* Noster VII. 9. 19.

14. *Herculem* Aegyptium fuisse pluribus contendit *Faber Semest.* III. 4.

15. *Ducere* i. trahere. Infr. IV. 9. 29. X. 1. 23. V. *Freinshemii Prolegom. c.* 5.

16. *Oraculo.* Arrian. II. 129. *Ut vero Tyri oppugnationem aggrederetur, divinitus ipse monitus fuit: quod ea ipsa nocte per somnum visus sibi esset Tyriorum muros adoriri, Herculisque species se obtulisset dextram ei porrigentis, atque in urbem introducentis.*

17. *Palætyron* i. Tyrum veterem *n.* 18. Strab. XVI. 531. *Post Tyrum est antiqua Tyrus* 30. *stadiis distans.*

18. *Sacrum facturum* i. sacrificaturum *n.* 3. *Sacrum* est sacrificium.

5 *rite* [19] *facturum.* Non tenuit [20] iram Alexander, cujus alioquin potens non erat [21]. Itaque *Vos quidem*, inquit, *fiducia loci, quod insulam incolitis, pedestrem hunc exercitum spernitis: sed brevi ostendam in continen-*
6 *ti* [22] *vos esse. Proinde sciatis licet, aut intraturum me urbem; aut oppugnaturum.* Cum hoc responso dimissos monere amici cœperunt, ut *Regem, quem Syria, quem Phœnice recepisset; ipsi quoque urbem intrare pate-*
7 *rentur.* At illi loco satis fisi, obsidionem ferre decreverunt. Namque urbem a continenti quatuor stadiorum fretum dividit, Africo [23] maxime objectum [24], crebros ex alto [25] fluctus in littus evol-
8 vens. Nec accipiendo [26] operi [27], quo Macedones con-

cium. Flor. I. 13. 16. *Qui solenne sacrum in Quirinali monte conficeret.*

19. *Rite* i. *ritu* recepto. *Rite* enim fit, quod fit secundum *ritum*. Stat. Theb. XI. 285.

Hei mihi primitiis armorum, & rite nefasto

Libatus.

ubi Luctatius: *Rite pro ritu posuit.* Noster IV. 13. 16. VII. 4. 1.

20. *Tenuit* i. continuit, cohibuit. Cic. Acad. IV. *Nec se tenuit, quin contra doctorem suum librum ederet.* Noster VIII. 12. 18.

21. *Potens non erat*, hy liet sich daar van innemen. Instr. VII. 7. 21. V. *Freinshemii Indicem.*

22. *In continenti vos esse* i. faciam ex insula peninsulam. V. *Raderum.* Unde Ovid. Metam. XV. 287. 288.

Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharosque,
Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.

23. *Africus* ab occidente venit hiberno, & apud Græcos λίψ dicitur. Collocatur inter austrum & favonium. *de fuidwesten windt.* Videtur in animo habuisse Virg. Aeneid. I. 90.

Una Eurusque Notusque ruunt, creberque procellis
Africus, & vastos volvunt ad littora fluctus.

V. *Senec. N. Q.* V. 16. *Gell. N. A.* II. 22. *Vitruv. Archit.* I. 6. *Salm. Exerc. Plin. f.* 1245.

24. *Objectum* i. oppositum, ut Catull. XXVI. 2.

Furi, villula nostra non ad Austri
Flatus opposita est.

25. *Alto* i. mari. Plaut. Rud. II. 6. 29.

Piscibus in alto credo præbeat pabulum.

Noster IV. 4. 4. *Altum mare* dicitur, & *altum.* Hoc vero est medium, cum nimirum a terra longius receditur, tunc enim aquas conglobari, & in convexi speciem tumescere docet *Plin.* II. 65. Unde & *conscendere* maria dicuntur, qui navigant.

26. *Accipiendo* i. admittendo. Ita humus dicitur *accepisse opus*, cui

continenti insulam jungere [28] parabant, quidquam magis, quam ille ventus obstabat; quippe vix leni, & tranquillo mari moles [29] agi [30] possunt. Africus vero prima quæque congesta [31] pulsu inlisa mari subruit [32]: nec ulla tam firma moles erat, quam non exedant undæ per nexus [33] operum manantes: & ubi acrior flatus exstitit, summi operis fastigio su-
9 perfusæ. Præter hanc difficultatem haud minor alia erat: muros [34], turresque urbis præaltum [35] mare

cui libenter cedebat, quod admittebat. IV. 6. 8. Hoc opus vero africus impediebat, cum acriore flatu mare in molem ab Alexandro congestam infunderet, & fluctibus crebris, & magnis, quicquid Rex congerebat, solveret, & pulsu maris, assiduo velut ariete, quassatum convelleret, & ablueret. V. *Raderum.*

27. *Operi* i. vallo, aggeri. Nep. Milt. VII. 2. *Urbem operibus clausit.* Noster mox *moles.*

28. *Jungere* n. 16. *committere.*

29. *Moles* est opus terra, saxo, vel materia exstructum Flor. II. 2. 2. *Nec mole jungi, nec pontibus posset.* Noster V. 7. 8.

30. *Agi* i. fieri, strui, *geleyt worden.* Instr. *n.* 19. jaci, *n.* 16.

31. *Congesta* i. accumulata, coacervata. *Congerere* est nidum conficere. Avium *congestus* est, cum aves ad nidum construendum festucas, herbas, floccos, aliaque *congerunt.* Virg. Ecl. III. 69. *Aeriæ quo congessere palumbes.* V. *Turneb.* V. 19.

32. *Subruit* i. subvertit. Tacit. Ann. XIII. 39. 5. *Hoc in testudinem conglobatos subruendo vallo inducit.* Noster IV. 6. 21, 23.

33. *Nexus operum*, ut IV. 3. 9. Quid sint *nexus operum*, ipse explicat, dum vocat *opus nondum commissum* n. 21. & *operis compagem* IV. 3. 6.

34. *Murus* aggeri objectus erat altus pedes centum & quinquaginta, ut Arrianus est dimensus, crassus, ut Diodorus, cubita quinque i. septem pedes & semis, quem mox duplicaverunt, & medium spatium aggere & lapidibus impleverunt. V. *Raderum.*

35. *Præaltum.* Et ita Plin. V. 19. *Tyrus quondam insula præalto mari 70. passibus divisa.* Quam *altum* fuerit, docet Arrian. II. 130 *Ubi urbem ipsam attingit, qua quidem parte profundissimus trajectus est, tres summum orgyias altum est. Orgyia* est quantum patent passæ manus, unde passui nomen Inde, qui manus expandunt, extenduntque ad rem aliquam complectendam, περιπεπτακότες dicuntur. Hinc *Orgyan* sex pedibus determinarunt, sive quod eodem redit, quatuor cubitis. Illius vero hæc ratio est: Longissimi hominis vulgarem altitudinem constat sex pedes æquare. Comprehensa autem mensura a vertice ad calces secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam, tanta est, quanta ab unius manus extrema, summaque parte, ad alterius ma-

mare ambiebat [36]: non tormento [37], nisi e navibus procul excussa [38] mitti; non scalæ [39] mœnibus applicari [40] poterant: præceps in salum [41] murus pedestre interceperat [42] iter: naves non habebat Rex; &, si admovisset, pendentes, & instabiles missilibus [43] arceri poterant. Inter quæ parva dictu [44] res Tyriorum fiduciam accendit [45]. Carthaginensium legati ad celebrandum anniversarium [46] sacrum

nus extremam partem perducitur. Hæc vero expansio manuum proprie est *orgyia*. Itaque octodecim pedum erit Tyrii maris altitudo. Curtius profunditatem maris non exprimit, sed *prælatum* fuisse ait, & *profundum* n. 16. & rem valde augere, & exaggerare videtur *n.* 29. V. *Blanck. in Arrian.* II. 130.

36. *Ambiebat* i. circumdabat, cingebat. Ovid. Fast. v. 82.

Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.

Inde spatium, quo opus, & murus *ambiri* possunt, vocatur *ambitus* operis v. I. 26. & *ambitus* muri IV. 8. 2. *het begrijp.*

37. *Tormento*, ut VII. 9. 7. VIII. 2. 26. *Tormenta* vero sunt machinæ saxa, tela, & id genus alia torquentes.

38. *Excussa* i. ejecta, ut v. 3. 19. VII. 9. 7.

39. *Scalarum* inventio ad Capanea refertur, qui Thebas sic invadere conatus, sed a Jove, & fulmine repulsus, V. *Lipsi. Poliorc.* I. 6. qui & illarum varia genera, & figuras exhibet.

40. *Applicari* i. admoveri.

41. *Salum* i. mare. Cæs. Bell. Afric. LXIV. 4. *Reliqua classis in salo ad Leptim vacua a defensoribus stabat.* Proprie significat *maris jactationem*: unde *salum* & *nauseam* conjungit Cæs. B. C. III. 28. 4. *Tirones multitudine navium perterriti, & salo nauseaque confecti.*

42. Interceperat, *hadde belemmert.* V. IV. 10. 16.

43. *Missilibus* i. iis, quæ jaciuntur, & mittuntur, ut telis, saxis. Noster VI. 1. 14.

44. *Parva dictu* i. non magni momenti. Sane *parva dictu res* erat, Carthaginensium legati, qui non aliam ob causam, quam celebrando annuo sacro missi erant, ut ob eorum pollicita tam gravem obsidionem sustinendam esse arbitrarentur Tyrii. Quid enim aut ad præsens opis in illis erat; & quod a Carthaginensibus ob consanguinitatis memoriam spectabatur, nonne a quibusvis Tyriorum legatis peti poterat? V. *Freinshemii Indicem.*

45. *Accendit* i. auxit. Transl. ab igne ad alia quælibet, quibus quocunque modo calor, ignisve tribui potest, ut *n.* 20. VII. 6. 21. II. 6. X. 1. 29. *Accendit* vero, ut sperarent, se obsidioni sustinendæ pares fore. V. *Freinshemii Indicem.*

46. *Anniversarium* i. quotannis rediens. Gell. N. A. XVI. 4. *Sacrificium anniversarium, quod recte fieri non posset, nisi ipsus eo die ibi sit.* Noster VIII. 2. 6.

47. *Sa-*

crum [47] more patrio tunc venerant: quippe Carthaginem [48] Tyrii condiderant, semper parentum loco culti. Hortari ergo Pœni cœperunt, *ut obsidionem forti animo paterentur; brevi Carthagine auxilia ventura.* Namque ea tempestate [49] magna ex parte Punicis classibus maria obsidebantur [50]. Igitur bello decreto, per muros turresque tormenta disponunt: arma junioribus dividunt, opificesque [51], quorum copia urbs abundabat [52], in officinas [53] distribuunt. Omnia belli adparatu [54] strepunt: ferreæ quoque manus [55] (harpagonas vocant) quas operibus hostium in-

47. *Sacrum* Herculis.

48. *Carthaginem* condidisse Tyrios docet etiam Virgil. Aen. I. 16.

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,
Carthago.

& quidem Elisæ, sive Didonis comites. *Justin.* XVIII. 5. 9-14. Ejus situm describit *Oros.* IV. 22. De *Carthagine* vero *silere melius puto, quam parum dicere*, ut ait Sallust. Jugurth. c. 19. Quare videndi *Josephus contra Apionem, Scaliger de Emendatione temporum, Solin* c. 27. & *Raderus.*

49. *Ea tempestate.* M. Attilio, & M. Valerio Coss. Olympiad. 112. anno primo. V. *Raderum.*

50. *Punicis classibus obsidebantur.* Unde de re magnopere tumultuosa, periculique plena, proverbio dicebantur *Tyria maria.* Festus Pompejus inde natum adagium indicat, quod Pœni Tyro oriundi adeo potentes maris fuerint, ut per hos omnibus mortalibus navigatio esset periculosa. Citatque Afranium, qui scripserit de quopiam, quod *Tyria maria concitet* i. ingentes turbas excitet. V. *Erasm. Adag. f.* 697.

51. *Opifices* i. machinarum fabros, & artifices. *Diod.* XVII. 41.

52. *Abundabat* i. adfluebat, largiter instructa erat. Infr. V. 1. 4. IV. 16. 2. Illis *abundasse* Tyrum docet templi Hierosolymitani constructio.

53. *Officina* locus est, in quo exercetur opificium, *de werkplaetse.* Nep. Agesil. III. 2. *Atque ibi officinis armorum institutis magna industria bellum apparavit.* Cæs. B. C. I. 34. 5. *Armorum officinas in urbe instituerat. Fabricas* vocat Veget. II. 11. *Habebant etiam fabricas scutarias, loricarias, arcuarias, in quibus sagittæ, missilia, cassides, omniaque armorum genera formabantur.*

54. *Belli apparatu* i. Operibus πολιορκητικοῖς. Nepos Eum. V. 7. *Apparatum, & munitiones Antigoni alias incendit, alias disjecit.*

55. *Ferreis manibus* non quidem hostes premebant, navim tamen ita alligabant navi, ut cominus congredi, &, si occasio ferret, in alterius navim transmeare possent. Manicam vocat Lucan. III. 565.

injicerent, corvique [56], & alia tuendis urbibus ex-
13 cogitata præparabantur. Sed quum fornacibus ferrum, quod excudi oportebat, impositum esset, admotisque follibus ignem flatu accenderent, sanguinis rivi sub ipsis flammis exstitisse dicuntur: idque omen in Macedonum metum verterant Tyrii.
14 Apud Macedonas quoque, quum forte panem [57] quidam militum frangeret, manantis sanguinis guttas notaverunt: territoque Rege Aristander [58] peritissimus vatum respondit, *si extrinsecus* [59] *cruor fluxisset, Macedonibus id triste futurum: contra quum ab interiore parte manaverit, urbi, quam obsidere destinassent, exi-*

Ast alias manicæque ligant, teretesque catenæ.

Primus has excogitavit C. Duilius apud Romanos. Apud Græcos longe ante, credo & diversa forma, reperit Pericles. *Manus*, & *harpagones* distinguit Cæsar, confundunt Livius & Curtius. Ideoque puto *harpagones* proprie fuisse uncos ferreos, ex capite asseris cujusdam pendulos, quibus catena ex altera parte, qua malo navis forsitan, aut turri affixus erat, demissis, subito corripere hostilem navim, correptamque in sublime poterant attollere. V. *Scheffer. Mil. Nav.* II. 7. Ita illos describit Liv. XXX. 10. *Postremo asseres ferreo unco præfixi (harpagonas vocat miles) ex Punicis navibus injici in Romanas cœp. i. Quos quum neque ipsos, neque catenas, quibus suspensi injiciebantur, incidere possent; ut quæque retro inhibita rostrata onerariam hærentem unco traheret, scindi videres vincula, quibus alia aliis innexa erat, seriemque aliam simul plurium navium trahi.*

56. *Corvi* a manibus ferreis, & harpagonibus differebant. Videntur enim *corvi* ferramenta fuisse triquetra, & acuminata, ad effigiem *corvini* rostri, inque summo capite habuisse annulum e ferro, cui inserebatur catena, sicque postea vel balista, vel alia machina conjectos, navim hostilem aliquando retinuisse, sæpius perforasse. Noster IV. 3. 24. V. *Scheff. Mil. Nav.* II. 7. V. de *corvo*, sed aliter, *Lipsi. Poliorc.* V. 8. *Philand. in Vitruv.* X. 19.

57. *Panem* frangentium inter comedendum ora colorem sanguineum retulisse narrat *Diod.* XVII. 41.

58. *Aristander* patria Telmissensis fuit. *Plutarch. Alex. f.* 244. Telmissenses vero peritissimi fuerunt prodigiorum interpretes, & vaticinandi scientia ipsis, pariter atque uxoribus & liberis ab ortu fuit insita. V. *Arrian.* II. 86. Unde *urbs religiosissima* Plin. XXX. 1.

59. *Extrinsecus.* Frontin. Stratag. I. 12. 4. *Sertorius, cum equitum scuta extrinsecus, equorumque pectora cruenta subito prodigio apparuissent, victoriam portendi interpretatus est, quoniam illæ*

exitium portendere. Alexander, quum & classem pro- 15
cul haberet, & longam obsidionem magno sibi ad cætera impedimento videret fore; caduceatores, qui ad pacem eos compellerent, misit: quos Tyrii contra jus gentium [60] occisos præcipitaverunt in altum. Atque ille suorum tam indigna [61] nece [62] commotus, urbem obsidere statuit. Sed ante jacienda [63] 16
moles erat, quæ urbem continenti committeret. Ingens ergo animos militum desperatio incessit, cernentium *profundum mare, quod vix divina ope posset impleri: quæ saxa tam vasta, quas tam proceras* [64] *arbores posse reperiri? exhauriendas* [65] *esse regiones, ut illud spatium aggeraretur* [66]. *exæstuare* [67] *semper fretum, quoque arctius*

illæ partes solerent hostili cruore respergi.

60. *Jus gentium* est, quod gentium omnium, aut multarum voluntate vim obligandi accepit, *gemeene Volkerrechten.* Liv. V. 36. *Ut pro jure gentium violato Fabii dederentur.* Petron. c. 39. *jus humanum.* Noster *n.* 17. VI. 11. 15.

61. *Indigna* i. fœda, crudeli. Terent. Eun. V. 4. 24. *Futura exempla dicunt in eum indigna.* Ubi Donatus: *Modo per indigna, fœda crudeliaque significat, ut Virg. Aen.* VI. 163.

Atque illi Misenum in littore sicco,
Ut venere, vident indigna morte peremtum.

62. *Nece* i. morte. Festus: *Neci datus proprie dicitur, qui sine vulnere interfectus est, aut veneno, aut fame.*

63. *Ja ienda* i. ponenda. Cic. Attic. IX. 17. *Ab utroque portus cornu moles jacimus.* Noster IV. 4. 3. & 5.

64. *Proceras* i. longas. *Procerum* proprie est eminens, excelsum, & in erecto longum. Inde arbores *proceræ.* Cic. de Senect. *Cum miraremur proceritates arborum.* Noster V. 1. 32. IX. 1. 9. VII. 9. 15.

65. *Exhauriendas* i. omnes arbores in illis succidendas.

66. *Aggeraretur* i. aggere compleretur, extolleretur. Tacit. Ann. I. 63. 5. *Angustus iis trames, vastas inter paludes, & quondam a L. Domitio aggeratus. Aggerare* is coacervare, accumulare. Phædr. IV. 19. 23.

Qui dum quadrantes aggeras patrimonio.

V. *Loccenii Indicem* & *Turneb. in Cic. Rull. Orat. p.* 51.

67. *Exæstuare* i. arenam, scopulos, & saxa sub auras ejicere. Virg. Aen. III. 575.

Interdum scopulos, avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa per auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exæstuat imo.

Noster VI. 3. 16: 4. 19.

68. *Vo-*

arctius volutetur [68] *inter insulam & continentem, hoc*
17 *acrius furere* [69]. At ille haudquaquam rudis [70] tractandi militares animos, *Speciem sibi Herculis in summo oblatam esse* pronunciat [71], *dextram porrigentis: illo duce, illo aperiente in urbem intrare se visum.* Inter hæc, *caduceatores interfectos, gentium jura violata*, referebat: *unam* [72] *esse urbem, quæ cursum victoris morari ausa*
18 *esset* [73]. Ducibus deinde negotium datur, *ut suos quisque castiget* [74]: satisque omnibus stimulatis [75] opus orsus est [76]. Magna vis [77] saxorum ad manum

68. *Volutetur* i. sæpius volvatur, agatur.

69. *Furere* i. furioso impetu abripi. Inde impetus ventorum tumultuantium, illorumque stridor vocatur *furor* Cat. XLVI. 2.

Jam cœli furor æquinoctialis.

70. *Rudis* i. imperitus. Sic *rudis provinciæ Verres* Cic. Verr. IV, *rudis miles* Prop. IV. 1. 14. qui *rudis agminum* Horat. Od. III. 2. 9. Et *rudis perito* opponitur Prop. II. 25. 41.

Sive in armore rudis, sive peritus erit.

Noster VI. II. 1. 6. 9. V. II. 5. & *rudis sensus*; grof, ongeſchikt. VII. 8. 10.

71. *Pronunciat* i. publice dicit. Infr. VI. 8. 6. VII. 8. 6. IV. 10. 1. Alexandri orationem fusius prodidit *Arrian.* II. 128.

72. *Unam* i. solam. Plaut. Most. I. 3. 31. *Quæ quidem illum exspectas unum.* Noster V. 2. 5. VI. 9. 21. IV. 2. II.

73. *Morari* i. retardare, moram injicere. Infr. VI. 4. 2. IV. II. 4.

74. *Castiget* i. objurget, reprehendat. Inde *castigare dictis.* Plaut. Bacch. IV. 8. 67. *Ut eum dictis plurimis castigem. Castigare* proprie est loro, aut cesto percutere. Noster V. 6. 14. IV. 13. 8.

75. *Stimulatis* i. impulsis, concitatis. *Stimulus* proprie fustis est acutæ cuspidis, quem bobus rustici suppungentes inurunt. Tib. I. 1. 6.

Aut stimulo tardos increpuisse boves.

Noster V. II. 7. VII. 7. 27.

76. *Orsus est.* i. incepit. *Ordiri* est rei principium facere. *Festus.* Est verbum proprium artis Minervæ. Ita enim Nonius I. 128. *Exordium, initium, unde & vestis ordiri dicitur, cum instituitur detexenda.* Plaut. Bacch. II. 3. 116.

Exorsa hæc tela non male omnino mihi est.

V. & *Lipsi. Quæst. Epist.* II. 24. Ipse vero primus corbem terra impletum attulit. Polyæn. IV. 3. *Alexander Tyrum obsidione cincturus, aggeremque mœnibus Tyriorum comminsurus, primus ipse cophinum terra fartum gestavit. Quod ubi Macedones viderunt, ipsum, inquam, Regem suum onus gestantem, projectis chlamydibus, brevi spatium maris terra complanarunt.* Ita *primum exstruendo tu-*

num [78] erat, Tyro vetere [79] præbente: materies [80] ex Libano [81] monte ratibus [82] & turribus [83] faciendis vehebatur. Jamque a fundo [84] maris in altitudi- 19
nem montis opus excreverat [85], nondum tamen aquæ

tumulo cespitem Cæsar posuit. Tacit. Ann. I. 62. 2.

77. *Vis saxorum* i. multa saxa. Cic. Fam. VII. 18. *Vim maximum ranunculorum.* Noster V. 6. 13. IV. 3. 14.

78. *Ad manum* i. parata.

79. *Tyrum veterem* (ut tunc vocitabant) confestim, demolitur: totque myriadum lapides congerentium opera fiebant, ut ad duum plethrorum (cc. pedum) latitudinem moles jaceretur. *Diod.* XVII. 40.

80. *Materies* i. lignum structuræ aptum. Servius VIII. 601. *Quam ὕλην, materiam Latini appellaverunt: nec incongrue, cum materiæ sylvarum sint.* Plaut. Pœn. IV. 2. 93.

Proba materies data est, si probum adhibet fabrum.

Inde *materiarius*, qui *materiam* i. ligna ad fabricandum comparat. Plaut. Mil. III. 3. 46. & *materiari* Cæsar B. G. VII. 73. 1.

81. *Libanus* mons a tergo Phœnices orsus 1500. stadiis (milliaribus Germanicis septem & quadraginta, minus stadiis quatuor) Simyram usque porrigitur, qua Cœle Syria cognominatur. *Plin.* V. 20. V. *Raderum.*

82. *Ratibus* utebantur antiquissimi populorum Phœnices, Aethiopes, Gerrhæi. Fuere genus navigii, e rudibus lignis, asseribusque confectum. Primam *ratem* in Lydia fabricavit Pyrrhopus magus antiquissimus V. *Scheffer. Mil. Nav.* I. 3. Naves & *rates* exserte distinguunt, Cic. Verr. VII. *Quum aut navibus, aut ratibus conarentur accedere.* Liv. XXVI. 9. *Et Fulvium Vulturnus temerat amnis, navibus ab Annibale incensis, rates ad trajiciendum exercitus in magna inopia materiæ ægre comparantem.* V. *Raderum.*

83. *Turris* dicitur machinamentum ad ædificiorum speciem ex tabulatis, trabibusque compactum, &, ne tantum opus hostili concremetur incendio, diligentissime ex crudis coriis, vel centonibus communitum. Huic plures rotæ mechanica arte subdebantur, quarum lapsu volubili magnitudo tam ampla moveretur: Circa mediam partem accipit pontem, factum de duabus trabibus, septumque vimine, quem subito prolatum inter turrim, murumque constituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in civitatem transeunt. V. *Veget.* IV. 17. *Lipsi. Poliorc.* II. 4. *Hotman. Append. Cæsar. p. m.* 823. Figuras exhibet *Stewechius.*

84. *Fundo maris* i. imo mari. *Fundum* enim est ima pars cujusque rei proprie aliquid liquoris infra se continens, aut ad continendum facta, ut dolium, ut navis, ut alveus vel fluminis, vel lacus, vel stagni, vel maris. V. *Raderum.*

85. *Excreverat*, ut VI. 5. 21.

86. *Aequa-*

aquæ fastigium æquabat [86]; & quo longius moles agebatur a littore, hoc magis, quidquid ingerebatur [87], prærultum absorbebat [88] mare: Quum Tyrii parvis navigiis admotis, per lubibrium exprobrabant [89], *illos armis inclytos, dorso, sicut jumenta, onera gestare:* interrogabant etiam, *num major Neptuno esset Alexander?* Hæc ipsa insectatio [90] alacritatem [91] militum accendit. Jamque paululum moles aquam eminebat [92], & simul aggeris latitudo crescebat, urbique admovebatur, quum Tyrii magnitudine [93] molis, cujus incrementum eos ante fefellerat [94], conspecta, levibus navigiis nondum commissum [95] opus circumire cœperunt: missilibus eos quoque, qui pro opere [96] stabant, incessere. Multis ergo im-

86. *Æquabat* &c. ut VIII. 10. 31.

87. *Ingerebatur* i. injiciebatur. Virg. XII. 330.

Aut raptas fugientibus ingerit hastas.

Notat frequentiam, crebritatem, & acervum rerum injecta um, maxime nocturarum. Prop. IV. 4. 16.

Et ingestis comitum superobruit armis.

Terr. And. IV. 1. 16. *Ingeram multa mala.* Noster *n.* 23. IV. 3. 4: 4. 13. VIII. 14. 3. interdum tamen esculentarum. Suet. Ner. c. 25. *Ingestæque aves, & lemniſci, & bellaria.* & potulentarum. Noster VII. 5. 4.

88. *Absorbebat.* V. V. 13. 24.

89. *Exprobrabant* i. objiciebant. *Exprobrare* est ignominiosum aliquid objicere. Terent. And. I. 1. 17.

Quasi exprobratio est immemoris beneficii.

Noster VII. 1. 36. & 39.

90. *Insectatio* i. exagitatio, insultatio. Gell. N. A. 11. 9. *Tamen non modo hanc non sectatur; sed etiam insectatur.*

91. *Alacer* dicitur is, qui intentis est sensibus universis: quod est indicium animi erecti, atque sublimis. Nam e contrario *lacer* dicitur amputatis a corpore sensuum membris i. auribus, oculisve. Quæ significatio ad animum sæpe transfertur. Ut enim plerumque afflicto animo sensibus non utimur erectis: sic *alacer* dicitur, cui omnes sensus in loco quisque suo vegeti sunt, & intenti. V. *Ascon. in Terr. p.* 48.

92. *Aquam eminebat*, nusquam *eminet*, nisi heic, legitur cum accusandi casu. V. *Raderum.*

93. *Magnitudine.* Ducentos pedes lata erat. V. *Raderum.*

94. *Fefellerat* i. non observaverant. Ita VIII. 11. 5.

95. *Commissum* i. solidatum, conjunctum, ubi aliquid maris intercedebat inter urbem, & aggerem. Juven. XIV. 310.

Aut eadem plumbo commissa manebit.

96. *Pro opere* i. ante opus.

97. *Apel-*

impune vulneratis, quum & removere, & appellere [97] scaphas [98] in expedito esset, ad curam semet-ipsos tuendi ab opere converterant. Igitur *Rex* 23
munientibus [99] *coria, velaque* [100] jussit *obtendi* [101], *ut extra teli ictum* [102] *essent:* duasque turres ex capite [103] molis erexit, e quibus in subeuntes scaphas tela ingeri possent. Contra Tyrii navigia procul a con- 24
spectu hostium littori appellunt, expositisque [104] militibus, eos, qui saxa gestabant, obtruncant [105]. In Libano quoque Arabum agrestes incompositos Mace-

97. Appellere *proprie dicitur, cum ex pelago, aut freto quis ad littus accesserit. Virgil. Aen.* III. 715.

Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.

Donat. Terent. Andr. prol. v. 1.

98 *Scapha* est parvulum navigium ex una arbore excavatum. *Lintrem* dixerunt, & *alveum*, & *navem trabariam.* V. Scheffer. Mil. Nav. I. 3.

99. *Munientibus*, Pioniers, schanssengravers. Liv. XXVIII. 1. 3. *Turbassentque munientes, ni abditi post tumulum*, &c. Cui ibidem *munitores* dicuntur. *Hi in ipsos munitores primum invectum fuderunt.*

100. *Coria, velaque.* Arrian. II. 131. *Macedones duas ligneas turres aggeri, qua plurimum in mare productus erat, imponunt, machinasque in iis disponunt. Tegmina iis erant coria, & pelles, ut neque missilibus ignitis a muro peti possent; & iis, qui in opere constituti erant, propugnaculi loco adversus telorum ictus essent.* V. *Lipsi. Poliorc.* V. 9. *Blanck. in Arrianum.*

101. *Obtendi* i. obduci, *voor heenen spannen.* Cic. ad Quint. Frat. I. 1. *Multis simulationum involueris tegitur, & quasi velis obducitur uniuscujusque natura.*

102. *Extra teli ictum* i. quo tela perveniunt; sed sine noxa. Infr. V. 3. 7. V. *Lipsi. Poliorc.* V. 9.

103. *Capite* i. extremitate, qua in mare producta est moles. V. *Arrian. ad* §. 99. *Caput* vero pro quavis extremitate ponitur. Sic *capita loramentorum* Justin. XI. 7. 16. *capita tignorum* Cæs. B. C. II. 9. 1.

104. *Expositis* n. in terram, *aen landt setten.* Nepos Them. VIII. 7. *Ibique Themistoclem exponit.* Noster VII. 5. 18. IX. 3. 24: 9. 11.

105. *Obtruncant* i. interficiunt. Virg. Aen. III. 55. *Polydorum obtruncat.* Noster VI. 1. 1. Proprie *obtruncare* est caput resecindere. *Truncus* enim est pars corporis infra caput, sine & capite. Virg. Aen. II. 557.

Jacet ingens littore truncus, Avulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.

Noster VII. 2. 32. VI. 9. 28. Ductum ab arboribus, quibus amputati rami, & solus relinquitur *truncus.* Scaliger Exerc. Exot.

Macedonas adgressi, triginta fere interficiunt, paucioribus captis.

Exot. 140. *Stipes, ubi truncatur, truncus est. Cadaver Poeta abscisso capite truncum appellavit. Veteres lignatores amputatis ramis ab sese relictum dicebant truncum.* Noster VIII. II. 8. IV. 3. 10.

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Variis Tyriorum artibus, & tempestate acriore vexantur Macedones. Tyrum deseruisse per somnum videtur Apollo.

1 EA res Alexandrum dividere copias coegit: & ne segniter adsidere uni urbi [1] videretur, operi Perdiccam, Craterumque praefecit; ipse cum 2 expedita manu Arabiam [2] petit. Inter haec Tyrii navem [3] magnitudine eximia, saxis arenaque a puppi oneratam, ita ut multum prora emineret, bitumine

Adsidere uni urbi i. in unius urbis obsidione otiosum tempus terere. *Haerere circa muros unius urbis* IV. 4. 1. *Pendere circa montem unum.* Flor. I. 13. 15. V. IV. 12. 15.

2. *Arabia* est insula Asiae, tribus cincta maribus, Persico, Indico, & rubro, ac reliqua sui parte annexa Syriae. V. *Melam* I. 10. *Plin.* VI. 28. *Strab.* XVI. 547. *Solin. c.* 33. & ad illum *Salmasium.*

3. *Navem* hippagogam aridis sarmentis, aliaque materia, quae facile succendi posset, onerant Tyrii, & malis duobus ad proram erectis, quam latissime possunt, eos in urbem circumsepiunt, ut faces, fascesque quam plurimos capiant: ad haec picem & sulphur, aliaque ad excitandam ingentem flammam commoda, accumulant: praeterea ad utrumque malum binas antennas extenderant, atque ex iis in lebetibus suspendunt, quaecunque aut infusa, aut immissa vehementer flammam augere possent. Dehinc omnia neutica instrumenta in puppim transferunt, ut eorum pondere gravata puppis proram altius erigat. Deinde observato vento, qui aggerem versus spiraret, navim triremibus alligatam in mare protrahunt. Postquam vero moli, turribusque appropinquarunt, immisso in materiam igne, quanta maxima vi possunt, navim triremibus protrahentes ad molis caput impellunt. At qui in navi jam succensa erant remiges facile enatarunt. Interea ingens incendium turres comprehendit, & antennae contractae quaecunque ad augendum incendium parata erant, effundunt. B. *Brander.* V. *Arrian.* II. 132.

4. *Bitumen* vocant, quicquid est lentum, & mollitie glutinosa, quod sponte aut montibus devolvitur, aut e terra scaturit, lacubus fontibusve innatans. Terra est in Syria circa Sidonem, limus in Judaeae lacu: *eerdpick.* Ex fulmine dicitur procreari. Unde juxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmine, hac re lacus abundant. Noster IV. 6. 11. V. 1. 16. & 25. V. *Plin.* XXXV. 15. *Isid.* XVI. 2. *Serv. Ecl.* VIII. 82. *Philand. in Vitruv.* VIII. 3.

5. *Remis concitaverunt*, hebben geroeyt. V. §. 50.

6. *Vela concipiunt ventum*, quum inflantur, *windt scheppen.* V. *Freinshemii Indicem.*

7. *Successit* i. subvecta est.

ne 4 ac sulphure illitam remis concitaverunt 5; & quum magnam vim venti vela quoque concepissent 6, celeriter ad molem successit 7: tunc prora 3 ejus accensa, remiges desiluere in scaphas, quae ad hoc ipsum praeparatae sequebantur. Navis autem igne concepto latius fundere 8 incendium coepit: quod, priusquam posset occurri, turres, & cetera opera in capite molis posita comprehendit 9. At qui 4 desilierant in parva navigia, faces, & quicquid alendo 10 igni aptum erat, in eadem opera ingerunt. Jamque non modo Macedonum turres, sed etiam summa tabulata 11 conceperant ignem 12: quum ii, qui in turribus erant, partim haurirentur incendio,

8. *Fundere* i. spargere n. in turres Macedonum, & aggerem, ac vallum. Infr. V. 7. 5. VIII. 10. 8. V. & *Raderum.*

9. *Comprehendit* i. incendit. Infr. VI. 6. 30.

10. *Alendo* i. augendo. Unde Cic. de Invent. II. *Quod leviter tactum a natura aluit, & majus fecit usus.* Noster VI. 6. 28.

11. *Summa tabulata* i. tecta turrium, ut sub igneo imbre propugnarent Macedones, donec grassante incendio, projectis hasta clypeo, & armis se non magis fido committerent mari. *Summa tabulata* possis accipere pro tecto totius etiam operis, vel operarum, sub quibus molem promovebant, ut aggerem porrigerent. V. *Raderum.*

12. *Ignem conceperant* i. hauserant flammam, inarserant, *hadden vuyr gevattet.* Cic. de Orat. II. *Nulla materia, nisi admoto igni, ignem concipere potest.* Noster *n.* 3. VIII. 16. 8. VI. 6. 31. V. 7. 5.

dio [13], partim armis omissis, in mare semet ipsi immitterent. At Tyrii, qui capere [14] eos, quam interficere mallent; natantium manus stipitibus, saxisque lacerabant, donec debilitati [15] impune 6 navigiis excipi possent. Nec incendio solum opera [16] consumpta; sed forte eodem die vehementior ventus motum [17] ex profundo mari intulit in molem, crebrisque fluctibus compages [18] operis verberatæ se laxavere, saxaque interluens unda medium opus 7 rupit. Prorutis [19] igitur lapidum cumulis, quibus injecta terra sustinebatur, præceps in profundum ruit [20]: tantæque molis vix ulla vestigia [21] invenit Arabia rediens [22] Alexander. Hic, quod in adversis rebus fieri solet, fatius in alium culpam referebat; quum omnes verius de sævitia maris queri possent.

Rex

13. *Hauriretur incendio* i. comburerentur.

14. *Capere*, ad consilia Alexandri exploranda, ad cruciandos, vel permutandos cum captivis, si casus ferret, vel legatis mittendis, si usus esset: nam suos mittere non audebant, qui Alexandri caduceatores crudeliter interfecerant.

15. *Debilitati*, & *debiles* dicuntur, qui membra quædam, aut illorum usum amiserunt, ut quibus manus, pedes reciși. Cic. pro Rabir. Q. *Scævola manibus, ac membris omnibus captus ac debilis.* Noster IV. 15. 17. Opponuntur *integris.* Cic. Finib. v. *Bonum, integritas corporis, miserum debilitas.* Noster IV. 16. 11.

16. *Opera* super aggerem exstructa, vineæ, turres, aliæque machinæ, quibus saxa, & tela torquebant. V. *Raderum.*

17. *Motum.* Adspexit Virg. Aen. I. 88.

Incubuere mari, totumque ex sedibus imis
Una Eurus notusque ruunt.

Movendi verbum posuit pro verbo *ruendi.* V. *Freinshem.*

18. *Compages* i. commissura, conjunctio, *nexus* IV. 2. 8. Quomodo declinetur, docet *Serv.* I. 297.

19. *Prorutis* V. IV. 13. 26.

20. *Ruere* opus necesse erat dissutis compagibus. Velut in humano corpore, si ossa, quæ molem corporis & carnem sustinent, frangas, vel eximas, necesse est ista omnia *ruere*, cum caro se sustinere sine cruribus non possit. V. *Raderum.*

21. *Vestigia* i. signa, indicia. Cic. pro Planc. *Nullæ sunt leges, nec judicia, nec omnino simulacrum aliquod, aut vestigium civitatis.*

22. *Rediit* post undecimum diem, quam exierat. V. *Arrian.* II. 134.

23. *Ad-*

Rex novi operis molem orsus, in adversum [23] ventum non latere, sed recta fronte [24] direxit [25]; quod 8 vetera opera, velut sub ipso latentia, tuebatur: latitudinem quoque aggeri adjecit [26], ut turres in medio erectæ procul telis jactu abessent. Totas autem 9 arbores cum ingentibus ramis in altum jaciebant; deinde saxis onerabant; rursus cumulo eorum alias arbores injiciebant; tum humus aggerebatur [27]; superque alia strue [28] saxorum, arborumque cumulata, velut quodam nexu continens opus junxerant. Nec Tyrii, quicquid ad impediendam molem excogitari poterat, segniter exsequebantur. Præcipuum 10 auxilium erat, qui procul hostium conspectu subibant aquam [29], occultoque lapsu [30] ad molem usque penetrabant; falcibus palmites [31] arborum eminentium ad se trahentes: quæ ubi secutæ erant, pleraque

23. *Adversum* Africum IV. 2. 7.

24. *Recta fronte*, ne venti latera ferire, & subruere possent. *Frons* enim aggeris ventis obstabat, impetumque illorum frangebat. V. *Raderum.*

25. *Direxit in ventum adversum* i. ita jecit, ut vento *adversa* sit. V. *Freinshemii Indicem.*

26. *Latitudinem aggeri adjecit* i. aggerem latiorem fecit, qui plures turres capere posset. V. *Arrian.* II. 133.

27. *Aggerebatur* i. comportabatur, ingerebatur. Virg. Aen. III. 63. *ingens aggeritur tumulo tellus.* Noster VI. 6. 29: 5. 20. V. 7. 5.

28. *Strue* i. congerie. Noster VIII. 4. 11. Proprie *struere* est firmum solidumque reddere, μεταληπτικῶς augere. Pers. Sat.

Rem struere exoptas cæso bove.

29. *Subibant aquam*, onder water gaan. Pulchre Manil. Astron. v. 428.

Illis in ponto jucundum est quærere pontum,
Corpora qui mergunt undis, ipsumque sub antris
Nerea, & æquoreas conantur visere Nymphas,
Exportantque maris prædas, & rapta profundo
Naufragia, atque imas avidi scrutantur arenas.

Hos *urinatores* nominat Arrian. II. 138. *Cæterum nihilo secius urinatores occulto lapsu subeuntes, funes præscindebant.*

30. *Lapsu*, een scheute. *Labi* dicuntur *serpentes* Virg. Aen. v. 86. *anguillæ* Plaut. Pseud. II. 4. 57. *Volucres* Cic. N. D. II. *Volucrum lapsus, atque cantus.* Inde *lapsus* vocantur Virg. Aen. II. 236. rotunda illa ligna, quibus volutantur onera, quod volutata super illis *labantur.*

31. *Palmites* i. ramos. Proprie

que ſecum in profundum dabant [32], tum levatos onere ſtipites [33] truncosque arborum haud ægre [34] moliebantur: deinde totum opus, quod ſtipitibus fue-
11 rat innixum, fundamento lapſo ſequebatur. Aegro animi [35] Alexandro. & utrum perſeveraret, an abiret, incerto, claſſis Cypro [36] advenit: eodemque tempore Cleander cum Græcis militibus in Aſiam nuper advectus. Centum & octoginta navium [37] claſſem in duo dividit cornua [38]; lævum Pnytagoras Rex Cypriorum cum Cratero tuebatur; Alexan-
12 drum in dextro quinqueremis [39] regia vehebat. Nec Tyrii, quamvis claſſem habebant, auſi navale inire cer-

ſignificat *palmes* virgam palmæ arboris. Plin. XIII. 4. *Mas in palmite floret.* vel luxuriantem vitis virgam. Feſtus: *Palmites vitium ſarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas, quaſi digitos edunt*

32. *Dabant*, i. trahebant.

33. *Stipes* eſt truncus cum frondibus *Junio Nomencl.* c. 54. lignum ſectum, & ſiccum *Servio Aen.* III. 43. Noſter v. 1. 53.

34. *Haud ægre* i. facile. Infr. v. 1. 5: 4. 23. Liv. XXXIII. 5. *Et quum caſtra his ante objectis ſepſiſſent, facilis molitio eorum valli erat.*

35. *Aegro animi.* Diod. XVII. 42. *Hæc fortuita molis ruina Alexandrum tantopere animi perplexum reddidit, ut tentatæ obſidionis illum pœniteret.*

36. *Cypro.* Præpoſitio hic non deſideratur. Ita enim puriſſime loquuntur veteres. Cæſ. B. C. III. *Cæſar cum audiſſet Pompejum Cypri viſum.* Cicer. pro dom. *Quaſi per beneficium Cyprum relegatur.* Val. Max. IV. 1. *Filios ſuos a Gabinianis militibus Aegypti occiſos cognovit.* V. *Raderum.*

37. *Centum, & octoginta navium.* Arrian. II. 134. 224. navium hanc claſſem facit, & ſingillatim ſingulorum naves exprimit: *Phœnicum naves octoginta ſummum habuit. Per eosdem dies etiam ex Rhodo triremes appulere, in quibus una Peripolus dicta, & cum hac aliæ novem. Ex Solis etiam & Mallo tres. Ex Lycia decem. Ex Macedonia quoque navis una quinquaginta remorum, cui præfectus erat Proteas Andronici filius. Neque etiam multo poſt Cypri reges centum & viginti navibus Sidonem venerunt, clade, quam Darius apud Iſſum acceperat, audita, ea etiam re territi, quod tota Phœnicia in Alexandri poteſtatem veniſſet.* Plutarch. Alex. f. 248. cc. triremibus Tyrum oppugnatam dicit. V. & *Raderum.*

38. *Cornua*, eſquadrons.

39. *Quinqueremis* i. quę quintuplices habebat remorum ordines. Hirtio *pentiremis.* Eam ſecundum Plinium invenit Neſichthon Salaminius, ſecundum Diodorum Dionyſius. Priſcis temporibus naves pro numero ordinum moneres, biremes, triremes, quadriremes,

certamen, triremes omnes ante ipſa mœnia oppoſuerunt: tribus Rex invectus [40] ipſas demerſit. Poſtera die claſſe ad mœnia admota [41]; Undique tormen- 13
tis, & maxime arietum [42] pulſu, muros quatit [43]: quos Tyrii, raptim obſtructis ſaxis, refecerunt [44]: interiorem quoque murum [45], ut ſi prior fefelliſſet [46], illo ſe tuerentur, undique orſi. Sed undique 14
vis mali urgebat; moles intra teli jactum; claſſis mœnia circumibat: terreſtri ſimul, navalique clade obruebantur. Quippe binas quadriremes Macedones inter ſe ita junxerant, ut proræ cohærerent; puppes intervallo, quantum capere poterant, diſtarent. Hoc puppium intervallum antennis [47], aſſe- 15
ri-

remes, ac deinceps vocabantur. V. *Scheffer. Mil. Nav.* I. 3. II. 2.

40. *Tribus invectus* i. tres adgreſſus. Diod. XVII. 43. *Aſt ubi Tyrii cum claſſe occurrere non auderent, tres in portus oſtio forte ſtationem habentes Rex adortus omnes confringit, & in caſtra regreditur.*

41. *Admota* i. *adducta.* Flor. I. 24. 3. *Admotis ſignis commilitonum.*

42. *Aries* ſic inventus eſt. Carthaginenſes ad Gades oppugnandas caſtra poſuerant: cum autem caſtellum ante cepiſſent, id demoliri ſunt conati: poſteaquam non habuerunt ad demolitionem ferramenta, ſumſerunt tignum, idque manibus ſuſtinentes, capiteque ejus ſummum murum continenter pulſantes, ſummos lapidum ordines dejiciebant, & ita gradatim ex ordine totam communitionem diſſipaverunt. Poſtea quidam faber Tyrius, nomine Pephaſmenos malo ſtatuto, ex eo alterum transverſum, uti trutinam, ſuſpendit: & reducendo, & impellendo vehementibus plagis dejecit Gaditanorum murum. V. *Vitruv. de Archit.* X. 19. *Plin.* VII. 56. *Joſeph. Bell. Jud.* III. 9. *Tertullian. de Pall.* c. 1. *Veget.* IV. 14. & *illic Stewechium. Lipſ. Poliorc.* III. 1.

43. *Quatit* i. violenter movet. *Ariete mœnia quatere* dixit *Livius.*

44. *Refecerunt* i. reſtituerunt. Nep. Tim. IV. 1. *Ad muri quandam partem reficiendam juſſit dare.* &c. *Quos muros avus reſtituerat.* V. v. 4. 23.

45. *Interiorem murum.* Diod. XVII. 43. *Mox Tyrii, ut mœnia duplo firmiora redderent, quinque cubitorum intervallo in medio relicto, murum alterum decem cubitos latum ædificant, & vacuum inter utrumque ſpatium lapidibus, & ingeſta terra complent.* Arrian. II. 138. *Erat murus aggeri oppoſitus CL. ſummum pedes altus, latitudine altitudini reſpondente, & ſaxis ingentibus gypſo inter ſe commiſſis.* V. & *Raderum.*

46. *Fefelliſſet* i. non ſatis firmus fuiſſet, & arieti ceſſiſſet.

47. *Antenna* eſt pertica, qua vela

ribusque validis deligatis [48], superque eos pontibus stratis [49], qui militem sustinerent, impleverant: sic instructas quadriremes ad urbem agebant [50]: inde missilia in propugnantes ingerebantur tuto, quia
16 proris miles tegebatur. Media nox erat, quum classem, sicut dictum est, paratam *circumire urbem* jubet: jamque naves urbi undique admovebantur, & Tyrii desperatione torpebant; quum subito spissæ [51] nubes intendere [52] se cœlo, &, quicquid lucis internitebat, effusa [53] caligine [54] exstinctum est.
17 Tum inhorrescens [55] mare paulatim levari, deinde acriori vento concitatum, fluctus ciere, & inter se navigia conlidere. Jamque scindi cœperant vincula

vela extendebantur. Hirt. IV. *Quod ubi conspexit, celeriter vela subduci, demittique antennas jubet.* het spriet. V. *Scheffer. Mil. Nav.* II. 5.

48. *Deligatis* i. utroque capite alligatis. V. *Freinshemii Indicem.*

49. *Stratis* daar over slaan. *Erectis* VII. 5. 17.

50. *Agebant* i. impellebant n. remis, quod *remis concitare* supr. *n.* 2. §. 5. IX. 4. 13. & *remigare* infr. IX. 9. 7.

51. *Spissæ* i. densæ. Nonius IV. 422. *Spissum densum dicimus. Virg. Georg.* II. 236.

Sin in sua posse negabunt.
Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis
Spissus ager.

Cic. de Orat. II. *Et principia tarda sunt, & exitus tamen spissi, & producti esse debent.* Noster VIII. 13. 24.

52. *Intendere* i. auxere, diffusæ sunt. Liv. I. 57. *Quo cum primis se intendentibus tenebris pervenissent.* Noster VIII. 13. 24. Ita *obtendere* Tacit. Hist. III. 56. I. *Ut nube atra diem obtenderent. Virg. Georg.* I. 248.

Et obtenta densantur nocte tenebræ.

Ideo noctis amictum, vela, peplum commenti sunt Poetæ.

53. *Effusio* rerum præcipue liquidarum est, deinde & earum, quarum propter exiguitatem corporum magna vis mediocribus vasis contineri potest: cum igitur ea statim atque *effusa* sunt, qua cuique proximum est, nullo certo ordine dilabantur, translata est vox *effundendi* ad omnia negotia, quæ cum violento impetu, & fere sine ratione incipiuntur. V. *Freinshemii Indicem.*

54. *Caligo* densitas est, aut umbra, quæ e lignis, aut in sylvis spargitur. Noster IV. 12. 20. V. *Becm. Origin.*

55. *Inhorrescere* verbum est, quo gaudent uti in descriptione tempestatis. Petron. c. 75. *Dum hæc talia jactamus, inhorruit mare.* Senec. Contr. VIII. *Subito fluctibus inhorruit mare, ac discordes in perniciem nostram flavere venti.* Inde *horrificans zephyrus* Catul. LXIV. 270. est efficiens, ut mare *inhorrescat.* Transl. ab animantibus, quibus *inhorrescunt* pili, cum exasperantur. Virgil. Aen. IV. 280.

Arrectæque horrore comæ.

56. *Vincula* i. antennæ & asseres, quibus aptis necessario ruebant tabulata illis instrata. V. *Raderum.*

57. *Fragore* i. sonitu, qualis solet fieri ex aridis, cum *frangun-tur*, arboribus. Ergo aridus, nimius: omne enim, quod aridum est, cum *frangi* cœperit, nimium efficit sonum. *Fragor* etiam a *fractarum* rerum nominatus est sonitu. *Serv. Georg.* I. 358.

58. *Ope* i. auxilio. Ovid. Trist. I. 2. 66.

In hoc vestra non equisset ope.

59. *Turbido* i. mari *turbato.*

60. *Miles, remex* i. milites. remiges. Enallage numeri singularis pro plurali. Tacit. Ann. IV. 5. 1. *Valido cum remige.* Noster IV. 5. 18. V. *Freinshemii Indicem.*

61. *Turbabat* i. turbam faciebat in ministeriis, dum alterius vicem subire volebat. Instr. VII. 9. 6. *Turba* commotionem stre-

la [56], quibus connexæ quadriremes erant, ruere tabulata, & cum ingenti fragore [57] in profundum secum milites trahere. Neque enim conferta navigia 18
ulla ope [58] in turbido [59] regi poterant: miles [60] ministeria nautarum, remex militis officia turbabat [61], &, quod in hujusmodi casu accidit, periti ignaris parebant. Quippe gubernatores [62], alias imperare soliti, tum metu mortis jussa exsequebantur. Tandem remis pertinacius [63] everberatum mare, [64] veluti eripientibus navigia classicis [65] cessit; appulsaque sunt littori, lacerata pleraque. Iisdem diebus 19
forte Carthaginensium legati triginta [66] supervenerunt,

peram, ac vocalem notat *Becman. Origin.*

62. *Gubernator* Ovid. Trist. I. 2. 31. *Rector.* Cic. de Senect. *Gubernator clavum tenens sedet in puppi.* Philip. VII. *Summi gubernatores in magnis tempestatibus non nunquam a vectoribus admoneri solent.*

63. *Pertinacius* i. sine remissione. Infr. VII. 2. 32. V. V. 9. 4.

64. *Everberatum*, ut IX. 4. 13. q. sentiret remorum ictus.

65. *Classici* i. qui in classe remis incumbunt. Inde *classica bella* Prop. II. 1. 14. *classicum certamen* Vell. Paterc. II. 85. 2.

66. *Legati triginta.* Numero *legatorum* multum splendoris inest ac dignitatis, præsertim quoties æquantur, percutiunturque fœdera, alia imperiorum pacta sanciuntur, & solennia transiguntur. Virg. Aen. XI. 331. *centum* facit:

Præterea qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet.

niunt, majus obsessis solatium, quam auxilium: quippe *domestico* [67] *bello Pœnos impediri*; *nec de* [68] *imperio, sed pro salute dimicare* nuntiabant. Syracusani [69] tunc Africam urebant, & haud procul Carthaginis muris locaverant [70] castra. Non tamen defecere animis Tyrii, quanquam ab ingenti spe destituti erant; sed conjuges, liberosque [71] devehendos Carthaginem tradiderunt: fortius, quicquid accideret, laturi, si chariſſimam sui partem extra communis periculi sortem [72] habuiſſent. 21 Quumque unus ex civibus concioni [73] indicasset [74]; *oblatam esse per somnum sibi speciem Apollinis*, quem eximia religione colerent, *urbem deserentis* [75]; *molemque a Macedonibus jactam in salo, in sylvestrem saltum esse muta-*

Ut & noster IX. 7. 12. apud quem *viginti* mittuntur ab Scythis VII. 8. 8. *duodecim* a Græcis IV. 5. 11. Ex illorum quoque numero elucebat, quanti quisque a quoque fiat. Unde Demetrius apud Plutarch. c. 56. questus est de Lacedæmoniis, quod *unum legatum* ad se misissent, sicuti spretus. Cui Spartanus: *Non satis, si ad unum unus?* V. *Paschal. Legat. c. 9.*

67. *Domesticum* bellum opponitur externo, & est, quod *domi* i. in patria geritur, *sy waren selfs in oorlogh*. Nep. Hann. X. 2. *Quem cum videret domesticis rebus esse minus robustum.*

68. *De* i. pro. Cic. pro Arch. *de vita dimicant* Noster X. 5. 13.

69. *Syracusani* nunquam leguntur prope Carthaginem castra posuisse, præterquam apud Justin. XXII. 6. 9. duce Agathocle. Sed hic Alexandro posterior fuit, ut Curtii hic error non immerito notetur a Reineccio. Fuerunt quidem circa id tempus in Africa turbæ, sed *Syracusanorum* partes ibi nullæ. V. *Freinshemium.*

70. *Locaverant* i. posuerant, fecerant. Infr. VIII. 4. 13. IX. 3. 20.

71. *Conjuges, liberosque.* Diod. XVII. 46. *maximam partem Carthaginem deportatam fuisse* dicit.

72. *Periculi sortem* i. periculum.

73. *Concioni* i. cœtui. Cic. Attic. XV. 1. *Brutus noster misit ad me orationem suam habitam in concione Capitolina* i. hominum, qui in Capitolio aderant, cœtu. Noster VI. 9. 28. IX. 4. 19. 3. 3. Alioqui notat & locum, ex quo verba fierent. Cicero Orat. contra Metellum: *Escendi in conciònem: concursus est populi factus.* Noster VI. 2. 21. 9. 1. V. *Gell.* XVIII. 7. *Vall. Eleg.* IV. 47.

74. *Indicasset* i. detulisset. V. V. II. 7.

75. *Urbem deserere* mox in hostium venturam potestatem Deos putarunt veteres. Virg. Aen II. 351.

Excesere omnes adytis, arisque relictis,
Dii quibus imperium hoc steterat.

Tacit.

mutatam. quanquam auctor levis [76] erat, tamen 22 ad deteriora credenda proni metu [77] aurea catena devinxere [78] simulacrum, aræque Herculis, cujus numini urbem dicaverant [79], inserere [80] vinculum, quasi illo Deo Apollinem retenturi. Syracusis [81] id simularum devexerant Pœni, & in majore [82] locaverant [83] patria: multisque aliis spoliis urbium, a semet captarum, non Carthaginem magis, quam Tyrum ornaverant. Sacrum quoque, quod qui- 23 dem Diis minime cordi esse [84] crediderim, multis seculis

Tacit. Hist. V. 13. 2. *Expassæ delubri fores repente, & audita major humana vox, Excedere Deos. Simul ingens motus excedentium.* V. *Muret. V. L.* V. 19. *Raderum*, & ex utroque *Freinshemium.*

76. *Auctor levis* i. index nullius fidei, fide indignus. Ita VI. 7. 33. V. *Freinshemii Indicem.*

77. *Proni* i. faciles, inclinati. Justin. I. 5. 9. *Pronam ad regnum viam ingrediatur.* Noster VI. 5. 16. Metus vero facile hominem facit credere deteriora. Tacit. Hist. IV. 38. 2. *Sed quia naves sævitia hyemis prohibebantur, vulgus alimenta in dies mercari solitum, cui una ex republica annonæ cura, clausum littus, retineri commeatus, dum timet, credebat.* Claudian. de bello Get. V. 262.

Sed malus interpres rerum metus omne trahebat
Augurium pejore via.

78. *Devinxere.* Quam vana hæc gentilium cura fuerit, docet curatius *Freinshemius.*

79. *Dicaverant* i. ut numini tutelari consecraverant. Tutelares ejusmodi Deos plures enumerat Priapeiorum scriptor *carm.* 76.

80. *Inserere*, hebben het daarom gedaan. Cic. Verr. VI. *Collum in laqueum jam inserenti subvenisti.* Noster VII. 5. 36.

81. *Syracusis* Cartalo videtur detulisse. Just. XVIII. 7. 7. *Interea Cartalo Malei exsulis ducis filius, cum præter castra patris a Tyro, quo decimus Herculis ferre ex præda Sicilienſi, quam pater ejus ceperat, a Carthaginensibus missus fuerat, revertteretur,* &c. Cæterum Diod. XIII. 108. non *Syracusis*, nec sane eas unquam a Pœnis captas fuisse memini; sed a *Gelois* abductum scribit: *Erat Gelois statua quædam Apollinis extra urbem ænea miræ magnitudinis. Hanc abreptam Tyrum Pœni transmisere.* V. & *Freinshemium.*

82. *Major patria* Carthaginis dicitur Tyrus, quia Carthaginem Tyrii condiderunt. Unde Tyrios a Carthaginensibus parentum loco cultos ait Curt. IV. 2. 10. V. *Loccenii Indicem.*

83. *Locaverant* i. posuerant. *Collocare* Phædr. II. 10. 2.

Servumque collocarunt æterna in basi.

84. *Cordi esse* i. placere. Terent. Andr. II. 1. 28. *Ani sibi nuptiæ*

seculis intermissum, repetendi auctores [85] quidam erant, ut ingenuus [86] puer Saturno [87] immolaretur [88]: quod sacrilegium verius, quam sacrum Carthaginenses [89] a conditoribus traditum, usque ad excidium [90] urbis suæ fecisse dicuntur. Ac, nisi seniores obstitissent, quorum consilio cuncta agebantur, humanitatem [91] dira [92] superstitio [93] vicisset.

nuptiæ hæ sunt cordi? Noster v. 2. 19: 1. 37.

85. *Auctores* i. suasores, quorum impulsu aliquid fit. Terent. Adelph. v. 8. 16. *Idne est auctores mihi?* Ubi Donatus: *auctores i. persuasores, ut Virg.* XII. 159. *Auctor ego audendi.*

86. *Ingenuus* est is, qui statim, ut natus est, liber est: sive ex duobus ingenuis matrimonio editus est, sive ex libertinis duobus, sive ex altero libertino, & altero ingenuo. V. *Institut.* 1. 4. §. 1. Noster VIII. 7. 15.

87. *Saturno* liberos suos sacrificabant, quod Saturni filius, cum post excessum illius periculoso bello Phœnice, cujus rex fuerat, premeretur, hunc in modum immolatus fuisset a matre Anobreth nympha, quæ unicum habebat ex Saturno filium Laud appellatum. Erat vero apud illos ænea statua Saturni magnitudine enormi, cujus manus in terram dependebant sic contortæ, & involutæ, ut, qui pueri admovebantur, in foveam inciderent ignis plenam. V. *Diodor.* XX. 14. *Vivem in Augustin. de Civ. Dei* VII. 19. *Ouzel. Minut. Fel. p.* 196.

88. *Immolare* est mola i. farre molito, & sale hostiam perspersam sacrare. *Festus.* Prima sacrificii pars erat libare Diis: secunda immolare; tertia reddere: quarta litare. V. *Alex. Gen.* IV. 17. Hinc pro *sacrificare* ponitur.

89. *Carthaginenses* homines Diis immolare solitos docet Justin. XVIII. 6. 11. & 12. *Cum inter cætera mala, etiam peste laborarent, cruenta sacrorum religione, & scelere pro remedio usi sunt. Quippe homines, ut victimas immolabant, & impuberes (quæ ætas etiam hostium misericordiam provocat) aris admovebant.* docet Ennius VII.

Et Poinei solitei sos sacrificare puellos.

90. *Usque ad excidium.* Cum Curtio diserte sentiunt *Dionys.* 1. 38. & ex eo *Euseb. præpar. Evang.* IV. Videtur tamen intermissum semel atque iterum, jussu regum, qui ab ejusmodi immanitate abhorrebant. Oros. IV. 21. *Carthaginensibus aliquando visum est homines immolare, sed male præsumta persuasio brevi prætermissa est.* Justin. XIX. 1. 13. *Dum hæc aguntur, legati a Dario Persarum rege Carthaginem venerunt, afferentes edictum, quo Pœni humanas hostias immolare, & canina vesci prohibebantur.* V. *Freinshemium* & IV. 18. 23.

91. *Humanitatem.* Cicero pro Ligar. *Nonne omnem humanitatem exuisses?*

92. *Dira* i. sæva, exsecranda. Serv. Aen. II. 519. *Mens dira proprie*

set. Cæterum, efficacior omni arte imminens ne- 24
cessitas, non usitata modo præsidia [94], sed quædam etiam nova admonuit. Namque ad implicanda [95] navigia, quæ muros subibant, validis asseribus [96] corvos, & ferreas manus, cum uncis ac falcibus illigaverant; ut quum tormento asseres promovissent, subito laxatis funibus injicerent. Unci quoque & fal- 25
ces ex iisdem asseribus dependentes, aut propugnatores, aut ipsa navigia lacerabant [97]. Clypeos vero æneos multo igne torrebant, quos repletos fervida arena, cœnoque decocto, e muris subito devolvebant [98]. Nec ulla pestis magis [99] timebatur; quippe ubi lo- 26
ricam [100] corpusque fervens arena penetraverat, nec ulla vi excuti poterat, & quicquid adtigerat, perurebat: jacentesque arma, laceratis omnibus, queis protegi poterant, vulneribus inulti patebant [101]: corvi

prie modo; nam dira est deorum ira: dirum deorum ira immissum.

93. *Superstitio* est, quando in cultu divino supra legitimum modum aliquid superest. V. *Voss. & Becm. Lex.*

94. *Præsidia* i. auxilia; Flor. IV. 2. 9. *Hunc dolor transversum egit: & ad præsidia dignitati paranda impulit.* Noster VI. 9. 22.

95. *Implicanda* i. impedienda.

96. *Asseres* non accipe, ut hodie vulgo, pro tabulis: sed perticas longas interpretare. V. *Raderum.*

97. *Lacerabant.* Mens auctoris est: Tyrii longos contos, seu longurios, a capite uncis, corvis, falcibus, manibus ferreis armatos, per machinas extra mœnia actos, & protensos, subito remittebant funibus suspensos, ut in subjectas hostium naves inciderent, rursumque adducti funibus secum traherent, quicquid arripuissent, sic, ut totas naves, vel everterent a lateribus prensas, vel in proras erigerent, & puppim mergerent: vel contra. V. *Raderum.*

98. *Devolvebant.* Cum machina quadam in animosissime pugnantes conjecisse dicit *Diodor.* XVII. 44.

99. *Pestis* est, quicquid est noxium, & lethale. Cic. Catul. 1. *In te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes jamdiu machinaris.*

100. *Lorica* est pectorale, sive æneum pectoris tegmen. Ejus duæ erant ænea partes. Illa quidem pectori, & iis, quæ circa ventrem, apta; hæc ut dorso tegmen esset. Illam antrorsus, hanc retrorsus induebant: deinde fibulæ utramque jungebant. V. *Lipsi. Mil. Rom.* III. 6.

101. *Patebant vulneribus* i. obnoxii erant excipiendis. Flor. III. 10. 11. *Corpora, quo erant majora, eo magis gladiis ferroque*

corvi vero, & ferreæ manus tormentis emissæ plerosque rapiebant.

que patuerunt. De re Liv. XXI. 8. *Ferrum, quum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus præbebat.*

CAP. IV.

ARGUMENTUM.

Obsidionem solvere fatigatus malis cogitat, sed immanis belluæ prodigio lætior, naumachia commissa, Tyrum suis laudibus oneratam capit, & exscindit Alexander.

1 HIc[1] rex fatigatus, statuerat soluta obsidione[2] Aegyptum petere: quippe quum Asiam ingenti celeritate percurrisset, circa muros unius urbis hærebat, tot maximarum rerum op-
2 portunitate dimissa[3]. Cæterum, tam discedere inritum[4], quam morari pudebat. Famam quoque, qua plura, quam armis, everterat, ratus leviorem[5] fore, si Tyrum, quasi testem se posse vinci, reli-

Hic, i. tunc, illo tempore. Cic. Verr. v. *Hic illi flentes rogare, atque orare cœperunt.*

2. *Solvere obsidionem* & VI. 6. 34. Infr. *urbe obsessa abstinere* dixit VIII. 11. 3. Diod. XVII. 45. *Alexander Tyrios Macedonibus suis prævalere conflictu videns, nocte jam appetente receptui canit: & primo quidem solvere obsidionem, & in Aegyptum expeditionem facere statuit: sed mutato statim consilio, cum Tyriis defensæ urbis gloriam concedere, turpe duceret: quamvis unum solummodo ex amicis, nempe Amyntam, Andromenis fratrem sententiæ approbatorem haberet, ad oppugnationem iterum se convertit.*

3. *Dimissa* i. neglecta. Nep. Milt. III. 3. *Ne occasionem liberandæ Græciæ dimitterent.*

4. *Inritum* i. re non confecta. Verbum est augurale. Ideo *aves inritas Remum habuisse* dicit Gell. N. A. XIII. 14. & *inrita dicta* sunt vana Plaut. Amph. III. 2. 44. Noster III. 1. 17.

5. *Leviorem* i. minorem. Metaphora petita a rebus, quæ æstimantur pondere. Noster III. 6. 19. VI. 6. 2.

6. *Bel-*

reliquisset. Igitur, ne quid inexpertum omitteret, *plures naves admoveri* jubet, *delectosque militum imponi.* Et forte bellua[6] insuetatæ magnitudinis[7] su- 3
per ipsos fluctus dorso eminens, ad molem, quam Macedones jecerant, ingens corpus adplicuit[8]; diverberatisque[9] fluctibus adlevans[10] semet, utrimque conspecta est: deinde a capite molis rursus, alto 4
se immersit[11]; ac modo super undas eminens magna sui parte, modo superfusis fluctibus condita[12], haud procul munimentis urbis emersit[13]. Utrisque lætus 5
fuit belluæ adspectus: *Macedones iter jaciendo operi monstrasse eam* augurabantur; Tyrii, *Neptunum, occupati maris vindicem arripuisse*[14] *belluam, ac molem brevi profecto ruituram.* lætique omine eo ad epulas dilapsi oneravere se vino[15]; quo graves[16], orto Sole

6. *Bellua* pro balœnis, aut *belluis* marinis accipitur. Sueton. Aug. c. 72. *Qualia sunt Capreis immanium belluarum ferarumque membra prægrandia.* Noster IX. 4. 18. Solent hujusmodi feræ marinæ præludere secuturis exitiis, ut in Epistolis Indicis legere est, pro classibus natasse, mox in Syrtes impactis. Tempestatum quoque indices tradunt auctores, cum subsiliunt. V. *Loccenii Indicem & Raderum.*

7. *Insuetatæ magnitudinis.* Diodor. XVII. 41. *Fluctus ex alto mari incredibilis belluam magnitudinis ad molem appellit, quæ ad aggerem provecta nihil equidem incommodi attulit: sed altera corporis parte acclinata ad mediocre tempus illic hæsit.*

8. *Adplicuit* i. admovit, plicando flexit. Infr. IX. 5. 14. VIII. 1. 38. V. IV. 5. 21.

9. *Diverberatis* i. divisis.

10. *Allevans* i. in altum tollens, ut IV. 3. 17.

11. *Immersit*, ingedompelt. Virg. Aen. III. 605. *Vastoque immergite ponto.* Unde *mergus* avicula, *quod mergendo in aquam captet escam* Varr. L. L. IV. 13. Ovid. Met. XI. 796. *Aequor amat, nomenque manet, quia mergitur illo.*

12. *Condita* i. abscondita, occultata. Justin. XXIV. 6. 3. *Cum victi se Macedones intra urbium muros condidissent.* Noster VII. 7. 32. V. 6. 17. IV. 7. 13.

13. *Emersit* n. ex aquis i. se exseruit. Cat. LXIV. 14. *Emersere feri candenti e gurgite vultus.*

14. *Arripuisse.* Tyrii belluam vastæ molis assimilabant operi Macedonum, hoc & illa ob magnitudinem occupabant mare. Ergo quod a capite motis se immersisset alto bellua, ipsi etiam aggeri præsagire similem in mare ruinam interpretabantur. V. *Freinshemium.*

15. *Oneravere se vino* i. sese inebriaverunt. *Onerare* est in navim onus imponere. Inde elegan-

ti

Sole navigia conſcendunt, redimita [17] coronis floribusque: adeoque victoriæ non omen modo, ſed 6 etiam gratulationem præceperant. Forte Rex *claſſem in diverſam partem agi* juſſerat, *triginta minoribus navigiis relictis in littore* [18]; e quibus Tyrii duobus [19] captis, cætera ingenti terruerant metu: donec, ſuorum clamore audito, Alexander [20] claſſem littori, e quo fremitus [21] acciderat [22], admovit. Prima e Macedonum navibus quinqueremis velocitate inter 7 cæteras eminens occurrit: quam ut conſpexere Tyrii,

ti tralatione de bibulis dicitur, qui *celocem onerant*, & vino ſe implent, apud Comicum Pſeud. v. 2. 12. Saluſt. Jugurth. c. 76. *Ibi vino, & epulis onerati.* Noſter v. 7. 4. V. & *Salmaſ. Vopiſc. Aurelian.* c. 45.

16. *Vino graves* i. ebrii VII. 4. 2: 6. 18. VIII. 3. 8.

17. *Redimita* i. cincta, circumdata. Tib. III. 4. 12. *redimitus tempora lauro*, & Martiano Capellæ I. *redimicula* ſunt coronæ. Coronaverunt vero navigia in victoriæ ſignum. Naves enim, quæ vehebant eos, qui victoriam usquam eſſent adepti, tanquam victrices coronabantur, ut de illis, quæ Græcos e Troja redeuntes vexerunt, cecinit Q. Calaber: κατεστέφαντο δὲ νῆας. Prop. III. 22. 8.

Ecce coronatæ portum tetigere carinæ.

IV. 7. 30. *Ecce coronato pars altera parta phaſelo.*

V. *Paſchal. de Coron.* IV. 18.

18. *Littore* ex adverſo Sidonii portus. Tyrus enim duos portus habet, alterum clauſum, & anguſtis faucibus obverſum Sidoni; alterum apertum verſus Aegyptum. Tyrii tamen etiam Aegyptium portum in obſidione clauſtris munierant, ne Macedones irrumperent. Triginta naves Sidonio obverſæ erant, reliqua claſſis in altero portu verſus Aegyptum ſtativa habebat. Ea gratia dixit *n.* 1. Alexandrum in deſperatione urbis obtinendæ Aegyptum voluiſſe petere. V. *Raderum* & ex illo *Freinshem.*

19. *Duobus captis.* Arrian. II. 140. *Tyrii naves in ſtatione agentes ex improviſo adorti, quum aliæ prorſus vacuæ eſſent, aliæ in ipſo clamore, atque impetu non bene inſtructæ, Pnytagoræ regis quinqueremem primo ſtatim inſultu demergunt, ſimulque aliam Androclis Amathuſii, & Paſicratis Thurici, alias in littus propulſas confregerunt.*

20. *Alexander*, qui in caſtra, & tabernaculum ſeceſſerat ad meridiem. V. *Raderum.*

21. *Fremitus* vocatur ex alto mari ſonus fluctuum, & in populo murmur. Quin & indignantis, & excandeſcentis, & quaſi humanam vocem præ iracundia immutantis vox, & oratio. V. *Vall. Eleg.* IV. 29.

22. *Acciderat* i. advenerat. Tacit. Hiſt. IV. 29. 4. *Unde clamor*

rii, duæ e diverſo in latera ejus invectæ ſunt; in quarum alteram quinqueremis eadem concitata [23], & ipſa roſtro [24] icta eſt, & illam invicem tenuit [25]. Jamque ea, quæ non cohærebat, libero impetu 8 evecta, in aliud quinqueremis latus invehebatur; quum opportunitate mira triremis e claſſe Alexandri in eam ipſam, quæ quinqueremi imminebat [26], tanta vi impulſa eſt, ut Tyrius gubernator in mare excuteretur [27] e puppi. Plures deinde Macedonum 9 naves ſuperveniunt, & Rex quoque aderat, quum Tyrii inhibentes remis [28] ægre evellere navem, quæ hærebat, portumque omnia ſimul navigia repetunt. Confeſtim Rex inſequutus, portum quidem intrare non potuit, quum procul e muris miſſilibus ſubmoveretur [29]; naves autem omnes fere aut demer-

mor acciderat, circumagere corpora, &c.

23. *Concitata* n. 6. *acta*, n. 8. *impulſa.*

24. *Roſtro* i. prora *roſtrata* Tyriæ navis. *Roſtra* Piſæus princeps reperit. Fuit is nobilis pirata, qui circa Sylvii Latini tempora Italiæ imperavit. Dicebantur ob ſimilitudinem, uſumque, qua & mare iis primum finditur, & naves hoſtiles petuntur. Fuerunt trabes prominentiores ære munitæ, interdum & ferro. Fuerunt juxta aquam, imo in ipſa aqua, cum navis incedebat, n. ut gravius hoſtiles naves vulnerarent, aqua ſuccedente per rimam. V. *Scheffer. Mil. Nav.* II. 5. *Stewech. in Veget.* IV. 43.

25. *Illam tenuit* i. illi percuſſa cohæſit. Lucan. III. 563. *Percuſſæ capta cohæſit.* V. *Rutgers. V. L.* I. 12.

26. *Imminebat* i. incidebat, incurrebat.

27. *Excuteretur* i. præcipitaretur, *præceps projiceretur*, ut de Palinuro Virg. *Aen.* V. 859. Infr. VII. 9. 6.

28. *Inhibentes remis* i. ſenſim retrocedentes. Qui enim urgentur ab hoſte, non quidem aperte fugiunt, retrocedunt tamen, & majoris ſecuritatis cauſa frontem obvertunt hoſti, navigio ſic inclinato, flexoque, ut, cum opus eſt, poſſint concurrere; cum non eſt, flexum penitus convertere in fugam. Juſtin. II. 12. 7. *Inhibete remis, & a bello diſcedite.* Id ipſum *inhibere* ſine adjecto nominis caſu Liv. XXXVII. 30. *Inde tumultu injecto quum livellere ſe ab hoſte capientes inhiberent Rhodii*: & *puppes avertere.* Nep. Hann. XI. 6. *Novæ re perterriti, cum quid potiſſimum vitarent, non viderent, puppes averterunt.* V. *Scheffer. Mil. Nav.* III. 4. *Gronov. Obſerv.* IV. 26. *Bud. Comm. L. G. f.* 242.

29. *Submoveretur* i. repelleretur. Flor. III. 10. 8. *Sed ille* forti-

10 demersit, aut cepit. Biduo deinde ad quietem dato militibus, jussisque & classem, & machinas [30] pariter admovere, ut utrimque territis instaret; ipse in altissimam turrim [31] adscendit, ingenti animo, 11 periculo majore. Quippe regio insigni & armis fulgentibus conspicuus [32], unus præcipue telis petebatur [33]: & digna prorsus spectaculo edidit: multos e muris propugnantes hasta transfixit; quosdam etiam cominus gladio clypeoque impulsos præcipitavit: quippe turris, ex qua dimicabat, muris hostium 12 propemodum cohærebat. Jamque crebris arietibus saxorum compage laxata, munimenta defecerant [34]; & classis intraverat portum [35], & quidam Macedonum

fortiter a Dolabella submotus est. Noster IX. 5. 17. VI. 8. 9.

30. *Machinas* i. instrumenta bellica. Infr. VIII. 10. 31. V. *Lipf. Poliort.* I. 3. *Voss. Lex.*

31. *Altissimam turrim*, n. ut per illam in murum transiret. Diod. XVII. 46. *Ibi facinus, quod nec spectantes facile crediderint, peragere ausus fuit. Namque pontem ex lignea turri cum urbis mœnibus adjecisset, solus per illam in murum transcendit, nihil fortunæ invidiam reveritus, nec vehementissimo Tyriorum impetu absterritus*: & per murum in regiam. Arrian. II. 147. *Eodem tempore Alexander cum amicis murum subit. Occupatis itaque turribus nonnullis, & interturriis, ipse per summa propugnacula murorum ad regiam contendit, quod facilior illa via ad urbem descensus videretur.*

32. *Conspicuus* est, qui ab omnibus videri potest. Tacit. Hist. IV. 29. 2. *Romani conspicuam*, propter ignes, *Barbarorum aciem ad ictum destinabant.* Insigni jungitur Tib. III. 3. 2.

Insignis clara, conspicuusque domo,

Noster IV. 13. 4. IX. 6. I. V. 2. 7.

33. *Petebatur*, na hem wiert geschoten. Infr. V. 3. 9. IX. 4. 31. VI. I. 4. Quippe in quo occidendo maximum operæ pretium facturi essent hostes. *Petere* verbum est gladiatorum. Serv. IX. 439. *Petitiones proprie dicimus impetus gladiatorum.* V. *Lipf. Saturn.* II. 20.

34. *Defecerant* i. esse desierant. Sic *deficit bellum* Flor. IV. 2. 6. quod non amplius geritur, & esse desinit. Petron. *deficiente fabularum contextu.* Noster V. 4. 5.

35. *Portum* Aegyptium Phœnices, Sidonium Cyprii. Arrian. II. 147. *At qui in navibus erant, una cum Phœnicibus, in portum, qui Aegyptum spectat (quem obsederant) impetu facto, claustrisque revulsis, naves in portu confregerunt, in alias remotiores a terra magna vi delati, alias ad ipsam terram collidentes. Cyprii per portum, qui Sidonem respicit, nullo claustro septum immissi, statim ea parte urbem capiunt.*

36. *Evaserant* i. conscenderant. Infr. X. 5. 10.

37. *Occupant liberum mortis arbitrium* i. libero genere mortis pereunt, antequam ab hostibus inferretur. Flor. IV. 2. 83. *quasi occupare manu mortem vellet.* Noster V. 6. 7.

38. *Ruunt* i. cupide se immittunt. Flor. II. 18. 12. *Ut destinata morte in prælium ruerent.* Noster IV. 14. 3. V. 9. 6. *Ruere* est toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt, qui ipsi præcipites alios prosternunt. Unde proprie fures *ruere* dicuntur. V. *Donat. Adelph.* III. 2. 21.

39. *Inultum* non mori magnum est solamen cadentis. Flor. III. 2. 20. *Ne inulti perirent, in ante cessum sanguine Senatus sibi parentabant.* Liv. III. 43. *I. Siccium haud inultum interfecere, nam circa repugnantem aliquot insidiatores cecidere.* Unde mutua illæ adhortationes. Salust. Bel. Catil. c. 58. *Cavete, ne inulti animam amittatis; neu capti potius, sicut pecora, trucidemini.* Ovid. Metam. IX. 131.

Excipit hunc Nessus: neque enim moriemur inulti, Secum ait.

num in turres hostium desertas evaserant [36]: quum Tyrii, tot simul malis victi, alii supplices in templa confugiunt; alii foribus ædium obseratis occupant [37] liberum mortis arbitrium: nonnulli ruunt [38] in hostem, haud inulti [39] tamen perituri. Magna 13 pars summa tectorum obtinebat [40], saxa, & quicquid manibus fors dederat, ingerentes subeuntibus. Alexander, *exceptis iis, qui in templa* [41] *confugerant, omnes interfici, ignemque tectis injici* [42] jubet. His per 14 præcones pronuntiatis, nemo tamen armatus opem a Diis petere sustinuit [43]: pueri, virginesque templa com-

40. *Obtinebat* i. habebat. Cic. Q. Frat. III. 1. *Valde bonum æstivum locum obtinebit.*

41. *Templa.* Alexander cum in Asiam transisset, de hominibus dignas quidem rebus ab iis patratis pœnas sumsit; a *templis* vero Deorum prorsus abstinuit: quanquam Persæ circa hanc partem maxime in Græcia deliquerant, ut refert Polyb. V. 10. V. *Popmam.*

42. *Ignem tectis injici.* Sæpius usu venit victoribus a victis, qui domibus clausis in *tecta*, quæ plana erant, evaserant, & lapides, tegulasque desuper ingerentes in subeuntes, illos terga fugæ mandare cœgerunt. Sed huic rei hoc remedium est oppositum, ut videlicet januis, ac ligneis ædificiorum projecturis, quales in urbibus plurimæ visuntur, *ignem* illico admoverint. Cujus rei exemplum luculentum apud Herod. VII. extremo Liv. V. 21. Diodor. XVII. 96. V. *Stewech. in Veget.* IV. 25. & ex illo *Freinshemium.*

43. *Sustinuit* i. ausus est. Sueton. Jul. c. 74. *Cornelio Phagitæ nunquam nocere sustinuit.* Noster

compleverant: viri in vestibulo[44] suarum quisque
15 ædium stabant, parata sævientibus turba. Multis tamen saluti fuere Sidonii, qui intra Macedonum præsidia erant. Hi urbem quidem inter victores intraverunt, sed cognationis cum Tyriis memores (quippe utramque urbem Agenorem[45] condidisse credebant) multos Tyriorum etiam protegentes, ad sua perduxere navigia: quibus occultati Sidona vecti sunt. Quindecim millia hoc furto[46] subducta
16 sævitiæ: sunt. Quantumque sanguinis fusum sit, vel ex hoc existimari potest, quod intra munimenta urbis sex millia[47] armatorum trucidata sunt.
17 Triste deinde spectaculum victoribus ira præbuit Regis. Duo millia, in quibus occidendi defecerat[48] rabies, crucibus adfixi[49] per ingens littoris spatium pe-

ster VI. 9. 18. VII. 5. 38. VIII. 12. 5.

44. *Vestibulo.* Gell. A. N. XVI. 5. *Qui domos amplas antiquitus faciebant, locum ante januam vacuum relinquebant, qui inter fores domus, & viam medius esset: in eo loco, qui dominum ejus domus salutatum venerant, priusquam admitterentur, consistebant & neque in via stabant, neque intra ædes erant. Ab illa loci constitione, & quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt.* Noster V. 7. 7. VI. 7. 17. V. & *Macrob. Saturn.* VI. 8. *Nonium* I. 263.

45. *Agenor* filius fuit Beli. Virg. Aen. I. 342.

Tunica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem.

46. *Furtum.* V. IV. 13. 4.

47. *Sex millia.* Ast *septem millia* cæsa dicit Diod. XVII. 46. *Circiter octo millia* Arrian. II. 147. qui faciet cum Curtio, si bis mille in crucem actos *n.* 17. sex millibus ferro cæsis addas. V. *Raderum.*

48. *Defecerat* i. lassata fuerat, occidendi laboribus succubuerat. Sic *sævitiam fatigasse* Tarquinium dicit *Flor.* I. 7. 4.

49. *Crucibus adfixi* ob memoriam veteris cædis, qua conspiratione facta, servi omnem liberum populum cum dominis interfecerant, & potiti urbe Lares dominorum occupaverant, & rempublicam invaserant. *Justin.* XVIII. 3. 7. & 18. Servorum vero supplicium proprium *crux* est. Plaut. Mil. II. 4. 19.

Noli minitari: scio crucem futuram mihi sepulcrum:
Ibi mei majores sunt siti, pater, avus, proavus, abavus.

V. *Lipsium de Cruce* I. 12. & Nostrum VIII. 11. 28. §. 32. Observa vero syntheſin, qua in substantivo expresso aliud substantivum animo attenditur, atque huic potius adjectivum accommodatur. Quæ etiam obtinet, cum numerus nu-

pependerunt. Carthaginensium legatis[50] pepercit; 18
addita denuntiatione *belli*, *quod præsentium rerum necessitas moraretur.* Tyrus septimo mense, quam oppugnari cœpta erat, capta est[51], urbs & vetustate 19
originis, & crebra fortunæ varietate ad memoriam posteritatis insignis. Condita ab Agenore, diu mare, non vicinum modo, sed quodcunque classes ejus adierunt, ditionis suæ fecit: &, si famæ libet credere, hæc gens literas prima aut docuit, aut didicit. Coloniæ certe ejus pene orbe toto diffusæ 20
sunt: Carthago in Africa, in Bœoti a Thebæ[52], Gades[53] ad Oceanum. Credo libero commeantes mari

numerans ponitur pro numerato. Sic Curtio in animo fuit *homines bis mille.* V. *Voss. Gramm.* VII. 5. *Pomp. de us. ant. loc.* II. 2.

50. *Legatis* hostium, si neque res nostra subtuitur, neque salus tentatur, ut eis favere jus non cogit, sic eis parcendum humanitas suadet. Neque enim jura belli dirimunt ea vincula, quibus mortalium mentes natura constrinxit. Hæc eadem moderatio advertitur in illis ipsis, quorum in eversionem missæ fuerant *legationes*; ut in Alexandro, & in Scipione. Nempe ille, capta Tyro, hic cum Carthaginenses aperti hostes essent, eorum *legatis* uterque pepercit. Moderatio vero eo clarior est, quod in ea ipsa urbe sui ipsius *legati* fuissent violati. V. *Paschal. Legat. c.* 23.

51. *Capta est* Tyrus archonte Athenis Aniceto mense Junio. *Arrian.* II. 148. Olymp. 112. 2. 1. cum Alexander ageret tertium & vicesimum, anno regni tertio. Justinus longe abit ab aliorum sententia, dum *per proditionem* captam fuisse ait XI. 10. 14. Sorsim etiam a cæteris asserit occupatam Polyæn. IV. 3. hisce: *Alexander ad Tyrum obsidione relicta in Arabiam proficiscebatur. Tyrii contempta ejus absentia, progressi extra mœnia, cum Macedonibus manus conferentes persæpe vincebant. Parmenio dux Alexandri revocatur, qui subito reversus, cum fugientes Macedones conspiceret, non victis auxilium, sed in urbem inanem viris impetum tendens, eam invasit, & occupavit.* V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

52. *Thebas* condidit Cadmus Agenoris filius, iisque nomen imposuit a navicula, qua trajecerat. *Theba* enim Phœnicibus navicula, juxta Magnesiam & Thessaliam haud longe a mari, decima generatione ante Herculem (certus enim annus non traditur) tempore Erichthonii, quarti regis Attici, & Danai decimi regis Argivi. V. *Alex. Gen.* VI. 2. *Scalig. Conj. Varr. p.* 232. *Emm. Vet. Græc.* I. 7.

53. *Gades* urbem nuncupatam potiere Phœnices juxta ipsum ad columnas fretum, in Europæ peninsula, mercaturæ gratia in ma-

mari, sæpiusque adeundo cæteris incognitas terras; elegisse sedes juventuti, qua tunc abundabant [54]: seu quia crebris motibus terræ [55], nam hoc quoque traditur [56], cultores [57] ejus fatigati, nova & externa domicilia armis sibimet quærere cogebantur. Multis ergo casibus defuncta [58], & post excidium renata [59], nunc tamen longa pace cuncta refovente [60], sub tutela Romanæ mansuetudinis acquiescit [61].

CAP.

re, quod Oceani nomen habet, excurrentes. V. *Diodor.* v. 20. *Mel.* III. 6. *Strab.* III. 305.

54. *Abundabant.* Salust. Jugurth. c. 19. *Phœnices alii multitudinis domi minuendæ gratia, pars imperii cupidine, solicitata plebe, & aliis novarum rerum avidis Hipponem, Adrumentum, Leptim, aliasque urbes condidere.*

55. *Motibus terræ* Tyrum propter altitudinem ædium maximam labem accepisse scribit *Strab.* XVI. Et Syriam terræ motu vastatam, quo centum septuaginta millia hominum, & multæ urbes perierunt, scribit *Justin.* XL. 2. 1. Illa vero loca maxime tremoribus obnoxia esse, quæ mare fluxile accedunt, aut spongiosa sunt, docet Arist. Meteor. II. Hinc interpretari licet illud Lucan. III. 217. *Et Tyros instabilis.* V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

56. *Traditur* i. scribitur, memoriæ proditur. Liv. IX. 28. *Sive a C. Junio Consule (nam utrumque traditur) Nola capta.* Infr. VII. 4. 13.

57. *Cultores* i. incolæ. Inde *colere*, incolere, habitare IV. 7. 19. VI. 2. 13. IX. 2. 3.

58. *Casibus defungi* dicitur, qui illis jam liberatus est, quasi officium suum in iis sustinendis usque ad ultimum fecerit. Ita *defungi periculis* Cicer. pro Sext. & Noster IV. 6. 16. IX. 4. 16. *defungi somnio* Justin. I. 5. 5. *defungi oraculo* XII. 2. 10. *defungi prospero eventu* de illo, qui rem ad felicem exitum perduxit, eumque obtinuit, infr. VIII. 1. 18. V. *Freinshemii Indicem.*

59. *Renata* V. v. 7. 9.

60. *Refovente* i. iterum fovente. Fovere est calefacere, calorem, & vigorem naturalem præstare. Ita Tithonum aurora *suis ulnis fovere* dicitur Prop. II. 14. 6. quem amplexa gremio admovet, ut frigentem calefaciat. Ab avibus translatum est; illæ enim alarum volumine pullos fovent. Cic. N. D. II. *Aves cum ex ovis pullos exclusérunt, pennis eos fovent, ne frigore lædantur.* Noster VIII. 4. 15. V. 4. 9.

61. *Sub tutela Romanæ mansuetudinis acquiescit* i. impetravit a Romanis suis legibus utendi potestatem. Sub magnis imperiis aliquanto certior, & fidelior solet esse securitas: quando mole sua ab exterorum concussionibus facilius defenduntur. Expressit id Cicero ad Q. Fratr. I. 1. *Illud Asia cogitet, nullam a se neque belli externi, neque discordiarum domesticarum calamitatem abfuturam,*

vam, si hoc imperio non teneretur. Comparat vero *mansuetudinem Romanorum* cum tyrannorum immanitate, qui Tyrios tantopere vexavere. Romani Tyrum deduxere coloniam, quæ sub Severo jus Italicum impetravit. Ulpian. de Censib. Digest. I. 15. *Sciendum est, esse quasdam colonias juris Italici, ut est in Syria Phœnice splendidissima Tyriorum colonia, undæ mihi origo est,* nobilis regionibus, serie seculorum antiquissima, armipotens, fœderis, quod cum Romanis percussit, tenacissima. *Huic enim divus Severus, & Imperator noster, ob egregiam in remp. imperiumque Romanum insignem fidem, jus Italicum dedit.* Phrasi Curtianæ similis est in Liv. XXXIV. 9. *Erant etiam eo tutiores, quod sub umbra Romanæ amicitiæ latebant.* V. *Freinshemium & Raderum.*

CAP. V.

ARGUMENTUM.

Statyram, conditionem a Dario scripto sibi delatam, repudiat, a Græcis coronam auream sibi missam accipit, multas regiones prætorum opera occupat Alexander.

IIsdem ferme diebus Darii literæ adlatæ sunt, tandem ut Regi [1] scriptæ. Petebat, *uti filiam suam*, Statyræ erat nomen, *nuptiis Alexander sibi adjungeret. Dotem fore omnem regionem inter Hellespontum, & Halyn* [2] *amnem sitam; inde Orientem spectanti-*

1

Ut Regi i. adscripto *Regis* titulo, quo prioribus literis illum dignatus non fuerat. IV. 1. 7.

2. *Halyn.* Strabo XII. 160. *Regio, intra Halyn quæ dicitur, continens ad Pontum, & Propontidem sitos, Paphlagones, Bithynos, Mysos, & Phrygiam Hellesponto, ut solent vocare, imminentem, cujus est etiam Troas.* Noster II. 7. IV. 11. 5. Herod. I. 57. *Imperium Medicum, & Lydium disterminabat fluvius Halys, qui ex Armeno monte profluens, primum Cilicas, dehinc Matienos, qui sunt ad dexteram, & Phrygas, qui sunt ad lævam: tum Boream adversus tendens, Syros, Cappadoces, Paphlagonesque interfluit: Cappadoces a dextra, Paphlagones a sinistra perstringens. Ita flumen Halys cuncta fere superiora Asiæ, a mari, quod Cypro objectum est, ad Euxinum usque pontum dirimit.* V. & Plin. VI. 2.

2 ctantibus 3 *contentum se fore. Si forte dubitaret, quod offerret, accipere; nunquam diu eodem vestigio stare* 4 *Fortunam; semperque homines, quantamcunque felicitatem*
3 *habeant, invidiam tamen sentire majorem. Vereri, ne se avium modo, quas naturalis levitas ageret ad sidera, inani ac puerili mentis adfectu efferret. Nihil difficilius esse, quam in illa ætate* 5 *tantam capere* 6 *fortunam.*
4 *Multas se adhuc reliquias habere, nec semper in angustiis posse deprehendi: transeundum esse Alexandro Euphratem, Tigrimque* 7 *& Araxem* 8, *& Hydaspem* 9, *magna munimenta regni sui. Veniendum in campos, ubi paucitate*
5 *suorum erubescendum sit. Mediam, Hyrcaniam, Bactra, & Indos Oceani accolas quando aditurum? vel Sogdianos, & Arachosios* 10, *nomine tantum notos, cæterasque gentes ad Caucasum* 11 *& Tanaim* 12 *pertinentes. Senescendum*
6 *fore tantum terrarum* 13 *vel sine prælio obeunti* 14. *Se vero ad ipsum* 15 *vocare desineret: namque illius exitio* 16 *esse*
7 *venturum.* Alexander iis illis, qui literas attulerant, respondit, *Darium sibi aliena promittere: quod totum amiserit, velle partiri. Doti sibi dari Lydiam, Ioniam, Aeoli-*

3. *Orientem spectantibus* i. vergentibus ad orientem, *leggen tegen over.* Infr. IV. 7. 18.

4. *Eodem vestigio stare* i. esse stabilem.

5. *Ætate* juvenili; annum enim agebat tertium vigesimum.

6. *Capere* i. æquo animo ferre, ut non efferaris.

7. *Tigrim* V. IV. 9. 16. V. 1. 13.

8. *Araxem* V. V. 7. 9.

9. *Hydaspes* fluvius est Indiæ, qui præterlabitur Nisam Indiæ urbem, unde *Nisæus* vocatur Lucano VIII. 227. *Qua rapidus Ganges, & qua Nisæus Hydaspes.* Committitur Acesini amni infr. IX. 4. 1. & recipitur ab Indo. V. *Plin.* VI. 20. *Diodor.* II. 37. *Arrian.* VI. 386.

10. *Arachosia* non longe abest ab Aria, & australibus montium partibus subjacet, & usque ad Indum flumen extenditur. *Arachosiam* oppidum quidam dixerunt a Semiramide conditum. V. *Strab.* XI. 129. *Plin.* VI. 13. *Salmas. Exerc. Plin.* 1175.

11. *Caucasum* V. VII. 3. 19. §. 40.

12. *Tanaim* V. VII. 7. 3. 5. 4.

13. *Tantum terrarum* i. tot terras. V. 5. 14.

14. *Obeunti* i. iter per illas facienti. Infr. V. 5. 14.

15. *Ipsum* Alexandrum. Concurrunt duo reciproca, proinde alterum in apodicticum, ne cogeretur dicere, *se ad se*, quod tamen natura loci, & reciproci postulabat, mutat. V. *Raderum.*

16. *Illius exitio* i. ad ipsius damnum. V. *Freinshemii Indicem.*

Aeolidem 17, *Hellesponti eram, victoriæ suæ præmia: leges autem a victoribus dici* 18, *accipi a victis. In utro statu ambo essent, si solus ignoraret, quamprimum Marte*
8 *decerneret. Se quoque, quum transisset mare, non Ciliciam, aut Lydiam, (quippe tanti belli exiguam hanc esse mercedem) sed Persepolin* 19 *caput* 20 *regni ejus, Bactra deinde, & Ecbatana* 21, *ultimique Orientis* 22 *oram imperio suo destinasse. Quocunque ille fugere potuisset, ipsum sequi posse: desineret terrere fluminibus, quem sciret maria* 23 *transisse.* Reges quidem invicem 24 hæc scri-
9 pserant. Sed Rhodii 25 urbem suam, portusque dedebant Alexandro. Ille *Ciliciam Socrati* tradiderat: Philota *regioni circa Tyrum* jusso præsidere. *Syriam*, quæ *Cœle* appellatur, Andromacho Parmenio tradiderat, bello, quod super erat, interfuturus. Rex 10
Hephæstione *Phœnicis oram classe* 26 *prætervehi* jusso, ad urbem Gazam 27 cum omnibus copiis venit. Iis- 11
dem fere diebus solenne 28 erat ludicrum Isthmiorum

17. *Aeolis* facta est regio Ioniæ proxima, ex quo ab Aeoliis incoli cœpit, ante *Mysia*, &, qua Hellespontum attingit, Trojanis possidentibus *Troas* fuit. V. *Mel.* I. 18, *Plin.* V. 30.

18. *Dici* i. ferri, scribi. Cæs. B. G. I. 36. 1. *Ad hæc Ariovistus respondit: Jus esse belli, ut, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent.*

19. *Persepolin*
20. *Caput* } V. V. 4. 33.
21. *Ecbatana.* V. V. 8. 1.

22. *Ultimi Orientis* i. interioris. Sic *ultimas ædes* dicit Terent. *Heaut.* V. 1. 29.

23. Pamphylium, & Phœnicium. V. *Raderum.*

24. *Invicem* i. data redditaque vice. Infr. VIII. 3. 14. VII. 6. 9. V. *Freinshemii Indicem.*

25. *Rhodos* insula & civitas est in mari Lycio, sita in promontorio versus ortum porrecto, dicta a puella, quam nomine *Rhodon* genuit Neptunus commixtus cum Halia Telchini sorore. Cujus puellæ amore Sol captus insulam ejus nomine dignatus est. *Rhodo* nunquam tanta nubila obducuntur, ut non aliqua hora Sol cernatur. Inde *clara Rhodos.* Horat. Od. I. 7. 1. & *tutela beata Solis* Priap. LXXVI. 8. V. & *Diodor.* V. 55. *Plin.* II. 62. *Mel.* II. 7.

26. *Classe*, adv. *te scheep.* Nep. Milt. 1. 4. *Classe Chersonesum profectus.*

27. *Gaza* distat a mari stadiis summum viginti, accessu quidem propter arenæ altitudinem difficillimo: ad hæc mare urbi propinquum limosum est. Urbs ipsa ampla, & in alto colle sita, vali-

rum [29], quod conventu [30] totius Græciæ celebratur. In eo concilio, ut sunt Græcorum temporaria [31] ingenia, decernunt, *ut duodecim legarentur ad Regem, qui ob res pro salute Græciæ, ac libertate* [32] *gestas*
12 *coronam auream donum victoriæ ferrent.* Iidem paulo ante incertę famæ captaverant auram [33], ut quocunque pendentes [34] animos tulisset fortuna, sequeren-
13 tur. Cæterum, non ipse modo Rex obibat [35] urbes, imperii jugum adhuc recusantes [36], sed prætores quoque ipsius, egregii duces, pleraque invaserant. Calas

validoque muro cincta est. Novissima porro incolitur ex Phœnice in Aegyptum eunti ad initium solitudinis posita. V. *Arrian.* II. 158. Ejus sit mentio sæpius & in Sacris: *Gen.* X 19. *Jud.* I. 18. XVI. 1. *Jos.* XIII. 3.

28. *Solenne* est, quod omnibus annis præstari debet. *Festus in sollo, & solenne.* Quomodo sit scribendum in Lexicis disputant *Vossius & Becmanus.*

29. *Isthmii* ludi vocati sunt ab loco, ubi celebrabantur, i. Isthmo Corinthiorum. Sacri fuerunt Neptuno, & Melicertæ. Melicertes enim puer una cum matre Ino de saxo Moluride in mare præceps datus, a Delphine exceptus, & in Isthmum Corinthiorum fuit delatus. Quem Sisyphus expositum cum inveniisset, contumulat avi, & hosæ ludos instituit. V. *Paschal. de Coron.* VI. 27. *Fabri Agon.* II. 23. *Mercur. Gymn.* I. 5.

30. *Conventus* est, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum. *Festus.*

31. *Temporaria* i. subita, calida, levia, & quæ a temporum mutatione pendent. Senec. Epist. 9. *Hæ sunt amicitiæ, quas populus appellat temporarias* i. temporibus aptas, & cum iis manentes, ac per euntes. V. *Loccenii Indicem: Lipsium in Senecam, & infr.* V. 3. 4.

32. *Libertate.* Summus enim belli imperator adversus Persas ab universa Græcia, exceptis Lacedæmoniis, ut Græciam a Persarum tyrannide in *libertatem* assereret, in Græcorum concilio in Peloponneso coacto, fuerat constitutus. V. *Arrian.* I. 3.

33. *Incertæ famæ auram* i. aliquid rumoris, cujus auctorem nescirent. *Aura* proprie ventus est lenior.

34. *Pendentes* i. dubios, incertos. Plaut. Trin. II. 1. 19. *Ubi illa pendentem ferit.* Inde *pendere animi* Ter. Heaut. IV. 4. 5. Cic. Fam. VIII. 5. & *suspensus* Virg. Aen. II. 114. IV. 9. Nosser VII. 2. III. 1. 17. Metaphora petita a servis, qui *pendentes* vapulabant.

35. *Obibat*, i. circumibat. *Ob* præpositio ponitur pro circum: ut cum dicimus urbem *obsideri, obsignari, obvallari.* Festus.

36. *Imperii jugum recusantes* i. imperium alienum ferre nolentes. Flor. IV. 12. 2. *Necdum assuetæ frenis servitutis tumidæ gen-

Calas Paphlagoniam, Antigonus Lycaoniam [37]: Balacrus [38] Idarne prætore Darii superato Mile- 14
tum [39] cepit: Amphoterus & Hegelochus centum & sexaginta navium classe insulas inter Achajam [40] atque Asiam in ditionem Alexandri redegerunt. Tenedum [41] quoque receptum, incolis ultro vocantibus. Statuerant & Chion occupare: sed Pharnaba- 15
zus Darii prætor, comprehensis, qui res ad Macedones trahebant; rursus Apollonidæ, & Athenagoræ, suarum partium viris, urbem cum modico præsidio militum tradit. Præfecti Alexandri in obsidione ur- 16
bis perseverabant; non tam suis viribus [42], quam ipsorum, qui obsidebantur, voluntate. Nec fefellit opinio. Namque inter Apollonidem, & duces militum [43] orta seditio [44], inrumpendi in urbem occa-

gentium inflataque cervices ab impositio nuper jugo resiliebant.

37. *Lycaonia* regio est minoris Asiæ, vicina Gallo-Græcis, & Phrygibus. V. *Strab.* II. 232. *Mel.* I. 2.

38. *Balacrus.* V. IV. 13, 28.

39. *Miletum* urbem Ioniæ. V. *Mel.* I. 17. *Strab.* XIV. 324. *Hesych. p.* 111. 641. Ejus expugnationem tradunt *Diodor.* XVII. 22. *Arrian.* I. 53.

40. *Achajæ* nomine vocatur omnis regio Peloponnesi inter Elidem sita, & Sicyonem, ad mare orientem versus protensa. Antiquitus *Aegiala* fuerat appellata. V. *Lauremb. Ant. Græc. p.* 34. *Crag. Rep. Lac.* I. 3. *Emm. Vet. Græc.* II. 26.

41. *Tenedos* est insula, & urbs cum portu in conspectu Trojæ, Sigæis adversa littoribus. Antea fuit dicta *Leucophrys.* Ejus incolæ illam nominarunt de nomine *Tenni*, qui filius fuit Cycni, nepos Neptuni. Cujus desiderio tacta noverca Phylonome, seu, ut alii volunt, Peribœa, sermone cum illo de stupro collato rejecta insimulavit eum apud patrem. Qui credulus inclusum in capsam quandam filium projecit in mare. Sed Neptunus innocenti nepoti tulit opem, & delata est capsa in insulam Leucophryn: quam cum incolæ aperuissent, remque cognovissent, non tantum *Tenno* regnum detulerunt, sed etiam de nomine ipsius insulam *Tenedon* nominarunt. V. *Virg. Aen.* II. 21. & ad illum *Servium. Cicer. Verr.* II. *Mel.* II. 7. *Plin.* V. 31. *Muret. V. L.* I. 12. Intelligitur oppidum, & dicitur, ut Virg. Aen. V. 122. *Centauro invehitur magna.* V. *Freinshemium.*

42. *Suis viribus.* Præsidium enim insulæ validum erat, & denarratur *n.* 18.

43. *Militum* n. præsidiariorum, qui præsidio præerant, ut Apollonides popularibus suis. Nam ita sæpe evenit, ut oriatur

17 occasionem [45] dedit. Quumque porta effracta cohors Macedonum intrasset; oppidani [46], olim consilio proditionis agitato [47], adgregant [48] se Amphotero & Hegelocho, Persarumque præsidio cæso, Pharnabazus cum Apollonide, & Athenagora vincti
18 traduntur [49]. Duodecim triremes cum suo milite ac remige; præter eas triginta naves [50], & piratici lembi [51] Græcorumque tria millia a Persis mercede conducta. His in supplementum [52] copiarum suarum distributis, piratisque supplicio affectis: captivos remiges adjecere classi suæ. Forte Aristonicus,
19 Methymnæorum [53] Tyrannus [54], cum piraticis navibus, ignarus omnium, quæ ad Chium acta erant, prima

dissidium inter principes civitatis, & militum præsidiariorum duces Quo pertinet exemplum Palæpolitanorum apud Liv. VIII. 25. V. *Freinshemium.*

44. *Seditio.* V. VII. 1. 4.

45. *Occasio* est pars temporis, habens in se alicujus rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. V. *Cicer. de Invent.* 1. Noster VI. 8. 4.

46. *Oppidani* i. qui sunt in *oppido.* Nep. Milt. VII. 3. *Cujus flamma ut ab oppidanis, & oppugnatoribus est visa.* Noster IV. 6. 9. v. 1. 23: 3. 11.

47. *Agitato.* V. V. 8. 10.

48. *Adgregant* i. jungunt. Infr. IV. 15. 9.

49. *Traduntur vincti*, excepto Pharnabazo, qui in Con insulam clam custodibus aufugit. V. *Arrian.* III. 158.

50. *Naves*, alterius generis, non triremes: ut exempli causa apud Diodor. XVIII. 4. *Sunt naves longæ triremibus grandiores.* V. *Freinshemium.*

51. *Lembi* naviculæ breves sunt, & piscatoriæ: illos invenerunt Cyrenæi. Fuisse etiam in navigiis prædonum præter Curtium docet Sidonius Apollinaris VII. 374.

Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle salum sulcare Berinnum
Ludus, & assuto glaucum mare findere lembo.

A celeritate cursus, qui in prædatione necessarius, etiam *dromo* vocabatur. V. *Scheffer. Mil. Nav.* I. 3: II. 2. *Demster. A. R.* VII. 32.

52. *Supplementum*, rekruyten. Infr. V. 7. 12. VI. 6. 35.

53. *Methymna* urbs est Lesbiorum. V. *Strab.* XIII. 296.

54. *Tyranni* & habentur, & dicuntur omnes, qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quæ libertate usa est. Inde Militiades *tyrannus* appellatus, sed justus, ut qui non vi erat consequutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinuerat. *Nep. Milt.* VIII. 3. *Phædr.* I. 3. 5-8. Unde regem significat Virg. Aen. VII. 266.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Sed prodeuntibus temporibus in malam partem significare cœpit, ut *Iairo, magus*, alia.

55. *Claustrum* est omne id, quo quid clauditur. Sic *Lucrino addita claustra* Virg. Georg. II. 161. & *portarum claustra* VIII. 185. quibus Lucrini portus, & templa claudebantur. Noster *claustra perdomitorum*, quo perdomiti, ut Cicero pro Flacco, tanquam claustro continentur. VII. 6. 13. Inde *objicitur claustrum*, i. portus clauditur, n. 21.

56. *Successit* i. accessit. Flor. IV. 9. 6. *Passus est hostem castris succedere.* Vir. Aen. IV. 10.

Quis novus hic nostris successit sedibus hospes?

57. *Custodibus* i. illis, qui portus claustra servant, *vigiles* dicuntur n. 21.

prima vigilia ad portus claustra [55] successit [56]: interrogatusque a custodibus [57], *quis esset? Aristonicum ad Pharnabazum venire* respondit. Illi *Pharnabazum quidem jam quiescere*, [58], *& non posse tum adiri; cæterum patere socio, atque hospiti portum, & postero die Pharnabazi copiam fore* [59] adfirmant. Nec dubitavit Aristonicus primus intrare: sequuti sunt ducem piratici 21
lembi: ac dum adplicant [60] navigia crepidini [61] portus, objicitur [62] a vigilibus claustrum; & qui proximi excubabant, ab iisdem excitantur: nulloque ex his auso repugnare, omnibus catenæ injectæ sunt. Amphotero deinde Hegelochoque traduntur. Hinc Macedones transiere Mitylenem [63], quam 22
Chares Athenienses nuper occupatam, duorum millium Persarum præsidio tenebat: sed quum obsidionem tolerare [64] non posset; urbe tradita pactus, *ut*

in

58. *Quiescere* i. dormire. Nep. Alcib. X. 4. *Ligna contulerunt circa domum stramineam, in qua quiescebat.* Noster VII. 11. 18.

59 *Copiam fore*, souden konnen voor hem koomen.

60. *Adplicare*, quoties de nauticis rebus dicitur, idem fere est, quod appellere. Donat. Andr. v. 4. 21. *Applicat proprie de naufrago in litus ejecto, atque egenti.* V. & *Freinshemii Indicem.*

61. *Crepido* est ora terræ, quam alluit aqua. V. *Scholiast. Juven.* v. 8. Noster v. 1. 28.

62. *Objicitur* a tergo, ne regredi possit. *Raderus.*

63. *Mitylene* urbs fuit Lesbi, condita ab Aeoliis Græcia profectis. *Patere.* 1. 3. Inter octo Lesbi urbes fuit nobilissima, unde *pulcram Mitylenen* vocat Horat. Epist. I. 11. 17. V. & *Muret. V. L.* IX. 16.

64. *Tolerare*, uytstaan. *pati* IV. 2. 11.

incolumi 65 *abire liceret*, Imbrum 66 petit: deditis Macedones pepercerunt.

65. *Incolume* i. salvo, integro. *Colume*, & *incolume* dicitur proprie ædificium, cui jam impositum est tectum, quod *culmis*, sive *calamis*, ut olim, ita & hodie a rusticis absolvitur, unde *culmen* pro tecto Virg. Ecl. 1. 83.

66. *Imbros* civitas est, & insula in mari Aegæo prope Thraciam. V. *Mel.* II. 7. De hac Ovid. Trist. I. 9. 78.

Venimus in portus, Imbria terra, tuos.

CAP. VI.

ARGUMENTUM.

Bactrianis etiam evocatis bellum reparat Darius, sed Gaza expugnata Betin prætorem ultimo afficit supplicio Alexander.

1 DArius desperata pace, quam per literas legatosque impetrari posse crediderat; ad reparandas vires, bellumque impigre renovan-
2 dum intendit animum 1. *Duces ergo copiarum Babyloniam convenire; Bessum* 2 *quoque Bactrianorum prætorem, quam maximo posset exercitu coacto, descendere* 3 *ad*
3 *se* jubet. Sunt autem Bactriani inter illas gentes promptissimi 4; horridis 5 ingeniis, multumque a Per-

INtendit animum. Ita Tacit. Ann. II. 61. 1. *Cæterum Germanicus aliis quoque miraculis intendit animum.* V. III. 121. §. 123.

2. *Bessum* descendere, licet proditionis suspectum, jussit Darius, quia absens magis timebatur, quam præsens, &, præsens si quid moliretur, severius coerceri poterat, quam absens, Rege tam occupato. V. *Raderum.*

3. *Descensus* vocatur profectio ad mare, ut a mari *adscensus*, quia mediterranea loca altiora sunt mari V. *Freinshemium* ad X. 2. 17.

4. *Promptissimi* i. valde expediti, parati. Cic. Verr. 1. *Quo paratior ad usum forensem, promptiorque esse possim.* Noster V. 1. 18.

5. *Horridis* i. incultis. Non. V. 7. *Horridum plerumque exstans, & prominens, & incultum. Virg. Aen.* IV. 251. *Et glacie riget horrida barba.* Proprie *horret* ager, qui multis fruticibus est obsitus, & asper. Virg. Aen. XI. 602. *Tum late ferreus hastis Horret ager.*

6. *Scytharum.* V. VI. 2. 13.

7. *Errant.* V. V. 6. 15.

8. *Æquo* i. contento, quieto. *Æquo animo ferre*, non repugnare, patienter ferre. Terent. And. V. 4. 18. *Non tu tuum malum æquo animo feres?* Noster IV. 14. 23. VI. 8. 7. V. 9. 12.

9. *Secundo* a rege, quia affectabat supremum sive ipsum regnum.

10. *Adfectaret* i. *adfectu*, & desiderio ferretur. Flor. II. 2. 3. *Affectabat ut Romanus, ita Pœnus Siciliam.* Festus: *Adfectare est pronum animum ad faciendum habere.* Noster IV. 14. 21. X. 10. 14.

11. *Vestigans* i. per *vestigia* quasi quærens. Plaut. Trucul. II. 4. 54. *Puerum vestigat clanculum.* Noster VI. 5. 19.

Persarum luxu abhorrentibus, siti haud procul Scytharum 6 bellicosissima gente, & rapto vivere adsueta: semperque in armis errant 7. Sed Bessus 4
suspecta perfidia, haud sane æquo 8 animo in secundo 9, se continens gradu, Regem terrebat. Nam, quum regnum adfectaret 10; proditio, qua sola id adsequi poterat, timebatur. Cæterum Alexander, 5
quam regionem Darius petisset, omni cura vestigans 11, tamen explorare non poterat: more quodam Persarum 12, arcana regum mira celantium fide. Non metus, non spes elicit 13 vocem, qua 6
prodantur occulta. Vetus disciplina regum silentium vitæ periculo 14 sanxerat 15. Lingua gravius castigatur, quam ullum probrum: Nec magnam rem sustineri 16 posse credunt ab eo, cui tacere

12. *More Persarum*, de quo Marcellin. XXI. 211. *Speculatores vero & transfugæ subinde venientes repugnantia prodebant: ideo futurorum incerti, quod apud Persas nemo consiliorum est conscius, præter optimates taciturnos, & fidos, apud quos Silentii quoque colitur numen.* V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 25.

13. *Elicere*, & *ejicere* vocem veteres dicebant. Illud calliditatem, hoc acrimoniam, ardorem & πάθος indicat. Ita Ovidius, cum a Jano responsa captaret, & *eliceret* Fast. I. 256.

Voce mea voces eliciente Dei.

V. *Gifan. Collect. in Lucretium.*

14. *Vitæ periculo*, op lijs straffe.

15. *Sanxerat* i. sanctum reddiderat, confirmaverat. V. III. 8. 5. §. 6.

16. *Sustineri* i. agi, administrari. *Sustinet* rem, aut negotium, qui recte administrandis suffi-

re grave [17] sit; quod homini facillimum voluerit
7 esse natura. Ob hanc causam Alexander omnium, quæ apud hostem gererentur, ignarus, urbem Gazam obsidebat. Præerat ei Betis [18], eximiæ in Regem suum fidei; modicoque præsidio [19] muros
8 ingentis operis [20] tuebatur. Alexander æstimato [21] locorum situ, *agi* [22] *cuniculos* [23] jussit, facili [24] ac levi humo acceptante occultum opus: quippe multam arenam vicinum mare evomit [25]: nec laxa, cotesque [26], quæ interpellent [27] specus [28], obstabant. Igitur

sufficit, & oneri ferendo par est. Horat. Epist. II. I. 1.

Cum tot sustineas, & tanta negotia solus.

V. *Freinshemii Indicem*: *Rutgers. V. L.* III. 4. *Gronov. Observ.* II. 8.

17. *Grave* i. difficile.

18. *Betis.* Josephus vocat *Babemesem* Ant. Jud. XI. 8. *Constitutis in Tyro rebus Gazam profectus, in eo Babemesem Persici præsidii præfectum obsedit.* Arrian. II. 150. *Eunuchum* fuisse dicit.

19. *Modico præsidio.* Arrian. II. 150. *Mercenariis Arabibus conductis, multoque antea frumento collecto, quod diuturnæ obsidioni ferendæ sufficeret, fretus etiam munitione oppidi, quippe quod vi capi non posset, Alexandrum urbe nequaquam recipere statuerat.*

20. *Operis* i. munitionis. Nep. Them. VI. 5. *Interim omnes servi, atque liberi opus facerent.* Noster V. I. 16.

21. *Æstimato* i. *perpenso. Æstimare* proprie est rei pretium statuere. Ascon. Verr. III. *Pretium pro frumento æstimatio dicitur, & æstimatum frumentum.*

22. *Agere* cuniculos dixit & Cæsar B. G. III. 21. *Cuniculis ad aggerem, vineasque actis.* V. IV. 2. 8.

23. *Cuniculum* vocant genus oppugnationis subterraneum, atque secretum a leporibus i. *cuniculis*, qui cavernas sub terris fodiunt, ibique conduntur Martial. XIII. 60.

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris:
Monstravit tacitas hostibus ille vias.

Inventum fuit mechanici cujusdam, cum Rhodiorum civitas oppugnaretur. *Fundamina effossi campi* Claudian. de rapt. Proserp. II. 164. V. *Veget.* IV. 20. & 24. & ad illum *Stewechium*: *Lipsius Poliorc.* V. 6.

24. *Facili* i. molli, cedente. Ita *facile lutum* apud Tibull. I. 1. 17. interpretatur *Muret. V. L.* III. 18.

25. *Evomit.* Ita Virg. Aen. VIII. 253. *evomere fumum* qui Aen. III. 575. & Justin. IV. 1. 4. *flammas, vaporem, fumum, scopulos, & avulsa viscera montis eructare.*

26. *Cotes.* Quanta fuerit affinitas soni inter *au* & *o* infinita sunt prope, quæ arguant. Dio notat *Claudium* aliis dictum, qui semper apud Ciceronem *Clodius*: idem

Igitur ab ea parte, quam oppidani conspicere non 9
possent, opus orsus; ut a sensu ejus averteret [29], *turres muris admoveri* jubet. Sed eadem humus movendis [30] inutilis turribus, desidente [31] sabulo [32] agilitatem [33] rotarum morabatur, & tabulata turrium perfringebat; multique vulnerabantur impune, quum idem recipiendis, qui admovendis turribus labor, eos fatigaret. Ergo receptui [34] signo da- 10
to, *postero die muros corona* [35] *circumdari* jussit. Ortoque

idem observat & Scholiastes Juvenalis ad sextam. Dixere & *cotes* pro *cautes*. Ita noster IV. 3. 7. VI. 6. 16. VIII. 11. 23. *Cautes* est saxum asperum & abruptum. V. *Isid.* XVI. 3. *Casaub. Sueton. Vespas.* c. 22.

27. *Interpellent* i. fieri impediant. *Interpellatur* enim, cui interceditur, aut quod continuatum abrumpitur. Cic. Attic. I. 16. *Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat.*

28. *Specus* i. cuniculos. Per *specum* ducere aquas species est ducendi per opertum, & occultum, ut recte dixeris, *specum* parum, aut nihil distare a cuniculo. Cic. Attic. XV. 25. *Is me paucos specus, & eos quidem subterraneos*, &c. Vitruv. VIII. 1. *Si caput erit aquæ inventum, plures sunt circa fodiendi putei, & per specus in unum locum omnes conducendi* i. meatus, derivacula subterranea. Noster VIII. 2. 21. XI. 8. 13. V. *Cujac. Observ.* XVI. 17.

29. *A sensu averteret.* Ita Liv. IV. 22. *Diversissimis locis subeundo ad mœnia quadrisariam diviso exercitu, qui alii aliis succederent ad pugnam, continenti die ac nocte prælio, ab sensu operis hostes avertebat.*

30. *Movendis* i. rotandis, vertendis.

31. *Desidente* i. subsidente, turrium molibus cedente. Cuniculos egere in arenis hoc modo: arenas altius effodere, donec ad solidam glebam descenderetur, quæ tamen ipsa ex arena, sed concreta jam, & longo ævo durata constabat. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*, & *Lipsium Poliorc.* II. 4.

32. *Sabulo* i. arena. *Sabulum* arena est minuta, & tenuis, hinc inde sparsa, & quasi seminata. *gruys. Sabulonem* g. m. dicit *Vitruv. Archit.* II. 3. VIII. I.

33. *Agilitatem* i. facilem motum, circumgyrationem. *Agilem, celerem ab agendo* Non. I. 284. *Agilem actio facit.* Fronto. *Fervidas rotas* dicit Horat. Od. I. 1. 4.

34. *Receptui*, datmen sal af marcheeren. *Receptui* signum datur, dum milites a pugna revocantur, ut se in sua recipiant. Cæs. B. G. VII. 47. 1. *Consequutus id, quod animo proposuerat, Cæsar receptui cani jussit.* Noster V. 3. 23. VIII. 11. 17.

35. *Corona* primum usi sunt ad oppugnationem subitam, quæ est, cum impetu, nec circumvallatione incurrunt. Ita solent

ad

toque Sole, priusquam admoveret exercitum; opem
11 Deum expoſcens, ſacrum patrio more [36] faciebat. Forte prætervolans corvus [37] glebam [38], quam unguibus ferebat, ſubito amiſit [39]; quæ, quum Regis capiti [40] incidiſſet, reſoluta defluxit [41]: ipſa autem avis in proxima turre conpedit [42]. Inlita erat turris bitumine ac ſulphure: in qua, alis hærentibus [43], fruſtra ſe adle-
12 vare conatus [44] a circumſtantibus capitur. Digna res viſa, de qua vates conſulerentur [45]: & erat non intactus ea ſuperſtitione mentis. Ergo Ariſtander, cui maxima fides habebatur [46], *urbis quidem excidium augurio* [47] *illo portendi; cæterum, periculum eſſe*, inquit, *ne Rex vulnus acciperet.* Itaque monuit, *ne quid illo die in-*

ad terrendum, aut claudendum, ſed & ad diſtinendum. Sæpe occurrit *corona cingere urbem, corona capere, expugnare.* V. *Lipſ. Poliorc.* I. 4. Noſter VII. 6. 16. & 19. IX. 1. 14. 4.

37. *Corvus.* Plutarch. Alex. f. 248. *avis quædam ex alto demiſſa.* Arrian. II. 151. *avis quædam ex eo genere, quæ carnibus adſueſcunt.*

38. *Glebam*, & Plutarchus, *een kluyt*, ſed *lapidem* Arrianus.

39. *Amiſit* i. emiſit. Plaut. Aul. II. 4. 24. *Ne quid animæ forte amittat dormiens.* Noſter IX. 2. 26.

40. *Capiti*, & Arrianus, ſed *humero* Plutarchus.

41. *Reſoluta defluxit*, is van malkanderen gegaan. Virg. Georg. I. 44.

Liquitur, & zephyro putri ſe gleba reſolvit.

42. *Conſedit* i. eo ſe demiſit, ibi requievit. V. *Freinshemii Indicem.*

43. *Alis hærentibus.* Plutarchus: *Inter funium nodos, incauta complicatur.*

44. *Conatus.* Solent ſæpe veteres nomini in orationis ſerie collocato adjicere aliud genere non reſpondens; ſed aliud potius, quod quidem vi, & notione cum illo conveniat, genere non item. Varro R. R. I. 12. *Sin cogare ſecundum flumen ædificare: curandum ne adverſus eum ponas. Eum* n. fluvium. & tamen in orationis ſerie expreſſum eſt flumen. V. *Giſan. Conlect. Lucret. p.* 342.

45. *Conſulerentur* i. interrogarentur. *Conſuli* dicuntur vates. Virg. Georg. III. 492.

Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates.

46. *Maxima fides habebatur* i. maxime credebatur. Obſerva ſtudioſe elegantiæ: aliud eſſe *fidem habere, & adhibere. Adhibere fidem* fidelitatem dicimus. *Habere fidem* alicui eſt credere. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium in Indice.*

47. *Augurium* eſt exquiſita Deorum voluntas per conſultationem avium, aut ſignorum. V. *Serv. Aen.* II. 703. Licet enim proprie ſit

inciperet. Ille quanquam unam urbem ſibi, quo minus ſecurus Aegyptum intraret, obſtare ægre ferebat; tamen paruit vati, ſignumque receptui dedit. Hinc animus crevit obſeſſis [48]: egreſſique porta recedentibus inferunt ſigna [49], cunctationem hoſtium fore ſuam occaſionem rati. Sed acrius, quam con- 14
ſtantius [50], prælium inierunt: quippe, ut Macedonum ſigna circumagi [51] videre, repente ſiſtunt gradum. Jamque ad Regem præliantium clamor pervenerat; quum denuntiati [52] periculi haud ſane memor, loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus ſumpſit; & ad prima ſigna pervenit. Quo conſpecto Arabs quidam Darii miles, majus 15
fortuna ſua facinus auſus; clypeo gladium tegens, quaſi transfuga genibus Regis advolvitur [53]. Ille *adſurgere ſupplicem, recipique inter ſuos* juſſit. At gladio 16
barbarus ſtrenue in dextram translato, cervicem adpetit regis: qui exigua corporis declinatione [54] evitato ictu, in vanum manum barbari lapſam [55] amputat

ſit avium, unde Iſidor. VIII. 9. quaſi *avigarrium* dicitur, transfertur tamen etiam ad alia. Ita *ſtellam*, quæ *facem ducens multa cum luce cucurrit, augurium* vocat Anchiſes *Aen.* III. 703.

48. *Crevit obſeſſis*, ratis deſperatione occupandæ urbis recedere Macedones, eoque veluti victoribus auſis erumpere. V. *Raderum.*

49. *Recedentibus inferunt ſigna* i. adducunt exercitum in recedentes. Flor. IV. 1. 8. *Signa illaturus urbi.* I. 22. 3. *Inferentem ſigna filium mater exarmavit.* Dicuntur *ſigna* de ipſis exercitibus, & eorum actionibus, quia *ſigna* militaribus cohortes & legiones diſtinguebantur.

50. *Acrius quam conſtantius* i. primo quidem impetu valido; ſed cito remittente ardore. V. *Freinhemii Indicem.*

51. *Circumagi* i. converti, ut Flor. II. 17. 12. *Non prius ſigna convertit, quam &c.*

52. *Denuntiati* i. prædicti ab Ariſtandro.

53. *Genibus advolvitur* i. ad genua procumbit. Prop. III. 15. 1.

Nunc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris.

Supplicum hunc ritum V. apud *Briſſon. Form.* I. 40.

54. *Declinatione* i. flexu. Cic. Catil. I. *Tuas petitiones parva quadam declinatione, & ut ajunt, corpore effugi.* Noſter VII. 4. 36. IX. 7. 21.

55. *In vanum lapſam* i. ictu ſuo fruſtratam. Si fide dignus Hegeſias Magnes, nec manum amputavit,

amputat gladio [56], denunciato in illum diem pericu-
17 lo, ut arbitrabatur ipse, defunctus. Sed, ut opi-
nor, inevitabile est fatum: Quippe, dum inter pri-
18 mores [57] promtius dimicat, sagitta ictus est [58]:
quam per loricam adactam [59] stantem in humero [60]
medicus ejus Philippus evellit. Plurimus deinde
sanguis manare cœpit; omnibus territis, quia nun-
quam tam alte penetrasse telum, lorica obstante,
cognoverant. Ipse ne oris quidem colore mutato,
supprimi [61] sanguinem, & vulnus obligari jussit.
19 Diu ante ipsa signa, vel dissimulato, vel victo do-
lore perstiterat [62], cum suppressus paulo ante san-
guis medicamento, manare latius cœpit: & vulnus,
quod recens adhuc dolorem non moverat, frigente
20 sanguine intumuit [63]. Linqui deinde animo [64], & sub-
mitti genu [65] cœpit: quum proximi exceptum [66] in

putavit, nec in vanum lapsam. Sic enim ille: *Vir quidam ex hostium numero in genua subsidens, fidem fecit Alexandro supplicandi animo id egisse. Eum ergo admittens propius, vix declinavit gladium, quem transfuga sub ipsas loricæ pinnulas intulerat, ut non acciperet lethale vulnus. Sed eum quidem impacta in caput machæra ipse Rex interemit.* V. *Freinshemium.*

56. *Gladio*, cum temperatura, tum levitate mirando, quem ab Cypriorum rege dono susceperat. V. *Plutarch. Alex. f.* 249. b.

57. *Primores* i. primos ut n. 24. Ita Lucret. VI. 1019. *primoribus ex elementis.* Gell. N. A. X. 1. *primoribus literis.* 19. *in primori pueritia.*

58. *Sagitta.* Arrian. II. 152. *Scuto, ac thorace catapulta trajecto, in humero vulnus accepit.*

59. *Adactam* i. penitus infixam. Justin. I. 9. 22. *Vel per suum corpus adigi mago ferrum jussit.* Noster IX. 5. 24.

60. *Humero.* Plutarch. de Fort. Alex. 1. *in malleolo pedis.*

61. *Supprimi*, stillen.

62. *Perstiterat*, doorstaan. Infr. VIII. 6. 19. Ita *persedere* Sueton. Claud. c. 34.

63. *Intumuit*, is opgeloopen, is geswollen. Infr. VI. 11. 17. Ita *intumescit vox*, quæ augetur Tacit. Germ. III. 2. & *mare intumescere* Nostro IX. 9. 10. quod & *detumescere* dicitur Stat. Theb. V. 468.

64. *Linqui animo*, in onmacht vallen: *deficere* VI. 9. 33. VII. 4. 19: 9. 14.

65. *Submitti genu*, in de knyen sinkken. Lucret. I. 92. *Terram genibus submissa petebat.* V. *Rutgers. V. L.* III. 4. *Gronov. Observ.* II. 8.

66. *Exceptum.* Virg. Aen. III. 317.

Heu,

in castra receperunt. Et Betis interfectum ratus
urbem ovans [67] victoria repetit. At Alexander non- 21
dum percurato [68] vulnere, aggerem [69], quo mœ-
nium altitudinem æquaret [70], exstruxit; & *pluribus*
cuniculis muros subrui jussit. Oppidani ad pristinum 22
fastigium murorum novum exstruere munimen-
tum [71]: sed ne id quidem turres aggeri impositas
æquare poterat. Itaque interiora quoque urbis [72] in-
festa [73] telis erant. Ultima pestis urbis fuit cuniculo 23
[73] subrutus murus; per cujus ruinas hostis intravit.
Ducebat ipse Rex antesignanos [74]; & dum incautius
subit, saxo crus ejus adfligitur [75]. Innixus tamen te- 24
lo,

Heu, quis te casus dejectam conjuge tanto
Excipit.

Ubi Servius: *Signate loquutus est, quia dejectam dixerat: excipiuntur enim, quæ cadunt.*

67. *Ovans* i. exsultans, lætus. Festus: *Ovantes, lætantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata o litera.*

68. *Percurato* i. perfecte curato, sanato. Liv. XXI. 57. *Vix dum satis percurato vulnere.* Plin. XXIV. 15. *Strumas imposita ad suppurationem perducunt, deinde axungia adjecta percurant. Ad sanum coire* Prop. III. 22. 19. Noster VII. 6. 23.

69. *Aggere* fuit terreus quidam, & alia materie mixta, mons & elevatio, quem paulatim versus urbem producebant, & attollebant, ut ex alto pugnarent, & turres ibi constituerent, & tormenta. *een schanse.* V. Lipsi. Poliorc. II. 3.

70. *Mœnium altitudinem æquaret* i. quam alta essent mœnia, redderet altum. Ita IV. 2. 29. VIII. 10. 31. V. I. 32.

71. *Munimentum* i. aggerem, quem in ipsis muris oppositum Regis aggeri. V. *Lipsi. Poliorc.* V. 6.

72. *Interiora urbis*, het midden inde stadt. Cic. pro Sext. *In interiore ædium parte.* Noster V. 6. 12. IV. 7. 5: 8. 3: 9. 1.

73. *Infesta* i. non tuta, infestata. Virg. Cir. V. 111.

Fecerat infestam populator remige Minos.

V. *Barth.* XXII. 9.

74. *Antesignanos* appellarunt totum agmen primum, & ipsi hastati videntur sic dictinon quod ante omnia signa (sua enim habebant) sed quia ante præcipua essent, aquilam & triariorum, quæ legionis, & cohortium prima erant. *Lipsi. Mil. Rom.* IV. 3.

75. *Adfligitur* i. læditur, vulneratur. Tacit. Ann. IV. 45. 4. *Proripuit se custodibus, saxoque caput adfixit, ut statim exanimaretur.* Noster IX. 5. 10. Proprie *adfligi* est in terram dari. Cæs. B. G. VI. 27. *Aices, si quo adflictæ casu conciderunt, erigere seje, aut sublevare non possunt.*

lo[76], nondum prioris vulneris obducta cicatrice[77], inter primores dimicat: ira quoque accensus, quod
25 duo in obsidione urbis ejus acceperat vulnera. Betim egregia edita pugna[78], multisque vulneribus confectum deseruerant sui: nec tamen segnius prælium capessebat, lubricis[79] armis suo pariter, at-
26 que hostium sanguine. Sed quum undique *** [80] adducto[81], insolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutis etiam in hoste mirator, *Non, ut voluisti*, inquit, *morieris, Beti: sed quicquid tormentorum*[82] *in*
27 *captivum inveniri potest*[83], *passurum esse te cogita.* Ille non interrito modo, sed contumaci[84] quoque vultu intuens Regem, nullam ad minas ejus reddit vocem.

76. *Telum* non semper missile significat, sed & gladium. Virg. IX. 747.

At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies.

Ubi Servius: *Telum, gladium dixit a longitudine. Telum autem pro gladio posuisse illud significat, quod infert v. 749. consurgit in ensem.* Cicer. ad Herenn. I. *Ajax in sylva postquam resipuit, quæ fecisset per insaniam, gladio incubuit. Ulysses intervenit, occisum conspicatur, e corpore cruentum telum eduxit.*

77. *Obducta cicatrice*, de wonde was noch niet geheelt. Infr. VII. 9. 11. IX. 6. 1. 8. 27. Senec. Epist. 2. *Non venit vulnus ad cicatricem. Cicatrix vestigium vulneris, aut ulceris.* V. *Isid.* IV. 8. Inde *cicatricare, cicatricem inducere* apud *Festum.*

78. *Edita*, gelevert hebbende. Cicer. Attic. XI. 13. *Dii immortales, quas ego pugnas, quas strages edidi?* VI. 2. 37. IX. 1. 16.

79. *Lubricum.* Serv. Aen. II. 474. *Lubricum dicitur, & quod labitur, dum tenetur, ut piscis: & in quo labimur. Virg. Aen.* V. 335. *per lubrica surgens.* Inde *lubricare* Juven. XI. 173. est *lubricum* efficere. Noster VI. 1. 10.

80. ***. Credo deesse quædam, ut multis hujus historiæ locis. Sensus facile expleri potest: *Unus omnium telis peteretur, ad postremum exhaustis viribus, vivus in potestatem hostium pervenit: quoad Regem.*

81. *Adducto* a Leonnato & Philota. V. *Freinshemium.*

82. *Tormentorum* i. supplicium, cruciatum. Cic. pro Mil. *cogi tormentis ad confitendum.* Prop. III. 3. 31.

Sub terris sint jura Deum, & tormenta gigantum.

83. *Inveniri* i. excogitari. Terent. III. 1. 63.

Idem hoc tute melius quanto inveniés, Thraso.

84. *Contumacia* est injuria profecta ab animo, qui fastu tumeat, ac turgeat, qua superioribus quis reluctatur, *halsstarrigheit.* Cicer. ad Herenn. IV. *In superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus, in inferiores crudelis.* Noster VI. 8. 3.

cem. Tum Alexander; *Videtisne obstinatum*[85] *ad* 28
tacendum? inquit: *num genu posuit*[86]? *num supplicem vocem misit? Vincam tamen silentium, & si nihil, aliud*[87], *certe gemitu interpolabo*[88]. Ira deinde vertit in ra- 29
biem[89]. jam tum peregrinos ritus[90] nova subeunte fortuna. Per talos enim spirantis[91] lora trajecta[92] sunt: religatumque[93] ad currum traxere circa urbem

85. *Obstinatum* i. constantem, perseverantem. Donat. And. I. 5. 8. *Obstinare facere est aliquid in alterius malum cum conatu facere perseveranter, & in alterius perniciem nimis niti.* Ita *obstinatam mentem* Cat. VIII. 11. *obstinatam frontem* Firmic. Astron. VIII. *Obstinatum animum* Noster VII. 7. 21. VIII. 1. 30.

86. *Genu posuit*, heeft hy een voetval gedaan? Senec. Suasor. 1. *Quæ tam feræ gentes fuerunt, quæ non Alexandrum posito genu adorarint?* Noster VIII. 7. 13. V. *Freinshemii Indicem.*

87. *Et si nihil aliud.* Hellenismus: εἰ δὲ μηδὲν ἄλλο. Arrian. Epict. I. 2. εἰ μηδὲν ἄλλο, μὴ ὀλίγῳ ἄυτὴν πολήσεις. Petron. c. 74. *Et si nihil aliud, certe diutius junctos mare nos feret.* V. *Loccenium.*

88. *Interpolabo* i. interjungam, interstinguam. Senec. Epist. 47. *Magno malo nulla voce interpellatum silentium luitur.* Noster VI. 2. 5. *Interpolare* est novam formam e vetere fingere, in aliam formam mutare, ut ipsum corpus maneat. Plaut. Most. I. 3. 105. *Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum.*

Quod translatum est vel ab arte fullonica, ut *Non.* I. 145. vel a tectorio, ut *Guther. de jur. man.* II. 28. V. *Modium Novant. Epist.* 58. *Gronov. Observ.* III. 22.

89. *Ira vertit in rabiem* i. *in rabiem ira pervenit*, X. 4. 2. *Vertit* pro *vertitur* usurpatum Curtio. Ita Rutilius Lupus II. *Quum ab ea sententia, quam proposuimus, convertimus ad aliquam personam.* Priscianus:

Marmaridæ post hos Ægyptiæ ad flumina vertunt.

V. *Barth. in Claudian. Honor. Consul.* IV. 243. & ex illo *Freinshemium. Vechn. Hellen.* I. 6. & illi laudatos *Lipsium*, & *Sciopium.* Noster VII. 1. 1.

90. *Ritus* i. mores, consuetudines. *Festus.*

91. *Spirantis* i. adhuc viventis. Justin. XI. 15. 6. *Spirantem adhuc invenit.* Noster VIII. 9. 32. X. 10. 13. Inde *spiritum adimere* est vita privare VI. 10. 33.

92. *Trajecta* doorgesteeken. Virg. Aen. II. 273.

Perque pedes trajectus lora tumentes.

Nexa Ovid. ad Liviam v. 274.

Duraque per sævas vincula nexa manus.

93. *Religatum* i. ligatum, al-

bem equi: gloriante Rege, Achillem [94], a quo genus [95] ipse deduceret, imitatum se esse pœna in hostem capienda [96]. Cecidere Persarum, Arabumque circa decem millia: nec Macedonibus incruenta [97] victoria fuit. Obsidio certe non tam claritate urbis nobilitata est [98]; quam geminato [99] periculo Regis: qui Aegyptum adire [100] festinans, Amyntam [101] cum decem triremibus in Macedoniam ad inquisitio-
31 nem [102] novorum militum misit. Namque præliis etiam secundis adterebantur copiæ [103]; devictarumque gentium militi minor, quam domestico [104], fides habebatur.

CAP.

ligatum. Flor. I. 3. 8. *Metium Fufetium religatum inter duos currus distrahit.* Noster VI. 9. 24. VII. 5. 24.

94. *Achilles* filius fuit Pelei & Thetidos. Hic, ut narrat Dictys Cretensis de bello Trojan. III. 86. spoliatum armis Hectora, mox constrictis in unum pedibus vinculo currui postremo adnexuit. Deinde ubi adscendit ipse, Automedonti imperat, daret lora equis. Ita curru concito per campum, qua maxime visi poterat, pervolat, hostem mirandum in modum circumtrahens. Hector sic raptatus in somnis Aeneæ est visus adesse apud Virg. II. 270-274. Hunc raptum describunt *Homer. Iliad.* XXII. 420-430. *Virg. Aen.* I. 487. *Prop.* II. 7. 13. *Ovid. Amor.* I. 11. *Cicer. Tusc.* I. 44.

95. *Genus.* Paterc. I. 6. 5. *Circa quod tempus Caranus, vir generis regii, sextus decimus ab Hercule, profectus Argis, regnum Macedoniæ occupavit: a quo magnus Alexander cum fuerit septimus decimus, jure materni generis Achille auctore, paterni Hercule gloriatus est.*

96. *Pœna in hostem capienda* i. supplicio sumendo ab hoste.

97. *Incruenta non fuit* i. multo sanguine constitit. Flor. III. 10. 4. *Sequens, longeque cruentior pugna Belgarum.*

98. *Nobilitata est* i. nobilis, clara facta est. Iustr. V. 8. 17.

99. *Geminato* i. duplici. Tacit. Ann. I. 3. 1. *M. Agrippam geminatis consulatibus extulit.* Ita *geminare fellam curulem* Prop. IV. 12. 33. Noster VI. 5. 22.

100. *Aegyptum adire* i. ire ad Aegyptum, ut IV. 7. 8. V. 8. 1. V. *Freinshemii Indicem.*

101. *Amyntam* filium Andromenis. *Arrian.* III. 226. & Noster V. 1. 40. VII. 1. 37.

102. *Inquisitionem* i. conquisitionem, delectum. V. *Freinshemii Indicem.*

103. *Adterebantur* i. paulatim minuebantur. Tacit. Hist. I. 10. 2. *Mox attritiis opibus &c. tam prope ab exsule fuit, quam postea a principe.*

104. *Domestico* i. qui est nostræ gentis. Ita Cicero Verr. V. *domesticum crimen* vocat Romæ, & non in provinciis patratum.

Olim

CAP. VII.

ARGUMENTUM.

Aegypti expugnatæ rebus compositis Jovem Hammonem salutat, ejusque filius adpellatur Alexander.

AEgyptii olim [1] Persarum opibus [2] infensi, quippe avare, & superbe [3] imperitatum sibi esse credebant; ad spem adventus ejus erexerant animos [4]: utpote [5] qui Amyntam quoque transfugam, & cum precario [6] imperio venientem, læti recepissent. Igitur ingens multitudo Pelusium, 2 qua intraturus Rex videbatur, convenerat. Atque ille septimo die, posteaquam a Gaza [7] copias moverat, in regionem Aegypti, quam nunc *castra Alexandri* 1

Olim i. jam diu, jam longo tempore, jam pridem, *voorlange*. Ita IV. 5. 17. VII. 1. 12. Serv. Aen. I. 24. *Olim, aliquando. Tria enim tempora significat: præteritum, ut, Olim arbos: præsens, ut, Tumidis quod fluctibus olim unditur: futurum, ut, Nunc olim quocunque dabunt se tempore vires.*

2. *Opibus* i. potentiæ. Virg. Aen. II. 4.

Trojanas ut opes, & lamentabile regnum.

Noster V. 10. 1. 5. 9.

3. *Avare & superbe*, quæ duo a regibus & principibus avertunt subjectorum animos. Liv. XXI. 1. *Pœnis indignantibus, quod superbe, avareque crederent imperitatum victis esse.*

4. *Erexerant animos.* Diodor. XVII. 49. *Interea cum exercitu ipse toto Aegyptum petit, urbesque ejus absque Martis discrimine in fidem accipit. Nam quod Persæ multa nefarie in sacra commiserant, & violenter imperitarant, animo lubente Macedones recepere.*

5. *Utpote* i. nempe. Interpretationi enim inservit. Salust. Catil. c. 59. *Antonius aberat, utpote æger pedibus.*

6. *Precario*, quod ex auctoritate, & arbitrio illorum, a quibus es missus, pendet. *Se a Dario missum ductorem præ se tulerat Amyntas*, Diodor. XVII. 48. Sic VI. 3. 6. X. 6. 2. V. 8. 12. & *precario regem esse* infr. X. 2. 15.

7. *A Gaza*, præpositio apponitur nomini urbis. Liv. XXVI. 15. *Eques citus ab Roma venit.* Noster II. 5. V. 6. 19. V. *Freinshemii Indicem.*

3 *xandri* vocant, pervenit. Deinde pedestribus copiis *Pelusium petere* jussis, ipse cum expedita delectorum manu Nilo[8] amne vectus est: nec sustinuere[9] adventum ejus Persæ, defectione quoque per-
4 territi. Jamque haud procul Memphi erat: in cujus præsidio Mazaces prætor Darii relictus, amne[10] superato, octingenta talenta[11] Alexandro, omnem-
5 que regiam supellectilem tradidit. A Memphi eodem flumine vectus ad interiora Aegypti penetrat,
6 compositisque rebus ita, ut nihil ex patrio Aegyptiorum more mutaret, adire Jovis Hammonis[12] oraculum statuit. Iter expeditis quoque, & paucis vix tolerabile[13] ingrediendum erat: terra[14] cœloque

8. *Nilus* ab asperis montibus, qui Lunæ dicuntur, per Aethiopiam decurrit in Aegyptum. Regio, ubi oritur, dicitur Goyome, estque in ditione regis Abyssini. Veteribus Latinis appellatur *Melo*; in Sacris *Schichor*. V. *Voss. de Idolol.* II. 74. Africam ab Asia dirimit. *Arrian.* III. 237.

9. *Sustinuere* i. advenienti se opposuere. Tacit. Hist. IV. 78.

4. *Donec legio una & vicesima Justinuit ruentes.*

10. *Amne* n. Nilo, quia *Unicus in terris Aegypti totius amnis.*

11. *Octingenta talenta* i. quadringenta octoginta millia Philippeorum. V. *Raderum.*

12. *Jupiter Hammon*, si historia spectetur, ipsissimus est *Ham*, sive *Cham*, filius Noe. Aegyptii vocabant Ἀμμῶν, vel Ἀμών, & ab his Græci acceperunt Ἄμμων. Fabulam de ariete arena, quæ ἄμμος dicitur, excunte & Libero patri aquam monstrante rejicimus. V. *Ouzel. Minuc. p.* 122. & *Freinshemium.*

13. *Vix tolerabile.* Quam male Cambysi expeditio Aethiopica cesserit, docet Senec. Nat. Quæst. II. 30. *Aliquando Cambyses ad Ammonem misit exercitum: quem arena austro mota, & more nivis incidens, texit, deinde obruit.* de Ira III. 20. *In Aethiopes Cambyses fremebat: & non provisis commeatibus, non exploratis itineribus, per invia, per arentia trahebat omnem bello utilem turbam: cui intra primum iter deerant necessaria, nec quicquam subministrabat sterilis, & inculta, humanoque ignota vestigio regio. Sustinebant famem primo tenerrima frondium, & cacumina arborum, tum coria igne mollita, & quicquid necessitas cibum fecerat: postquam inter arenas radices quoque & herbæ defecerant, apparuitque inops etiam animalium solitudo, decimum quemque sortiti, alimentum habuerunt fame sævius.*

14. *Terra*, quia illic nulli sunt fontes, nulli rivi.

que[15] aquarum penuria[16] est: steriles[17] arenæ jacent; quas ubi vapor Solis accendit[18], fervido[19] solo[20] exurente vestigia, intolerabilis æstus[21] exi- 7
stit: Luctandumque est, non tantum cum ardore, & siccitate regionis; sed etiam cum tenacissimo[22] sabulo, quod prælatum, & vestigio cedens, ægre moliuntur[23] pedes. Hęc Aegyptii vero majora ja- 8
ctabant. Sed ingens cupido animum stimulabat adeundi Jovem, quem generis sui auctorem[24], haud contentus mortali[25] fastigio, aut credebat esse, aut credi volebat. Ergo cum iis, quos secum ducere sta- 9
tuerat, secundo amne[26] descendit ad Mareotim[27] palu-

15. *Cœlo*, quia illic non pluit.

16. *Aquarum penuria.* Hoc sumsit a Sallustio, qui Jugurth. c. 17. *Cœlo, terraque penuria aquarum. Sitim cœli & terrarum* dicit Mela I. 4. & *arenas sitim tulisse* Ovid. Metam. XV. 269.

17. *Steriles.* Mel. I. 4. *Pleraque ejus inculta, & arenis sterilibus obducta.* Lucan. IX. 382.

Vadimus in campos steriles, exustaque mundi,
Qua vimius Titan, & rarę in fontibus undæ.

Apud quem plura.

18. *Accendit* i. torruit, & fervere fecit. Infr. VII. 5. 3. V. *Freinshemii Indicem.*

19. *Fervido* i. incenso. Prop. II. 21. 2.

Incipit & sicco fervere terra cane.

20. *Solo.* V. V. I. 33.

21. *Æstus* i. calor. Prop. III. 3. 20.

Quæ tellus sit lenta gelu, quæ putris ab æstu.

Noster *n.* 13. V. 4. 9. VII. 5. 7. & 5.

22. *Tenax* est, quod non facile demittit, quæ semel arripuerit. Ita *tenaces herbæ* Prop. III. 10. 14. *tenax gramen* Horat. Epod. II. 24. *tenax disciplinæ* Noster VI. 2. 3.

23. *Ægre molinntur*, konnen naeuwlijcks doorgaan. V. *Freinshemii Indicem.*

24. *Generis auctorem* Ammonem credi volebat I. ob insitam animo vanitatem, & fastum ob res secundas. II. famam ejus multum valituram credebat ad debellandos hostes. VIII. 8. 15. III. *ut mendacio ad tempus composito, ignominiam sibi patris incerti, & infamiam adulteræ matris aboleret.* V. *Oros.* III. 16. *Justin.* XI. II. 3-6. *Raderum* & *Freinshemium.*

25. *Mortali* i. quo homini *mortali* datur eniti. Ita *humanum fastigium* IX. 2. 28: 10. 24.

26. *Secundo amne* descendit, qui cum fluvio devehitur. *Stroom af.* Sallust. Jugurth. c. 19. *Secundo mari prima Cyrene est.* Justin. XII. 10. 6. *Ostio fluminis Indi invehitur secundo æstu*, met het getye. Cui opponitur *amnis adversus*, tegen stroom op. infr. X. I. 16. *adversum flumen* infr. IX. 9. 9: 10. I.

27. *Mareotim.* V. IV. 8. I.

paludem. Eo legati Cyrenensium [28] dona [29] adtulere: *pacem, & , ut adiret urbes suas*, petentes Ille donis acceptis, amicitiaque conjuncta, destinata exsequi pergit. Ac primo quidem & sequenti die [30] tolerabilis labor visus: non dum tam vastis, nudisque [31] solitudinibus aditis; jam tamen sterili, & emoriente terra. Sed ut aperuere se campi alto obruti sabulo; haud secus quam profundum æquor ingressi, terram oculis requirebant [32]. Nulla arbor, nullum culti [33] soli occurrebat [34] vestigium [35]. Aqua

28. *Cyrenaica* hodie *Marmarica*, regio a *Cyrene* urbe regia nuncupata, *Pentapoleos* nomine insignis fuit, quod quinque nobilissimas civitates contineret. *Berenicen, Arsinoen, Ptolomaida, Apolloniam, & Cyrenen*. Definitur ab occasu Syrti magna & Africa: a septemtrione Libyco pelago: ab ortu Solis Marmaricæ parte: a meridie desertis Libyæ. *Plin.* IV. 5. *Justin.* XIII. 7. *Sallust. Jugurth. c.* 79. *Diodor.* III. 50. *Strab.* XVII. 664. *Herod.* III. 358. *Cyrenenses Diodor.* XVII. 49. *Jam itineris dimidium exegerat, cum Cyrenensium legati occurrunt*. V. *Raderum*.

29. *Dona*. Diod. XVII. 49. *Coronam afferentes cum donis magnificis, inter quæ ter centum equi ad bella condocefacti, & quinque quadrigæ erant de præstantissimis*.

30. *Primo & sequenti die*. Quot dierum iter a lacu Mareotide fuerit, ad Ammonis templum, variant auctores. Plin. V. 5. a Memphi ad Ammonem 12. dierum iter ponit. Diod. XVII. 49. inter arenas Alexandrum ait hæsisse octo dies. Arrian. III. 159. ad mille sexcenta stadia i. 50. milliar. German. iter fecisse dicit. Strab. XVII. 599. circiter stadia CIↃ. CCC. i. milliaria quadraginta cum semisse, & octava a Parætonio numerat ad Ammonem. V. *Raderum*.

31. *Nudis* i. *in quibus nulla arbor, nullum culti soli occurrebat vestigium*, ut infr. *n.* 12. Liv. XXXVIII. 41. *Nudæ valles, procul ut conspicerentur, efficiebant*.

32. *Terram oculis requirebant* i. præsidia tuta circumspiciebant. *Terram videre* est proverbium, quo significamus, nos certa habere præsidia, nos portum quendam tranquillitatis esse nactos, & finem molesti laboris adesse. V. *Adag. f.* 106. & 678.

33. *Culti* i. arati. Claudian. de rapt. Proserp.

Torrida semper
Solibus, humano nescit manusuescere cultu.

Inde *cultores* i. agricolæ IV. 14. 11. & *humanus cultus*, ubi homines *colunt*, & exercent agros. VII. 7. 4: 3. 12: 8. 23. V. *Freinshemii Indicem*.

34. *Occurrebat*, quam haar voor.

35. *Vestigium* i. tantum terræ, ubi poneres *vestigium*, een voet breet. Infr. V. 6. 13.

qua etiam defecerat [36], quam utribus [37] cameli devexerant: & in arido solo, ac fervido sabulo nulla erat. Ad hæc Sol omnia incenderat, siccaque & adusta erant omnia; quum repente, sive illud Deorum munus, sive casus fuit; obductæ cœlo nubes condidere Solem: ingens æstu fatigatis, etiamsi aqua deficeret, auxilium. Enimvero, ut largum quoque imbrem excussérunt procellæ; pro se quisque excipere eum, quidam ob sitim impotentes sui, ore quoque hianti [38] captare cœperunt. Quatriduum per vastas solitudines absumtum est. Jamque haud procul oraculi [39] sede aberant; quum complures corvi [40] agmini occurrunt, modico volatu prima signa antecedentes [41]: & modo humi residebant, quum lentius agmen incederet, modo se pennis levabant, antecedentium, iterque monstrantium ritu. Tandem ad sedem consecratam Deo ventum est. Incredibile dictu, inter vastas solitudines sita, undique am-

36. *Defecerat* i. quę adsuerat, exhausta & consumpta erat, nec alia comparebat. V. *Freinshemii Indicem*.

37. *Uter* saccus est coriaceus, quo vinum, oleum, aquam portabant. Inde *utrarii*, qui *utribus*, & aliis id generis pellibus aquam in castra deferebant. Liv. XLIV. 33. *Postremo sequi se utrarios ad mare jussit*.

38. *Hiante* i. aperto, deducto. Ita *hiare* i. aperiri dicitur *flos* Prop. IV. 2. 23. *lilium* Ovid. Art. II. 115. *canis* Virg. XII. 754. *semihiante labello* Cat. LXI. 220. *semihiantibus labellis* Apul. Flor. II. Inde *hietare* Plaut. Men. III. 1. 4. Noster IV. 16. 12.

39. *Oraculi* i. templi, ubi *oracula* dabat i. respondebat se consulentibus Jupiter, ut *n.* 21. Quis hoc posuerit, fusius disputat *Raderus*, & ex illo *Freinshemius*. De loco disputantem V. *Voss. in Melam* I. 8. 2.

40. *Corvi*. Arrian. III. 160. *Errabat itaque Alexandri exercitus, ejusque ductores de via ambigebant. Ptolmæus Lagi filius auctor est, dracones duos, clamore edito, agmen præcessisse, & Alexandrum ducibus imperasse, ut prodigio acquiescentes dracones sequerentur, qui eos in oraculi sedem & duxerunt, & reduxerunt. Aristobulus autem (cui plures assentiunt) duos corvos ante exercitum volitasse scribit, eosque Alexandro itineris duces exstitisse*. Qui, ut addit Plurarch. Alex. f. 248. *noctu palantes cantu & vocibus ad sequenda comitum vestigia revocarunt*.

41. *Modico volatu signa antecedentes*, sachjens voor het leger vliegende.

42. *Ambientibus* i. circumfusis,

ambientibus 42 ramis, vix in denſam umbram 43 cadente 44 Sole contecta eſt: multique fontes dulci-
17 bus aquis paſſim manantibus alunt ſylvas 45. Cœli 46 quoque mira temperies 47 verno tempori 48 maxime ſimilis, omnes anni partes pari ſalubritate percurrit 49.
18 Accolæ ſedis ab Oriente proximi Aethiopum; in meridiem verſi Arabes ſpectant, (*Troglodytis* 50 cognomen eſt) horum regio usque ad rubrum mare 51
19 excurrit. At qua vergit ad Occidentem, alii Aethiopes colunt 52, quos *Scenitas* 53 vocant: a ſeptemtrione

ſis, circumcirca imminentibus. Arrian. III. 161. *Medium hujus loci cultis arboribus eſt refertum, oleis nimirum & palmis.*

43. *Denſam umbram* i. ramorum opacas frondes. Virg. Georg. II. 342.

Denſæque in montibus umbræ. Cat. LXV. 7.

Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris.

44. *Cadente* i. penetrante, incidente. V. *Freinshemii Indicem.*

45. *Sylvas.* Lucan. IX. 522-326.

Eſſe locis Superos, teſtatur ſylvâ per omnem
Sola virens Libyen: nam quicquid pulvere ſicco
Separat ardentem tepida Berenicide Leptim,
Ignorat frondes; ſolus nemus extulit Hammon
Sylvarum fons cauſa loco.

46. *Cœli* i. aeris. Infr. VII. 3. 10. V. 4. 9.

47. *Temperies* i. temperamentum, *gemaatigdheid lucht.* Infr. IX. 1. 11.

48. *Verno tempori* i. veri. Infr. IX. 10. 2.

49. *Pari ſalubritate percurrit*, i. æque ſalubris eſt. Diodor. XVII.

50. *Cœli autem temperies verno tempori ſimilis eſt, & licet æſtuoſis, torridisque locis undique ambiatur: ſalubritatis tamen mirificæ temperiem ſola ibi degentibus ſubminiſtrat.*

50. *Arabes Troglodytæ* ſunt citra ſinum Arabicum. Troglodytin Arabiam a ſeptemtrione Pharan oppido terminari dicunt, ab occidente Nilo. Olim *Molgi*, hodie *Abaſſini* dicuntur, & regnum *Barnagas* indigenæ nominant. V. *Strab.* XVII. 578. *Diod.* I. 37. *Joſeph. Ant. Jud.* I. 16. *Plin.* VI. 29. *Mel.* I. 8. *Salmaſ. Exercit. Plin. f.* 486. & *Raderum.*

51. *Mare rubrum.* V. VIII. 9. 14.


52. *Colunt* i. habitant, ut IV. 8. 6. VI. 2. 13. VII. 8. 30.

53. *Scenitas, Arabas Saracenos* nunc appellamus, inquit Marcellin. XXII. 246. XXIII. 296. Olim & *Ismaelitæ* dicebantur. In penitiore Arabia ſunt iti. Nobiles ſunt monte Caſio. Cauſam nominis inde ducunt, quod tentoriis ſuccedunt, nec alias domos habent: ipſa autem tentoria cilicina ſunt: ita nuncupant velamenta caprarum pilis texta. V. *Plin.* V. 11. VI. 28. *Solin. c.* 33. & ad illum *Salmaſium.*

54. *Naſamones* degunt in ora Syrtis, quos antea *Meſammones* Græci appellavere, ab argumento



XXI



trione Nasamones [54] sunt, gens Syrtica [55], navigio- 20
rum spoliis quęstuosa [56]: quippe obsident littora, & æstu [57] destituta [58] navigia notis sibi vadis occupant. Incolæ nemoris, quos *Hammonios* vocant [59], dispersis tuguriis [60] habitant: medium nemus pro arce habent, triplici muro circumdatum. Prima [61] mu- 21
nitio tyrannorum veterem regiam clausit: in proxima [62] conjuges eorum cum liberis, & pellicibus habitant; hic quoque Dei oraculum est: ultima munimenta

to loci, medios inter arenas sitos. Africæ partes austro expositas tenent. V. *Plin.* v. 5. *Strab.* XVII. 663. *Diodor.* III. 49. *Herod.* II. 144. IV. 365. *Serv. Virg. Aen.* III. 399. Lucan. IX. 438-444.

Hoc tam segne solum gratas non exserit herbas,
Quas Nasamon, gens dura, legit, qui proxima Ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit; nam littoreis populator arenis
Imminet, & nulla portus tangente carina
Novit opes: sic cum toto commercia mundo
Naufragiis Nasamones habent.

55. *Syrtica* in *Syrtibus* habitans. *Syrtibus* nomen ex re est indium. Nam duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pares natura: quorum proxima terræ prælta sunt, cætera, uti fors tulit, alta; alia in tempestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse, & sævire ventis cœpit, limum, arenamque, & saxa ingentia fluctus trahunt; ita facies locorum cum ventis simul mutatur. *Syrtes* ab tractu nominatæ. V. *Salust. Jugurth.* c. 78. *Solin.* c. 27. *Plin.* v. 4. *Sttab.* XVII. 659. *Diodor.* III. 49.

56. *Quæstuosa* i. quæ *quæstum* facit. Ita *mercatura quæstuosa* Cicer. Fin. v. ex qua *quæstus* capitur: *quæstuosa mulier* Plaut. Mil. III. 1. 190. quæ alit corpus corpore.

57. *Æstu* i. fluctuum motu, & agitatione, cum fervet mare. Inde *fretum æstuosum* Horat. Od. II. 7. 16. & Festo *æstuaria sunt, qua mare vicissim tum accedit, tum recedit.*

58. *Destituta vadis*, die stranden. *Vadum* est alveus aquarum, per quem aqua *vadit*, & in quo continetur, ac volutatur, etiam in locis quantumlibet profundis Infr. IV. 9. 15. IX. 2. 13: 9. 19. V. *Behot. Apophor.* II. 12.

59. *Hammonios* i. dictos ab ipso Jove *Hammone*. V. *Raderum.*

60. *Tugurium* est rustica casa, & gurgustiolum, quod vel arundine, vel ulva palustri, stramentisve, vel etiam cespite contectum est: cujus parietes viminei luto, vel hujusmodi materia crustati sunt. Infr. v. 6. 15. VII. 3. 8. V. *Alciat. de verb. Sign. f.* 213.

61. *Prima*, intima nempe in umbilico arcis & nemoris, quæ est angustissima. V. *Raderum.*

62. *Proxima* i. in arcis altera parte, vel medio.

nimenta fatellitum, armigerorumque fedes erant.
22 Est etiam aliud Hammonis nemus: in medio habet fontem[63], *aquam Solis* vocant: sub lucis ortum[64] tepida manat; medio die[65], quum vehementissimus est calor, frigida eadem fluit; inclinato[66] in vesperam calescit; media nocte fervida exæstuat; quoque propius nox vergit[67] ad lucem, multum
23 ex nocturno calore decrescit, donec sub ipsum diei ortum adsueto tepore languescat[68]. Id, quod pro Deo colitur, non eandem habet effigiem[69], quam vulgo Diis artifices accommodaverunt[70]: umbilico[71] maxime

63. *Fontis* hujus meminerunt *Plin.* II. 3. *Solin.* c. 23. *Diodor.* XVII. 50. *Arrian.* III. 161. *Herod.* IV. 369. *Mel.* I. 8. *Ovid. Metam.* XV. 306-310. *Lucret.* VI. 848.

64. *Sub ortum* i. circa ortum, *met het krieken van den dagh.* Infr. IV. 10. 2.

65. *Medio die* i. meridie. Meridiem enim dixerunt veteres, quasi medidiem, R. pro D. posito, propter cognationem harum inter se literarum. V. *Donat. Ad.* V. 3. 62.

66. *Inclinato*, na den avondt gaande. κέκλικεν ἡ ἡμέρα Luc. XXIV. 29. Cicer. de Orat. III. *Inclinato jam in tempus postmeridianum die.* Liv. IX. 32. *Sol meridie se inclinavit.* Noster. VI. 11. 9. *Vergente* Sueton. Oth. c. 7. *Vergente jam die ingressus senatum. Flexo* Tacit. Ann. I. 16. 5. *Nocturnus conloquiis, aut flexo in vesperam die.*

67. *Vergit* i. redit, currit. Flor. IV. 2. 76. *Littora vergentia in unum* i. in mare cuntia, procurrentia.

68. *Tepore langueſcat* i. tepida fiat. Melaphora petita ab ægris, & deficientibus, quorum oculi dicuntur *langueſcere.* Cat. LXIV. 188.

Non tamen ante mihi langueſcent lumina morte.

69. *Effigiem* i. formam. *Effingere* est penicillo, sive cælo exprimere formam aliquam. Prop. III. 7. 5.

Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna.

70. *Accommodaverunt* i. commodaverunt, & quasi utendam dederunt, quum propria eorum non esset. Infr. X. 6. 6. V. *Freinshemii Indicem.*

71. *Umbilico ſimilis* i. factus in modum *umbilici. Umbilicum* hic interpretor rem aliquam eminentem (ut *umbilicus* in concharum genere, aut in corpore humano) metæ instar, veluti conum, aut quadratum, aut rotundum: quemadmodum voluminibus jam fere absolutis (teste Porphyrio) ornamento & usui apponi solent, atque etiamnum hodie extrinsecus globi dimidiati forma apponuntur. Priscæ enim gentilitatis homines, hac informi forma non raro Deos suos indicasse potius, quam effigiasse, documenta sunt multa. In templo Delphico, ut refert Strabo VI. *Umbilicus* conservabatur fasciis velatus, ad demonstandum, quod hic locus in *umbilico* i. medio terrarum esset. De Solis, sive Heliogabali figura Herod. V. 5. fere idem, quod Curtius de Ammonis. Simulacrum nullum Græco, aut Romano more manu factum ad ejus Dei similitudinem. Sed lapis est maximus, ab imo rotundus, & sensim fastigiatus propemodum ad coni figuram. Si quæras, quantus fuerit lapis *umbilici*? respondebo id nusquam expressum; fas tamen esse, ab exemplo Arabum docere, illos rudem lapidem pro Marte coluisse, *quadratum, informem, longum pedes quatuor, latum duos, incumbentem aureæ baſi*, ut est apud Arnob. VI. Hammonis lapidem parvum non fuisse licet existimare, quod *illum octoginta ſacerdotes humeris in aurea navi circumtulerint.* Ut refert *Diod.* XVII. 50. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium. Voſſ. in Mel.* I. 8. §. 2.

72. *Habitus* i. forma, species, modus, facies ejus, quod pro Deo colitur, lapidis inquam, qui constat ex smaragdo, & aliis gemmis. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

73. *Coagmentatus* i. contextus, conjunctus. Non. I. 202. *Coagmenta sunt conjunctiones artæ & compares a cogendo i. ſtringendo. Tull. de Senect. Vivendi eſt finis optimus, cum integra mente, certisque ſenſibus opus ipſa ſuum eadem, quæ coagmentavit, Natura diſſolvit.*

74. *Reſponſum*, ut Virg. Ecl. I. 45.

Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti.

Nutu *reſpondiſſe* Hammonem docet Diod. XVII. 50. *Qui humeris Deum geſtantes eo tendunt, quo forte fortuna Dei nutus illos agit.* docet Strab. XVII. 625. *Quod reſponſa, non, ut apud Delphos & Branchidas, verbis darentur, ſed magna ex parte nutu, & ſignis: quemadmodum apud Homer. Iliad.* I.

Annuit, & vultu pater illi clara ſereno
Signa dedit.

75. *Navigio*, ut advectam docerent religionem. Ita de peregrino Germanorum sacro Tacit. Germ. IX. 2. *Unde cauſa, & origo peregrino ſacro, parum comperi, niſi quod ſignum ipſum in modum liburnæ figuratum, docet advectam religionem.* De Saturno Ovid. Fast. I. 239.

At pia poſteritas puppim formavit in ære,
Hoſpitis adventum teſtificata Dei.

V. *Freinshemium.*

76. *Pateris* i. poculis amplis, & capacibus, *schaalen.* Varr. L. L. IV. *Præterea in poculis erant pateræ, eo quod pateant, Latine ita dictæ. Hisce etiam nunc in publico convivio, antiquitatis retinendæ cauſa, cum magiſtri i.*

maxime similis est habitus[72], Smaragdo, & gemmis coagmentatus[73]. Hunc, quum responsum[74] petitur, navigio aurato[75] gestant sacerdotes; multis argenteis pateris[76] ab utroque navigii latere pendentibus. 24

mo-

tibus. Sequuntur matronæ [77] virginesque patrio more inconditum [78] carmen quoddam canentes, quo *propitiari* [79] *Jovem* credant; ut certum edat
25 oraculum [80]. At tum quidem Regem propius adeuntem maximus natu e sacerdotibus *filium* [81] adpellat; *hoc nomen illi parentem Jovem reddere* adfirmans. Ille *se vero* ait, *& accipere, & adgnoscere*; humanæ for-
26 tis oblitus [82]. Consuluit deinde, *An totius orbis imperium fatis* [83] *sibi destinaret* [84] *Pater?* vates, æque [85] in adulationem compositus [86], *Terrarum omnium rectorem fore ostendit.* Post hæc *institit quærere* [87], *An omnes*
27 *parentis sui interfectores pœnas dedissent?* Sacerdos *parentem*

modimperatores *fiunt*, *potio circumfertur, & in sacrificando Diis, hoc poculo magistratus dat Deo vinum.* Noster VII. 8. 17. IV. 8. 16.

77. *Matronæ* dicebantur feminæ tantum illustres, & nobiles. Serv. IX. 217. *Ex matribus i. nobilibus. Nam matres nonnisi nobiles dicimus. Unde & matronæ dictæ sunt.* V. *Durant. V. L.* I. 7. *Cujac. Observ.* VII. 11.

78. *Inconditum* i. rude, barbarum. Serv. Ecl. II. 4. *Incondita, incomposita, subito dicta, agrestia.* Noster VI. 2. 5.

79. *Propitiari* i. propitium reddi. Sueton. Oth. c. 7. *Manes Galbæ propitiare tentasse.* Vesp. c. 7. *Propitiato multum Deo.* Gell. N. A. VII. 3. *Conciliandos esse, ac propitiandos.* Noster IV. 13. 15. Non itaque novum est verbum, ut male *Mosellanus.*

80. *Certum edat oraculum* i. certi quid respondeat. V. III. 1. 16. §. 93.

81. *Filium.* Plutarch. Alex. f. 248. *Asserunt quidam: Sacerdotem, dum Græce ipsum salutaret: & blandius παιδίον* i. *filiole compellare vellet, per barbarismum pro υ abusum σ, παιδίος* i. *Jovis fili pronuntiasse: Illum vocis errorem Alexandrum libenter perinde ac omen audisse. Quocirca confestim vulgatum est, eum ab oraculo Jovis filium appellatum.* Sacerdotem *per præmissos subornatum* dicit Justin. XI. 11. 6. *accessium & ex occulto monitum, quid sibi, tanquam consulenti, responderi vellet.* Oros. III. 16.

82. *Humanæ fortis* i. se esse hominem.

83. *Fatis* i. *fatali* dispositione. Infr. X. 9. 1.

84. *Destinaret* i. assignaret. V. VII. 5. 41.

85. *Vates æque* n. ac natu maximus, hic enim videtur alius fuisse ab illo, qui Alexandrum filium Jovis appellavit. V. *Freinshemium.*

86. *Compositus* i. informatus, instructus.

87. *Institit quærere*, ut Catull. LXVI. 25.

Et qui principio sub terra quærere venas
Institit.

Afranius: *Idcirco hæc agere tecum secreto institi.* Græcum est. Aristoph. Οὐσι τὸ πρᾶγμα τῆς ἐρεσήσαντο. V. *Scalig. in Catullum. Sciop. Priap.* LXVIII. 2. Noster VI. 7. 25. IX. 1. 33.

88. *Violari* i. occidi. Justin. XI. 11. 9. *Nec interfici, nec mori.* Diod. XVII. 51. *Quin meliora profers! vates exclamat; nemo enim mortalium parenti tuo insidias struxerit: at qui Philippum.* &c. *Violari* pro occidi etiam Nep. Thras. 11. 6. *Cedentes violari vetuit.* Noster V. 12. 5.

89. *Interfectores.* V. VI. 11. 26.

90. *Excederet ad Deos* i. moreretur. Absque casu infr. X. 5. 2. *Excedere vita* supr. III. 1. 20. infr. IX. 6. 26. *Excedere e vita* infr. IV. 10. 28.

91. *Acceptum* i. gratum. Prop. II. 7. 47.

Te nihil in vita nobis acceptius unquam.

Noster VI 11. 12. 17. VII. 2. 11. & 33.

92. *Æstimanti fidem* i. Alexandro judicanti de fide. Senec. Suasor. VII. *Præter mortem, quæ vere æstimanti minus indigna videri potuit, quod a victore.* &c. V. *Freinshemii Indicem.*

93. *Avidos magis, quam capaces* i. vesanos, atque vanos: quo certe pacto quanto avidiores fiunt gloriæ, tanto indigniores minusque capaces ejus sunt. Est tamen, qui sic interpretetur: fortunam Alexandri plerisque persuasisse, eum aliquid majus homine habere, quanquam agnoscerent falsum fuisse oraculum. V. *Freinshemium.*

94. *Jussit* n. superato Dario, & Persarum regno in suam potestatem redacto. tunc enim sapiens altum, & ob prosperam fortunam, qua usus fuerat, divinos spiritus gerens, Græcis scripsit, ut se Deum facerent. *Aelian. Var.* II. 19. Noster VII. 5. 5.

95. *Corrupit.* Opera enim Alexandri,

tem ejus negat *ullius scelere posse violari* [88]: *Philippi autem omnes interfectores* [89] *luisse supplicia.* Adjecit, *in-* 28
victum fore, donec excederet ad Deos [90]. Sacrificio deinde facto, dona & sacerdotibus, & Deo data sunt, permissumque amicis, *ut quoque consulerent Jovem.* Nihil amplius quæsiverunt, quam, *an auctor esset sibi divinis honoribus colendi suum Regem? Hoc quoque acceptum* [91] *fore Jovi vates respondit, ut ipsi victorem regem divino honore colerent.* Vere & salubriter æstimanti [92] 29
fidem oraculi, vana profecto responsa videri potuissent: sed fortuna, quos uni sibi credere coegit, magna ex parte avidos gloriæ magis, quam capaces [93] facit. *Jovis* igitur *filium* se non solum adpellari pas- 30
sus est; sed etiam jussit [94]: rerumque gestarum famam dum augere vult tali appellatione, corrupit [95]. Et Macedones adsueti quidem regio imperio, sed majore

majore libertatis umbra[96], quam cæteræ gentes; immortalitatem adfectantem contumacius, quam aut ipsis expediebat[97], aut Regi, aversati sunt[98].
32 Sed hæc suo quæque tempori reserventur: nunc cætera exsequi[99] pergam.

CAP.

lexandri, si juxta humanæ virtutis modum æstimes, grandia sunt & admirabilia: si quasi a Deo profecta, ut ipse videri voluit, multum de claritudine sua perdunt. Quod notavit & Lucianus dial. Philippi, & Alexandri: *Cæterum, quod ais Alexander, tibi fuisse conducibile, quo facilius rerum potireris: id profecto multum tibi gloriæ ex bene & jam ac strenue gestis eripuit: quicquid enim egisti, id omne, siquidem ut a Deo gestum æstimari debebat, imperfectum, longeque infra dignitatem positum censebatur.* V. *Freinshemium.*

96. *Umbra* i. obscura species. Hinc apud Lucianum in dialogo Philippi & Alexandri Philippus Macedones vocat *viros liberos* & VII. 7. 14. Noster: *Miraris, si liberi homines superbiam tuam ferre non possumus.* V. *Freinshemium.*

97. *Expediebat* i. utile erat. Plaut. Capt. Prol. *v.* 54.
Profecto expediet, fabulæ huic operam dare.
Noster VII. 1. 38.

98. *Aversati sunt* ii. fugerunt, ab illa alieni fuerunt. Tacit. Ann. XIV. 51. *Burrhum adspectum ejus aversatum.* Noster V. 8. 15. VI. 7. 10. VIII. 6. 23.

99. *Exsequi* i. narrare, explicare. Cic. Fam. XI. 28. *Habeo multa occultiora, quæ vix verbis exsequi possum. Sequi* Virg. Aen. I. 346.
Sed summa sequar fastigia rerum.
Inde *exsequi*, i. deduceeren. VII. 4. 18.

Ham-

CAP. VIII.

ARGUMENTUM.

Alexander in Pharo insula urbem ponit, Aegyptum & Africam præfectis regendas tradit, Andromachi interitum vindicat, Rhodiorum, Chiorum, & Athenienſium legationes audit, Cypriis honorem habet. Amphoteri opera Creta piratas removet, Herculi Tyrio operatur Alexander.

ALexander ab Hammone[1] rediens[2], ut a mari ad Mareotim[3] paludem, haud procul insula Pharo[4] sitam, venit; contemplatus loci naturam[5] primum in ipsa insula statuerat[6] novam urbem

Hammone i. *Hammonis* templo.

2. *Rediens* in Aegyptum eodem, ut Aristobulus auctor est, quo venerat, itinere: ut vero Ptolomæus scribit, rectiore via Memphin versus. V. *Arrian.* III. 162.

3. *Mareotim.* Strab. XVII. 589. *Duo maria locum undique alluunt, alterum a septemtrione, quod Aegyptium dicitur, alterum a meridie, quod Mareæ lacus, & Mareotis appellatur. Hunc Nilus multis fossis tum e superioribus partibus, tum e lateribus adauget.* Latitudinem habet supra centum stadia i. tria milliaria nostratia cum octava parte, longitudinem infra trecenta, quæ novem milliaria nostratia efficiunt, cum sesquiquadrante, si juste sint trecenta. Stephanus: *Marea civitas & lacus est, Alexandriæ adjacens, & Mareotis dicitur, unde vinum Mareoticum.* Noster IV. 7. 9. V. *Raderum.*

4. *Pharus* est insula objecta Alexandriæ, & portum efficit: sed a superioribus regibus in longitudinem passuum DCCCC. in mare jactis molibus, angusto itinere, & ponte cum oppido conjungitur. Cæs. B. C. III. 112. 2. Prius octo stadiorum intervallo ab Alexandria aberat. V. *Vossium in Mel.* II. 7. 38.

5. *Naturam* i. situm. Cæs. B. G. V. 13. *Insula natura triquetra* i. situ triangulum referens. Just. IV. 1. 18. *Ea est natura loci, ut sinum maris, non transitum putes.*

6. *Statuerat*, sed postea mutavit opinionem, monitus somnio, quod narrat Plutarch. Alex. f. 248. *Potius Aegypto, de urbe Græca condenda, quam*

2 bem condere. Inde, ut apparuit, magnæ ſedis inſulam haud capacem, elegit urbi locum, ubi nunc eſt Alexandria [7], adpellationem trahens ex nomine auctoris. Complexus quicquid eſt loci inter paludem & mare, octoginta ſtadiorum [8] muris ambitum deſtinat: &, qui ædificandæ urbi [9] præeſſent, re-
3 lictis, Memphim petit. Cupido, haud injuſta quidem, cæterum intempeſtiva inceſſerat [10], non interiora modo Aegypti, ſed etiam Aethiopiam [11] inviſere. Memnonis [12] Tithonique [13] celebrata [14] regia [15]

magnificam, populoſam, & abs ſe cognominandam reliqueret, agitabat. Quam quidem ad rem magni ſoli ambitum, quantum ſuperiori tempore nullus architectorum conſilio, metatus erat. Dehinc noctu per quietem mirabile vidit inſomnium: virum, tum canitie plurima, tum ſtatura venerandum, adſtare ſibi exiſtimavit hos illi verſus recitantem:

Præterea undiſono quædam jacet inſula ponto,
Quam Pharon appellant, Aegyptia littora contra.

Confeſtim igitur conſurgens, Pharum adit, quæ illa tempeſtate paululum ſupra Canopicum oſtium inſula erat.

7. *Alexandria* Turcis hodie *Scanderia* appellatur (Alexander enim Arabice *Scandar* dicitur). In Sacris *No* appellatur. Illam pluribus deſcribunt *Strab.* XVII. 590. *Marcellin.* XXII. 251. *Diodor.* XVII. 52. V. & *Wendel. Adm. Nili* c. 25. §. 4. Quo tempore poſita ſit, ſuo more narrat *Raderus.* Ex nomine ſuo adpellationem trahentes plures condidit urbes 1. *ob immenſum famæ deſiderium; quia ſperabant hujusmodi urbium conditores, ea adpellatione, additis ſimul præclare geſtis rebus, ſe æternitati nomina ſua conſecraturos.* Fulgoſ. VIII. 15. ii. *ut eſſent veluti freni domitarum gentium*, ut infra VII. 10. 16. V. *Freinshemium.*

8. *Octoginta ſtadiorum* i. duo noſtratia milliaria cum dimidio. V. *Raderum.*

9. *Aedificandæ urbi* præfectum fuiſſe Dinocratem architectum Macedonem tradunt *Plin.* IV. 10. VII. 32. *Solin. c.* 32. *Marcellin.* XXII. 251. *Valer. Max.* 1. 41. *ext. Vitruv. Præf.* II. Ubi de hoc Dinocrate plurima.

10. *Cupido inceſſerat* i. cupidus erat, *hy hadde luſt gekregen.* Infr. VII. II. 4. IX. 9. 1.

11. *Aethiopia* ſita eſt inter Arabiam & Aegyptum: dicta eſt ab Aethiope Vulcani filio: jacet ab Oriente hyberno ad occidentem hybernum. V. *Plin.* VI. 30. *Mel.* III. 9. 1. *Strab.* 1. 60.

12. *Memnon* filius fuit auroræ & Tithoni, ſextus Aethiopum Rex.

13. *Tithonus* filius fuit Laomedontis & Scamandri filiæ. Non gratis hi junguntur: utrique enim ſua fuit ſtatua, ſeu coloſſus, ut teſtatur Strabo. V. *Raderum.*

14. *Celebrata* ob utriusque, quæ in illa fuit, ſtatuam.

15. *Regiam* hanc deſcribit in Abydo Aegypti urbe Strab. XVII. 623. *Supra hanc*, Ptolemaicam civitatem, *eſt Abydus, in qua eſt Memnonis regia mirifice ſtructa, tota ex lapide:* deſcribunt in eadem *Plin.* V. 9. *Solin. c.* 32. & ad illum *Salmaſius.* De ſtatua in illa poſita latius diſſerentes V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*, & ad Catull. LXVI. 26. *Douſam F.*

16. *Trahebat.* Ita infr. IX. 4. 28.

17. *Imminens bellum* tertium cum Dario gerendum.

18. *Moles* i. magnitudo. Infr. V. 9. 5.

19. *Otioſæ* i. quę inſtituitur, ubi *otioſus* fueris, ubi non habes, quod agas, aliud. Ita *otioſus lector* Quintil. X.

20. *Peregrinatio*, een reyſe aan vreemde plaatſen.

21. *Exemerat* &c. i. eripuerat, ſibique depoposcerat otium, quod peregrinando conſumturus Rex fuerat. *Eximere* ſervitio Tacit Ann. XII. 27. 5. Noſter VI. 3. 3. V. *Freinshemii Indicem.*

22. *Aeſchylum* hunc inſpectorem Aegypti præfectis fuiſſe datum dicit *Arrian.* III. 163. i. administrationis illorum cenſorem, ſi forte ambitioſius ſe gererent, aut non contenti ea dignitate res novas molirentur. Apud Athenienſes enim ἐπίσκοποι vocabantur, qui in urbes ditionis ſuę mittebantur, ut inſpicerent, quid apud quosque ageretur. V. *Blanckardum.*

23. *Peuceſtam* Marcatati ducem copiis, quas in Aegypto reliquerat, præfecit. *Arrian.* III. 165. De hoc IX. 5. 14.

24. *Clauſtra* i. anguſtias, per quas in regionem aliquam iter eſt. Plin. Procem. III. *Proxima faucibus utrinque impoſiti montes coercent clauſtra.* Noſter IV. 5. 19. V. *Freinshemii Indicem.*

25. *Polemonem* Megaclis filium Pellæum Peluſii præſidii principem. *Arrian.* III. 163.

26. *Aegypto iuncta* ad occidentem; illa enim Africæ pars *Aegypto* adhæret, & ad illius regnum pertinet. V. *Raderum.*

27. *Apollonium* Charini filium. *Arrian.* III. 164.

28. *Cleomenes* Naucratita. Fuit vero Naucratis urbs Aegypti a Mileſiis condita. V. *Blanck. in Arrian.* III. 165.

gia [15] cognoſcendæ vetuſtatis avidum trahebat [16] pene extra terminos Solis. Sed imminens bellum [17], cu- 4
jus multo major ſupererat moles [18], otioſæ [19] peregrinationi [20] tempora exemerat [21]. Itaque Aegypto præfecit Aeſchylum Rhodium [22], Peuceſten Macedonem [23], quatuor millibus militum in præſidium regionis ejus datis. Clauſtra [24] Nili fluminis Polemonem [25] tueri jubet. Triginta ad hoc triremes datæ. Africæ deinde, quæ Aegypto juncta eſt [26], 5
præpoſitus Apollonius [27]: vectigalibus ejusdem Africæ, Aegyptique, Cleomenes [28]. Ex finitimis [29] urbi-

urbibus commigrare [30] Alexandriam jussis, novam
6 urbem magna multitudine implevit. Fama est; *quum Rex urbis futuræ muros* [31] *polenta* [32], *ut Macedonum mos est, destinasset* [33]; *avium greges* [34] *advolasse, & polenta esse pastas. Cumque id omen pro tristi a plerisque esset acceptum* [35]; *respondisse vates, magnam illam urbem advenarum* [36] *frequentiam* [37] *culturam, multisque eam terris*

29. *Finitimæ* Alexandriæ sunt urbes, & pagi, Canopus, Schedia, Eleusis, Nicopolis, Naucratis, Paratonium, alic. V. *Strab.* XVII. 601.

30. *Commigrare. Migrare* est domicilium mutare, & alio se ad habitandum conferre, relicta priore habitatione. Similia sunt *emigrare, demigrare, commigrare.* V. *Vall. Eleg.* v. 95. Conditores vero ad frequentandas novas urbes, finitimos interdum non invitarunt tantum ad transmigrandum commodis, immunitatibusque propositis; sed etiam vi coegerunt. V. *Freinshemium.*

31. *Urbis futuræ muros* i. circuitum futurorum murorum. V. *Loccenii Indicem.*

32. *Polenta* farina est hordeacea subtilis, & in cinerem molita. Quomodo fieri sit solita, docet Plin. XVIII. 7. *Græci perfusum aqua hordeum siccant nocte una, ac postero die frigunt, deinde molis frangunt. Sunt, qui vehementius totum rursus exigua aqua adspergant, siccentque prius, quam molant.* Hunc polenta urbium condendarum situm delineantium morem alibi non reperies. *Penuria* enim *calcis ad momentum parum repertæ* Marcell. XXII. 251. *cretæ* Valer. Max. I. 4. 6. ext. *telluris albæ* Plutarch. Alex. f. 248. quę forte eadem, quæ creta: & quia *nihil ad numerum erat, quo terra describi posset,* Arrian. III. 157. accidisse narrant. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium* & *Salmas. Exerc. Plin. f.* 328.

33. *Destinavisset* i. notavisset, designavisset, definivisset. Virg. Cul. v. 390.

Locum capit impiger: hunc & in orbem
Destinat.

Veget. II. 10. *Ad quem castrorum positio, valli & fossæ destinatio pertinebat.* Noster IX. 7. 25: 9. 6. V. *Gronov. Observ.* II. 8. & ex illo *Freinshemium.*

34. *Avium greges.* Valer. Max. I. 4. I. ext. *Ingens avium multitudo, proximo lacu emersa, polentam depasta est.* Dissentit ab utroque Plutarch. Alex. f. 248. qui *aves omnifariam in nubis* quidem *modum provolasse* dicit; *farinam* vero *ipsam attigisse* negat.

35. *Acceptum* i. judicatum, susceptum, explicitum. Flor. II. 18. 4. *Hoc sic a barbaris acceptum, quasi manus abscinderentur.*

36. *Advenarum* i. aliunde advenientium. V. 8. II. X. 10. II.

37. *Frequentiam culturam* i. multos illam inhabitaturos. Diodor. XVII. 52. *Multitudo incolarum habitantes in aliis civitatibus longe superat. Nam, quo tempore nos in Aegyptum appulimus, ultra* CCC. *millia esse liberorum capitum*

terris alimenta præbituram. Regem, quum secundo 7
amne defluere [38], adsequi [39] cupiens Hector, Parmenionis filius, eximio ætatis flore, in paucis [40] Alexandro charus, parvum navigium conscendit, pluribus, quam capere posset, impositis. Itaque mersa navis omnes destituit [41]. Hector, diu flumini 8
obluctatus, quum madens vestis, & adstricti [42] crepidis [43] pedes natare prohiberent, in ripam tamen semianimis evasit: &, ut primum [44] fatigatus spiritum laxavit [45], quem metus & periculum intenderant [46], nullo adjuvante (quippe in diversum evaserant [47] alii) exanimatus est [48]. Rex amissi [49] ejus 9
desi-

pitum in illa degentium, nobis retulere.

38. *Defluere*, affackten. Memphi vero per Nilum descendit Pelusium versus, ut videtur, nam inde rediit in Syriam, Palæstinam, & Samariam. V. *Raderum.*

39. *Adsequi* i. consequi, venire ad eum, quem sequeris. Noster IV. 10. 11.

40. *In paucis* i. inter paucos. Plin. XXX. 1. *In paucis tamen digna res est.* Noster VI. 8. 2. V. *Freinshemii Indicem.*

41. *Destituere* est rem amatam deserere. Prop. I. 20. 23.

Cujus & accensæ Dryades candore puellæ
Miratæ solitos destituere choros.

Inde *pugnantem destituerunt femora*, sijn gesackt. VI. I. 4.

42. *Adstricti.* Vere: neque enim pedibus *adstringuntur* crepidæ, sed pedes crepidis, sicut lumbi *adstringuntur* zona, aut cingulo, non cingulum lumbis. V. *Raderum.*

43. *Crepidas* militare fuisse gestamen dicit Serv. VIII. 458. Sane Pollux inter Græcanicos calceos *crepidas* refert, dicitque militare gestamen. Gell. XIII. 20. *Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cætera prope nuda, & tenuibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas.* V. *Magium V. L.* III. 3. *Balduin. de calc. c.* II. *Nigron. de calig. c.* 4.

44. *Ut primum* i. simul ac. Cic. Fam. X. 13. *Ut primum mihi potestas data est augendæ tuæ dignitatis.* Noster VI. I. 4. & 21.

45. *Laxavit* i. *liberius meare* fivit III. 5. 9.

46. *Intenderant* i. *intercluſum arcte meare* fecerant. III. 6. 14.

47. *In diversum evaserant* i. in alteram ripam enataverant. V. *Freinshemii Indicem.*

48. *Exanimatus est* i. mortuus est. Liv. XXXVII. 3. *Porta fulmine icta, & duo homines exanimati. Exanimalem fieri* Plaut. Bacch. IV. 8. 7. Noster IV. 14. 17.

49. *Amissi* i. morte sibi erepti. Cic. Fam. XI. 9. *Pansa amisso quantum detrimenti respublica acceperit, te non præterii.*

desiderio [50] vehementer adflictus est [1] repertumque corpus magnifico [52] extulit [53] funere. Oneravit hunc dolorem nuntius mortis Andromachi, quem præfecerat Syriæ: vivum Samaritæ [54] cremaverant [55]. Ad cujus interitum vindicandum [56], quanta maxima [57] celeritate potuit, contendit: advenientique sunt traditi tanti sceleris auctores. Andromacho deinde Memnona substituit [58], adfectis supplicio [59], qui prætorem interemerant [60]. Tyrannos, inter eos Methymnæorum Aristonicum, & Chrysolaum, popularibus suis tradidit: quos illi muris ob injurias tortos necaverunt. Athenienſium [61] deinde, Rhodiorumque, & Chiorum legatos audit. Athenienses *victoriam* gratulabantur; &, *ut captivi Græcorum suis restituerentur*, orabant: Rhodii & Chii de *præsidio* querebantur. Omnes æqua desiderare visi, impetraverunt. Mitylenæis quoque; ob egregiam in partes suas fidem [62] & pecuniam, quam in bellum impenderant, obsides reddidit: & magnam regionem finibus eorum adjecit. Cypriorum quoque regibus, qui a Dario defecerant ad ipsum, & oppugnanti Tyrum miserant classem, pro merito honos habitus est. Amphoterus deinde, classis præfectus, ad liberandam Cretam [63] missus (namque & Persarum, & piratarum armis pleraque ejus insulæ obsidebantur) *ante omnia* [64] *mare a piraticis classibus vindicare jussus*; quippe obnoxium prædonibus [65] erat, in bellum utroque Rege [66] converso. His compositis, Herculi Tyrio ex auro cratera [67] cum triginta pateris dicavit: imminensque Dario, *iter ad Euphratem pronuntiari* jussit.

50. *Desiderio*, mortuos enim *desideramus*. Horat. Od. I. 24. 1.
Quis desiderio sit pudor, aut modus
Tam cari capitis.
Noster VI. 6. 18.

51. *Adflictus* i. dolore affectus. V. IV. 6. 23. §. 75.

52. *Magnifico funere* i. impense, ut *Justin.* XI. 6. 13. *magnis funerum impensis* XII. I. 1. omni adparatu atque honore, Noster VIII. 2. 40.

53. *Extulit* i. ad sepulturam exportari curavit. *Efferri* proprie *dicuntur cadavera mortuorum*. V. *Donat. Andr.* I. 1. 90. *Kirchm. Fun. Rom.* II. 1.

54. *Samaria* urbs est Syriæ Palestinæ, quam Herodes *Sebastam* nominavit. V. *Plin.* V. 13. *Strab.* XVI. 536. Omri Rex Israelis condidit *Samariam*, eamque de *Semeris*, a quo montem, in quo urbem posuit, sibi paravit, nomine dixit. I *Reg.* XVI. 24.

55. *Cremaverant*. Quo nomine, causave ad tantum facinus proruperint, incertum. Certum autem Andromachum imperiosius, aut avarius egisse, aut crudelius imperasse, aut aliis injuriis incolas affecisse. Ita Adrianus prætor populi Romani Uticæ domi suæ vivus exustus. Verres Lampsaci jam lignis & sarmentis circumdatus, ægre incendium evasit. V. *Raderum*.

56. *Vindicandum*. V. VI. 9. 24.

57. *Quanta maxima*, ut IV. 13. 36.

58. *Substituit* i. loco ejus præfecit.

59. *Adfectis supplicio* i. punitis. Infr. VII. 1. 1.

60. *Interemerant* i. occiderant. *Emere* significat tollere, sumere. Unde in vet. gloss. *alemit*, ἔλαβεν. *Inter* vero in compositione auget. Noster V. 12. 14. V. *Voss. Inst. Orat.* IV. 13. 1.

61. *Athenienſium* legatos fuisse Diophantum, & Achillem, iisque conjunxisse se omnes maritimæ oræ incolas, quibus omnia, quæ postularunt, concesserit, tradit *Arrian.* III. 166.

62. *In partes* Macedonicas contra Persas. Arrian. II, 81. docet, quantopere fuerint addicti partibus Alexandri Mitylenæi, cujus præsidium in urbe habebant, cui columnas publice posuerant, sed a Memnone primum, dein a Pharnabazo terra marique obsessi, cum Persis pacisci coacti: præsidium tamen Macedonium incolume dimiserunt, & statuas inviti demoliti sunt, donec Pharnabazo capto redierunt ad Alexandrum. V. *Raderum*.

63. *Cretam*. Arrian. III. 166. in Peloponnesum tumultantum missum narrat, sed ex Peloponneso brevis est trajectus in cretam, quæ cum Persarum, & piratarum armis agitaretur, non dubium est, vicinam quoque regionem fuisse vexatam. V. *Raderum*.

64. *Ante omnia* i. præcipue. Justin. XI. 2. 1. *In quibus ante omnia tædis conscios occidi jussit*. Virg. Georg. II. 475.
Me vero primum dulces ante omnia Musæ.

65. *Obnoxium prædonibus* i. prædonum injuriæ opportunum, expositum. Liv. XLII. 46. *Quæ serva, atque obnoxia fore, si nullus alio sit, quam ad Romanos respectus*. V. *Græv. Lect. Hesiod.* c. 9.

66. *Utroque rege*, Alexandro, & Dario. Ita Cilices apud Flor. III. 6. 1. *Interea dum populus Romanus per diversa terrarum distractus est, Cilices invaserant maria.*

67. *Cratera* a nominativo *crater*. Calix fuit duas habens ansas, & est nomen Græcum: dicitur a κεράννυμι i. misceo, quia in eo miscebatur vinum. V. *Isid.* XX. 5. Quod magna pompa peractum fuisse tradit Plutarch. f. 249. *In Phœ-*

Phœniciam ex Aegypto reversus sacra Diis, festosque dies celebravit. Tum stata certamina, & ludos scenicos edidit, non apparatu modo, sed etiam certantibus permagnificos.

CAP. IX.

ARGUMENTUM.

Copiis Babylone collectis Tigrim & Lycum trajicit, ad amnem Bumadum castra locat, Mazæum interjacentes regiones urere jubet Darius: Euphratem & Tigrim superat, Satropatis Persarum præfecti ab Aristone interfecti caput ante pedes suos poni jubet Alexander.

1 AT Darius cum Aegypto divertisse[1] in Africam[2] hostem comperisset: dubitaverat, utrumne circa Mesopotamiam subsisteret, an interiora regni sui peteret: haud dubie potentior auctor præsens[3] futurus ultimis[4] gentibus impigre bellum capessendi, quas ægre per præfectos suos mo-
2 liebatur. Sed ut idoneis[5] auctoribus fama vulgavit, *Alexandrum cum omnibus copiis, quamcunque ipse adisset, regionem petiturum*: haud ignarus, quam cum strenuo res esset[6]; *omnia longinquarum gentium auxilia Babylonem* contrahi jussit. Bactriani, Scythæque, & Indi convenerant: nam & cæterarum gentium[7] copiæ partibus simul[8] adfuerunt. Cæterum, cum dimi-

Divertisse i. deflexisse, *van ter zijden afslaan.*

2. *Aegypto in Africam*, quia ad Mareotim, & Pharon, & Parætonium, Canopicumque descendit per Nilum versus Africam. V. *Raderum.*

3. *Præsentia* ducis quid præstet militum animis, docent exempla, quibus denarrandis supersedeo.

4. *Ultimis* i. *longinquis* n. 2. remotissimis. *Ultimi Britanni* Catull. xi. 3.

5. *Idoneis* i. fide dignis. Contr. *levis* IV. 3. 22.

6. *Res esset*, daar mede te doen hadde. Infr. VIII. 14. 14. X. 8. 17.

7. *Cæterarum gentium*, quæ videlicet primo prælio non interfuerant III. 2. 9.

8. *Simul* cum his, qui prius de-

dimidio[9] ferme major esset exercitus, quam in Ci- 3
licia fuerat; multis arma[10] deerant: quæ summa cura comparabantur. Equitibus, equisque tegumenta erant ex ferreis laminis serie inter se connexis. Queis antea præter jacula nihil dederat, scuta gladiique adjiciebantur: equorumque domandi greges 4
peditibus distributi sunt, ut major pristino esset equitatus: ingensque, ut crediderat, terror hostium, ducentæ falcatæ quadrigæ[11], unicum illarum gentium auxilium, sequutę sunt. Ex summo temone[12] 5
hastę præfixę ferro eminebant: utrimque a jugo[13] ternos[14] direxerant gladios: & inter radios[15] rotarum plura spicula eminebant in adversum[16]: aliæ deinde falces summis rotarum orbibus[17] hærebant:

&

depugnaverant, Persis videlicet, Medis, Armenis, Derbicibus, &c. Firmat id Arrian. III. 17. 1. *Conjunxerant sese his etiam Sacæ ex Scythis oriundi, iis, qui Asiam incolunt; non imperio Bessi subjecti, sed Dario confederati.* V. *Freinshemium.*

9. *Dimidio*. V. IV. 12. 13.

10. *Arma* sive ad nocendum, sive ad tegendum erant, acinaces, copis, sagaris, lorica, gerra, pecta, tela, jacula, arcus, sagittæ, fundę. V. *Brisson. de regn. Pers.* III. 287.

11. *Falcatas quadrigas* etiam vocat *Veget.* III. 24. Græci, & in his *Plutarchus in Lucullo*, & *Arrian.* II. ἅρματα δρεπανηφόρα. Cyrus primus *currus cum falcibus* in prælia induxit. Descriptionem subjicit *Curtius*. Describit & illas *Liv.* XXXVII. 41. Illarum meminerunt & Sacrę Paginę *Jud.* I. 18. IV. 13. *Falciferi currus* dicuntur *Lucret.* III. 643. V. 1299. Noster IV. 12. 6: 10. 12: 13. 33: 15. 3. V. *Brisson. de regn. Pers.* III. 309. *Stewech. ad Veget.* III. 24. *Demster. Ant. Rom.* X. 10.

12. *Summo temone* i. summa *temonis* parte, qua paulo supra jugum incipit, & pertinet ad axes usque currus. *Temo* est lignum, quod ad jugum inter equos excurrit. *Serv. Georg.* I. 171.

13. *Jugo* i. ligno transverso, cui funes illigantur.

14. *Ternos*, drie ende drie.

15. *Radios* i. ligna per circumferentiam rotarum distenta, *de speecken.* Virg. Aen. VI. 616.

Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum
Districti pendent.

16. *In adversum*, die daar dwars souden tegen aan komen.

17. *Summis rotarum orbibus* i. *summæ rotarum curvaturæ*, ut eam *Ovid. Metam.* II. 108. appellat, cui insertæ fuerint falces, quæ extra rotam in latera porrectæ nunc sursum spectaverint, qua incurvabantur; nunc deorsum; sed qui deorsum ad axem ver-

& aliæ in terram dimissæ, quicquid obvium concita-
6 tis equis fuisset, amputaturæ. Hoc modo instructo exercitu, ac perarmato, Babylone copias movit. A parte dextera erat Tigris, nobilis fluvius; lævam tegebat Euphrates: agmen Mesopotamiæ campos
7 impleverat. Tigri deinde superato, quum audisset, *haud procul abesse hostem*; Satropatem equitum præfectum cum mille delectis præmisit. Mazæo prætori sex millia data, quibus hostem transitu amnis
8 arceret. Eidem mandatum, ut regionem, quam Alexander esset aditurus, popularetur, atque uteret: quippe credebat, inopia debellari posse nihil habentem, nisi quod rapiendo [18] occupasset: ipsi autem commeatus alii terra, alii Tigri amne subve-
9 hebantur. Jam pervenerat ad Arbela [19] vicum, nobilem [20] sua clade facturus: hic commeatuum, farcinarumque majore parte depositâ, Lycum [21] amnem ponte junxit, & per dies quinque, sicut ante Eu-
10 phratem, trajecit exercitum. Inde octoginta fere stadia [22] progressus, ad alterum amnem, *Bumado*

sum, aversas ab axe fuisse. Hæc rotæ curvatura vocatur etiam *absis*, de booge, de randt van het radt. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*.

18. *Rapiendo*. Liv. XXII. 40. *Hannibal, quanquam parte dimidia auctas hostium copias cernebat, tamen adventu consulum mire gaudere. Non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat; sed, ne unde raperet quidem, quicquam reliqui erat.*

19. *Arbela* ad Babyloniam pertinent, & juxta eam sunt. Trans Lycum vero Aturiæ campi Ninum circumjacent. In Aturia quoque vicus est nomine Gaugamela, apud quem Darius superatus amisit imperium. Macedones eum hunc vicum tenuem vide-

rent, *Arbela* vero habitationem admirabilem, ab *Arbelo*, ut tradunt, Athomonæi filio condita, circa *Arbela* & prælium & victoriam fuisse divulgarunt, atque sic scriptoribus tradiderunt. V. *Strab.* XVI. 498. *Arrian.* III. 173. VI. 399. *Plutarch. Alex. f.* 249.

20. *Nobilem sua clade*. Flor. III. 6. 15. *Cannæ ignobilis Apuliæ vicus; sed magnitudine cladis emersit*: & 40000 cædæ *parta nobilitas*.

21. *Lycum* hodie vulgo *Lartachum* dici docet Stuckius in Arriani periplum Ponti Euxini p. 126. V. *Freinshemii Indicem* & III. I. 5.

22. *Octoginta stadia*. Arrian. III. 173. distare *Arbelis* ait amnem hunc *stadiis sexcentis* i. milliaribus novendecim & paulo amplius

do [23] nomen est, castra posuit. Opportuna explicandis [24] copiis regio erat, equitabilis [25] & vasta planities. Ne stirpes [26] quidem, & brevia virgulta [27] operiunt [28] solum: liberque prospectus oculorum, etiam quæ procul recessere, permittitur [29]: Itaque, si qua campi eminebant, jussit *æquari* [30], *totumque fastigium extendi*. Alexandro, qui numerum copiarum ejus, quan- 11
tum procul conjectari poterat, æstimabant [31], vix fecerant fidem, tot millibus cæsis majores copias esse reparatas. Cæterum omnis periculi, & maxime multitu- 12
dinis contemptor, undecimis castris pervenit ad Euphratem: quo pontibus juncto *equites primo ire, phalangem sequi jubet*: Mazæo, qui ad inhibendum transitum ejus, cum sex millibus equitum occurrerat, non auso periculum sui facere. Paucis deinde, non 13
ad quietem, sed ad præparandos animos, diebus datis militi, strenue hostem insequi cœpit: metuens, ne inte-

amplius quadrante. Nec tamen videntur inter se pugnare Arrianus & Curtius: cum Curtius *a Lyco octoginta stadia* numerat ad Bumadum, Arrianus *ab Arbelis sexcenta stadia*. V. *Raderum*.

23. *Bumadum* etiam hunc amnem nominat Arrian. III. 173. *Cum his copiis Darius in Gaugamelis ad flumen Bumadum castra posuerat*. V. *Blanck. in Arrian.* VI. 399.

24. *Explicandis* i. in aciem producendis, ordine disponendis. Nep. Them. IV. 5. *Ut ejus multitudo navium explicari non potuerit*. Liv. II. 46. *Vix explicandi ordines spatium Etruscis fuit*.

25. *Equitabilis* i. equitationi commoda. Cui opponuntur *campi inequitabiles* infr. VIII. 14. 4. V. *Loccenii Indicem* & *Blanck. in Arrian.* III. 173.

26. *Stirpes* i. arborum germina, *wat uyt den stam uyt spruyt*.

27. *Virgultum* est multitudo *virgarum* pullulantium. Dicitur per syncopen quasi *virguletum*, ut carectum, salictum, *een hegge*. Infr. VI. 5. 17.

28. *Operiunt* i. tegunt. Infr. VI. 5. 15.

29. *Permittitur* i. transmittitur. Sisen. Hist. III. 9. 3. *Et inde equum concitatum princeps ad hostium permittit aciem*.

30. *Æquari* i. complanari. Arrian. III. 173. *Darius castra posuit plano undique & patenti campo. Quicquid enim inæqualis soli erat, quodque curribus ducendis impedimento esset, id omne Persæ multo ante adæquarant, commodumque ad equitandum fecerant. Persuaserant enim nonnulli Dario, nullam aliam fuisse causam cladis apud Issum acceptæ, quam angustiam locorum: idque Darius facile credidit*.

31. *Numerum æstimabant*, het getal opnamen.

32.

interiora regni ſui peteret, ſequendusque eſſet per
14 loca omni ſolitudine; atque inopia vaſta. Igitur
quarto die[32] præter Arbela penetrat ad Tigrim.
Tota regio ultra amnem recenti fumabat incendio:
quippe Mazæus, quæcunque adierat, haud ſecus,
15 quam hoſtis, urebat. Ac primo caligine, quam fu-
mus effuderat, obſcurante lucem, inſidiarum metu
ſubſtitit. Deinde, ut ſpeculatores præmiſſi *tuta omnia*
nuntiaverunt, paucos equitum ad tentandum[33] va-
dum fluminis præmiſit: cujus altitudo primo ſumma
equorum pectora; mox, ut in medium alveum ven-
16 tum eſt, cervices quoque æquabat[34]. Nec ſane ali-
us ad Orientis plagam[35] tam violentus[36] invehi-
tur[37], multorum torrentium non aquas ſolum, ſed
etiam ſaxa ſecum trahens[38]. Itaque a celeritate[39],
qua

32. *Quarto die.* Mirum hoc. Nam Strab. II. 137. a Thapſaco, ſeu Euphrate, ad Tigrim numerat ſtadia mille quadringenta, quę noſtratia efficiunt milliaria quadraginta cum triente, ſive paſſuum ducenta quinquaginta quinque millia. Quotidie conficienda fuiſſent decem milliaria Germanica & ſemis: quod equiti grave, nedum peditі. Sed longiores in Aſſyria dies ſunt, atque apud populos Arcto ſubjectos, & iter expeditum per æquales, & perpetuos campos. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*.

33. *Tentandum* i. explorandum, ſcrutandum, quam profundum ſit flumen. *Tentare* eſt manibus diu quid tenere, iisque tractare, ut ſolent quid exploraturi, & pro explorare, ſcrutari ponitur. Plaut. Aul. IV. 4. 9. *Tenta, qua lubet*, & dicitur de medicis, venas aut vulnerum altitudinem ſpecillis chirurgicis explorantibus. Suet. Tib. c. 72. *Exiſtimans tentatas ab eo venas ſibi.* Unde explicante Pimpontio ad hæc medicorum inſtrumenta reſpiciens Aeneas dixit apud Virg. VIII. 144. *Tentamenta tui pepigi.*

34. *Pectora æquabat*, gingh tot aan de borſt.

35. *Plagam* i. regionem. Flor. I. 16. 3. *Campaniæ plaga eſt pulcherrima.* Noſter VI. 2. 13.

36. *Violentus* V. VI. 4. 5.

37. *Invehitur* i. fertur, rapitur. Infr. IX. 9. 9.

38. *Trahens* i. volvens.

39. *A celeritate.* Ita & Plin. VI. 27. *Tigris oritur in regione Armeniæ majoris, fonte conſpicuo in planitie. Loco nomen Elongoſine eſt. Ipſius, qua tardior fluit, Diglito: unde concitatur, a celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi ſagittam.* Ita & Strab. XI. 151. In Sacris vocatur *Hidekel.* Illum deſcribunt quoque *Arrian.* VII. 455. *Diodor.* XIX. 17. *Solin.* c. 33. & ad illum *Salmaſius. Procop. de bel. Perſ.* I. 12.

40.

qua defluit, *Tigri* nomen inditum eſt[40]: quia Perſica lingua *tigrim* ſagittam adpellant. Igitur pedes, 17
velut diviſus in cornua circumdato equitatu[41], levatis ſuper capita armis, haud ægre ad ipſum alveum penetrat. Primus inter pedites Rex egreſſus in ri- 18
pam, vadum militibus manu, quando vox exaudiri[42] non poterat, oſtendit: ſed gradum firmare[43] vix poterant, quum modo ſaxa lubrica veſtigium fallerent[44], modo rapidior unda ſubduceret[45]. Præ- 19
cipuus erat labor eorum, qui humeris onera portabant: quippe quum ſemetipſos regere[46] non poſſent, in rapidos[47] gurgites[48] incommodo onere auferebantur. Et dum ſua quisque ſpolia[49] conſequi ſtudet; major inter ipſos, quam cum amne orta luctatio eſt: cumulique ſarcinarum paſſim fluitantes plerosque perculerant[50]. Rex monere, *ut ſatis habe-* 20
rent

40. *Nomen inditum eſt* i. nominatur. Plaut. Capt. I. 1. 1.
Juventus nomen indidit ſcorto mihi.
qui & *facere nomen* Men. I. 1. 1.

41. *Equitatu.* Supra & infra equites transmittentem peditem juvabant: ſupra, ut impetum fluminis ſua ſtatione infringerent: infra, ut ſi quis flumine eſſet abreptus, ab equite excipereretur. V. *Raderum.* Paulo aliter Diod. XVII. 55. *Alexander, ut vehementiæ undarum obſiſteret, manus inter ſe arcte conſerere, totamque corporum molem, veluti jugo connexam habere juſſit.*

42. *Exaudiri non poterat* obſtrepentibus undis, & clamore ſe mutuo adhortantium, & periclitantium. V. *Raderum.*

43. *Gradum firmare* i. pedem figere, *vaſt ſtaan.*

44. *Veſtigium fallerent*, deeden de voeten uytglijden. Infr. VII. II. 16. V. 4. 18.

45. *Subduceret.* i. ſubtraheret. Plaut. Men. prol. v. 65.
Rapidus raptori pueri ſubduxit pedes.
Diodor. XVII. 55. *Fluviique impetus tam rapidus erat, ut ſubducto pedum veſtigio multos transeuntium abriperet.*

46. *Regere non poſſent*, occupatis manibus in onere ſuſtinendo; & retinendo.

47. *Rapidos* i. rapido curſu defluentes. Ita *rapidus Oaxes.* Virg. Ecl. I. 66. *rapidus fluvius* Plaut. Men. prol. v. 64.

48. *Gurges* eſt aquarum congeries profunda, ſupra quam alii in gyrum vertuntur, *een wervel.*

49. *Spolia* i. ſarcinas, veſtes, pecuniam, impedimenta hoſtibus dudum erepta.

50. *Perculerant* i. proſtraverant. Non. II. 642. *Percellere, evertere, percutere. Varr. Parmen. Alius teneram abietem ſolus percellit.*

51. *Satis*

ren 51, *arma retinere, cætera se redditurum.* Sed neque consilium, neque imperium accipi poterat 52: Obstrepebat hinc metus; præter hunc invicem natan-
21 tium mutuus clamor. Tandem, qua leniore tractu 53 amnis aperit vadum, emersere 54: nec quic-
22 quam præter paucas sarcinas desideratum est. Deleri potuit 55 exercitus, si quis ausus esset vincere: sed perpetua fortuna Regis avertit inde hostem. Sic Granicum tot millibus equitum, peditumque in ulteriore stantibus ripa superavit: sic angustis in Cili-
23 ciæ callibus tantam multitudinem hostium. Audaciæ quoque, qua maxime viguit, ratio 56 minui potest; quia nunquam in discrimen venit 57, an temere feciſſet. Mazæus, qui, si transeuntibus flumen supervenisset, haud dubio oppressurus fuit incompositos; in ripa demum, & jam perarmatos 58 ad-
24 equitare 59 cœpit. Mille admodum 60 equites præmiserat: quorum paucitate Alexander explorata, deinde contempta; præfectum Pæonum 61 equitum Ari-

51. *Satis haberent* i. acquiescerent, contenti essent, putarent sibi esse satisfactum. Plaut. Most. II. 1. 42. *Satin habes, si ego advenientem* &c.

52. *Imperium accipi non poterat* ob undarum obstrepentium fremitum, & eluctantium clamores. *Imperium* est jussum, X. 2. 5. VIII. 14. 20. V. 12. 14.

53. *Leniore tractu* i. tardior incedebat, n. 39.

54. *Emersere*, ut Cat. LXIV. 14.

55. *Potuit.* Nos *potuisset* diceremus. Sed ita loqui amat Curtius. V. *Raderum.*

56. *Ratio* i. calculus, summa, æstimatio, ut n. de ea detrahatur nonnihil, nec tanta fuisse videatur hominis audacia, quanta utique apparuisset, si inimicam etiam fortunam sæpius esset ausus lacessere. V. *Freinshemium.*

57. *In discrimen venit* i. dubitatum est.

58. *Perarmatos* i. probe *armatos*; in flumine vero *exarmati* fuerant. Ellipsis est præpositionis *ad.*

59. *Adequitare*, tot aan haar ryden. Flor. IV. 10. 4. *Unus ex clade Crassiana Parthico adequitat.* Noster VII. 4. 33.

60. *Admodum* i. non plus. Flor. II. 6. 10. *Prætextatus admodum filius* i. non amplius adhuc, quam prætextatus. Noster IV. 12. 6.

61. *Pæonia* portio est Macedoniæ septemtrionalis. V. *Plin.* IV. 10. *Liv.* XL. 3. *Justin.* VII. 1. 5.

62. *Ari-*

Aristona 62 *laxatis* 63 *habenis* 64 *invehi* jussit. Insi- 25
gnis eo die pugna equitum, & præcipue Aristonis fuit. Præfectum equitatus Persarum Satropatem directa in gutture 65 hasta transfixit; fugientemque per medios hostes consequutus, ex equo præcipitavit, & obluctanti caput gladio dempsit 66: quod relatum magna cum laude ante Regis pedes posuit 67.

CAP.

62. *Aristona*, quem laudat & Plutarch. Alex. f. 249. *Pæonum præfectum Aristo, cum hostem obtruncasset, ostendissetque Alexandro caput; Hoc donum, Rex, inquit, apud nos poculo aureo pensatur. Arridens Alexander, nempe vacuo, inquit. Ego vero tibi plenum propinabo.*

63. *Laxatis* i. immissis, datis. Infr. IV. 15. 3.

64. *Habenis* i. retinaculis, quibus equos constringimus, & quasi habemus. V. *Isid.* XX. 16. Vocantur & *orcæ* Festo, & *aures* Horat. Epist. I. 15. 13.

65. *Gutture.* Archaismus est, pro *in guttur.* Lactant. I. 11. *Aureos nummos largiter in sinu ejus infudit.* Manil. V. 385.

Quum venit in regione tuæ, Capricorne, figuræ.

V. *Voss. Gramm. de Construct.* c. 65.

66. *Caput gladio dempsit* i. decollavit eum.

67. *Ante pedes Regis posuit.* Ex more victorum. Hi enim caput devicti hostis, amputare, & in contumeliam ad victorem delatum, vel loco patente spectandum proponere, vel hastæ adfixum in ludibrium circumferre solebant. Caput Pompeji *Lucan.* VIII. 680. Euryali & Nisi *Virgil.* IX. 466. Ciceronis *Senec. Suasor.* 7. Bruti *Sueton. August.* c. 13. Parmenionis *Nostro* VII. 2. 32. Erycis VIII. 12. 3. Cujus plurima collegit *Freinshem. Flor.* IV. 9. 7.

CAP. X.

ARGUMENTUM.

Milites ob Lunæ defectum torpentes, & nutantes confirmat, Persarum exploratores cædit, & capit, Darii literas intercipit, ejusque uxorem mortuam deflet Alexander. Reginæ excessum indicat Tyriotes Dario, qui illi uberius illacrymat, & pro Alexandro preces fundit.

1 BIduo ibi Rex stativa habuit: in proximum [1] de-
2 inde iter pronuntiari jussit. Sed prima fere vigilia [2] Luna deficiens [3], primum nitorem sideris sui condidit, deinde sanguinis colore suffuso lumen omne fœdavit [4]: solicitisque sub ipsum tanti discriminis casum ingens religio [5], & ex ea formido
3 quædam incussa est. *Diis invitis* [6] *inultimas terras trahi*

PRoximum n. diem.

2. *Prima fere vigilia.* Plin. II. 70. *Nobili apud Arbela magni Alexandri victoria Luna defeciſſe noctis ſecunda hora prodita eſt.* Cicer. de Divin. I. *Quale ſcriptum illud videmus: ſi Luna paulo ante Solis ortum defeciſſet in ſigno leonis, fore, ut armis Darius, & Perſæ ab Alexandro, & Macedonibus prælio vincerentur, Dariusque moreretur.*

3. *Deficiens* i. eclipſin patiens, ſplendorem ſub eclipſi amittens. Tib. II. 5. 38.

Ipſum etiam Solem defectum lumine videt
Jungere pallentes nubilus annus equos.

Contigit hæc *defectio* anno mundi III CIↃ XXXVIII. Olymp. XII. anno II. ante Chriſtum natum CCCXXXI. Septembris die XX. V. *Raderum.*

4. *Fœdavit* i. turpavit, deformem fecit. Infr. V. 7. 1.

5. *Religio* i. horror, quem res divinę, & vim humanam ſuperantes nobis inſligunt: quo fit, ut quaſi conſtricti teneamur, nec animi mentem quoquam vertere audeamus. Virg. Aen. VIII. 349.

Jam tum religio pavidos terrebat agreſtes.

Inde *religionem objicere* Plaut. Merc. V. 2. 40. eſt Deorum metu, aut religione negotium alicujus rei impedire. Noſter VI. 7. 7. V. *Herald. in Arnob. p.* 176.

6. *Diis invitis*, quod ex ſideris luctu putarunt iratos ſibi Deos. V. *Raderum.*

tionem i. gloriationem. Cic. Tuſc. IV. *Jactatio eſt voluptas geſtiens, & ſeſe efferens inſolentius.* Noſter VI. 8. 3.

8. *Impendi* i. inſumi, *daar aan geſpendeert worden.*

9. *Abdicari* nove, & acute dictum. Alias enim *abdicantur* liberi, non patres. *Abdicare* namque eſt patris factum, *quod eſt familia abjicere*, ut interpretatur Nonius. Sed hic ipſa ſermonis novitate non minus argute, quam invidioſe perſtringitur Alexandri inſolentia, qui rejecto Philippo Hammonem ſibi patrem optaverat. Ita & Liv. XL. II. *Eum ſibi te abdicato patre, in locum ſuum ſubſtituit.* V. *Freinshemii* & *Loccenii Indices.*

10. *Cœlum* i. *cœleſtes honores.* VIII. 5. 5. Horat. Od. I. 3. 38.

Cœlum ipſum petimus ſtultitia.

V. *Loccenii Indicem.*

11. *Pro ſeditione.* Elegantер hæc particula habet vim ſimilitudinis, & æſtimationis. Plaut. Merc. IV. 4. 4. *Mihi pro cibo eſt* i. inſtar cibi. Ovid. Heroid. III. 98.

At mea pro nullo pondere verba cadunt.

i. quaſi nullum habeant pondus. V. *Freinshemii Indicem.* & *Fab. Epiſt. Crit.* 52.

12. *Prætorio* i. *tabernaculo* III. 6. 6. τῇ τῦ βασιλέως σκηνῇ Diodor. XI. 9. Noſter V. 2. 7. VI. 2. 18.

13. *Cœli ac ſiderum peritiſſimos* i. optimos aſtrologos. Juſtin. I. 1. 9. *Siderum motus diligentiſſime ſpectaſſe.* Aegyptii vero ſcientiæ *ſideralis* non tantum *peritiam*, ſed & inventionem ſibi arrogarunt. Diodor. I. 69. *Affirmant Aegyptii, literas & notationem ſiderum: ſpeculationes item Geometricas, & artes quam plurimas apud ſe inventas.*

14. *Expromere* i. loqui, dicere. Plaut. Mil. III. 1. 169.

Haud centeſimam
Partem dixi, atque, otium rei ſi ſit, poſſim expromere.

15. *Temporum orbes* i. temporis vices, atque revolutiones. Tacit Ann. III. 55. 5. *Niſi forte rebus cunctis ineſt quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur.* V. *Freinshemii Indicem.*

16. *Terram ſubit* Luna, cum in

tur [17]: rationem quidem ipsis perceptam [18] non e-
6 docent vulgus; Cæterum adfirmant, *Solem Græcorum, Lunam esse Persarum* [19]: *quoties illa deficiat, ruinam* [20] *stragemque illis gentibus portendi.* veteraque exempla percensent [21]. *Persidis regum, quos aversis*
7 *Dijs* [22] *pugnasse Lunæ ostendisset defectio.* Nulla res efficacius multitudinem regit, quam superstitio: alioqui impotens, sæva, mutabilis; ubi vana religione capta est, melius vatibus, quam ducibus suis paret. Igitur edita in vulgus Aegyptiorum responsa, rursus
8 ad spem, & fiduciam erexere [23] torpentes. Rex impetu animorum utendum ratus, secunda vigilia castra

umbram terræ incumbit; non cum descendit ad inferius cœlum infra finitorem, quem Græci ὁρίζοντα dicunt, oculisque nostris definitur, cum supra terram non exstat, tunc enim non dicitur deficere, nec deficit. Cum vero exstat in nostro cœlo, & tamen vel tantum cornuta, vel omnino non apparet, quod statis vicibus mensium contingit: vel *subit* umbram *terræ*, cum terra inter Solem, & Lunam intercedit, quod fit in pleniluniis, cum Luna e diametro distans a Sole, objectu terræ Solem non potest respicere, quę defectio aliquando totam Lunam tegit, ut factum in eclipsi, de qua agimus; vel partem, quæ in umbram terræ incurrit. V. *Raderum.*

17. *Sole premitur* Luna in silentio, quod accidit in noviunio, cum propius Solem accedit, vultumque a nobis avertit, atque ad Solem convertit, radiosque in illam suos per anaclisim rejicit. V. *Raderum.*

18. *Perceptam* i. intellectam. Plaut. Cure. 1. 3. 2. *Ne, quod hic agimus, herus percipiat fieri.*

19. *Lunam esse Persarum* n. præsidem. Herod. VII. 512. *Id*, defectum Solis, cum serenissimus esset aer, *animadvertenti quum cura incessisset, percontandi magos, quid ostentum illud vellet portendere, illi responderunt: Deum significare Græcis civitatum defectum: quod dicerent, Solem Græcorum: Lunam ipsorum esse præsidem.* V. *Freinshemium. Paschal. de Coron.* IX. 18. *Soler. de pil. c.* 9.

20. *Ruinam* i. casum. Infr. IV. 15. 16.

21. *Percensent* i. ordine *censent* i. numerant. Flor. præfat. n. 4. *Si quis populi Romani ætatem percenseat.* Noster VIII. 5. 10.

22. *Aversis* i. iniquis; illos enim intueri nolunt. Horat. Od. III. 23. 19. *Mollibit aversos Penates.* V. IV. 7. 31. §. 97.

23. *Erexere* i. animavere, animum reddidere. Flor. III. 10. 21. *Ferocibus dictis ad jus pristinum libertatis erexit.* Noster IV. 16. 6.

24. *Dextra*

castra movit: dextra Tigrim habebat [24], a læva montes, quos *Gordæos* [25] vocant. Hoc ingresso iter, 9
speculatores, qui præmissi erant, sub lucis ortum *Darium adventare* nuntiaverunt. Instructo igitur milite, & composito agmine, antecedebat. Sed Per- 10
sarum exploratores [26] erant mille ferme, qui speciem agminis magni fecerant: quippe ubi explorari vera non possunt, falsa per metum augurantur [27]. His 11
cognitis, Rex cum paucis suorum assecutus agmen refugientium ad suos; alios cecidit, alios cepit: equitesque præmisit simul [28] speculatum [29]; ut ignem, quo barbari cremaverant vicos, exstinguerent. Quip- 12
pe fugientes raptim tectis acervisque frumenti injecerant flammas [30], quę, quum in summo [31] hæsissent, ad

24. *Dextra Tigrim habebat* i. Tigris erat ad dextram: *tegebat* IV. 9. 6. III. 8. 17. Cum autem trajecerit Tigrim Alexander, & progressus sit ulterius, Tigrimque a tergo reliquerit, quomodo potuit a *dextra habere Tigrim*? Idem tamen narrat Arrianus: *Motis itaque castris a Tigri, per Assyriam exercitum duxit, a sinistra habens Sogdianorum montes, a dextra Tigrim.* Flexit ergo iter secundum Tigrim, quasi alveum sequutus. V. *Raderum.*

25. *Gordæos* τὸ ἐθνικόν. *Gordiæa* regio Persidis a *Gordi* Ptolemi filio, qui dum Io quæreret, Agris egressus in Syriam venit. Est autem civitas ad ostia Tigris. V. *Raderum.*

26. *Exploratores.* V. *Freinshemium & Gronov. Observ.* I. 8. Nos enim Criticen non profitemur.

27. *Augurantur*, activo sensu accipi videtur, ut respondeat τῷ *explorare.* Sensus erit: *Ubi homines vera explorare non possunt, falsa per metum augurantur.* V. *Loccenii Indicem.* Sidon. Epist. VIII. 6. *Quia promptius de actionibus longinquis, ambiendisque sinistra quæque metus augurat.* V. VII. 7. 24. §. 60.

28. *Simul* interdum iteratur. Liv. XXIII. 30. *Namque Gelo maximus stirpis, contempta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate, ad Pœnos defecit.* Noster VI. 7. 15.

29. *Speculatum*, om te recognosceren. *Specula* locus est editus, ex quo *speculamur*, an hostes veniant, transeantne, an maneant: quot sint, & quę sunt id genus. Noster VIII. 11. 22. IV. 12. 18. Inde *speculatores* supr. III. 8. 17. IV. 9. 15. & infr. VI. 4. 14. & *speculatoria navigia* Cæs. B. G. IV. 26. 4. *Speculatoria caliga.* Suet. Calig. c. 52. quæ & absolute *speculatoria* dicitur Tertull. de Coron. Mil. c. 1.

30. *Flammas* i. ignes. Ita *flammas*, quas dixerat Prop. IV. 4. 9. vocat *ignes* v. 23.

31. *Summo* i. *summitate* acervorum frumenti.

13 ad inferiora nondum penetraverant. Exstincto igitur igne, plurimum frumenti repertum est: copia aliarum rerum abundare cœperunt. Ea res ipsa militi ad persequendum hostem animum incendit [32]: quippe urente & populante eo terram, festinandum
14 erat, ne incendio cuncta præriperet. In rationem ergo necessitas versa: quippe Mazæus, qui antea per otium vicos incenderat; jam fugere contentus, ple-
15 raque inviolata hosti reliquit. Alexander *haud longius centum quinquaginta stadiis* [33]. *Darium abesse* compererat. Itaque ad satietatem [34] quoque copia commeatuum instructus, quatriduo in eodem loco sub-
16 stitit. Intercepte [35] deinde Darii literæ sunt; quibus Græci [36] milites solicitabantur, *ut Regem interficerent, aut proderent*: dubitavitque, *an eas pro concione recitaret* [37], satis confisus Græcorum quoque erga se be-
17 nevolentiæ, ac fidei. Sed Parmenio deterruit [38]; *non esse talibus promissis imbuendas aures militum: patere* [39] *vel*
18 *unius insidiis Regem: nihil nefas esse avaritiæ.* Sequutus consilii auctorem, castra movit. Iter facienti spado unus ex captivis, qui Darii uxorem comitabantur [40], *defice-*

32. *Animum incendit.* heeft couragie gegeven.

33. *Quinquaginta stadiis* is quatuor milliaribus Germanicis cum triente fere. *Raderus.*

34. *Satietatem* i. fastidium ex abundantia. VI. 2. 5.

35. *Interceptæ*, zijn aangehouden. *Intercipere* est, cum quod alteri destinatum est, antequam ad eum perveniat, ab altero arripitur. *Comprehensas epistolas* dicit Justin. XX. 5. 12. V. *Nann. Misc.* I. 15.

36. *Græci*, mercede conducti, quem *peregrinum militem* appellat III. 3. 1.

37. *Recitaret* i. clara voce de scripto legeret. Cic. Fam. X. 16. *Cum is frigidas sane, & inconstantes recitasset literas Lepidi: sub eas statim recitatæ sunt tuæ.* Noster VIII. 9. 13. VII. 1. 30.

38. *Deterruit* i. avocavit. *Deterrere* interdum est disuadere, dehortationibus nullo injecto terrore permovere. Nep. Dion. III. 5. *A qua voluntate Philisti consilio deterritus.*

39. *Patere* i. obnoxium, expositum. Justin. II. 4. 26. *Si Græcorum non tam bellis, quam rapinis pateant.*

40. *Darii uxorem comitabantur.* Ad domestica enim ministeria Eunuchorum opera uti consueverant Persarum reges. Illi quoque erant circa reginas, ut liquet & ex *n.* 25. Idem probatur Esth. IV. 5. Eoque respexisse videtur Te-

deficere [41] eam nuntiat; & *vix spiritum ducere.* Itine- 19
ris continui labore, animique ægritudine fatigata, inter socrus, & virginum filiarum manus collapsa erat; deinde & exstincta [42]. Id ipsum nuntians alius supervenit. Et Rex haud secus, quam si parentis 20
suæ mors nuntiata esset, crebros edidit gemitus [43]: lacrymisque obortis [44], quales Darius profudisset, in tabernaculum, in quo mater erat Darii, defuncto adsidens [45] corpori, venit. Hic vero renova- 21
tus est moeror, ut prostratam humi vidit: recenti malo priorum quoque admonita, receperat in gremium adultas virgines, magna quidem mutui doloris solatia; sed quibus ipsa deberet esse solatio. In 22
conspectu erat nepos parvulus, ob id ipsum miserabilis, quod nondum sentiebat calamitatem, maxime ex parte ad ipsum redundantem [46]; Crederes, Alexandrum inter suas necessitudines [47] flere, & solatia non adhibere [48], sed quærere. Cibo certe abstinuit, omnemque honorem funeri, patrio Persarum 23
more,

Terent. Eun. I. 2. 87.
Eunuchum dixti velle te,
Quia solæ utuntur his reginæ;
V. *Brisson. de regn. Pers.* III. *p.* 139. *Pignor. de serv.* p. 363. 373.

41. *Deficere* i. viribus & animo linqui. Inde v. 13. 29. *deficiens* pro morti vicino, moribundo. V. *Freinshemii Indicem.*

42. *Exstincta* ex collisione abjecti partus. *Justin.* XI. 12. 6. *Plutarch. Alex. f.* 249. V. III. 5. 6.

43. *Crebros edidit gemitus* i. crebro gemuit, *ingemuit* n. 30. V. III. 12. 4.

44. *Obortis* i. exortis. Hanc enim vim quandoque in compositionibus habet *ob* particula. Sic apud Liv. XXIII. 19. *Obnata ripis salicta.* Flor. I. 1. 17. *Oborta tempestas, Solisque defectio.* Nosster sæpius. V. *Freinshemii Indicem Florianum.*

45. *Defuncto adsidens*, quia in luctu, & parentalibus sacris *sedebant*, vel ex ritu Hebræorum Matth. XXVII. 61. Martial. II. 41. 20.
Te mœstæ decet adsidere matri,
Lugentique virum, piumque fratrem.
V. *Demster. Ant. Rom.* III. 33.

46. *Redundantem* i. pertingentem, redeuntem. Cic. de Amic. *Erumpunt sæpe vitia nostra in alios, quorum tamen ad vos redundat infamia.*

47. *Necessitudines* i. necessitudine junctos. Sueton. Tib. c. 50. *Odium adversus necessitudines in Druso primum fratre detexit.*

48. *Solatia adhibere* i. solatio esse, solari.

more, ſervavit[49]: dignus hercule, qui nunc quoque tantum manſuetudinis, & continentiæ ferat[50] fructum. Semel omnino eam viderat, quo die capta eſt; nec ut ipſam, ſed ut Darii matrem videret: eximiamque pulchritudinem formæ ejus non libidinis habuerat incitamentum[51], ſed glorię. E ſpadonibus, qui circa Reginam erant, Tyriotes, inter trepidationem lugentium[52] elapſus, per eam portam[53], quę, quia ab hoſte averſa[54] erat, levius[55] cuſtodiebatur, ad Darii caſtra pervenit: exceptusque a vigilibus in tabernaculum Regis perducitur, gemens, & veſte lacerata. Quem ut conſpexit, Darius, multiplici exſpectatione commotus, &, quid potiſſimum timeret, incertus; *Vultus*[56] *tuus*, inquit, *neſcio*

49. *Honorem funeri ſervavit* i. ſepeliri curavit.

50. *Ferat fructum* i. auferat, accipiat præmium. Nep. Attic. v. 1. *Tulit pietatis fructum.* De re ſimili Diodor. XVII. 38. *Itaque Alexander, etſi hanc vitæ noſtræ tempeſtatem multis ætatibus præceſſit, juſtam tamen etiam a poſteris, dignamque ſuis virtutibus prædicationem nanciſcatur.*

51. *Incitamentum* i. calcar. Arrian. IV. 284. *Ipſe vero quadam reverentia ductus ei*, Darii uxori, *pepercit: magna profecto continentia uſus, & magno quodam gloriæ ſtudio impulſus. Incitabulum* dicit *Gell. N. A.* XV. 2.

52. *Inter trepidationem lugentium* i. interea dum lugentes trepidant.

53. *Portæ* caſtrorum erant quatuor: prætoria, ſive ordinaria: decumana, ſive quæſtoria: dextra principalis, & ſiniſtra principalis. V. *Lipſ. Tacit. Ann. I.* 27.

54. *Averſa.* Talis in Romanis caſtris *decumana.* Tacit. Ann. I. 66. 1. *Cuncti ruerent ad portas, quarum decumanæ maxime petebatur, averſa hoſti, & fugientibus tutior.* Illam *averſa* parte collocabant, quia omnium erat maxima, &, proinde, ſi vis ingrueret, defenſu difficillima. V. *Freinshemium.*

55. *Levius*, quaſi extra periculum eſſet, quod ipſum ſæpius maximum negligentibus creavit. Liv. XXXII. 8. *Samnites vix dum certa luce, & eam ipſam premente caligine, ad ſtationem Romanam in porta ſeguiter agentem vigilias, perveniunt. Improviſo oppreſſis, nec animi ſatis ad reſiſtendum, nec virium fuit. Ab tergo caſtrorum, decumana porta impetus factus.* V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

56. *Vultus* eſt id, quod ſubjacet fronti. Julius Pollux Onomaſt. II. Quod autem fronti ſubjacet, *πρόσωπον* i. *vultum, quod duntaxat in hominibus ſic dicimus. Etenim in animalibus os, ut & in avibus rictum, & roſtrum.* V. *Turneb.*

neſcio quod, ingens malum præfert[57]: *ſed cave miſeri hominis auribus parcas*: *didici*[58] *enim eſſe infelix*: *& ſæpe calamitatis ſolatium eſt, noſſe ſortem ſuam. Num, quod maxime ſuſpicor, & loqui timeo, ludibria meorum nuntiaturus es; mihi, & ut credo, ipſis quoque, omni graviora ſupplicio*[59]? Ad hæc Tyriotes, *Iſtud quidem procul abeſt*, inquit: *quantuscunque enim Reginis honor ab iis, qui parent, haberi poteſt; tuis a victore ſervatus eſt: ſed uxor tua paulo ante exceſſit e vita.* Tum vero non gemitus modo, ſed etiam ejulatus, totis caſtris exaudiebantur: nec dubitavit Darius, quin interfecta eſſet, quia nequiſſet contumeliam[60] pati: exclamatque amens[61] dolore; *Quod ego tantum nefas commiſi, Alexander? quem tuorum propinquorum necavi, ut hanc vicem ſævitiæ meæ reddas*[62]? *Odiſti me, non quidem provocatus*[63]: *ſed finge juſtum*[64] *intuliſſe te bellum; cum feminis ergo agere debueras*[65]? Tyriotes affirmare per Deos patrios, nihil in eam gravius eſſe conſultum[66]: ingemuiſſe

57. *Præfert* i. exhibet, præ ſe fert. Cicer. de LL. I. *Is, qui appellatur vultus, indicat mores.* Plin. XI. 37. *Frons hominis lætitiæ & hilaritatis: ſeveritatis & triſtitiæ eſt index.* Noſter VI. 9. 1. VII. 2. 24. VIII. 6. 16.

58. *Didici.* Ita Ovid. V. 12. 4. *Jam pridem didici fortior eſſe miſer.*

59. *Graviora ſupplicio.* Ita Diodor. XIX. 8. *Dignam ſe ultionem de iis, qui necem evaſerant, exacturos arbitrantur; ſi cognatos eorum quam contumelioſiſſime tractent. Ipſa enim morte acerbiora paſſuros, conſentaneum erat, ſi uxorum & virginum ſtupra per contumeliam illata conſideravent.*

60. *Contumelia* plus eſt, quam injuria, & illius veluti gradus ſuperior. Pacuv. Periboea: *Patior facile injuriam, ſi eſt vacua a contumelia.* V. *Pacuv. Orig. in Juno.*

61. *Amens* i. perculſus, attonitus, in *amentiam* prope actus. Vig. Aen. III. 306. *& Troia circum Arma amens vidit.* Plaut. Aſin. Arg. v. 6. *Rivinus amens.* Noſter VI. 7. 8. Unde jungunt VI. 9. 32.

62. *Hanc vicem ſævitiæ meæ reddas* i. eo modo ſævias in meos, quo ego ſævieram in tuos.

63. *Provocatus* i. laceſſitus. Juſtin. III. 7. 4. Hoſtes ad *prælium provocant.* Non *provocatus* fuerat Alexander; ſed ejus majores, quibus Perſæ ſæpius bellum intulerant.

64 *Juſtum* V. V. 8. 15.

65. *Agere.* Infr. *gerere* IV. 11. 17.

66. *In eam gravius eſſe conſultum* i. gravius quid ſtatutum, vel judicatum, gravius cum illa actum. Juſtin. I. 7. 11. *Si quid in Cræſum crudelius conſuluiſſet.* No-

gemuisse etiam Alexandrum morti, & non parcius flevisse:
31 *quam ipse lacrymaretur* 67. Ob hæc ipsa amantis animus in solicitudinem suspicionemque revolutus est 68; desiderium captivę profecto a consuetudine stupri 69
32 ortum esse conjectans. Submotis 70 igitur arbitris 71, uno duntaxat Tyriote retento, jam non flens, sed suspirans; *Videsne in te Tyriote locum mendacio non esse? tormenta* 72 *jam hic erunt; sed ne exspectaveris per Deos, si quid tui tibi Regis reverentia est: num, quod & scire expeto, & quærere pudet, ausus est & dominus, & juvenis?*
33 Ille *quæstioni corpus* offerre; *Deos testes* invocare; *caste* 73, *sancteque* 74 *habitam* 75 *esse Reginam.* Tandem, ut fides facta est, vera esse, quæ adfirmaret spado, capite

ster v. 6. 16. V. *Loccenii Indicem.*

67. *Lacrymaretur* i. *lacrymas* effunderet. *Lacrymo* neutrum. Cicer. Attic. xv. 26. *Te, ut a me discesseris, lacrymasse, molestè ferebam.* & *lacrymor* deponens. Cicer. Verr. VII. *Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus? quis tam inhumanus? præter te unum, quin lacrymaretur.*

68. *Revolutus est* i. pertractus est, recidit. Terent. Hecyr IV. 4. 69. *Nam in eandem vitam te revolutum denuo.* Ubi Donatus. *Non rediisse, sed revolutum esse: tanquam invitum, aut nescium.* Noster VII. 8. 8.

69. *Consuetudine stupri.* Ita *consuetudinem adulterii* Sueton. Claud. c. 1. Talis vero consuetudo esse solet inter marem, & feminam. Donat. Hec. IV. 1. 40. *Consuesset proprie dicitur in stupro.* Noster VI. 5. 23.

70. *Submotis.* v. 11. 4. *remotis. Submovere* est arcere, abigere. Prop. I. 20. 15.

Et volucres ramo submovet insidias.

Verbum est lictorum. Liv. III. 48. *I lictor, submove turbam.* Horat. Od. II. 16. 10.

Neque Consularis
Submovet lictor miseros tumultus.

71. *Arbitris* i. præsentibus, spectatoribus. Plaut. Mil. II. 2. 3. *Mihi quidem jam arbitri vicini sunt.* Cic. Verr. VII. *Locus amœnus, & ab arbitris remotus.* Noster v. 11. 4: 12. 10.

72. *Tormenta* i. instrumenta, quibus cogaris ad confitendum. Infr. VI, 11. 31.

73. *Caste* i. pure, absque stupro. *Castitas* enim stupro adversatur. Horat. Od. IV. 5. 21.

Nullis polluitur casta domus stupris.

Unde quam *castam* Prop. III. 10. 8. vocaverat, vocat *pudicam* II. 11. & *in casto* Dei esse, est illi puriter facere. V. *Scalig. in Fest. p.* 94. *Conject. Varr. p.* 148. *Theod. Canter. V. L.* II. 21.

74. *Sancte* i. inviolate. V. III. 8. 5. §. 6: 12. 21. §. 68.

75. *Habitam*, getractetert.

76. *Ve-*

pite velato 76 diu flevit: manantibusque adhuc lacrymis, veste ab ore rejecta, ad cœlum 77 manus tendens 78, *Dii patrii* 79, inquit, *primum mihi stabilite regnum: deinde, si de me jam transactum est* 80; *precor, ne quis Asiæ Rex sit, quam iste tam justus* 81 *hostis, tam misericors victor.*

CAP.

76. *Velato* i. tecto, aperto. *Velabant* se veteres, vel propter sacra, vel subitam, aut desperatam aliquam rem, aut malum aliquod. Infr. v. 12. 8. VI. 2. 6: 8. 22. V. *Schegk. Præmess.* c. 10.

77. *Ad cœlum* sublatis manibus orabant veteres. Apulejus de mundo: *Habitus orantium hic est, ut manibus extensis ad cœlum precemur.*

78. *Tendens* i. tollens. Ovid. Trist. I. 10. 21.

Ipse gubernator tollens ad sidera palmas.

ferens Horat. Od. III. 23. 1.

Cœlo supinas si tuleris manus.

pandens Virg. Aen. III. 263.

At pater Anchises, passis de littore palmis.

Noster VI. 6. 34.

79. *Dii patrii* Persarum erant Jupiter, Sol, sive Mithres, Oromazes, vel, ut aliis placet, Oromagda: nec non inter læva numina Arimanes, quem ceu Vejovem, aut Averruncum Deum colebant. De illis IV. 14. 23. V. 12. 3. VII. 4. 1. VI. 11. 15. V. *Brisson. de regn. Pers.* II. 162. Arrian. IV. 285. *Jupiter rex, qui regum in terris negotia, statumque moderaris, tu mihi Medorum ac Persarum imperium, quod dedisti, stabilito. Sin vero jam de me transactum est, ut rex Asiæ esse desinam, in neminem alium, quàm in Alexandrum imperium meum transferto.*

80. *De me transactum est*, het met my uyt is. Flor. IV. 7. 13. *Transactum de partibus ratus.* Noster VI. 11. 23.

81. *Justus* i. facilis, humanus, æquus. Terent. Heaut. IV. 1. 33. *Ut meæ stultitiæ in justitia tua sit aliquid præsidii.*

CAP. XI.

ARGUMENTUM.

Pacem tertio petit, sed non impetrat, imo ad bellum parandum provocatur Darius.

1 ITaque, quanquam pace frustra bis petita [1], omnia in bellum consilia converterat, victus tamen continentia hostis, ad novas pacis conditiones ferendas decem legatos cognatorum principes misit: quos 2 Alexander consilio [2] advocato [3] *introduci* jussit. E quibus maximus natu; *Darium*, inquit, *ut pacem a te jam hoc tertio* [4] *peteret, nulla vis subegit* [5]: *sed justi-* 3 *tia* [6] *& continentia* [7] *tua expressit* [8]. *Matrem, conjugem, liberosque ejus, nisi quod sine illo sunt, captos esse non sensit: pudicitiæ earum, quæ supersunt* [9], *curam haud secus, quam parens, agens, Reginas appellas: speciem pristinæ for-* 4 *tunæ retinere pateris. Vultum tuum video, qualis Darii fuit, quum dimitteremur ab eo: & ille tamen uxorem; tu hostem luges. Jam in acie stares, nisi cura te sepulturæ ejus*

Bis petita n. IV. 1. 7. & IV. 5. 4.

2. *Consilio* i. consiliariis, ut n. 10. V. 8. 6. IV. 13. 3.

3. *Advocato* i. convocato, ut V. 8. 6. adhibito IV. 13. 3.

4. *Jam hoc tertio* i. jam hac tertia vice. τὸ *tertio* hoc in usu non est adverbium; sed ponitur per ellipsin τῷ *loco, tempore, numero*. V. *Gronov. Observ.* II. 8.

5. *Subegit* i. coegit. Salust. B. C. 10. *Ambitio multos mortales falsos fieri subegit.* Virg. Aen. III. 257.

Ambesas subigat malis absumere mensas.

6. *Justitia*, qua supra belli jura non sæviit in reginas & feminas, quamvis hostes, & ipse hostium victor, imo easdem, ut reginas, coluit, colique præcepit. V. *Raderum.*

7. *Continentia*, qua omnes inviolatas & intactas custodivit, & ut ab nullo contrectarentur. V. *Raderum.*

8. *Expressit* i. evicit, extorsit, obtinuit. Cic. Verr. V. *Tum in jus ipsum eduxi, expressi, ut consicere tabulas se negaret.*

9. *Supersunt* i. superstites sunt, vivunt. Virg. Aen. X. 47.

Liceat superesse nepotem.

10. *Ter-*

ejus moraretur. Et quid mirum est, si tam ab amico animo pacem petit? quid opus est armis, inter quos odia sublata sunt? Antea imperio tuo destinabat Halyn amnem, qui Lydiam 5 *terminat* [10]. *Nunc, quicquid inter Hellespontum, & Euphratem est, in dotem filiæ offert, quam tibi tradit. Ochum* 6 *filium, quem habes, pacis & fidei obsidem retine: matrem, & duas virgines filias redde: pro tribus corporibus* [11] *triginta millia talentum auri* [12] *precatur accipias. Nisi mo-* 7 *derationem animi tui notam haberem; non dicerem, hoc esse tempus, quo pacem non dare solum, sed etiam occupare deberes. Respice* [13], *quantum post te reliqueris: intuere, quantum petas! Periculosum est prægrave imperium:* 8 *difficile est continere, quod capere non possis. Videsne, ut navigia, quæ modum excedunt* [14], *regi nequeant? Nescio, an Darius ideo tam multa amiserit, quia nimiæ opes magnæ jacturæ* [15] *locum faciunt. Facilius est quædam vin-* 9 *cere, quam tueri: quam hercule expeditius manus nostræ rapiunt, quam continent. Ipsa mors uxoris Darii te admonere potest, minus jam misericordiæ tuæ licere, quam licuit.*

10. *Terminat* i. ejus limites constituit. Cicer. Offic. I. *Illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminavit.* Noster VI. 2. 12.

11. *Corporibus* i. hominibus. Horat. I. 4. 6.

Non tu corpus eras sine pectore.

i. homo sine ingenio.

12. *Triginta millia talentum auri. Auri talentum* Julius Pollux δεκατάλαντον n. argenti appellat, quod decupla parte superet pretio talentum argenteum. Sex millia ergo ducas in triginta millia, prodibunt centies octagies millies millia aureorum, quos hodie vulgo centum & octoginta milliones appellamus. Valer. Max. IV. 6. 3. ext. decies centena millia talenta argenti ponit, quæ summa sexcentos milliones efficit. Diod. XVII. 54. tria millia tantum pronuntiat: tria, inquam, millia talenta, quæ summa non efficeret, nisi decies octies centena millia aureorum. Plutarch. Alex. f. 249. decem millia talentum i. sexies millies millia, sive sex milliones. Justin. XI. 12. 10. ut Curtius 30000. sed de auro tacet. V. *Raderum, Budæum de asse* IV. 429.

13. *Respicere* est obtorto collo videre ea, quæ a tergo sunt. Plaut. Most. II. 2. 90. *Cave respexis.* Inde *respicere*, te rugge deucken. Noster *n.* 13.

14. *Quæ modum excedunt* i. nimis sunt magna.

15. *Jactura* i. damno. *Jactura* Frontoni est, *quod jacitur ex onere navis.* Inde *jactura farcinarum.* VI. 6. 17. & *jacturam facere* Actor. XXVII. 18.

16. *Ex-*

licuit. Alexander, legatis excedere [16] tabernacula jussis, quid placeret, ad consilium refert. Diu nemo, quid sentiret, ausus est dicere: incerta Regis voluntate. Tandem Parmenio, *Ante suasissem*, ait, *captivos apud Damascum redimentibus* [17] *redderes*; *ingentem pecuniam potuisse redigi* [18] *ex iis, qui multi* [19] *vinctivirorum fortium occupaverant* [20] *manus. Et nunc magnopere censerem* [21], *ut unam anum* [22], *& duas puellas, itinerum agminumque impedimenta, triginta millibus talentis auri permutes. Opimum* [23] *regnum occupari posse conditione* [24], *non bello: nec quenquam alium inter Istrum* [25], *& Euphratem possedisse terras ingenti spatio, intervalloque discretas*

16. *Excedere* i. exire. Infr. VIII. 3. 13.

17. *Redimentibus*, rantsoeneerende.

18. *Redigi* i. colligi, *cogi*. ut Terent. Heaut. I. 1. 92. *Quasi ad talenta quindecim coegi*. Noster. VI. 2. 10.

19. *Multos* opponit tribus, *n.* 6.

20. *Occupaverant* i. priores in illas inciderant.

21. *Censerem* i. judicarem. *Censere* est sententiam de re in senatu proposita dicere. Est correlatum τῷ *referre*. Suet. Jul. c. 20. *Qui super tali consternatione referre, aut censere aliquid auderet*. Noster VII. 1. 1.

22. *Anum* Darii matrem. Contemtim. Sic Silana apud Tacit. Ann. XIII. 21. 4. *Novissimam suscipiendæ accusationis operam anui rependunt*. V. *Freinshemii Indicem*.

23. *Opimum* dicitur de solo non arenoso, sed *ubere glebæ*, ut Maro Aen. I. 535. Cujusmodi imprimis terræ nomine censetur ab agricolis. Inde translatum *regnum opimum* dicitur magnificum, amplum: *præda opima*, ampla, multa. Liv. XLV. 39. *Quid deinde tam opimæ prædæ, tam opulentæ victoriæ spoliis fiet?* Noster V. 1. 4. IX. 1. 2.

24. *Conditione* i. matrimonio, si n. Darii filiam duceret uxorem Alexander. Justin. XI. 7. 8. *Tam pulcra conditio, prima regni felicitas videbatur*.

25. *Ister* flumen est omnium in Europa maximum, quod præcipue complectitur Celticas nationes, a quibus etiam fontes ejus oriuntur exigui, sed multos fluvios in se recipit, Enum, Saum, aliosque. Per quinque ostia in Euxinum Pontum profluit. Septem ostia illi tribuunt *Val. Flacc.* VIII. 186. *Solin. c.* 13, qui 60 amnes illum recipere tradit. Illa parte, qua Scythicis allabitur oris a fonte usque ad cataractas, quæ sunt in montibus Daciæ, non procul a Tauruno oppido, a Scythis *Danubius* vocatur a monte Abnoba, in quo oritur: appellatur *Ister*, ubi primum Illyricum alluit. Unde *binominem* vocat *Ovid. Pont.* I. 8. 11. V. *Arrian.* I. 8. *Rer. Indic. p. m.* 516. *Plin.* IV. 12. *Herod.* IV. 316. & *Salmas. Exercit. Plin. f.* 186.

26.

tas [26]. *Macedoniam quoque respiceret potius; quam Bactra, & Indos intueretur*. Ingrata oratio Regi fuit. Itaque, ut finem dicendi fecit [27]: *& ego*, inquit, *pecuniam, quam gloriam mallem, si Parmenio essem* [28]. *Nunc Alexander, de paupertate securus sum: & me non mercatorem memini esse, sed regem. Nihil quidem habeo venale; sed fortunam meam utique non vendo. Captivos si placet reddi; honestius dono dabimus, quam pretio remittemus*. Introductis deinde legatis ad hunc modum respondit. *Nuntiate Dario, me, quæ fecerim, clementer & liberaliter, non amicitiæ ejus tribuisse; sed naturæ meæ. Bellum cum captivis, & feminis* [29] *gerere non soleo. Armatus sit oportet, quem oderim* [30]. *Quod si saltem pacem bona fide* [31] *peteret; deliberarem forsitan, an darem. Verum enim vero, quum modo milites meos literis ad proditionem, modo amicos ad perniciem meam solicitet: ad internecionem* [32] *mihi persequendus est, non ut justus hostis; sed ut*

14 15 16 17 18

26. *Discretas* i. divisas. Tacit. Hist. IV. 75. 3. *Quos discretos intercipere licuisset*.

27. *Finem dicendi fecit* i. loqui desiit.

28. *Si Parmenio essem*. Hoc dictum plane regium inter Alexandri apophthegmata refert *Plutarch. Apophtheg. c.* 38. Valer. Max. VI. 4. 3. ext. *Quantus hic in sapientia, tantus in armis Alexander illam vocem nobiliter edidit. Dario enim uno jam & altero prælio virtutem ejus experto, atque ideo partem regni Tauro tenus monte, & filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentum pollicente; cum Parmenio dixisset: se, si Alexander esset, usurum conditione: respondit: & ego uterer, si Parmenio essem. Vocem duabus victoriis respondentem, dignamque, cui vera, sicut evenit, tribueretur*.

29. *Feminis*. Senec. de ira III. 24. *Puerum ætas excusset, feminam sexus*. Deut. XX. 14. Ipse Deus in bellis Hebræorum etiam post pacem oblatam, & repudiatam parci vult *feminis*, & infantibus. V. *Grot. de jur bell. & pac.* III. 11. 9.

30. *Armatus sit oportet, quem oderim*. Ita Liv. V. 27. *Arma habemus non adversum eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur, sed adversus armatos*. Tacit. Ann. I. 59. 4. *Non enim se proditione, neque adversus feminas gravidas; sed palam adversus armatos bellum tractare*.

31. *Bona fide* i. sincere, sine dolo. Plaut. Pseud. IV. 6. 33. *Bonane fide istuc dicis*. V. *Fab. Semest.* I. 24. *Turn.* XVIII. 25.

32. *Internecionem* i. occisionem, vitæ privationem. Inde *bellum internecinum*, quo altera pars funditus deletur.

33. *Per-*

19 *ut percussor* 33, *& veneficus* 34. *Conditiones vero pacis, quas fertis, si accepero, victorem eum faciunt. Quæ post Euphratem sunt, liberaliter donat: ubi igitur me aſſlamini? nempe ultra Euphratem ſum. Summum ergo dotis, quam promittit, terminum* 35 *caſtra mea transeunt. Hinc me*
20 *depellite, ut ſciam veſtrum eſſe, quod ceditis* 36. *Eadem liberalitate dat mihi filiam ſuam: nempe quam ſcio alicui ſervorum* 37 *ſuorum nupturam. Multum vero mihi præ-*
21 *ſtat, ſi me Mazæo generum præponit! Ite, nuntiate Regi veſtro; & quæ amiſit, & quæ adhuc habet, præmia eſſe belli: hoc regente utriusque terminos regni, id quemque habiturum, quod proximæ lucis adſignatura* 38 *fortuna eſt.*
22 Legati reſpondent: *Quum bellum in animo ſit* 39, *facere eum ſimpliciter* 40, *quod ſpe pacis non fruſtraretur. Ipſos petere, quamprimum dimittantur ad Regem: eum quoque bellum parare debere.* Dimiſſi nuntiant, *adeſſe* 41 *certamen.*

CAP.

33. *Percuſſor*, quia milites } ſolicitaverat. V. *Freinshem.*
34. *Veneficus*, quia medicos }

35. *Summum dotis terminum*, het uyterſte, het hooghſte van den bruydtſchat.

36. *Ceditis* i. cujus dominium in me transfertis. Infr. VI. 6. 33. Juſtinus dicit *cedere regnum* X. 2. 3. *cedere regno* I. 10. 12. XXIX. 2. 6.

37. *Servorum* i. procorum Perſicorum. Perſarum Reges plane legibus ſoluti erant: illisque quod libebat, licebat. Usque adeo libere Perſarum reges imperabant, ut omnes, qui eorum ditioni parebant, pro *ſervis* & mancipiis haberent, ſola uxore excepta. Nec aliter ab illis ſubditi, cujuscunque conditionis, ordinis, gradusque eſſent, appellabantur. Infr. V. 9. 9: 12. 16. VII. 4. 9. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* I. 22.

38. *Adſignatura* i. diviſura. Juſtin. XLII. 3. 1. *Populis, quos ſecum adduxerat, adſignavit.* Proprie *aſſignare* eſt ſpeciatim dividere, ut in coloniis, quod & *metari* dicebant. V. *Turneb.* XIII. 1.

39. *Bellum in animo ſit* i. propoſuerit bellum gerere.

40. *Simpliciter* i. ingenue. *Simplex* etiam ponitur pro candido, nec fraudulenter agente. Phædr. III. 8. 7. *Canis ſimpliciter.* Cicer. Acad. IV. *Cum ſimplici homine ſimpliciter agerem.* Noſter V. 10. 13. VII. 2. 10. & 36.

41. *Adeſſe* i. inſtare. Liv. VI. 15. *Quum ſuis ſignum dediſſet adeſſe certamen.*

Erg.

CAP. XII.

ARGUMENTUM.

Copiarum numerum recognoſcit Darius. Panico terrore excuſſo curſu ad hoſtem contendere ſtudent Alexandri milites.

ILle quidem confeſtim Mazæum cum tribus milli- 1
bus equitum, ad itinera, quæ hoſtis petiturus
erat, occupanda præmiſit. Alexander corpori 2
uxoris ejus juſtis perſolutis, omnique graviore comitatu [1] intra eadem munimenta cum modico præſidio relicto, ad hoſtem contendit. In duo cornua 3
diviſerat peditem; in utrumque latus equite circumdato: impedimenta ſequebantur agmen. Præmis- 4
ſum deinde concitis [2] equitibus Menidam jubet explorare, ubi Darius eſſet. At ille, quum Mazæus haud procul conſediſſet [3], non auſus ultra procedere: nihil aliud, quam *fremitum hinnitumque equorum exaudiſſe* nuntiat. Mazæus quoque, conſpectis pro- 5
cul exploratoribus, in caſtra ſe recipit [4]; adventus hoſtium nuntius. Igitur Darius, qui in patentibus, campis decernere optabat; *armari militem* jubet, aciemque disponit. In lævo cornu Bactriani 6
ibant

Graviore comitatu, qui valde moraturus erat agmen, quo numero ſunt pecuniæ, & quicquid multis jumentis opus habet: item captivorum multitudo. V. *Freinshemium.*

2. *Concitis.* Liv XXVI. 15. *Equestrium ab Roma venit.*

3. *Conſediſſet* i. ſubſtitiſſet. *Conſidere* enim notat quoque ſubſiſtere, fixa ſede, aut certe caſtris locatis. V. *Freinshemii Indicem.*

4. *Recipere* eſt cedentium, & locum munitiorem quærentium, *retireeren.* Flor. III. 15. 5. *Proximorum cæde pulſus, quum ſe in Aventinum recepiſſet.* Noſter VIII. 11. 18. VII. 9. 14.

5. *Patentibus* i. late protendentibus, magnum ſpatium occupantibus. Flor. III. 3. 14. *patentiſſimo, quem Raudium vocant, campo procurrere.* Noſter VI. 4. 16. Inde *patere late* dicuntur populi, regiones. Suet. Tib. c. 16. *Illyrico, quod inter Italiam, regnumque Noricum, &c. patet.* Noſter VII. 8. 22.

ibant equites, mille admodum; Dahæ [6] totidem: & Arachosii, Susiique [7] quatuor millia explebant [8]. Hos quinquaginta falcati currus sequebantur. Proximus quadrigis erat Bessus, cum octo millibus equitum item [9] Bactrianis. Massagetę [10] duobus millibus agmen ejus claudebant. Pedites his plurium gentium non mixtas [11], sed suę quisque nationis junxerant copias. Persas deinde cum Mardis, Sogdianisque Ariobarzanes [12] & Orobates [13] ducebant. Illi partibus copiarum; summæ Orsines [14] præerat; a septem Persis [15] oriundus, ad Cyrum [16] quoque nobilissimum Regem originem sui referens. Hos aliæ gentes, ne sociis quidem satis notę, sequebantur. Post

6. *Dahæ* juniores appellant illos, qui ad lævam mare Caspium naviganti Nomades accolunt, qui etiam Aparni sunt nominati. V. *Strab.* XI. 121. *Plin.* VI. 17. *Solin. c.* 20. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 796.

7. *Susii* etiam Cissii sunt appellati. Nam Aeschylus Memnonis matrem Cissiam vocat. *Susia* vero pars est Persię, propinqua Babyloniæ. *Strab.* XV. 481. Noster V. 2. 17. qui illos & *Susianos* nominat V. 3. 3. & 16. Arrianus quoque modo *Susios*, modo *Susianos* appellat. V. *Blanck. Arrian. p.* 179. *Ruigerf. V. L.* III. 4.

8. *Expleverant*, waaren effectivelijck soo sterck. Sic *n.* 13. v. 8. 4. III. 2. 6.

9. *Item* i. similiter. Cicer. de amic. *Itaque ex me quærunt, credo & ex hoc item Scævolæ.* Noster VI. 7. 28.

10. *Massagetæ* Scythæ sunt orientaliores, ultra mare Caspium. V. *Strab.* XI. 1. 20. *Diodor.* II. 43. *Herod.* I. 123.

11. *Non mixtas* equitibus sine discrimine, ita ut Bactriani pedites cum Dahis, aut Scythis essent conjuncti, sed suæ cujusque gentis pedites, cum suæ gentis equitibus fuerint ordinati: enm Dahis nempe equitibus Dahæ, cum Bactrianis Bactriani, cum Medis Medi, atque ita deinceps per totum exercitum. V. *Raderum* & *Freinshemium.*

12. *Ariobarzanes* Phrygię quondam fuit satrapa. *Diodor.* XVII. 17. Noster V. 3. 17: 4. 33.

13. *Orobates* Arriano III. 172. emendante Blanckardo dicitur *Orontobates.*

14. *Orsines* Arrian. III. 172. *Orxines.* Satrapes fuit Persagadarum. X. 1. 23.

15. *Septem Persis* nobilissimo Magicidii facinore decantatissimis. Fuerunt vero hi: Otanes, Jutaphernes, Gobrias, Megabyzus, Aspathines, Hydernes, & Darius Hystaspis filius. V. *Popmam.*

16. *Cyrum.* Ita & X. 1. 23. *Cyrus* ademptum Lydis & Medis imperium primus in Persidem intulit, cujus successor Cambyses filius a Magis, qui dolo Persarum regnum

Post quas quadraginta quadrigas Phradates [17] magno Caspianorum [18] agmine antecedebat. Indi, cæterique rubri maris accolæ, nomina verius, quam auxilia [19], post currus erant. Claudebatur hoc agmen aliis falcatis curribus quinquaginta, queis peregrinum militem adjunxerat. Hunc Armenii, quos minores vocant; Armenios Babylonii; utrosque Belitæ [20] & qui montes Cossæorum [21] incolebant, sequebantur. Post hos ibant Gortuæ [22], gentes quidem Euboicæ, Medos quondam sequuti; sed jam degeneres [23], & patrii moris ignari. Adplicuerat

regnum occupaverant, sublatus est. V. *Popmam.*

17. *Phradates* præfectus fuit Tapurorum gentis VI. 4. 24. Arrian. III. 217. *Autophradates.* Noster VI. 4. 24: 5. 21.

18. *Caspiani* Scythis proximi sinum Caspium cingunt. V. *Melam* I. 2.

19. *Nomina* solum esse, vel nihil, præter *nomina* adferre scite dicuntur Auctoribus, qui numero magis, quam robore, aut virtute pollent. Liv. VII. 29. *Campani nomen magis, quam vires cum adulissent.* Synes. Epist. 78. milites imbelles ὀνόματα vocat. Tacit. Hist. IV. 14. 7. *Inania legionum nomina.* 7. 2. *Vana & sine viribus nomina.* V. *Loccenii Indicem.* Noster IV. 14. 4.

20. *Belitæ.* Diu hic locus me suspensum tenuit, cum nemo veterum, quantum sciam, meminerit *Belitarum.* Quare inducebam verba, *utrosque Belitæ.* Fuit cum scriberem *Balitæ*, a *Bali* urbe Libyes. Aliquando sic constitui locum: *Armenios Babylonii Belitæ.* Ea notione *Belitæ* non erunt populi a Babyloniis separati, sed Babylonios intelligebam *Belitas* Curtio dici a *Belo*, cui magnificum in urbe templum consecraverant. V. *Blanckard. in Arrian. p.* 181.

21. *Cossæi* junguntur Susianis orientem versus: magna ex parte sagittarii sunt, semper exercent latrocinia. Parvam enim ac sterilem regionem incolentes, ex alieno vivere, & valentes esse oportet. V. *Plin.* VI. 27. *Strab.* XVI. 509. *Arrian.* VII. 475. *Diodor.* XVII. III.

22. *Gortuas* ex Eubœa insula oriundos affirmat, & olim ad Medos transisse, Patriæ suæ, & rituum (an Græcanicorum) oblitos, atque inter barbaros versatos, barbarorum quoque mores induisse. Atqui non videtur hic Curtius de Eubœa Græca insula quicquam cogitasse, sed de Indica regione, circa quam tam feraces ajunt esse vites, ut quotidie uvas proferant. Eustathium audi ad Dionysium Periegetem: *Nysæ ajunt plures Aethiopica, Arabica, & Euboica, circa quam miraculo vinea est, quæ quotidianas profert uvas.* V. *Raderum.*

23. *Degeneres* i. qui desciscunt ab institutis majorum, qui præ-

rat [24] his Phrygas & Cataonas [25]. Parthienorum [26] deinde gens, incolentium terras, quas nunc Parthi Scy-
12 thia profecti tenent, claudebant agmen. Hæc finistri cornu acies fuit. Dextrum tenebat natio majoris Armeniæ, Caduſiique [27], Cappadoces, & Syri, & Medi. His quoque falcati currus erant quinquaginta.
13 ta. Summa totius exercitus [28] equites quadraginta quinque millia: pedestris acies ducenta millia expleverat. Hoc modo instructi decem stadia procedunt, jussique subsistere, armati hostem exspectabant. Ale-
14 xandri exercitum pavor [29], cujus causſa non fuberat

bent se indignos suo genere. Serv. in Virg. Georg. II. 59. *Degenerant, in pejus vertuntur.* Noster VII. 5. 29.

24. *Adplicuerat* i. adjunxerat. Infr. V. 5. 15. VI. 5. 7. IV. 13. 26.

25. *Cataones* populi sunt minoris Asiæ Cappadocibus proximi. V. *Strab.* XII. 158. *Plin.* VI. 2.

26. *Parthienen* quam Curtius vocat, plerique alii *Parthiam* dicunt, nec enim est diversa. Ptolomæus VI. in *Parthiæ* descriptione: *Vocatur autem pars Parthiæ, quæ juxta Hyrcaniam est, Comisena, & quæ sub hac est, Parthiena.* Ergo *Parthiena* est in Comisena, & Comisena pars *Parthiæ*. Non igitur idem prorsus *Parthiena* & *Parthia*, cum *Parthiena* sit pars partis *Parthiæ*. Noster VI. 2. 14. ubi V. *Raderum*.

27. *Caduſii* ad maris Caspii sinistram degunt. V. *Strab.* XI. 117. Illorum meminerunt *Justin.* X. 3. 3. *Diodor.* XVII. 6. Noster ignotos fuisse populos dicit IV. 14. 3.

28. *Summa totius exercitus.* Fieri non potest, ut numerus iste exercitus Dariani, vel ipso Curtio teste, sit justus. Hic 245000 censa sunt. In Cilicia 311200 numerati. Ad Arbela, sive Gaugamela dimidio fere major exercitus erat, ut Curt. IV. 9. 3. recensuerat, & IV. 9. 11. majores prioribus copias fuisse ostendit. Itaque editio Genevensis equitum numerat 145000 peditum 600000 nullo tamen alio codice Curtiano suffragante. Just. XI. 12. 5. narrat Darium Alexandro postremum occurrisse 100000 equitum, peditum 400000. Oros. III. 17. 404000 peditum, 100000 equitum recenset. Diodor. XVII. 39. & 53. 200000 equitum, 800000 peditum. Arrian. III. 2. 8. equitum 40000 peditum 1000000 sub signis habuisse Darium adfirmat. Plutarch. Alex. c. 54. universim indistincte 1000000 ponit. Cum ergo Diodorus, Arrianus & Plutarchus in 1000000 consentiant, non absque ratione apud Curtium numerum emendes, & tres nobilissimos scriptores sequaris. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*.

29. *Pavorem* appellat *Panicum* Po-

rat [30], invasit: quippe lymphati [31] trepidare [32] cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente. Cœli fulgor tempore æstivo ardenti similis internitens, ignis præbuit [33] speciem; flammasque ex Darii castris splendere, velut inlati temere præsidiis [34], credebant. Quod si perculsis Mazæus, qui præsidebat 15
itineri, supervenisset; ingens clades accipi potuit. Ille segnis in eo, quem occupaverat, tumulo sedet [35]: con-

Polyæn. IV. 3. ubi paulo aliter hanc historiam narrat: *Alexander ad fluvium Tigrin prævertere Darium festinabat: Panicum ab extrema acie pervasit universum exercitum. Rex mandavit tubicini, ut securitatis signum promulgaret, & antesignanis militibus, ut ante pedes arma projicerent, atque idem sequentibus se dicerent. Sic omnes ex ordine hoc facientes, causam terroris cognoverunt. Cum Panicum cessasset, milites, sublatis armis processerunt.* Ejus causam vero aperit I. 2. *Pan Bacchico exercitui noctu signum dedit, ut maximum & inconditum clamorem tolleret. His vero clamantibus petræ sonum exceptum referebant, & cavitas saltus longe majorum copiarum fremitum hostibus reddebat. Quare metu perterriti, se in fugam conjecerunt. Cum igitur Pan hoc stratagema usurparit, Echo Pani gratam, & amicam esse fingimus: atque vanos, nocturnosque terrores exercituum Panicos appellamus.* V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*. *Polit. Misc.* C. 28. *Erasm. Adag. f.* 319.

30. *Non suberat causa* justa, & vera, quæ percellere merito mentes hominum potuerit, & debuerit, quemadmodum sæpe prodigia, aut pugnæ in aere apparere solent. Fulgor ille cœli, e castris Darii late qui effulsit, ludibrium tantum fuit oculorum, cum sapienti, ex anni tempore, per æstatem id usu venire frequenter solere, facile constet. V. *Raderum*.

31. *Lymphati* i. furiosi, in furorem acti. Festus: *Lymphæ dictæ sunt a nymphis. Vulgo autem memoriæ proditum est, quicunque speciem quandam e fonte i. effigiem nymphæ viderint, furendi non feciſſe finem, Quos Græci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphatos appellant.* Noster VI. 2. 16. IX. 7. 8.

32. *Trepidare* i. metu concuti, *flaen schudden*. Terent. Eun. V. 5. 8. *Heus! quid est? quid trepidas?* Varr. R. R. III. 16. *Quum illos geminaverint, ex apibus conjecturam capiunt, si intus faciunt bombum, & cum introeunt, ac foras trepidant.* Inde Horat. Od. III. 27. 17. *trepidare tumultu* i. motu aeris a vento facti concuti. Noster V. 13. 19. VII. 1. 9. 2. 12.

33. *Præbuit* i. ostendit, *heeft vertoont.*

34. *Inlati temere præsidiis* i. se temere, & nec opinantes incidisse in hostium præsidia fulgore isto conspecto. V. *Freinshemium* & *Gronov. Observ.* II. 8.

35. *Sedet* i. otiosus est, *blijft*

16 contentus non lacessi[36]. Alexander cognito pavore exercitus, *signum, ut consisterent, dari, ante ipsos arma deponere, ac levare* corpora jubet: admonens, *nullam* 17 *subiti causam esse timoris; hostem procul stare.* Tandem compotes sui, pariter arma & animos recepere[37]: nec quidquam ex præsentibus tutius visum est, quam 18 eodem loco castra munire. Postero die Mazæus, qui cum delectis equitum in edito colle, ex quo Macedonum prospiciebantur castra, considerat; sive quia speculari modo[38] jussus erat, ad Darium re- 19 diit. Macedones eum ipsum collem, quem deseruerat, occupaverunt: nam & tutior planitie[39] erat; & inde acies hostium, quę in campo explicabatur, 20 conspici poterat. Sed caligo, quam circa humidi effuderant montes; universam quidem rei faciem non abstulit: cæterum agminum discrimina atque ordinem prohibuit perspici. Multitudo inundaverat[40] campos: fremitusque tot millium etiam pro- 21 cul stantium aures impleverat. Fluctuari[41] animo Rex,

stil leggen. Sedere est esse otiosum, non habere, quod agas. Cic. Fam. XVI. 3. *Qui si essent, nos Corcyræ non sederemus.* Attic. XII. 43. *Quid sedere totos dies in villa ista.* V. *Græv. Lect. Hesiod. c.* 12.

36. *Lacessi* est odiose provocari. Festus: *Lacit, decipiendo induxit. Lax etenim fraus est. Lacit, in fraudem induxit. Inde allicere, & lacessere.*

37. *Animos recepere*, sijn weder by haer selven gekomen. *Recipitur*, quod amissum est, aut ut amittamus, periculum est. Virg. Aen. VI. 111. *Medioque ex hoste recepi.* Vel *spiritum recipere* dicuntur, qui vehementer cursu, aut aliquo labore fatigati difficulter respirant, & ita ad recipiendum spiritum interquiescere coguntur. Noster VI. 9. 2. & 33.

38. *Modo*, in hoc significatu paulo rarius & inusitatius est, cum pro *tantum, duntaxat, tantummodo, solum* ponitur: ut si dicas, *bis modo hoc feci, ter modo cucurri* i. bis tantum hoc feci, ter tantummodo cucurri. V. *Raderum.*

39. *Tutior planitie* i. tutior, quam planities. Tutiora enim, quæ in arduo sunt, quam jacentia, & plana. V. *Freinshemium.*

40. *Inundaverat* i. late occupaverat. Noster V. 7. 8. Proprie *inundare est extra alveum transfundi.* Tacit. Hist. I. 86. 3. *Subita inundatione Tiberis, qui immenso auctu &c.* Noster IX. 9. 18. & 24. & 25.

41. *Fluctuatur*, qui animo dubius est. V. III. 10. 6. §. 27. &

Rex, & modo suum[42], modo Parmenionis consilium[43] sera æstimatione perpendere: quippe eo ventum erat, unde recipi exercitus, nisi victor, sine clade[44] non posset. Itaque dissimulato pavore, *mercenarium equitem ex Pæonia* præcedere jubet. Ipse phalangem, sicut antea dictum est, in duo cornua extenderat: utrumque cornu equites tegebant[45]. Jam- 23 que nitidior[46] lux, discussa[47] caligine, aciem hostium ostenderat: & Macedones, sive alacritate, sive tædio exspectationis, ingentem, pugnantium more, edidere clamorem. redditus & a Persis, nemora, vallesque circumjectas terribili sono impleverat. Nec jam contineri[48] Macedones poterant, quin 24 cursu quoque ad hostem contenderent. Melius adhuc ratus Alexander in eodem tumulo[49] castra munire; *vallum jaci* jussit: strenueque opere perfecto, in tabernaculum, ex quo tota acies hostium conspiciebatur, secessit[50].

CAP.

& *Gronov. Observ.* II. 8.

42. *Suum consilium*, n. bellum paci esse præferendum.

43. *Parmenionis consilium*, n. pacem bello præferendam.

44. *Recipi sine clade*, quia a tergo Tigris, a fronte Darius erat.

45. *Tegebant* i. erant a latere utriusque cornu: utrumque enim alioqui nudum hostilis equitatus incursioni patuisset. V. *Freinshemii Indicem.*

46. *Nitidior* i. magis splendens, clarior. V. III. 2. 12. §. 63.

47. *Discussa* i. dissipata. Cic. Plut. XII. *Discussa est caligo illa, quam paulo ante dixi, diluxit.* Noster VI. 8. 25.

48. *Contineri* i. ingehouden worden. *Continere* verbum est magistrorum, satis attente discipulos continentium, ut Gell. *N. A.* XIX. 1. Noster VII. 6. 16. VI. 3. 8.

49. *Eodem tumulo* a Mazæo deserto.

50. *Secessit* i. seorsum cessit. Cic. Catil. I. *Quare secedant improbi, secernant se a bonis.* Noster V. 9. 11. VI. 11. 12.

CAP. XIII.

ARGUMENTUM.

Hostem, Parmenionis, & Polypercontis, de nocturno prælio, consilio damnato palam luce aggredi statuit Alexander: Solem Mithren Darius, Jovem, Minervam, & Victoriam invocat Alexander, qui alto somno oppressus, a Parmenione excitatus, interrito vultu suos ad spem victoriæ excitatos disponit, & a muricibus humi ab hoste defossis sibi cavere jubet.

1 JAm vero universa futuri discriminis facies in oculis erat[1]: armis insignibus equi virique splendebant[2]: &, omnia intentiore cura præparari apud hostem, solicitudo prætorum agmina sua interequi-
2 tantium ostendebat. Ac pleraque inania[3]: sicut fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor, solicitam exspectatione men-
3 tem turbaverant. Igitur, sive dubius animi, sive ut suos experiretur[4], consilium adhibet: quid *opti-*
4 *mum factu esset*, exquirens. Parmenio, peritissimus inter duces artium belli, *furto*[5], *non prælio opus esse* cen-

1. *In oculis erat* i. ante oculos erat videbatur.

2. *Splendebant armis* i. induti erant splendentibus armis, splendide armati erant.

3. *Pleraque inania*, per se spectata. *inania* sunt tot millium fremitus armatorum, equorum hinnitus, fulgor armorum; nequicquam enim nocumenti creant. Sed ut proxime imminentis prælii signa, non immerito fremitus, ex quo multitudo hostium conjicitur, &c. quorum hinnitus, qui ingentes equitum copias prodit, & armorum fulgor, qui exercitum totum ad pugnam paratum, & instructum ostendit, mentem cum ducis, tum militis percellunt, cum incerta sit alea Martis. V. *Raderum*.

4. *Experiri* proprie est rei alicujus periculum facere, seu tentare, itane aliquid sit, an aliter: per metonymiam vero consequentis comperire, sentire, certum fieri, periculo ac negotio cognoscere. V. *Sciop. Styl. Hist. p.* 131.

5. *Furto* i. stratagemate, militari

censebat: *intempesta*[6] *nocte opprimi posse hostes: discordes moribus, linguis; ad hæc somno, & improviso periculo territos, quando in nocturna trepidatione*[7] *cituros*[8]? *At interdiu primum terribiles occursuras facies Scytharum, Bactrianorumque: hirta*[9] *illis ora, & intonsas*[10] *comas esse: præterea eximiam vastorum magnitudinem corporum. Vanis, & inanibus*[11] *militem magis, quam justis formidinis caussis moveri. Deinde tantam multitudinem cir-* 6 *cumfundi paucioribus posse. Non in Ciliciæ angustiis, & invius callibus; sed in aperta, & lata planitie dimicandum fore.* Omnes ferme Parmenioni adsentiebant: Po- 7 lypercon *haud dubie in eo consilio positam victoriam* arbitra-

litari quapiam astutia Græci κλέμματα, & κλοπὴν vocant Thucyd. v. & Xenoph. Exped. Cyr. IV. Quos imitantur Latini. Tacit. Annal. III. 74. 2. *Nam quia ille robore exercitus impar, furandi melior.* Justin. XI. 6. 8. *Occulta consilia victoriæ furtivæ convenire.* Ut *fures* noctu plerumque & tenebris ad *furandum* uti solent, ita clandestinam hostium invasionem scite *furto* comparat. Tacit. Agric. XXXIV. 2. *Ii sunt, quos unam legionem furto noctis aggressos, clamore debellaturos.* Cui opponitur aperte, vel luce pugnare. Virg. X. 734.

Obvius, adversoque occurrit, seque viro vir
Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.

V. *Loccenii Indicem.*

6. *Intempesta* i. multa, media, qua nihil agi tempestivum est, *middernaght.* Virg. Georg. I. 249.

Illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox.

Noster VII. 6. 18. Noctis partes denarrant *Varr. L. L.* V. 2. *Serv. Aen.* III. 587. *Censor. de die nat. c.* 24.

7. *Nocturna trepidatione.* Tacit. Ann. IV. 48. 3. *Tenebræ insuper delectæ augendam ad formidinem.* IV. 51. 3. *Nox aliis in audaciam, aliis ad formidinem opportuna.*

8. *Cituros* i. conventuros. Terent. Eun. III. 4. 1.

Heri aliquod adolescentuli coimus in Pyræo.

Noster X. 6. 15. VI. 8. 17.

9. *Hirta* i. pilis horrida, hispida, *ruygh.* Virg. Georg. III. 55.

Et camuris hirtæ sub cornibus aures.

Noster V. 6. 18.

10. *Intonsas* i. non tonsas, *fluentes* Marcellin. XVI. *Comæ fluentes horrebant.* Inde comæ proprie sunt *non tonsi capilli* Servio Aen. V. 556. Illæ vero visentibus horrorem incutere solent. *Lycurgus* enim *Lacedæmonios cives adsuefecit ad alendam comam, inquiens, ea formosos, pulchriores: deformes, terribiliores reddi.* Plutarch Apophth. 76.

11. *Vanis & inanibus.* Cæs.

8 trabantur. Quem intuens Rex; namque Parmenionem nuper acrius [12], quam vellet, increpitum [13] rursus castigare non sustinebat: *Latrunculorum* [14], inquit, *& furum ista sollertia est, quam præcipitis mihi* [16]: 9 *quippe illorum votum unicum est fallere. Mea vero gloriæ semper aut absentiam Darii, aut angustias locorum, aut furtum noctis obstare non patiar: palam luce adgredi certum est. Malo me fortunæ pœniteat, quam victoriæ pudeat.* 10 *Ad hæc illud quoque accedit, vigilias agere* [17] *Barbaros, & in armis stare, ut ne decipi quidem possint, compertum habeo. Itaque ad prælium vos parate.* Sic inci- 11 tatos ad corpora curanda dimisit. Darius illud, quod Parmenio suaserat, hostem facturum esse conjectans, *frenatos equos stare, magnamque exercitus partem in armis esse, ac vigilias intentiore cura servari* jusserat. Ergo 12 ignibus [18] tota ejus castra fulgebant. Ipse cum ducibus, propinquisque agmina in armis stantium circumibat; *Solem Mithren* [19], *sacrumque & æternum* invocans

B. C. 11. 4. 4. *Ut invisis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus, vehementiusque exterreamur.* Veget. III. 12. *Quæ ex usu sunt, non timentur.*

12. *Acrius* i. acerbius. IV. 11. 14.

13. *Increpitum* i. objurgatum. Festus: *Increpitare, arguere, convitiari. Increpitare, clamare, maledicere.* Tacit. Hist. III. 9. 4. *Quos armis pellere promptum erat, epistolis increpat.* Nost. VIII. 6. 30. IX. 4. 16. 7. 16.

14. *Latrones* dicebantur, qui non auctoritate publica, neque justo bello arma retinebant; sed privato consilio, & per factiones. Lepidus ea causa *latro* vocatur. V. *Freinshemii Indicem.*

15. *Solertia* i. prudentia. *Solers; in omni re prudens.* Festus. Terent. Eun. III. 2. 25. *Quæ liberum Scire æquum est adolescentem, solertem dabo.* Ubi V. *Donatum.* Inde *solerter* infr. VII. 4. 24.

16. *Præcipitis mihi* i. me docetis. Sueton. Ner. c. 7. *Visum sibi C. Cæsari præcipere.* V. *Freinshemii Indicem.*

17. *Vigilias agere* solebant Persæ. Et vigiles solebant cantu tempus fallere, cantilenisque, quibus Regis sui justitiam, virtutemque efferebant, noctem insomnem traducere. V. *Brisson. de regn. Pers.* III. 346.

18. *Ignibus* n. vigilum.

19. *Solem Mithren.* Luctat. Stat. Theb. I. 720. *Persæ in speleis Solem colunt, & hic Sol proprio nomine vocatur Mithra: est autem ipse Sol leonis vultu Persico habitu cum tiara, utrisque manibus bovis cornua comprimens.* Principium denominationis forte de-

vocans *ignem, ut illis dignam vetere gloria, majorumque monumentis fortitudinem inspirarent. Et profecto, si qua di-* 13 *vinæ opis* [20] *auguria humana mente concipi possent; Deos stare secum: illos nuper Macedonum animis subitam incussisse formidinem: adhuc lymphatos ferri agique* [21], *arma jacientes* [22]: *expetere præsides Persarum imperii Deos debitas a vecordibus* [23] *pœnas. Nec ipsum Ducem saniorem* 14 *esse: quippe ritu* [24] *ferarum prædam modo, quam expeteret, intuentem; in perniciem, quæ ante prædam posita esset, incurrere.* Similis apud Macedones quoque solicitudo erat: noctemque, velut in eam certamine edicto [25], metu egerunt [26]. Alexander non alias magis 15 terri-

defluxit a *Mithre* quodam, qui Heliopoli, vel in Solis urbe regnavit. Plin. XXXVI. 8. V. *Demster. Ant. Rom.* II. 8. *Brisson. de regn. Pers.* I. 106. & *Freinshemii Indicem.*

20. *Divinæ opis.* Nummi veteres non infrequentes hanc inscriptionem habent; *Opi divinæ*, ut videre est apud Occonem p. 335. 336. V. *Freinshemii Indicem.*

21. *Ferri, agique.* proverbialis apud Græcos figura est ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι, pro eo, quod est, hostili more populantur, aut vexant. Liv. XXXVIII. 15. *Tum demum fracta pertinacia est, ut ferri agique res suas viderunt.* Noster V. 11. 10. Id si traducatur ad animum, non paulo fiet festivius, & erit, aliorum arbitratu, quo volunt, trahi. V. *Erasm. Adag. f.* 515. *Bud. Comm. L. G. f.* 111.

22. *Arma jacientes.* Hoc fœdum esse docent Liv. I. 27. *Quo postquam fuga inclinavit; alii arma fœde jactantes, in aquam cœci ruebant. Fortissimi* enim, ut apud Diodor. XIV. 115. legere est, licet *fugiant, una cum armis flumina tranant, eodem pretio arma, vitamque habentes.* Respicit vero ad imperium Alexandri IV. 12. 16.

23. *Vecordibus* i. insanis. Cor enim sedes sapientiæ. *Ve particula duplicem significatum, eundemque inter se diversum capit, nam & augendæ rei, & minuendæ valet, sicut aliæ particulæ plurimæ; propter quod accidit, ut quadam vocabula, quibus particula ista præponitur, ambigua sint, & utroque versum dicantur. Vesani autem & vecordes ex una tantum parte, quæ privativa est, quam Græci στερητικὸν μόριον dicunt.* Gell. N. A. V. 12. Noster IV. 14. 18. X. 2. 12.

24. *Ritu ferarum.* Flor. III. 21. 26. *Bæbium sine ferro, ritu ferarum, inter manus laniatum.* Noster VII. 7. 37. IV. 16. 24. V. 3. 19.

25. *Edicto*, als of het aangeseyt was. *Edicere* est jus, qui est cum imperio, vel privato, ut patris familias. Plaut. Aulul. II. 4. 2. *Edixit mihi, ut dispartirem obsonium hic bifariam.* vel publi-

territus, *ad vota & preces Ariſtandrum vocari* jubet. Ille in candida [27] veſte verbenas [28] manu præferens, capite velato [29] præibat preces Regis [30], Jovem, Mi-
16 nervam, Victoriamque propitianti. Tunc quidem ſacrificio rite perpetrato, reliquum noctis adquieturus, in tabernaculum rediit. Sed nec ſomnum capere, nec quietem pati poterat, modo e jugo montis

publico, ut Conſulis, Prætoris, Ædilis. Plaut. Capt. IV. 2. 43.

Edictiones ædilitias hic homo habet in pectore.

V. & Donat. in Terent. Hec. IV. 1. 48. Noſter IV. 13. 14. VII. 1. 4. VI. 8. 23.

26. *Egerunt* i. transegerunt. Inft. VII. 5. 16. VIII. 3. 5.

27. *Candida veſte*, cujus uſus plurimus eſt in Sacris peragendis. Ovid. Faſt. I. 79.

Veſtibus intactis Tarpejas itur ad arces,
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.

Serv. Georg. III. 82. *Aliud eſt candidum eſſe i. quadam nitenti luce perfuſum: aliud album, quod pallori conſtat eſſe vicinum.* Differt ergo ab albo ſplendore, quem ei addit: qualis in nive, argento polito, margarita. V. Scalig. Exerc. Exot. 125. II. Noſter IX. 10. 25. VII. 11. 11.

28. *Verbenæ & ſagmina* eadem herba, eyſenkruyd. Plin. XXII. 2. *Non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris legationibusque verbenæ. Certe utroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt gramen ex arce cum ſua terra evulſum: ac ſemper & legati cum ad hoſtes, clarigatumque mitterentur, id eſt, res raptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur.* Ad quem locum Dalechampius. *Liv.* XXX. 44. *Nevio, Servio, Turnebo verbenæ, non herbæ privatum genus dicuntur, ſed rami, virgæ, frondes omnium ſacrarum arborum, ut lauri, olivæ, myrti: quin etiam herbas ex puro loco decerptas, quibus feſtis diebus aræ coronantur.* Terent. Andr. IV. 3. 11.

Ex ara hinc ſume verbenas tibi.

Myrtum apud Menandrum fuiſſe, ex quo illa Comicus transtulit, conſtat. Virg. Ecl. VIII. 65.

Verbenasque adole pingues, & maſcula thura.

V. Raderum & ex illo Freinshemium. Voſ. Lex. Etymol.

29. *Velato* i. filo cincto. Ita Teleboarum legati apud Plaut. Amph. I. 1101. *velatis manibus orant*, quia filo laneo caduceum, quod manibus præferebant, cinctum erat. Liv. II. 39. *Sacerdotes ſuis inſignibus velatos iſſe ſupplices ad caſtra hoſtium.* V. Scalig. Conject. in Varr. p. 39. Jun. Anim. II. 11.

30. *Præire preces Regibus*, aut ſummis magiſtratibus ſolebat vel Sacerdos, vel haruſpex. Plin. XXVIII. 2. *Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus. Et nequid verborum prætereatur, aut præpoſterum dicatur, de ſcripto præire aliquem.* V. Briſſon. Form. I. 61.

31. *Con-*

tis aciem in dextrum Perſarum cornu demittere agitabat; modo recta fronte concurrere [31] hoſti: interdum hæſitare [32], an potius in lævum torqueret agmen? tandem gravatum [33] animi anxietate cor- 17
pus altior [34] ſomnus oppreſſit [35]. Jamque luce orta duces ad accipienda imperia [36] convenerant; inſolito circa prætorium ſilentio adtoniti [37]. Quippe alias ar- 18
ceſſere ipſos, & interdum morantes [38] caſtigare adſueverat: tunc ne ultimo quidem rerum discrimine excitatum eſſe mirabantur; & non ſomno quieſcere, ſed pavore marcere [39] credebant. Non tamen quisquam e cuſtodibus corporis intrare tabernaculum

31. *Concurrere* i. prælium auſpicari, quod curſu fere fieri ſolebat I. Ut telorum jactum anteverterent. 2. Ut citius ad gladios, tanquam ad certiora, & graviora tela devenirent. 3. quia concurſu plurimum concitantur tela. V. *Freinshemii Indicem, Juſtin.*

32. *Hæſitare* i. dubium eſſe. Cicer. Acad. IV. *Dubitant, hæſitant, revocant ſe interdum.* Noſter VI. 6. 27.

33. *Gravatum animi anxietate.* Juſtin. XI. 13. 1. *confectum curis.*

34. *Altior* i. profundior. Diodor. XVII. 56. *Circa excubias matutinas ſomno tam profundo correptus quievit, ut nec orta jam luce expergefieri potuerit.* De Auguſto Sueton. X. 16. *Sub horam pugnæ tam arcto repente ſomno devinctus, ut ad dandum ſignum ab amicis excitaretur.*

35. *Oppreſſit* ut VI. 8. 21. VII. 11. 17. Juſtin. XI. 13. 1. *arripuit.* Diodorus modo *corripuit.* Sueronius *devinxit.*

36. *Imperia* i. mandata. Plaut. Aſin. II. 4. 10.

Tu verbero imperium meum contemſiſti.

37. *Adtoniti* i. ſtupentes. Senec. N. Q. II. 27. *Quo edito concidunt homines, & exanimantur: quidam vere viviſtupent, & in totum ſibi excidunt, quos vocamus adtonitos, quorum mentes ſonus ille cæleſtis loco pepulit.* Noſter VII. 7. 3. VII. 7. 26.

38. *Morantes* i. tarde venientes.

39. *Marcere* proprie dicuntur, qui multo cibo, & potu distenti languent, & ſommum capiunt. Petron. c. 22. de Trimalchionis convivis: *Quidam in ipſo limine conjunctis marcebant capitibus.* Sidon. Epiſt. II. 9. *Excuſſo torpore meridiano, pauliſper equitabamus, quo facilius pectora marcida cibis cœnatoriæ fami exacueremus.* Simili modo de Vitellio *jacere, & torpere* dixit Tacit. Hiſt. III. 36. 1. *Sed umbraculis hortorum abditus, ut ignavæ animalia, quibus ſi cibum ſuggeras, jacent torpentque.*

40. *Ta-*

lum [40] audebat: & jam tempus [41] instabat; nec miles injussu ducis, aut arma capere poterat, aut in ordines ire. Diu Parmenio cunctatus, *cibum ut caperent*, ipse pronuntiat. Jamque exire necesse [42] erat: tunc demum intrat tabernaculum: sæpiusque nomine compellatum, quum vocc non posset, tactu excitavit. *Multa lux* [43], inquit, *est, instructam* [44] *aciem hostis admovit: tuus miles adhuc inermis exspectat imperium. Ubi est* [45] *vigor ille animi tui? nempe excitare vigiles soles.* Ad hæc Alexander; *Credisne: me prius somnum capere potuisse, quam exonerarem animum solicitudine, quæ quietem morabatur? signumque pugnæ tuba dari jussit.* Et quum in eadem admiratione Parmenio perseveraret [46], *quod securus somnum cepisset: Minime*, inquit, *mirum est. Ego enim, quum Darius terras ureret, vicos excideret* [47], *alimenta* [48] *corrumperet, potens mei non eram* [49]; *Nunc vero quid metuam* [50], *quum acie decernere paret? Hercule*

40. *Tabernaculum intrare Regis* neminem ausum fuisse non vocatum docet Leonatus III. 12. 10. docent historiæ sacræ *Esth.* IV. 11. *Judith.* XIV. 10. 11. Fiebat hoc, cum propter majestatem regiam, ut humanæ sortis fastigium superasse videretur, & instar numinum coleretur; tum ut securius viveret, cujus vita multorum invidiæ, insidiis, ambitioni, indignationi, & odiis obnoxia, & objecta est. V. *Raderum.*

41. *Tempus* cibum sumendi, arma capiendi, hosti occurrendi.

42. *Necesse* nomen est adjectivum neutrius generis: sicut *necessis* masculini, & feminini: pro quo & *necessus*, *necessa*, *necessum* usurpantur. *Sciop. Styl. Hist. p. 68.*

43. *Multa lux*, het is verre op den dagh.

44. *Instructam* i. adornatam. *Instructa acies* opponitur fortuito prælio. Nep. Milt. v. 3. *Sub montis radicibus acie e regione instructa.* Noster III. 9. 5. IV. 16. 28.

45. *Ubi est.* Formula est, qua utebantur veteres in exprobrationibus. Phædr. 1. 10. 5.

Ubi pernicitas.
Nota, inquit, illa est.

46. *In admiratione perseveraret* i. admirationis signa ederet.

47. *Excideret* i. everteret. Cic. pro Mil. *Curiam inflammari, excidi, funestari.* Inde *excidium.* Flor. I. 17. 2. *In excidium Romani nominis repente conjurant.* Noster IV. 3. 23. v. 6. 1.

48. *Alimenta* i. commeatus, vivres. Noster IV. 8. 6.

49. *Potens mei non eram*, i. ick was mijn eygen man niet. Darius enim, quem sequebar, fugiendi finem non faciebat.

50. *Nunc quid metuam?* Tetigit eleganter hanc historiam Sidon. IX. 57. ubi de Dario sic:

Qui cum maxima bella concitasset,
Tota

cule votum meum implevit. Sed hujus quoque consilii ratio postea reddetur: vos ite ad copias, quibus quisque præest. Ego jam adero, &, quid fieri velim, exponam. Raro admodum, admonitu amicorum [51], quum metus discriminis aderat, uti solebat. Tunc quoque munimento [52] corporis sumpto processit ad milites. Haud alias tam alacrem viderant Regem: & vultu ejus interrito certam spem victoriæ augurabantur [53]. Atque ille *proruto* [54] *vallo exire copias* jubet; aciemque disponit. In dextro cornu locati sunt equites, quos *agema* [55] appellant, Præerat his Clitus [56]: cui junxit

Tota & Persidis undique gregatæ
Uno constituisset arma campo;
Hoc solum perhibetur assecutus,
Dormire ut melius liberet hosti.

V. *Freinshemium.*

51. *Admonitu amicorum* i. nisi ab amicis moneretur, raro, cum discrimen etiam ultimum impenderet prælii, induere solebat arma. V. *Raderum.*

52. *Munimento* i. armis. Veget. III. 22. *Cataphracti equites propter munimina, quæ gerunt.* Arma Alexandri denarrat Plutarch. Alex. f. 249. *Siculum amiculum: linteus thorax duplex, quem ex Issi spoliis acceperat, ferrea tassis puro lucidior argento, Theophili opus: cervicis tutamen ferreum gemmis insertum: Ensis cum temperatura, tum levitate mirandus, quem ab Cypriorum Rege dono susceperat: baltheus egregia magis arte, quam pro reliqua ratione armaturæ, antiqui operis Heliconis, Rhodiorum manus.*

53. *Augurabantur*, i. sibi pollicebantur. Vere Senarius:

Vultus ducis, victoriæ augurium.

V. *Raderum.*

54. *Proruto* i. om verre geworpen zijnde. Ut n. simul versus exire ordine possent. Res fuit longa, si per portarum angustias singuli cogerentur exire. Ita vero & Paterc. II. 63. 1. Liv. IX. 37. *Proruto vallo erupit acies. Per aversa castrorum proruto vallo a militibus receptus est.* Noster IV. 3. 7.

55. *Agema* certum est agmen delectorum hominum, quod *turmam regiam* appellant Arrian. III. 183. Diodor. XVII. 57. Equitibus constabat, Livium si audimus, mille in acie Antiochi XXXVII. 40. *Addita his ala mille ferme equitum; agema eam vocabant.* Subinde paucioribus. Ita trecentis constabat in Antigoni acie. Diodor. XIX. 29. *In extremo cornu tricenorum equitum agema stabat, quibuscum ipse dimicabat.* Etiam de equitibus Noster V. 4. 21. Ubi licet via equiti fuisse invia, & inaccessa videri possit, tamen equi locis asperis innutriti, priscis temporibus ita a magistris per-

xit Philotę [57] turmas, cæterosque præfectos equi-
27 tum lateri ejus adplicuit. Ultima Meleagri ala ſtabat, quam phalanx [58] ſequebatur. Poſt phalangem Argyraſpides [59] erant. His Nicanor Parmenionis
28 filius præerat. In ſubſidiis cum manu [60] ſua Cœnos [61]: poſt eum Oreſtes, Lynceſtesque [62]. Poſt illos Polypercon [63] dux peregrini militis. Hujus agminis Amyntas [64]

percolebantur, ut juga montium ſcanderent, & invias calles penetrarent. Veget. III. 2. *Sed rei militaris periti, plus quotidiana armorum exercitia ad ſanitatem militum putaverunt prodeſſe, quam medicos. Quare equites non ſolum in planis, ſed etiam abruptis, & foſſarum hiatu difficillimis ſemitis, ſeque & equos ſuos aſſidue exercere juſſerunt.* Strab. III. 295. *Equis* Hiſpanorum *ad conſcendendos montes edoctis.* Exemplum ſi cupis, ni promptu eſt illud equitum Romanorum, qui *prope inviis callibus ad Dictatorem perfugerunt.* Liv. XXII. 15. imo & ipſius Alexandri infr. VIII. 2. 34. *Ala* quidem eſt & peditum conglobatio optimis ſcriptoribus; ſed eſt illis non niſi auxiliaria, & ſocialis: hac nimirum de cauſa, quod legionariis mediam aciem ſemper obtinentibus velut *alæ* utrinque annecterentur ſocii & auxiliares. V. *Blanck. in Arrian. Freinshem. ad* V. 4. 20. ejusdemque *Indicem in Agema* & *Ala.*

56. *Clitus* filius Dropidis *Arrian.* I. 44. III. 183. cognomento Niger *Diodor.* XVII. 57.

57. *Philotas* Parmenionis filius, qui univerſo amicorum equitatui præfuit. *Arrian.* III. 184.

58. *Phalanx.* V. III. 2. 13. §. 75.

59. *Argyraſpides* i. argenteis parmis inſignes. Horum etiam meminit *Liv.* XXXVII. 40. Hos inſtituit, cum Indiam peteret. *Juſtin.* XII. 7. 5. *Curt.* VIII. 5. 4. Ergo Curtius hoc loco deceptus a *Diodor.* XVII. 57. qui *Argyraſpidum agmen* appellat, cum *ſcutatorum agmen* rectius dicatur *Arrian.* III. 184. V. & *Freinshem. ad* VIII. 5. 4.

60. *Manum* hanc vocarunt *Elimiotidem.* V. *Diodor.* XVII. 57.

61. *Cœnos* filius fuit Polemocratis. V. *Arrian.* III. 18. 5.

62. *Oreſtarum & Lynceſtarum* ordines in ſerie Cœno proxima ſub imperio Perdiccæ ſtabant. V. *Diodor.* XVII. 57. Hi populi Macedonibus adſcribuntur. V. *Strab.* VII. 598. *Plin.* IV. 10.

63. *Polypercon* filius fuit Simmiæ. V. *Arrian.* III. 185. Quem *Stymphæos* duxiſſe dicit *Diodor.* XVII. 57.

64. *Amyntas* Philippi filius. Hujus agminis dux erat Simmias, quod Amyntas in Macedoniam ad conſcribendum militem miſſus eſſet. *Arrian.* III. 185. Ejus licet abſentis hoc dicitur fuiſſe agmen, quia, cum legatio in Macedoniam ipſi committeretur, jam dux factus fuerat ſui agminis, & Simmiæ in reditum duntaxat ſuum ejus præfecturam tradiderat. Ut & in noſtra militia legio dicitur,

myntas [64] princeps erat [65]. Philagus Balacros [66] regebat, in ſocietatem nuper adſcitos [67]. Hæc dextri cornu facies erat. In lævo, Craterus Peloponnen- 29
ſium equites habebat Achæorumque: & Locrenſium [68], & Maleon [69] turmis ſibi adjunctis. Hos Theſſali equites claudebant, Philippo [70] duce. Peditum acies equitatu tegebatur. Frons lævi cornu hæc erat. Sed ne circumiri poſſet a multitudine, 30
ultimum agmen valida manu cinxerat. Cornua quoque ſubſidus firmavit, non recta fronte [71], ſed a latere poſitis: ut, ſi hoſtis circumvenire aciem tentaſſet, parata pugnæ forent. Hic Agriani erant, qui- 31
bus Attalus [72] præerat; adjunctis ſagittariis Cretenſibus. Ultimos ordines avertit a fronte [73], ut totam aciem orbe [74] muniret. Illyrii hic erant: adjuncto

dicitur hujus vel illius militum tribuni, qui dum abeſt, ejus curam primipilo, vel alteri alicui centurionum committit. Hunc *Andromenis* filium facit *Curt.* V. 1. 40. facit & ipſe ſui oblitus *Arrian.* III. 229. Videſis & *Loccenium*, *Raderum* & ex utroque *Freinshemium.*

65. *Princeps* novo more pro duce. V. *Freinshemium.*

66. *Balacrorum* nomine nulla gens eſt nota. Credo ſcriptum fuiſſe *Balacri*, ſic appellato per Curtium homine, & expreſſo nomine parentis, ut in reliquis lateat vocabulum gentis in fidem adſcitæ, quod non expedio. Certe hominis hoc nomen eſſe ex ipſo conſtat Curtio, qui eum nominat IV. 5. 13. VIII. 11. 22. V. *Freinshemium* & *Blanck. in Arrian. p.* 187.

67. *Adſcitos* V. VIII. 6. 9.

68. *Locri* proximi ſunt Aetolis. V. *Plin.* IV. 3. *Mel.* II. 3.

69. *Maleon* Græca termina-

tione pro *Malienſium.* V. *Freinshemium.* Hi tenent partes in Eubœa, ac Thermopylis. V. *Strab.* IX. 782.

70. *Philippus* Menelai fuit filius. V. *Arrian.* III. 185.

71. *Recta fronte.* Cornua duo exercitus *frontem* reſpiciebant, ita ut terga ſubſidiorum lateribus cornuum obverterentur, ut, ſi hoſtis Alexandri exercitum a latere invaderet, *frontes* ſubſidiariorum hoſtem reſpicerent, & in pugnam parati eſſent. Proinde ultimum agmen firmiſſimo milite claudebat, qui cornibus terga vertebant, ne ab hoſte circumveniri poſſent. V. *Raderum.*

72. *Attalus.* V. VIII. 13. 21.

73. *Ultimos ordines avertit a fronte* i. ita totam aciem compoſuit, ut ad omnes partes reſpiceret, orientem, occidentem, meridiem & arctum. V. *Raderum.*

74. *Orbe* i. in circulum, undequaque, ab omnibus partibus.

32 juncto milite mercede conducto. Thracas quoque simul objecerat leviter amatos: adeoque aciem versatilem [75] posuit, ut, qui ultimi stabant, ne circumirentur; verti tamen, & in frontem circumagi possent. Itaque non prima, quam latera; non la-
33 tera munitiora fuere, quem terga. His ita ordinatis præcipit, *ut, si falcatos currus cum fremitu barbari emitterent, ipsi laxatis ordinibus* [76] *impetum occurrentium silentio exciperent*: haud dubius sine noxa [77] transcursuros, si nemo se opponeret. *Sin autem sine fremitu immisissent; eos ipsi clamore* [78] *terrerent; pavidosque equos*
34 *telis utrimque suffoderent.* Qui cornibus [79] præerant, *extendere ea* [80] jussi, *ita ut nec circumvenirentur, si arctius*

Cui simile est illud Juliani, Orat. I. *Iisque in orbem circumdatis, κυκλῳ περισχὼν, de omnibus victoriam reportasti.* V. *Freinshem.* VIII. 10. 20.

75. *Versatilem* i. quæ verti, & circumagi potest, ubi ubi usus postulat. Frontin. II. 3. 19. *Alexander ad Arbela, cum hostium multitudinem vereretur, virtuti autem suorum fideret, aciem in omnem partem spectantem ordinavit, ut circumventi, undique pugnare possent.* Icona exhibet *Raderus.*

76. *Laxatis* i. in duas partes divisis, *de geledereen geopent zijnde*, ut n. per mediam phalangem decurrerent, ordines verterent, hastas in quadrigas instar echini, ut nusquam nisi per medium evadere possent, dirigerent. Quod consilium optime cessit Alexandro. V. *Raderum.*

77. *Noxa* i. damno. Sic usus est Suetonius, Columella, Ovidius, ut *aliquid bibere sine noxa: a noxa curculionum fruges defendere.* V. *Goclen. Probl. Gramm.* IV. 4.

78. *Clamore.* Diod. XVII. 57. *Falcatorum curruum irruptionem hæc solertia Rex antevertit. Peditibus in phalange edixit, ut concitatis propius quadrigis, clypeos ordine conjunctos sariissis pulsent; quo strepitu consternati equi retrorsum se proripiant. Quod si vi perrumpere sentent, spatium illis concedant, per quod absque Macedonum periculo transcurrant.*

79. *Qui cornibus præerant.* Loquitur de minoribus ducibus, Clito, Philota, Meleagro, Nicanore, Cœno, Polyperconte, Philago, qui in dextro cornu ordines docebant: in sinistro Craterus, Philippus Thessali, Agrianis Attalus præerat. V. *Raderum.*

80. *Extendere.* Ita in latum *extensus* exercitus longitudinem exhaurit. Hinc Darius IV. 14. 14. Sed Alexander ita *extendi* cornua jussit, ut mediam aciem non exinanirent, sed singuli militum latius spatium in sua quisque statione occuparent, ne densius & arctius comprimerentur, & circumvenirentur. e. g. miles, qui prius

ctius starent, nec tamen mediam aciem exinanirent. Impedimenta cum captivis, inter quos mater, liberique Darii custodiebantur, haud procul acie in edito colle constituit; modico præsidio relicto. Lævum cornu, sicut alias, Parmenioni tuendum datum: ipse in dextro stabat. Nondum ad teli jactum per- 36
venerant, quum Bion quidam transfuga, quanto maximo cursu potuerat, ad Regem pervenit. nuntians, *murices ferreos* [81] *in terram defodisse Darium, qua hostem equites emissurum esse credebat: notatumque certo signo locum, ut fraus evitari a suis posset.* Adservari [82] trans- 37
fuga jusso, duces convocat; expositoque, quod nuntiatum erat, monet; *ut regionem* [83] *monstratam declinent* [84], *equitemque periculum edoceant.* Cæterum, hoc tantus 38
exercitus exaudire non poterat; usum aurium intercipiente [85] fremitu duorum agminum [86]: sed in conspectu omnium, duces, & proximum quemque interequitans adloquebatur.

CAP.

prius tres pedes occuparat, sex occupare jussus, manente eodem ordine, & numero, in latum & longum: ita fiebat, ut media acies non exhauriretur, sed par ubique esset spatium, quamvis latius starent. V. *Raderum.*

81. *Murices ferreos* i. machinulas, quæ in quamcumque inciderint partem, aliquot aculeos protendunt: unde & dolose in terram adversus hostes conjici solent. Inde *muricati gressus.* Fulgentio sunt formidolosi, quique quasi per murices ferreos fiant, *voetangels.* Horum meminit *Val. Max.* III. 7. 2. *Tribuli* dicuntur *Veget.* III. 24. & *Herodian.* IV. *exir. ſtyli cæci & Hirt. Bell. Alex.* c. 31. & *Silio Ital.* X. 414. V. *Voſſ. Lex. Lipſ. Poliorc.* V. 3. *Stewech. Veget.* III. 24.

82. *Adservari*, ut, si falleret, puniretur; si verum proderet, donis coleretur: & simul, ut præsens ipse locum demonstraret.

83. *Regionem* i. certum & designatum locum. V. *Raderum.*

84. *Declinent* i. vitent, deflectant ab illa. Cic. Attic. XIV. 19. *Non arbitror Antonium a Capua declinaturum.* Noster V. 8. 5. IX. 2. 20. 4. 20. qui *decedere a via* eodem sensu dixit V. 13. 23.

85. *Intercipiente*, i. *auferente* IX. 9. 14.

86. *Duorum agminum*, in quibus equi, viri, tubæ, tympana fremitum augebant. V. *Raderum.*

CAP. XIV.

ARGUMENTUM.

Græcos Alexander, Persas Darius ad prælium hortatur.

1 EMensis tot terras in spem victoriæ, de qua dimicandum foret, hoc unum superesse discrimen. Granicum hic amnem, Ciliciæque montes, & Syriam, Aegyptumque prætereuntibus raptas[1], ingentia spei, glo-
2 riæque incitamenta, referebat. *Reprehensos*[2] *ex fuga Persas pugnaturos, quia fugere non possent, tertium diem jam metu exsangues*[3], *armis suis oneratos, in eodem vestigio*[4] *hærere*[5]: *nullum desperationis illorum majus indicium esse, quam quod urbes, quod agros suos urerent*[6]; *quidquid*

Prætereuntibus raptas i. in transitu raptim occupatas. Flor. II. 17. 6. *Raptaque erat impetu Hispania.* V. *Freinshemii Indic. Curt. & Flor.*

2. *Reprehensos* i. retractos. *Reprehendere* est retro prehendere. Plaut. Epid. I. 1. 1.

Quis properantem me reprehendit pallio?

Præcipue est fugientem retrahere. Plaut. Bacch. II. 3. 130.

Aufugero hercle, si magis usus venerit.
Si ero reprehensus, macto illum infortunio.

Darius vero victus ad Issum ultra Tigrim refugit, jamque hærente in tergo Alexandro, non potest ulterius progredi, adeoque quasi ex fuga *reprehensus* & retractus est. Ad eundem modum Britanni, de quibus Tac. Agr. XXXIV. 4. *Quos quod tandem invenistis, non restiterunt, sed deprehensi sunt novissimi, ideo extremo metu corpora defixere in his vestigiis, in quibus pulchram & spectabilem victoriam edoretis.*

3. *Exsanguem* etiam de timido dicit Plaut. Aulul. Arg. v. 4. *Aulam penitus conditam exsanguis servat.* Noster VII. 2. 13: 7. 26.

4. *Vestigia* i. loco, in quo posuerunt *vestigia*, i. pedes. Servius Aen. XI. 573. *Vestigia sunt imagines pedum, ut* III. 244.

Semesam prædam, & vestigia fœda relinquunt.

5. *Hærere* i. esse, versari, quasi fixum esse. Inde *hærere gladiatori* Cicer. pro Quintio.

6. *Urerent* auctore Memnone III. 4. 2. Nullo autem certiore indicio, se prodit obtinendi, quę occupaveris, desperatio, quam exactionibus, rapinis atque vastitatibus, quæ edi tum solent maxime,

quid non corrupissent, hostium esse confessi. Nomina modo 3
vana[7] *gentium ignotarum ne extimescerent. Neque enim ad belli discrimen pertinere, qui*[8] *ab his*[9] *Scythæ, quive Cadusii adpellentur. Ob id ipsum, quod ignoti essent*[10], *ignobiles esse. Nunquam ignorari viros fortes: at imbelles,* 4
ex latebris suis erutos[11], *nihil præter nomina adferre. Macedones virtute adsequutos, ne quis toto orbe locus esset, qui tales viros ignoraret. Intuerentur Barbarorum inconditum* 5
agmen: alium nihil, præter jaculum, habere; alium funda saxa librare[12]: *paucis justa*[13] *arma esse. Itaque illinc plures*

maxime, ut a festinantibus. Sic apud Plutarchum Demetrius *militibus permisso, ut, quantam possent, ex agris prædam agerent, confirmavit Seleuco regnum, quod tanquam alienum infestans, videbatur ipsi concedere.* Et, ut Jocasta ad Polynicem apud Senec. Theb. IV.

Quæ corripi igne, quæ meti gladio jubes,
Aliena credis.

V. *Freinshemium.*

7. *Nomina vana* opponuntur rei, virtuti, potestati. Senec. de ira I. 9. *Agmen nobile non inania nomina præferentium, sed eorum, qui imaginibus suis decori sunt.* Tacit. Hist. IV. 14. 7. *Attollerent tantum oculos, & inania legionum nomina ne expavescerent.*

8. *Qui appellentur* i. qui populi, aut quæ gentes istis formidolosis nominibus *Scytharum*, & *Cadusiorum* vocentur. Ipsa enim *Scytharum*, & *Cadusiorum* nomina non fuerant ignota, sed gentes, quibus ea indebantur, ignotæ erant, quæ tamen quocumque vocabulo appellentur, nihilo meliores essent futuræ. Hos autem populos nominat, quod eo tempore magna de his fuerit opinio apud Asiaticos, eorumque robur haud dubie multum extulerint Persæ. Legimus enim apud Arrian. III. 205. fuso jam ad Arbela Dario, rumorem increbuisse, *Darium Alexandro obviam ire statuisse, denuoque prælii fortunam experiri velle, Scythas enim & Cadusios ei auxilio venire.* V. *Freinshemium.*

9. *Ab his* n. Persis.

10. *Quod ignoti essent, ignobiles esse.* Solent enim viri fortes, ut apud Virg. Aen. VI. 806. *Virtutem extendere factis* & hercle raro *nobilissimi in ipsis penetralibus sui* sunt, ut de se jactant Britanni in *Agric. Taciti* XXX. 3. sed fere cum nomine dominatum quoque protulerunt. V. *Freinshemium.*

11. *Erutos* i. extractos. Cic. Fin. *Eruere obruta.* Noster IX. 3. 8.

12. *Saxa librare.* Qua de causa jactus eorum non admodum longe pertingebat, multumque superabant, qui plumbeas glandes jaculabantur. V. *Frisson. de regn. Pers.* III. 297. Ita *librare telum* Virg. Aen. IX. 418. Inde *libratio* Festo appellantur *instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum*

6 plures ſtare: hinc plures dimicaturos [14]. *Nec poſtulare ſe, ut fortiter capeſſerent prælium, niſi ipſe cæteris fortitudinis fuiſſet exemplum* [15]. *Se ante prima ſigna dimicaturum. Spondere* [16] *pro ſe quot cicatrices, totidem corporis decora: ſcire ipſos, unum pene ſe prædæ communis exſortem* [17], *in* 7 *illis colendis, ornandisque uſurpare victoriæ præmia. Hæc ſe fortibus viris dicere: ſi qui diſſimiles eorum eſſent; illa fuiſſe dicturum: perveniſſe eos, unde fugere non poſſent. Tot terrarum ſpatia* [18] *emenſis; tot amnibus* [19] *montibusque* [20] *poſt tergum objectis, iter in Patriam, & penates* [21] *manu*

rum loris revincta. Quorum meminit & Cæſ. B. G. VII. 81. & *libratores* Tacit. Ann. II. 20. 4. XIII. 39. 6. *Librare* proprie eſt *libra* ponderare, & expendere. Cicer. Tuſc. v. *Terra librata.* Noſter *librare corpus* infr. IX. 5. 3.

13. *Juſta* i. non tumultuaria, nec luſoria, ſed qualia miles debet habere. Tacit. Ann. XIV. 32. 4. *Ille haud amplius, quam ducentos ſine armis juſtis miſit. Militaria* dicuntur Saluſt. c. 56. *Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis inſtructa.* Illa deſcribit *Veget.* I. 20.

14. *Hinc plures dimicaturos.* Juſtin. XI. 13. 10. *Et quemadmodum Dario majorem turbam hominum eſſe, ſic virorum ſibi.*

15. *Fortitudinis exemplum.* Liv. VII. 32. *Factamea, non dicta vos milites, inquit, ſequi volo: nec diſciplinam modo, ſed etiam exemplum a me petere.*

16. *Spondere.* Quia ſe ipſum propoſuerat militibus fortitudinis exemplum, duabus rebus hanc ſententiam confirmat: quod ſit ante ſigna dimicaturus, & quod gerat in corpore tot cicatrices, vades obſidesque ac teſtes ſuæ virtutis. Quale apud Cicer. Agrar. II. *Nulli populo Romano pro me majores mei ſpoponderunt: mihi creditum eſt.* Neque aliter ipſe IX 2. 25.

17. *Exſortem* i. nullam qui habet ſortem, aut partem V. X. 7. 2.

18. *Tot terrarum ſpatia*, Troadem, Phrygiam, Lyciam, Cariam, Pamphyliam, Lydiam, Cappadociam, Ciliciam, Syriam, Aegyptum, Aſſyriam.

19. *Amnibus*, Tigri, Euphrate, Nilo, Lydo, Cydno, Granico, aliis.

20. *Montibus* Tauro, Amano, Gordiæis. V. *Raderum.*

21. *Penates* i. domum. *Penates* enim alii ſunt publici, alii privati, & inde metaphorice modo pro patria ſumuntur, ut Virg. Aen. VIII. 39.

His tibi certa domus, certi, ne abſiſte, Penates.

modo pro domo cujusque, ut Virg. Aen. VIII. 123.

Adloquere, ac noſtris ſuccede Penatibus hoſpes.

Noſter V. 5. 20. VI. 3. 5. IX. 6. 5.

22. *Ma-*

nu [22] *eſſe faciendum.* Sic duces, ſic proximi militum 8 inſtincti ſunt [23]. Darius in lævo cornu erat; magno ſuorum agmine, delectis equitum, peditumque ſtipatus [24]: contempſeratque paucitatem hoſtis; vanam [25] aciem eſſe, extentis cornibus ratus. Cæte- 9 rum, ſicut curru eminebat, dextra lævaque ad circumſtantium agmina oculos, manusque circumferens; *Terrarum* [26], inquit, *quas Oceanus* [27] *hinc adluit* [28], *illinc claudit* [29] *Hellespontus, paulo ante domini, jam non de gloria, ſed de ſalute, &, quod ſaluti præponitis, de libertate pugnandum eſt. Hic dies imperium, quo nul-* 10 *lum amplius vidit ætas, aut conſtituet, aut finiet. Apud Granicum minima virium parte* [30] *cum hoſte certavimus* [31]: *in*

22. *Manu* n. armata, *met vuyſtreght.* Flor. I. 1. 10. *Matrimonia, quia non impetrabantur, manu capta ſunt.* Noſter VIII. 2. 22.

23. *Inſtincti* i. impulſi. Cic. Verr. VII. *Iſte nefario quodam furore & audacia inſtinctus.*

24. *Stipatus* i. circumdatus, munitus. Cic. pro Mil. *Non uſitata frequentia ſtipati ſumus. Stipatores* ſunt cuſtodes corporis. Cicer. pro dom. *Sergius armiger Catilinæ ſtipator tui corporis.* Noſter V. 1. 23. 4. 33.

25. *Vanam*, ut *n.* 14. ubi interpretatur ipſe *varam*, *exhauſtam.* Liv. II. 47. *Vanior jam erat hoſtium acies.*

26. *Terrarum*, Aſiæ totius minoris, & majoris, quæ eſt pars prima *terrarum*, continetque Medos, Perſas, Armenios, Cappadoces, Cilices, Pamphylios, Cares, Lydos, Lycios, Phryges, a *Strabone*, *Plinio*, *Solino* & aliis enumeratos: centum denique & viginti ſeptem provinciarum, ut eſt apud *Eſth.* I. 1. V. *Raderum.*

27. *Oceanus* n. Indicus, ad quem demum penetravit Alexander IX. 9. 1. Is, quia maximus, per antonomaſiam appellatur *Oceanus*, & nomen a claritate accepit. V. *Raderum.*

28. *Adluit*, ſpoelt daer aen. Et ſic paſſim loquuntur auctores. Frontin. Stratag. I. 4. 6. *Alterum autem latus ejus tranſitus abſciſſi montes premerent, alterum mare adluëret.* Virg. Aen. VIII. 149.

Et mare, quod ſupra, tenent, quodque alluit, infra.

Noſter V. 4. 7. IX. 4. 8. 6. 20. VIII. 9. 14.

29. *Claudit* i. terminat, finit. Infr. V. 4. 5.

30. *Minima virium parte.* In acie tamen Perſarum ſexcenta millia militum fuerunt ad Granicum amnem, ſive in campis Adraſtiis, per quos fluit Granicus amnis. V. *Juſtin.* XI. 6. 11.

31. *Certavimus* i. pugnavimus. V. IV. 1. 40. §. 162.

in Cilicia victos Syria 32 *poterat excipere: magna muni-*
11 *menta regni Tigris atque Euphrates erant. Ventum est eo,*
unde pulsis 33 *ne fuga quidem locus est. Omnia tam diutino* 34
bello exhausta 35 *post tergum* 36 *sunt: non incolas*
suos urbes; non cultores habent terræ 37. *Conjuges quoque*
& liberi sequuntur hanc aciem: parata hostibus præda, nisi
12 *pro carissimis pignoribus* 38 *corpora opponimus* 39. *Quod*
mearum fuit partium 40; *exercitum, quem pene immensa*
planities vix caperet 41, *comparavi: equos, arma distri-*
bui: commeatus, ne tantæ multitudini deessent, provi-
13 *di* 42: *locum, in quo acies explicari posset, elegi. Catera*
in vestra sunt potestate: audete modo vincere; famamque,
infirmissimum adversus fortes viros telum, contemnite.
Temeritas est, quam adhuc pro virtute timuistis: quæ, ubi
primum impetum effudit, velut quædam animalia, amisso
aculeo

32. *Syria*, quia Babylonem e Cilicia fugit Darius, ibique exercitum novum ex toto oriente collegit. V. *Raderum.*

33. *Pulsis* i. fugatis. III. 1. 10.

34. *Diutino* i. quadriennali. Nam Olymp. 111. a. 3. ad Granicum pugnavit, sequenti ad Issum, tertio Tyrum, Gazam, Palæstinam, Aegyptum occupavit, quarto ad Gaugamela. V. *Raderum.*

35. *Exhausta* i. consumta. Cic. Attic. VI. 1. *Provincia sumptibus & jacturis exhausta.*

36. *Post tergum* Darii, non Alexandri. Nam a fronte jam amiserat Darius. V. *Raderum.*

37. *Incolas non urbes, cultores non terræ habent* i. cives & agricolæ, cum liberis & conjugibus castra mea sequuntur. V. *Raderum.*

38. *Pignoribus* i. conjugibus, & liberis, ut *n.* 22. v. 5. 16.

39. *Opponimus* i. quasi adversa in acie collocamus. Cic. N. D. II. *Aves pennis pullos fovent, ne frigore lædantur: & si calor est a Sole; se opponunt.*

40. *Mearum partium* i. meum officium. Cic. de Orat. II. *Transactis jam meis partibus ad Antonium audiendum veniistis.* Noster VI. 11. 28. Translatum ab actoribus scenicis, quorum sunt primæ, secundæ, aut tertiæ partes. V. *Rhod.* VIII. 8.

41. *Capere* dicitur locus, aut spatium. Cic. pro Mil. *Capere ejus amentiam civitas, Italia, provinciæ non potest.* Noster III. 2. 2. IV. 16. 17.

42. *Providi* i. curavi. Cicer. Attic. XIV. 21. *Quod ejus erit, provideas, atque administres.*

43. *Amisso aculeo* torpent, & fuci fiunt apes. Plin. XI. 18. *Ad unum ictum aculeo infixo, quidam eas statim emori putant. Aliqui non nisi in tantum adacto, ut intestini quippiam sequatur: sed fucos postea esse, nec mella facere, velut castratis viribus.* Eodem simili utitur Liv. XXIII. 42. *Te ad unum modo ictum vigentem, velut aculeo amisso, torpere.* V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

aculeo 43 *torpet* 44. *Hi vero campi deprehendere* 45 *pauci-* 14
tatem, quam Ciliciæ montes absconderant. Videtis ordi-
nes raros 46; *cornua extenta; mediam aciem vanam, &*
exhaustam 47. *Nam ultimi, quos locavit aversos* 48, *ter-*
ga jam præbent 49. *Obteri mehercule equorum ungulis pos-*
sunt; etiam si nil, præter falcatos currus, emisero. Bello 50 15
vicerimus, si vincimus prælio: nam ne illis quidem ad fu-
gam locus. Hinc Euphrates; illinc Tigris prohibet inclu-
sos. Et quæ antea pro illis erant, in contrarium conversa 16
sunt. Nostrum mobile; & expeditum agmen est; illud
præda grave 51. *Implicatos ergo spoliis nostris trucidabi-*
mus: eademque res & causa victoriæ 52 *erit & fru-*
ctus.

43. *Amisso aculeo* torpent, & fugerent, sed ut circumvenientem exciperent. V. *Raderum.*

44. *Torpet*, quod de Parthis *Justin.* XLI. 2. 8. *Nec pugnare diu possunt: cæterum intolerandi forent, si, quantus his impetus est, vis tanta & perseverantia esset:* de Cimbris Flor. III. 3. 5. *Donec invicta illa rabies, & impetus, quem pro virtute barbari habent, consenescret.*

45. *Deprehendere* i. improviso conspiciendam præbuere. V. *Freinshemii Indicem.*

46. *Raros* i. per loci intervalla hic, & illic positos, paucos in ordinibus collocatos. Ita *arbores raras* Nep. Milt. v. 6. & *variorem aciem* Noster IV. 15. 20.

47. *Exhaustam* i. extenuatam. Infr. IV. 16. 18. v. 9. 5.

48. *Aversos* i. tergum obvertentes. Infr. IV. 15. 21.

49. *Terga præbent* quasi ad fugam intenti. Sed longe alia mens militi Alexandrino, quod mox sensit Darius. Quare vero *terga præbuerint* ultimi, versatilis acies effecit Alexandri, non sane, ut

50. *Bello vicerimus, si vincimus prælio.* Ita & de Alexandro Liv. IX. 19. *Uno prælio victus Alexander, bello victus esset. Prælium* & *bellum* hoc differunt, quod *bellum* contineat multa sæpe *prælia*, multos duret in annos, ut decennale ad Trojam: Hannibal cum Romanis in Italia totos sedecim annos, Pœni cum iisdem annos quatuor & viginti *bellum* gesserunt; *Prælium* sæpe uno die, aut hora etiam conficitur. In *bello* sunt impedimenta, lixæ, calones, femine, pueri; in *prælio* stat tantum miles armatus, & pugnat. V. *Raderum* & *Popm. Diff. Verb.* I. 36.

51. *Grave* i. gravatum, oneratum, quod cum molestia movetur. Flor. II. 2. 21. *Classemque ingenti præda onustam, & triumpho gravem.* Noster VI. 6. 14. Infirmo vero nititur tibicine Darius. Nam Alexander prædam, & sarcinas, & impedimenta ab acie removerat, & in valle collocaverat.

52. *Victoriæ*, quam ab im-

17 Etus 53. *Quod si quem e vobis nomen gentis movet; cogitet, Macedonum illis arma esse, non corpora* 54. *Multum enim sanguinis invicem hausimus; & semper gravior in pauci-*
18 *tate* 55 *jactura est. Nam Alexander, quantuscunque ignavis* 56 *& timidis videri potest; unum animal* 57 *est: &, si quid mihi creditis, temerarium* 58 *& vecors; ad-*
19 *huc nostro pavore, quam sua virtute felicius. Nihil autem potest esse diuturnum, cui non subest* 59 *ratio. Licet felicitas adspirare videatur, tamen ad ultimum temeritati non sufficit. Præterea breves, & mutabiles vices rerum* 60 *sunt:*
20 *& fortuna nunquam simpliciter indulget* 61. *Forsitan ita Dii fata*

plicatis spoliis facile extorquebimus.

53. *Fructus*, quia spolia victis detrahemus. V. *Raderum.*

54. *Macedonum arma, non corpora.* i. Macedones omnes bellis prioribus adtritos, præsentem Alexandri militem peregrinum esse, non Macedonicum. Sed Alexander nova semper supplementa ex Macedonia accepit. Quin multas Macedonum legiones ex India secum Babylonem post omnia prælia reduxit. V. *Raderum.*

55. *In paucitate.* Liv. II. 64. *Romani, quia paucitas damno sentiendo propior erat, gradum retulissent.* Qui hoc eleganti similitudine demonstrat XXII. 8. *Ut in affecto corpore, quamvis levis causa, magis quam valido gravior sentitur: ita quum* paucis & invalidis *quodcunque adversi inciderit, non rerum magnitudine, sed viribus extenuatis, quæ nihil, quod aggravaret, pati possunt, æstimandum est.* V. *Freinshemium.*

56. *Ignavis.* V. v. 4. 13. §. 64.

57. *Animal* per contemptum appellat Darius Alexandrum: sed hircus iste Græcus, arietem Persam *in terram* dicerem *hircavit*, si fas; Curtius *arietavit* dixit IX. 7. 22. Livius de eodem Alexandro IX. 18. *Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit.* V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

58. *Temerarium*, quod cum tantis copiis congredi non veritus sit, nec vereatur cum multo nunc majoribus conferere manus. V. *Raderum.*

59. *Subest* i. adest. Cic. Fin. v. *Nullam video gravem subesse causam.*

60. *Vices rerum.* Terent. Eun. II. 2. 45. *Omnium rerum vicissitudo est.* Quæ sententia significat, in rebus mortalium nihil esse perpetuum, nihil stabile; sed omnia velut æstuario quodam, fluxuque decedere, atque accedere. Atque his vicibus fortunæ ab aliis ad alios transferuntur imperia, opes, gloria. &c. V. *Erasm. Adag. f.* 262.

61. *Indulget* i. omnia concedit. Ita *indulgendo* i. concedendo longius tempus solvendi, *inveterascere æs alienum* Athenienses *non patiebatur* Atticus Nep. II. 5. Ponitur de cura paterna circa educationem. Nep. Att. 1. 2. *Usus*

fata 62 *ordinaverunt, ut Persarum imperium, quod secundo cursu* 63 *per ducentos triginta annos* 64 *ad summum fastigium evexerant; magno motu concuterent magis, quam adfligerent* 65: *admonerentque nos* 66 *fragilitatis humanæ* 67, *cujus nimia in prosperis rebus oblivio est. Modo* 21 *Græcis*

Usus est patre indulgente. Tacit. Agric. IV. 3. *Mater Julia Porcilla fuit, in hujus sinu, indulgentiaque educatus*, &c. Noster v. 3. 13.

62. *Fata*, i. decreta.

63. *Secundo cursu*, haud dubie. Nec enim aliter intra tempus istud tam immensam potentiam comparassent. Nihil enim ad rem, si Magi & Xerxes vel a conjuratis, vel ab Artabano præfecto occisi privatim: & Cyrus cum omnibus copiis a Scythis deletus; Cambyses exercitu suo arenis obruto, & sepulto; Darius Hystaspis filius a Scythis & Græcis fugatus, cum modica imperii clade infelices fuerunt. V. *Freinshemium.*

64. *Ducenti & triginta anni* hoc modo colliguntur. Cyrus a. 30. Cambyses a. 8. Magi m. 7. Darius Hystaspis a. 36. Xerxes a. 20. Artabanus m. 7. Artaxerxes μακρόχειρ a. 40. Xerxes m. 2. Sogdianus m. 7. Darius νόθος a. 19. Artaxerxes Μνήμων a. 40. Artaxerxes Ὦχος a. 26. Arses a. 4. Darius a. 6. Qui mensibus tribus & viginti adjunctis efficiunt a. 230. m. 11. quos neglexit Darius, quod annum non solidum efficiant. V. *Raderum.* Aliorum de Monarchiæ Persicæ temporibus sententias denarrat *Brisson. de regn. Pers.* I. 2. & ex illo *Freinshemius.*

65. *Adfligerent* i. dejicerent. *Adfligere* enim plus est, quam *concutere.* V. *Freinshemii Indicem.*

66. *Admonerent nos* n. affligendo. Recte. Nam per adversa *admonemur* in felicitate sortis humanæ. Tacit. Germ. c. 37. *Ne Parthi quidem sæpius admonuere*, i. *Lipsio* interprete, Parthi nobis fecere, ne invictos nos putaremus; neque tamen sæpius, quam Germani. Noster IV. 10. 21. *Admonere* enim etiam percutere est. Non. IV. 20. *Admonere, percutere. Virg. Aen.* X. 586.

Lucagus ut pronus pendens in verbera telo.

Admonuit bijugos.

Unde *admonere flagello* Colum. II. 2. *Nonnunquam juvencum admoneat flagello.* & *admonere flagro* Valer. Max. I. 1. 6. *Virgo Vestalis digna visa est, quæ flagro admoneretur*, & *puerili verbere se moneri posse* ait filiola Sejani apud Tacit. Ann. V. 9. 2 Unde pædagogum *monitorem*, quia asper esse solet, apud Terentium Phorm. II. 1. 3. nominat Demipho:

O facinus audax, o Geta monitor.

& *monitorem* objurgatorem dicit Horat. Art. Poet. v. 163.

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

67. *Fragilitatis humanæ.* i. imbecillitatis. Plin. VII. 7. *Is demum profecto vitam æqua lance pen-*

Græcis 62 *ultro bellum inferebamus: nunc in sedibus nostris propulsamus* 69 *inlatum. Jactamur invicem varietate fortunæ. Videlicet imperium, quod mutuo adfectamus, una*
22 *gens non capit* 70. *Cæterum, etiamsi spes non subesset; necessitas tamen stimulare deberet: ad extrema perventum est. Matrem meam; duas filias; Ochum in spem hujus imperii genitum; illas* 71, *principes* 72; *illum* 73, *subolem regiæ stirpis* 74, *duces vestros* 75, *reorum* 76 *instar* 77, *vinctos habet: nisi quod*

pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Cic. pro Març. *Naturæ communis fragilitatem extimesco.* Proprie *fragile* est, quod facile potest *frangi*. Plin. XII. 8. *Saccarum est mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile.* Noster VIII. 10. 25. Inde *fragmentum* rei *fractæ* pars, frustum. Cic. pro Sest. *Hunc adoriuntur fragmentis septorum* & fustibus. Noster IX. 9. 20.

68. *Græcis* bellum intulit primus Darius Hystaspis filius, & illo exstincto ejus filius Xerxes supr. III. 10. 8. IV. 1. 10.

69. *Propulsamus* i. procul amovere studemus. Infr. IX. 4. 31. X. 8. 4.

70. *Non capit* i. ita capax non est, ut illud teneat absque certamine, & proinde periculo: cum ut res, qua nulla vulgo putatur beatior, a multis ambiri, appetique soleat. Nolite ergo mirari, si fortuna, suo ingenio instabilis, audaciam Macedonum hactenus juvit, ut imperium hoc concuteret: ad summam tamen nos obtinebimus. V. *Freinshemium.*

71. *Illas*, n. Matrem & filias.

72. *Principes*, quia Mater non erat ex regia familia; filiæ vero, ante regnum susceptæ, quæ tamen, ut fas erat, *principe* ac præcipuo loco habebantur.

73. *Illum* n. filium Ochum.

74. *Subolem regiæ stirpis* dicit Ochum, quia in lucem est editus, cum in Regem fuit electus, quod, quemadmodum ex ætate ejus patet, factum debet esse ipso regni initio. *Suboles* proprie vocantur stolones, seu pulli arborum stipitibus accrescentes, quomodo usus *Colum.* V. 5. Sed metaph. liberi, qui parentibus suis itidem succrescunt, & quasi *subolescunt.* Noster X. 6. 13. Num scribi debeat per *o*, an potius per *u* disputant *Manutius in Orthographia: Voss. Lex. Gisan. Collect. Lucret. Sciop. Infam. Fam. p.* 49. *Beckman. Manud. ad L. L. c.* 18. *& Origin. in Stola. Vorst. Latin. mer. susp. c.* 25.

75. *Duces vestros* per appositionem matrem, filias & filium; quasi diceret: *qui sunt duces* vestris; quomodo sæpissime optimi quique Auctores loquuntur. V. *Cuper. Observ.* IV. 10.

76. *Reorum.* V. VI. 7. 31.

77. *Instar.* est ellipsis præpositionis *ad.* Serenus enim Lyricus agnoscente Servio Aen. II. 15. *ad instar* dixit. Ita & Apul. IX. *ad instar inclyti montis.* Solinus: *ad instar amnis Aegyptii.* Est nomen indeclinabile, & significat similitudinem. V. *Servium, Voss. Lex. Salmas. Exerc. Plin.* 292.

78. *Ego*

quod in vobis est, ipse ego majore parte captivus 78 *sum. Eripite viscera mea* 79 *ex vinculis* 80: *restituite mihi pignora,* 23
pro quibus ipse mori non recuso; parentem, liberos, nam conjugem in illo carcere amisi. Credite, nunc omnes tendere 81 *ad vos manus; implorare* 82 *patrios Deos: opem vestram, misericordiam, fidem exposcere: ut servitute, ut compedibus, ut precario victu ipsos liberetis. An credi-* 24
tis æquo animo iis servire, quorum reges esse fastidiunt 83? *Video admoveri hostium aciem: sed quo propius discrimen accedo; hoc minus iis, quæ dixi, possum esse contentus. Precor vos per Deos patrios* 84, *æternumque ignem, qui præfertur altaribus; fulgoremque Solis intra fines regni mei orientis; per æternam memoriam Cyri* 85, *qui ademtum Medis, Lydisque imperium primus in Persidem intulit: vin-*

78. *Ego captivus* in matre & liberis.

79. *Viscera mea* i. matrem, & liberos, quos tam charos habemus, ut *viscera.* Noster VI. 9. 19. *abrumpere partem viscerum*, n. amicos, qui tam chari nobis sunt, ut *viscera*, offendendo. *Viscera* Serv. Aen. VI. 253. *sunt carnes. Nam sunt, quicquid est inter ossa, & cutem.* Valer. Max. VII. 6. 3. *Quoque diutius armata juventus viscera visceribus suis aleret, infelices cadaverum reliquias salire non dubitavit.* Noster VII. 5. 5. Est autem nominativus *hoc viscus, hujus visceris*, ut Lucret. I. 836.

80. *Ex vinculis.* Has nunquam vinxerat Alexander, sed in libera custodia liberaliter semper habuit: unde Statyram uxorem *in carcere* se amisisse κατα χρησιν mox dicet. V. *Raderum.*

81. *Tendere* i. porrigere, extendere. Cic. Catil. IV. *Vobis supplex manus tendit patria communis.* Ita Græci, ἐξαιρεῖν χεῖρας. V. *Victor. V. L.* XII. 23.

82. *Implorare* dicuntur, qui in malis positi cum *ploratu* rogant. *Donat. Adelph.* III. 4. 43. Noster V. 13. 16.

83. *Quorum reges esse fastidiunt*, i. qui ita oderunt Græcos, ut nec imperare quidem ipsis velint. V. *Raderum.*

84. *Per Deos* rogabant plerumque veteres. Terent. Andr. VI. 15.

Per ego te Deos oro, ut ne illis animum inducas credere.

V. *Brisson. Form.* I. 740.

85. *Cyrus* Persico sermone significat Solem, teste in Artaxerxe Plutarcho. Filius fuit *Cambysis* Persæ, & filiæ Astyagis Medi; unde *Cyrum*, quia duobus diversarum gentium parentibus ortus erat, *mulum* vocat Herod. I. 69. Matrem *Mandalen* Aelian. V. H. XII. 24. *Madanen* Herod. I. 77. & Valer. Max. I. 7. 5. ext. nominant. Qui quomodo regnum Medis, & Lydis ademptum ad Persas transtulerit, curatius tradunt *Justin.* I. 5. & 6. & 7. *Herod.* I. 88. & 89.

86. De-

vindicate ab ultimo dedecore [86] *nomen, gentemque Persarum. Ite alacres, & spe pleni, ut quam gloriam* [87] *accepistis a majoribus vestris* [88], *posteris relinquatis. In dextris vestris* [89] *jam libertatem, opem, spem futuri temporis geritis. Effugit mortem, quisquis contempserit: timidissimum quemque con-*
26 *sequitur. Ipse non patrio more solum, sed etiam, ut conspici possim, curru vehor: nec recuso, quo minus imitemini me, sive fortitudinis exemplum, sive ignaviæ fuero.*

86. *Dedecore* i. infamia, turpitudine, macula. Cic. Catil. 1. *Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ?* Nostert v. 15. 30.

87. *Gloriam* i. laudem militarem. Flor. 1. 9. 6. *Populus Romanus arma corripuit pro gloria, & imperio.*

88. *A majoribus* i. quasi hæreditario transmissam. Just. xxx. 4. 13. *Illos majorum decora, se suorum militum commemorare.*

89. *In dextris vestris geritis* i. virtute vobis comparabitis. Salust. Catil. c. 58. *Vos divitias, decus, gloriam, præterea libertatem, atque patriam in dextris vestris portare.* Aelian. V. H. x1. 9. *Romanum civem par est in dextra spem ponere.* V. *Freinshemium.*

CAP. XV.

ARGUMENTUM.

Falcatos currus in Alexandri aciem, Mazæum in ejus impedimenta immittit, & Bactrianorum opera Areten hastatorum ducem in fugam vertit, sed auriga hasta transfixo fugam meditatur Darius, quem multis utrinque cæsis persequitur, sed non assequitur Alexander.

1 INterim Alexander, ut & demonstratum a transfuga insidiarum locum circumiret; & Dario, qui lævum cornu [1] tuebatur, occurreret: agmen *obli-*

Lævum cornu hic rexit Darius, ut supra III. 9. 4. §. 5. quod Alexandrum in dextro pugnaturum esse compererat. Sic contra Vejentes, tanquam acriores hostes, in dextro cornu collocatos, constitit Tullius in sinistro suo, Metio in dextra parte Fidenatibus oppositio. Liv. 1. 27. Potest etiam accidisse, quod Curtius totam aciem non in tres partes, sed in duas tantum dispertitus, reperit eum propiorem fuisse *lævæ*. Alioqui in neutro cornuum, sed in media acie pugnare consueverunt Persiæ reges. Arrian. II. 10. *Darius medium aciei tenebat, Persarum regum in exercitus ordinatione*





obliquum [2] *incedere* jubet. Darius quoque eodem 2
ſuum obvertit [3]; Beſſo admonito, *ut Maſſagetas equites in lævum Alexandri cornu a latere invehi juberet.* Ipſe 3
ante ſe falcatos currus habebat: quos ſigno [4] dato univerſos in hoſtem effudit [5]. Ruebant laxatis habenis aurigæ, quo plures nondum ſatis proviſo impetu obtererent. Alios ergo haſtæ multum ultra temones eminentes; alios ab utroque latere demiſſæ [6] fal- 4
ces

tione veteri more obſervato. III. 180. *Ad medium vero, ubi Darius erat*, &c. Tangit eum morem & Lucianus navigio: *Proin tu quidem equitatui præſis, Lycinus autem dextrum cornu teneat. Porro hic Timolaus ad lævum collocabitur. Ego vero mediam aciem regam, ut ſolent Perſarum reges.* V. *Freinshemium.*

2. *Obliquum agmen* dicitur, *quod e cornibus alterutrum, quodcunque viſum fuerit hoſtibus, proxime objicitin, eoque certamen facit, alterum vero quaſi ſubſidium aliquo intervallo detinet, eventum exſpectans.* Aelian. c. 29. *Secunda depugnatio*, inquit Veget. III. 20. *eſt obliqua, quæ plurimis melior. In qua ſi paucos ſtrenuos loco idoneo ordinaveris, etiamſi multitudine hoſtium, & virtute turberis, tamen poteris reportare victoriam. Hujus talis eſt modus: Cum inſtructæ acies ad congreſſum veniunt, tunc tu ſiniſtram alam tuam a dextra adverſarii longius ſeparabis, ne vel miſſilia ad eam, vel ſagittæ perveniant. Dextram autem alam tuam ſiniſtræ alæ illius junge, & ibi primum inchoa prælium: ita ut cum equitibus optimis, & probatiſſimis peditibus ſiniſtram partem illius, ad quam te junxeris, aggrediaris, atque circumeas, & detrudendo, atque ſupercurrendo, ad hoſtium terga pervenias. Quod ſi ſemel adverſarios exinde pellere cœperis, accedentibus tuis indubitatam victoriam conſequeris, & pars exercitus tui, quam ab hoſte ſubmoveris, ſecura durabit. Ad ſimilitudinem autem A literæ, vel libellæ fabrilis, acies in hoc dimicandi genere conſtituitur.* V. & *Raderum.*

3. *Obvertit*, toekeeren. Virg. Aen. VI. 3. *Obvertunt pelago proras.* Plaut. Caſ. V. 2. 47. *Volo, ut obvertam cubitiſſum.* Noſter n. 21. VIII. 4. 5.

4. *Signorum* alia erant *muta* i. vexilla. Quacumque enim hæc ferri juſſerat ductor, eo neceſſe erat, ut ſignum ſuum comitantes pergerent milites. *Signum* autem præcipuum Perſarum exercitus fuit aquila aurea, pinnas extendens, longæ haſtæ præfixa. Alia erant *vocalia*, quæ voce humana pronuntiabantur. Alia *ſemivocalia*, quæ per σάλπιγγας dabantur. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* III. 349.

5. *Effudit* i. cum impetu immiſit. Ita *rotas effuſas* Propertius quas dicit IV. 8. 9. dicit *immiſſas* III. 7. 29. Cic. Brut. *Tota civitas ad te ſe cum conjugibus & liberis effudit.* V. IV. 3. 16. §. 53.

6. *Demiſſæ* n. in terram, ut IV. 9. 5.

7. *Mille.*

ces laceravere. Nec sensim Macedones cedebant; sed effusa turbaverant fuga ordines. Mazæus quoque perculsis metum incussit: mille equitibus, 7 *ad diripienda hostis impedimenta circumvehi* jussis: ratus, captivos quoque, qui simul 8 adservabantur, rupturos vincula, quum suos appropinquantes vidissent. 6 Non fefellerat Parmenionem, qui in lævo cornu erat: propere igitur Polydamanta mittit ad Regem, qui & periculum ostenderet; &, *quid fieri juberet*, 7 consuleret. Ille, audito Polydamante, *abi, nuntia*, inquit, *Parmenioni, nisi acie vicerimus, non nostra solum nos recuperaturos; sed omnia, quæ hostium sunt, occupaturos. Proinde* 9 *non est, quod quicquam virium subducat ex acie: sed, ut me & Philippo patre dignum est,* 9 *contempto sarcinarum damno* 10 *fortiter dimicet.* Interim Barbari impedimenta turbaverant; cæsisque plerisque custodum, captivi, vinculis ruptis, quicquid 11 obvium erat, quo armari possent, corripiunt 12: &

7. *Mille equitibus.* Diodor. XVII. 59. *Tum Cadusiorum bis mille, & Scytharum mille equites misit, jussitque circumvectos hostium cornu, in vallum ipsorum ad impedimentis potiendum, incursionem facere.*

8. *Simul* i. una, pariter. Cic. Attic. v. 10. *Propter propinquitatem totos dies simul eramus.*

9. *Proinde* i. itaque, ideo, quamobrem. Cic. Fam. XII. 6. *Proinde fac tantum animum habeas.*

10. *Contempto sarcinarum damno*, quod laudatur IV. 16. 28. & apud *Plutarchum Alex. f.* 249. castigatur Parmenio, quod *sarcinarum* & impedimentorum causa turbatus fuerat: *Subinde Mazæus ex acie miserat equites, qui impedimentorum & sarcinarum custodiæ relictos adoriruntur. Turbatus igitur utrinque Parmenio ad Alexandrum, qui renuntiet, mittit: nisi ex prima acici fronte fortes e vestigio auxiliarii ad postremos succedant, vallum, res & impedimenta diripi. Per id ferme tempus Alexander suis ad egrediendum signum dabat. Tum accepto Parmenionis nuntio, virum desipere, nec animi constare dixit: ac per consternationem oblivisci: quod victores quidem & hostium fortunas vindicabunt. Si victi erunt, non supellectilium, non pecuniæ, non mancipiorum habenda cura est: sed quo pacto strenue dimicando gloriosam mortem oppetant.*

11. *Quicquid* i. id totum, id omne, unumquodque. Cic. pro leg. Manil. *Quicquid in causa mihi susceptum est, id omne me Reip. causa suscepisse confirmo.*

12. *Corripiunt* i. rapiunt, sumunt. Flor. I. 9. 6. *Prima arma pro*

& aggregati suorum equitibus Macedonas, ancipiti circumventos malo, invadunt: Lætique circa Sisygambim, *victisse Darium ingenti cæde prostratos hostes; ad ultimum etiam impedimentis exutos* 13 *esse*, nuntiant. Quippe eandem fortunam ubique 14 esse credebant, & victores Persas ad prædam discurrisse. Sisygambis, hortantibus captivis, *ut animum a mœrore adlevaret*, in eodem, quo antea fuit, perseveravit. Non vox ulla excidit ei 15: non oris color, vultusve mutatus est: sed sedit immobilis 16 (credo, præcoce 17 gaudio verita fortunam invitare 18) adeo ut, quid mallet, intuentibus fuerit incertum. Inter hæc Amyntas, præfectus equitum Alexandri, cum paucis turmis opem impedimentis laturus advenerat; incertum suone consilio, an Regis imperio. Sed non sustinuit Cadusiorum, Scytharumque impetum: quippe vix tentato certamine effugit ad Regem, amissorum impedi-

pro libertate corripuit. Noster v. 3. 20.

13. *Exutos* i. privatos, spoliatos. Flor. II. 7. 9. *Bis exutus castris*, iis n. occupatis.

14. *Ubique* i. ubicunque. Liv. XXXVI. 2. *Quisquis Magistratus eos ludos quando ubique fuxit, hi ludi recte facti, donaque data recte sunto.*

15. *Non vox ulla excidit ei* i. nullum verbum loquuta est. *Excidere* verba dicuntur, quæ temere potius, quam cogitata emittuntur. Cic. Phil. X. *Quod verbum tibi non excidit, ut sæpe fit, fortuito? scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.* V. *Victor. V. L.* XV. 22.

16. *Immobilis.* Diodor. XVII. 59. *At Darii mater Sisygambis a cæteris ad discessum invitata, non assentitur, sed benevola quadam affectione quiete se loco continet: dum nec dubiis fortunæ casibus fidem habet: nec gratæ erga Alexandrum mentis officium deserendum arbitratur.*

17. *Præcoce* i. propero, minus tempestivo. *Præcox* est proprie, quod ante tempus maturuit. Nonius XII. 627. *Præcox, & præcoqua, quod est immatura.* Inde uvæ, ficus præcoces, *fructus præcoces* infr. VIII. 5. 11. Metaph. *ingeniorum usus præcox* Quintil. Instit. Orat. I. 3. *Illud ingeniorum velut præcox genus non temere unquam pervenit ad frugem. Risus præcox* Plin. Procem. VII. *Risus præcox ille, & celerrimus ante quadragesimum diem nulli datur.*

18. *Invitare* i. ad iram concitare. Donat. Andr. III. 4. 18. *Invitatus est, commotus, ira provocatus, ut in Phorm.* V. 7. 39. *Ducitur autem verbum a canibus,*

13 pedimentorum teſtis magis, quam vindex. Jam conſilium [19] Alexandri vicerat dolor: & ne cura recuperandi ſua militem a prælio averteret [20], non immerito verebatur. Itaque Areten, ducem haſtatorum, quos ſariſſophoros [21] vocabant, adverſus
14 Scythas mittit. Inter hæc currus, qui circa prima ſigna turbaverant aciem; in phalangem invecti erant. Macedones confirmatis animis in medium
15 agmen accipiunt. Vallo ſimilis acies [22], junxerant haſtas; & ab utroque latere temere incurrentium ilia [23] ſuffodiebant. Circumire deinde currus, & pro-

qui reſtrictis dentibus hanc literam R *imitantur.* Noſter v. 1. 36. VIII. 13. 10.

19. *Conſilium*, quod ante Parmenioni dederat, ut impedimenta negligeret, ex acie nullum ſubduceret, qui impedimentis ſuccurreret. Sed poſtquam Amyntas alter nuntius & quidem victus acceſſit, veritus, ne miles, qui in acie ſtabat, ſi reſciret impedimentorum direptionem, ex acie ad recipienda impedimenta concurreret, de quo periculo doluit Alexander, quod cogeretur impedimentis ſuccurrere. V. *Raderum.*

20. *Averteret*, af-houden moghte. Nep. Alcib. v. 3. *Ejusdem opera Ioniam a ſocietate averterant Athenienſium.*

21. *Sariſſophoros* i. *ſariſſis*, ſive haſtis armatos. Alex. Gen. Dier. VI. 13. *Inter quas, Macedonum robur, Sariſſophorus magni æſtimatur, quo velut firmiſſimo munimento in poſterum uſi ſunt. Sariſſa* vero *prælonga fuit haſta ferro affixo. Sariſſæ fuerunt Macedonum, ſicut geſa Gallorum, lancea Hiſpanorum, gladius Lacedæmoniorum, acinaces Medorum, falarica Saguntinorum, ſagaris Perſarum, romphæa Thracum, framea Germanorum, & Sparus ruſticorum: Theutonicorum vero catejæ.* V. *Alexand. Gen. Dier.* VI. 22. *Demſter. A. R.* X. 3. *Stewech. in Veget.* III. 24. Noſter IX. 7. 19. VII. 4. 36. quod ex Liv. XXXVI. 18. ſumtum, dicente: *Tum Macedonum robur, quos ſariſſophoros appellabant, velut firmamentum circa ipſas munitiones conſtituit.*

22. *Vallo ſimilis erat* i. in duas diviſa partes, utrinque ſariſſas longas in modum *valli* compoſuit, ut ſi currus in latus conarentur declinare, in *aciem valli*, & præfixas haſtis cuſpides & ſpicula, quæ velut tergum echini efficiebant, & horrebant, incurrerent. V. *Raderum.* Hinc *pedeſter exercitus dicebatur murus.* Veget. I. 20. *Quæ tanquam murus (ut ita dicam) ferreus ſtabat.* II. 17.

23. *Ilia* i. imum ventrem. *Ilia baltheo religare*, i. den buyck opgeſpen, dixit Seneca. *Ilia* proprie ſunt partes laterales ventris inferioris, qui eſt ab umbilico ad pubem, & Græcis dicitur *hypogaſtrium.* V. *Bartholin. Anat.* I. *p. m.* 8.

propugnatores [24] præcipitare cœperunt. Ingens 16
ruina equorum, aurigarumque aciem compleverat. Hi territos regere non poterant: equi crebra jactatione [25] cervicum non jugum modo excuſſerant: ſed etiam currus everterant [26]. Vulnerati interfectos trahebant [27]: nec conſiſtere territi, nec progredi debiles poterant. Paucę tamen evaſere quadrigæ 17
in ultimam aciem [28], iis, quibus inciderunt, miſerabili morte conſumptis [29]: quippe amputata virorum membra humi jacebant; & quia calidis adhuc vulneribus aberat dolor, trunci [30] quoque & debiles arma non omittebant: donec multo ſanguine effuſo, exanimati procumberent. Interim Aretes, 18
Scytharum, qui impedimenta diripiebant, duce occiſo, gravius territis inſtabat. Supervenere deinde miſſi a Dario Bactriani, pugnæque vertere fortunam. Multi ergo Macedonum primo impetu obtriti ſunt: plures ad Alexandrum refugerunt. Tum 19
Perſæ clamore ſublato, qualem victores ſolent edere, ferociter in hoſtem, quaſi ubique profligatum [31] incurrunt. Alexander territos caſtigare; adhortari;

24. *Propugnatores* i. ex curru cum aurigis pugnantes.

25. *Jactatione* i. frequenti motu. Phædr. II. 8. 5.

Clarumque collo jactans tintinnabulum.

Noſter VI. 1. 5.

26. *Everterant*, omſmijten. *Percellere* Plaut. Epid. IV. 22. *Perii! plauſtrum perculi.* Noſter VII. 2. 29.

27. *Trahebant.* V. v. 1. 6.

28. *Ultimam aciem* i. ultimam aciei partem. Ita Cicer. pro Mur. *Ex ultima urbe.* Terent. Phorm. I. 4. 38. *ultima platea.* Ubi Donatus: *Sic dixit, ultima platea, quemadmodum Virg. Aen.* II. 450. *imas Obſedere foves.*

29. *Conſumptis morte* i. mortuis. Tib. I. 3. 28.

Hic jacet immiti conſumptus morte Tibullus.

Conſumi acie Paterc. II. 52. 3. *Quando neminem niſi acie conſumptum civem patria deſideravit.*

30. *Trunci* i. mutili. Virg. Georg. IV. 310.

Et viſenda modis animalia miris,
Trunca pedum primo.

V. IV. 2. 24. §. 105.

31. *Profligatum* i. proſtratum. Cic. Phil. XIV. *Quum Cæſar hoſtium copias profligavit, occiderit.* De hoc vocabulo dicerant *Gell. N. A.* XV. 5. *& Lipſ. Tacit. Hiſt.* IV. 2.

ri; prælium, quod jam elanguerat [32], solus accendere [33], confirmatisque tandem animis, *ire in hostem* [34]
20 jubet. Rarior acies erat in dextro cornu Persarum, namque inde Bactriani decesserant ad opprimenda [35] impedimenta. Itaque Alexander laxatos ordines in-
21 vadit, & multa cæde hostium invehitur. At qui in lævo cornu erant Persæ, spe posse eum includi, agmen suum a tergo dimicantis opponunt, ingensque periculum in medio hærens [36] adisset [37], ni equites Agriani calcaribus subditis circumfusos Regi barbaros adorti essent, aversosque cædendo in se obver-
22 ti coegissent. Turbata erat utraque acies. Alexander a fronte, & tergo hostem habebat. qui aversо ei instabant, ab Agrianis militibus premebantur [38]. Bactriani, impedimentis hostium direptis reversi, ordines suos recuperare non poterant [39]: plura simul ab-

32. *Elanguerat* i. defecerat. Flor. III. 3. 11. *In Venetia ipsa soli, cœlique clementia robur elanguit. Languor* est defectus virium, ac succi naturalis. Ovid. Metam. XI. 612.

Quo cubat ipse Deus membris languore solutis.

Nam ubi est color bene temperatus, ibi est alacritas. Ejus vero excessum, aut inopiam comitatur *languor*, & tandem frigus. Noster IV. 17. 4. & 6.

33. *Accendere* i. repetere, ut fortius pugnent milites. Infr. n. 28. v. 2. 5.

34. *In hostem*, op den vyand aen. Plaut. Amph. I. 1. 168. *Si in me exerciturus*. Quarto enim casu *in* interdum significat contra. Flor. I. 7. 4. *Tandem in hostes est conversus.*

35. *Opprimere* non tantum est invadere; sed etiam actu potiri. Hi enim *opprimendis* impedimentis quoque abscesserant, cum ii, qui prius id egerant, tenendo proposito impares essent. V. *Freinshemium.*

36. *Hærens* i. versans. Terent. Eun. v. 8. 24. *ut hæream* i. sim *apud Thaidem.*

37. *Adisset periculum*, hy soude gevaer gelopen hebben. Cic. pro Cæcin. *Adire periculum noluit.* Nep. Tim. IV. 3. *Mallet se capitis periculum adire.* Infr. n. 25.

38. *Premebantur ab Agrianis*, i. Agriani illos insequebantur, illos urgebant. Nep. Milt. III. 3. *Male rem gerere Darium, premique ab Scythis. Premere* verbum est venatorum, feras ex cubili exactas nullibi consistere sinentium, usque dum in retia incidant. Virg. Georg. III. 413.

Montesque per altos.
Ingentem clamore premes ad retia cervum.

Noster VI. 8. 4.

39. *Recuperare non poterant*, quia Agriani intercesserant, eorumque

abrupta a cæteris agmina, ubicunque [40] alium alii fors miscuerat [41], dimicabant. Duo Reges junctis 23
prope agminibus prælium accendebant: plures Persæ cadebant; par ferme utrimque numerus vulnerabatur. Curru Darius, Alexander equo vehebatur: utrumque delecti tuebantur, sui immemores. 24
Quippe amisso Rege nec volebant salvi esse, nec poterant. Ante oculos sui quisque Regis mortem occumbere [42] ducebant [43] egregium. Maximum ta- 25
men periculum adibant, qui maxime tuebantur [44]; quippe sibi quisque cæsi Regis expetebat [45] decus. Cæterum, sive ludibrium oculorum, sive vera 26
species fuit, qui circa Alexandrum erant, vidisse se crediderunt, paululum super caput Regis placide [46] volantem aquilam [47], non sonitu armorum, non gemitu morientium territam, diuque circa equum Alexan-

rumque locum, & ordinem occuparant. V. *Raderum.*

40. *Ubicunque* i. quocunque in loco. Cicer. Fam. II. 5. *Etsi ubicunque es, in eadem es navi.*

41. *Miscuerat*, hadde doen handgemeen zijn.

42. *Mortem occumbere* i. mori. Liv. XXVI. 25. *Hic siti sunt Acarnanes, qui adversus vim, atque injuriam Aetolorum pro patria pugnantes mortem occubuerunt.* Noster VIII. 2. 8.

43. *Ducebant* i. existimabant. Cicer. Fam. I. 6. *Quæ ne tu quidem unquam timenda duxisti.* Noster VII. 4. 10.

44. *Tuebantur* Regem suum.

45. *Expetere* est cum ratione, prout locus, aut res, aut tempus postulant, quid petere, & ad bona, & honesta pertinet. Cic. Offic. I. *Nihil hominem, nisi quod honestum, decorumque sit, aut admirari, aut optare, aut expetere.* V. *Popm. Diff. Verb.* I. 25. *Vall. Eleg.* v. 7.

46. *Placide* i. leniter, lente. Plaut. Mil. II. 2. 65.

Propere hoc, non placide decet.

47. Aquilæ *cur hic honos datus est, ut magnarum rerum facerent auspicia: aut corvo, aut paucissimis avibus cæterarum sine præsagio vox est?* Sen. N. Q. II. 32. Sidon. II. 127.

Multos cinxerunt aquilæ, subitumque per orbem
Lusit venturas famulatrix penna coronas.

Exempla collegit *Alexand. Gen. Dier.* v. 13. Ante conflictum hoc accidisse narrat Plutarch. Alex. f. 250. *Vates Aristander candido indutus amictu, & coronam gestans auream, qui juxta Alexandrum equitabat, sublimem supra Alexandri verticem aquilam ostendit, adversus hostes recto volatu delabentem. Eo auspicio plurimum spei, & alacritatis cunctis increvit: quare se se invicem*

lexandri pendenti magis, quam volanti similis adpa-
27 ruit. Certe[48] vates Aristander alba veste indutus, & dextra præferens lauream[49], militibus in pugnam intentis avem monstravit, *haud dubium victoriæ auspi-*
28 *cium*. Ingens ergo alacritas, & fiducia paullo ante territos accendit ad pugnam: utique postquam auriga Darii, qui ante ipsum sedens[50] equos regebat, hastra transfixus est[51]. Nec aut Persæ, aut Macedones dubitavere, quin[52] ipse Rex esset occisus.
29 Lugubri ergo ululatu, & incondito clamore, gemituque totam fere aciem adhuc æquo Marte pugnantium turbavere cognati Darii[53] & armigeri; lævoque cornu in fugam effuso[54] destituerant currum; quem a dextra parte stipati in medium agmen
30 receperunt. Dicitur acinace stricto Darius dubitasse, an fugæ dedecus honesta morte vitaret[55]. Sed eminens curru nondum omnium suorum aciem præ-
31 lio excedentem destituere erubescebat. Dum[56] inter spem, & desperationem hæsitat, sensim Persæ cede-

exhortari equites in hostes cursu procedere: undantem vero phalanga diceres.

48. *Certe* i. saltem. Cic. Attic. IX. 10. *Tibi consilium dabimus, quod si non fuerit prudens, at certe ab optima fide, & optimo animo proficiscetur.*

49. *Lauream* i. *laurum* i. *lauri* ramum. *Laurus* etiam *laurea* dicitur Tib. I. 5. 41.

Ut succensa sacris crepitet bene laurea flammis.

Lauro vero redimitos fuisse vates fatidicos docet *Paschal. de Coron.* VIII. 12. Fabulam de *lauro* denarrant *Palæph. de Fabul. narr. p. m.* 118. *Fulgent. Myth.* I. 125. *Serv. Aen.* II. 513. *Ovid. Metam.* I. 466--567.

50. *Ante ipsum* i. *in prima sella* Phæd. III. 7. 5.

51. *Transfixus* ab ipso Alexandro. Diodor. XVII. 60. *Dumque Imperator Imperatorem infesto animo petit, misso in Darium jaculo Alexander, ipsum quidem non contingit, sed aurigam illi adsistentem ferens prosternit.*

52. *Quin*, i. quo minus. Cicer. Fin. II. *Dubium est, quin faciamus.* pro Flacc. *Dubitabis, quin hunc vendices.* Nep. præf. *n.* 1. *dubito* cum infinitivo construit.

53. *Cognati*, qui circa illum erant in lævo cornu. Diodor. XVII. 59. *Darius autem lævum cornu regens, cognatos habebat propugnatores. Erant autem* CID. *equites in unam redacti turmam.*

54. *In fugam effuso* i. Celeriter fugiente. Infr. IV. 16. 20. VIII. 2. 38. Ita *effuso cursu eunt* i. celerrime proficiscuntur, V. 15. 12.

55. *Fugæ dedecus morte vitaret* i. seipsum interficeret, ne diceretur

cedebant, & laxaverant ordines. Alexander mutato equo, quippe plures fatigaverat, resistentium[57] ora[58] fodiebat[59], fugientium terga. Jamque non 32
pugna, sed cædes erat: cum Darius quoque currum suum in fugam vertit. Hærebat in tergis fugientium victor: sed prospectum oculorum nubes[60] pulveris, quæ ad cœlum ferebatur, abstulerat[61]. Ergo haud secus, quam in tenebris errabant[62], ad so-
nitum notæ vocis, ut signum subinde coeuntes: 33
Exaudiebantur tantum strepitus habenarum, quibus equi currum trahentes identidem verberabantur: hæc sola fugientis vestigia[63] excepta sunt.

CAP.

ceretur turpiter fugisse. Justin. XI. 14. 3. *Darius cum vinci suos videret, mori voluit & ipse; sed a proximis fugere compulsus est.* Ita *a captivitate, gladio, & voluntaria morte se vindicat.* Justin. IV. 5. 12. *Ne veniret in captivitatem, a gladio suo impetravit.* Flor. IV. 9. 4.

56. *Dum* i. interea dum. Gell. N. A. XVII. 8. *Dum hæc Taurus: interea puer venerat, & aula deferbuerat.*

57. *Resistentium*, i. non fugientium. Infr. V. 13. 19.

58. *Ora*, van vooren. *Pectus* Noster VIII. 14. 32.

59. *Fodiebat* i. feriebat, cædebat. Plaut. Curc. I. 2. 40.

Etiam mihi quoque stimulo fodere lubet te.

Noster V. 4. 32. IX. 1. 16.

60. *Nubes pulveris* i. caligo multa ex pulvere. Sidon. Epist. IV. 8. *Quæ tegeret nebula de pulvere.* Marcell. XVI. *Erigebatur crassi pulveris nubes.* Virg. Aen. IX. 33.

Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem.

Noster VI. 6. 30. V. 13. 12. *Nubes* pro multitudine frequens. De apum agmine Virg. Georg. IV. 58.

Obscuramque trahi vento mirabere nubem.

Paul. Hebr. XII. 1. νέφος μαρτύρων. Hac caligine tectus fuga evasit Darius. Diodor. XVII. 60. *Ad hunc modum Persis in fugam conversis, magna vis pulveris ab equitum cursu in altum extollitur. Unde factum, ut vestigia hostium premente cum suis Alexandro, per densam nimii pulveris nubem, quo Darius fugam capesseret, conspici nequiret.*

61. *Abstulerat* i. ademerat. V. 13. 12.

62. *Errabant*. V. V. 6. 15.

63. *Vestigia* i. indicia. Petron. c. 48. *Inter quas pictura ne minimum quidem vestigium sui reliquisset.* Noster V. 13. 20. Diodor. XVII. 60. *Cadentium solummodo gemitus virorum, sonitusque equorum, & continuus flagellorum strepitus exaudiebatur.*

CAP. XVI.

ARGUMENTUM.

Parmenioni laboranti succurrit, & Mazæo a Parmenione in fugam converso, fugientibusque in flumen Lycum se præcipitantibus, integra victoria potitur, utrinque numerum init, & cum ducibus laudatur Alexander.

1 AT in lævo Macedonum cornu, quod Parmenio, sicut ante dictum est, tuebatur; longe alia fortuna utriusque partis res[1] gerebatur. Mazæus, cum omni suorum equitatu vehementer 2 invectus, urgebat Macedonum alas. Jamque abundans multitudine aciem circumvehi cœperat; quum Parmenio equites *nuntiare* jubet *Alexandro, in quo discrimine ipsi essent, nisi mature subveniretur; non posse* 3 *sisti*[2] *fugam.* Jam multum viæ processerat Rex, imminens[3] fugientium tergis, quum a Parmenione tristis nuntius venit. *Refrenare*[4] *equos* jussi, qui vehebantur, agmenque constitit: Frendente[5] Alexandro, *eripi sibi victoriam e manibus; & Darium felicius fugere, quam sequi se.* Interim ad Mazæum superati Regis fama pervenerat. Itaque quamquam validior[6]

R Es i. bellum. Nep. Milt. III. 3. *Male rem gerere Darium, premique ab Scythis.*

2. *Sisti* i. inhiberi. Flor. I. 1. 13. *Ut fœdam suorum fugam sisteret.* Noster VIII. 3. 2: 14. 37. v. 3. 11.

3. *Imminens*, haer op de hielen zijnde. *Hærere* Noster III. 8. 16. IV. 15. 32.

4. *Refrenare* i. inhibere. Cic. Phil. XI. *Brutus Antonium invadentem in Asiam a progressu arcuit, a reditu refrenavit.*

5. *Frendente* i. conlisis dentibus sonum edente. Serv. Aen. VIII. 230. *Infrendens est inter se comprimens dentes.* Non. v. 103. *Frendere alicubi cum gemitu, vel iracundia miserum, aut minax sonare.* Noster X. 2. 30.

6. *Validior erat* i. plus viribus poterat. Plaut. Amph. I. 1. 7. *Quasi incudem me miserum homines octo validi cædant:* Noster IX. 7. 3.

7. *Fortuna partium* n. fausta Alexandri, infelici Darii. Tacit. Hist. IV. 34. 9. *Ac forte Civilis lapsu equi prostratus, credita per utrumque exercitum fama, vulneratum, aut interfectum, immane quantum suis pavoris, & hostibus alacritatis indidit.*

8. *Remissæ* i. intermissæ. Cic. Fin. IV. *Urgent tamen, & nihil remittunt. Omittitur* vero *cunctando victoria.* Liv. VII. 24.

9. *Equid* i. numquid. Terent. Andr. v. 2. 30. *Equid te pudet?* Cic. Verr. v. *Etquod judicium Romæ tam dissolutum fore putasti?* Noster VIII. 4. 17. VI. 9. 36.

10. *Pedem referre* i. regredi. Phæd. II. 2. 6. *Feroque viso retulit retro pedem.* Noster VI. 1. 11.

11. *Nimirum* i. certe, sine dubio. Terent. Eun. II. 2. 37. *Nimirum hic homines frigent.* Cic. Attic. IX. 11. *Itaque nimirum hoc illud est, quod Cæsar scribit.*

12. *Persarum cæde* i. Persis cæsis.

13. *Cessatis* i. quiescitis, tardi estis facti. Phædr. I. 10. 5. *Quid ita cessarunt pedes. Cessare* est otii inermis. Virg. Aen. II. 468. *Nec saxa, nec ullum Telorum interea cessat genus.* Noster III. II. 5. VII. 2. 26.

14. *Pares estis* i. pares vires habetis, ut v. 12. 9. *Sufficere* noster III. 6. 19.

15. *Erexerat* i. excitaverat, instigaverat. Nep. Them. I. 3. *Quæ contumelia non fregit eam; sed erexit.*

16. *Citato gradu* i. celeriter. *Citato pede* Cat. LXIII. 2. Liv. II. 20. *Exules citato agmine invehi.* Inde *nautæ citati* i. properantes. Prop. I. 8. 12.

17. *Recedebant* nondum solutis ordinibus, quasi recepturi se aliquo.

18. *Nisi quod.* Cicer. Fam. IX. 16. *Nihil video, quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta.*

lidior[6] erat; fortuna tamen partium[7] territus, perculsis languidius instabat. Parmenio ignorabat quidem causam sua sponte pugnæ remissæ[8]: sed occasione vincendi strenue est usus. Thessalos equites ad 5 se vocari jubet. *Ecquid*[9], inquit, *videtis istos, qui ferociter modo instabant, pedem referre*[10], *subito pavore perterritos. Nimirum*[11] *nobis quoque Regis nostri fortuna vincit: omnia Persarum cæde*[12] *strata sunt: quid cessatis*[13]? *an ne fugientibus quidem pares estis*[14]? Vera dicere 6 videbatur, & spes languentes quoque erexerat[15]: subditis calcaribus proruere in hostem: & illi jam non sensum, sed citato gradu[16] recedebant[17], nec quidquam fugæ, nisi quod[18] terga nondum vertebant.

terant, deerat. Parmenio tamen, ignarus, quę-
7 nam in dextro cornu fortuna Regis esset, repressit[19] suos. Mazæus, dato fugæ spatio[20], non recto itinere[21], sed majore, & ob id tutiore circumitu Tigrim superat: & Babylonem cum reliquiis devicti
8 exercitus intrat. Darius paucis fugæ comitibus ad Lycum amnem contenderat, quo trajecto dubitavit, an solveret[22] pontem, quippe *hostem jam adfore* nuntiabatur. Sed tot millia suorum, quæ nondum ad amnem pervenerant, ponte recisso[23], prædam
9 hostis fore videbat. Abeuntem, quum intactum sineret pontem, dixisse constat, *Malle insequentibus iter dare; quam auferre fugientibus.* Ipse ingens spatium fuga emensus media fere nocte Arbela perve-
10 nit. Quis tot ludibria fortunę, ducum agminumque cædem multiplicem, devictorum fugam, clades nunc singulorum, nunc universorum, aut animo adsequi[24] queat, aut oratione complecti[25]? Propemodum seculi res[26] in unum illum diem for-
11 tuna cumulavit. Alii qua brevissimum patebat iter; alii diversos saltus, & ignotos sequentibus calles pe-

19. *Repressit*, heeft te rugge gehouden. Nep. Arist. 1. 3. *Reprimi concitatam multitudinem non posse.*

20. *Spatio* i. tempore. Plaut. Aulul. IV. 10. 76.

Nunc interim spatium ei dabo exquirendi.

21. *Recto itinere* i. recta, ut VII. 7. 4. recta via. *Plaut. Pseudol.* IV. 4. 13.

22. *Solveret* i. frangeret. *Dissolvere* Nep. Them. v. 2. *rescindere* Milt. III. 4. *interrumpere* Justin. II. 13. 5. *abrumpere* Tacit. Hist. III. 6. 5. *recidere* noster §. 23.

23. *Recisso* i. imminuto, sublato. Flor. I. 10. 4. *Ponte recisso transnatat Tiberim. Recidere* est supervacua tollere. Ita *recidere mercedes* Sueton. Tib. c. 34. *recidere ungues* Noster IX. 10. 9.

24. *Adsequi animo* i. comprehendere, intelligere. Cic. Attici XII. 4. *Non adsequor, ut scribam, quod tui convivæ non modo libenter, sed etiam æquo animo legere possint.*

25. *Complecti oratione* i. eloqui. Cic. Verr. VI. *Nullo modo possum omnia illius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti.*

26. *Seculi res* i. quæ integro seculo potuissent sufficere. Contra ea *res unius ætatis* i. quæ non possunt durare ultra unius hominis

tebant. Eques pedesque confusi[27] sine duce, armatis inermes, integris debiles implicabantur. De- 12
inde misericordia in metum versa[28], qui sequi non poterant, inter mutuos gemitus deserebantur. Sitis præcipue fatigatos, & saucios exurebat, passimque omnibus rivis prostraverant corpora, præterfluentem aquam hianti ore captantes: Quam quum 13
diu avide turbidam[29] hausissent, tendebantur extemplo[30] præcordia[31] premente limo; resolutisque & torpentibus membris, quum superveniret hostis, novis vulneribus excitabantur. Quidam, 14
occupatis proximis rivis, diverterant longius, ut, quicquid occulti humoris usquam[32] manaret, exciperent. Nec ulla adeo avia[33] & sicca lacuna[34] erat, quæ vestigantium sitim falleret[35]. E proximis 15
vero itineri vicis senum ululatus feminarumque exaudiebantur, barbaro ritu *Darium* adhuc *regem* clamantium. Alexander, ut supra dictum est, inhi- 16
bito

nis ævum. *Flor.* I. 1. 10.

27. *Confusi* i. inter se mixti. Tacit. Hist. III. 38. 6. *Causam confusionis quæventi.* Noster IX. 6. 15.

28. *Misericordia in metum versa.* Cæs. B. G. VII. 26. 4. *Quod plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit.* Noster VIII. 11. 12. IX. 10. 15.

29. *Turbidam* i. impuram. Cic. Tusc. V. *Quum aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibisset.* Noster VII. 10. 13.

30. *Extemplo* est verbum sacrorum, sicut *ilicet* judiciorum. Ut enim hoc demisso senatu: sic & illud sacrificio peracto a præcone pronuntiabatur. Quo significabatur, ut exirent *ex templo.* Quod quia cito fiebat, inde pro cito, & propere sumi cœptum est. *Scal. Varr. L. L. p.* 106.

31. *Præcordia* appellant membranas separantes exta ab inferiore viscerum parte, qua cordi prætenduntur, quæ Græci appellaverunt φρένας, & διάφραγμα, V. Plin. XI. 37. *Barthol. Anat.* II. 3.

32. *Usquam* i. ullo in loco. Cic. pro Mur. *Prudentia, quæ neque extra Romam usquam, neque Romæ quicquam valet.*

33. *Avia* i. ad quam nulla est via. Cic. ad Herenn. VI. *Avium dulcedo ducit ad avium.* Noster VIII. 10. 19.

34. *Lacuna* Festo est aquæ collectio, quam alii lamam, alii lustrum appellant. Noster VIII. 14. 8.

35. *Falleret* i. non expleret. Prop. II. 13. 31.

Ut liquor arenti fallat ab ore sitim.

bito ſuorum curſu ad Lycum amnem pervenerat: ubi ingens multitudo fugientium oneraverat pontem [36], & plerique [37], quum hoſtis urgeret, in flumen ſe præcipitaverant, gravesque armis [38] & prælio, ac fuga defatigati gurgitibus hauriebantur [39].
17 Jamque non pons modo fugientes; ſed ne amnis quidem capiebat, agmina ſua improvide ſubinde cumulantes: quippe ubi intravit animos pavor [40]; id ſolum metuunt [41], quod primum formidare [42] cœpe-
18 runt. Alexander inſtantibus ſuis, *impune abeuntem hoſtem ſequi permitterent*; *hebetia* [43] *tela eſſe*, *& manus fatigatas*; *tantoque curſu corpora exhauſta*, *& præceps* [44]
19 *in noctem diei tempus* cauſatus eſt [45]. Revera de lævo cornu, quod adhuc in acie ſtare credebat, ſolicitus, reverti ad ferendam opem ſuis ſtatuit. Jamque ſigna converterat; quum equites a Parmenione miſſi, il-
20 lius quoque partis victoriam nuntiant. Sed nullum eo die majus periculum adiit, quam dum copias reducit in caſtra. Pauci eum, & incompoſiti ſequebantur

36. *Oneraverat pontem* i. ſtabat, erat in ponte. Ita *onerare ſcalas* i. ſcalas conſcendere. IX. 4. 35.

37. *Plerique* i. maxima pars. Infr. VII. 11. 25. VI. 5. 17. *Pleram partem* dixit Pacuvius apud *Feſtum*.

38. *Gravis armis* i. onerati armis gravibus, & multi ponderis. Ita *gravis ære* Virg. Ecl. 1. 36. Cat. XX. 13. eſt nummis onuſtus.

39. *Hauriebantur* i. abſorbebantur. Flor. III. 11. 3. *Rapta ſubitis ſigna turbinibus hauſit Euphrates*. Noſter VIII. 11. 12. V. 4. 18.

40. Pavor *eſt metus mentem loco movens*, *ex quo illud Ennii*: *Tunc pavor ſapientiam omnem mihi ex animo expectorat*. Cicer. N. Q. IV.

41. Metus *eſt opinio impendentis mali*, *quod intolerabile eſſe videatur*. *Sub metum autem ſubjecta ſunt pavor*, *formido*, *&c.* Cicer. N. Q. IV.

42. Formido *eſt metus permanens*. Cicer. N. Q. IV. quæ ita discrevit Cicero. In quem autem metus, in eum formido, & pavor. *Non.* V. 93. *Frontoni* metus eſt motus animi, formido fert interdum rationem, pavor puerilis eſt.

43. *Hebetia*. V. VII. 4. 10.

44. *Præceps*. V. VI. 5. 3.

45. *Cauſatus eſt* i. prætexuit. Liv. XXXVI. 10. 12. *Hyemem inſtare apud ſuos cauſatus eſt*. *Cauſam interponere* Nep. Them. VII. 1. Cæſ. B. G. 1. 42. *Cauſam interſerere* Nep. Milt. IV. 1. Noſter VI. 5. 31. 7. 20. *Cauſa* enim eſt præ-

bantur ovantes victoria: quippe omnes hoſtes aut in fugam effuſos, aut in acie credebant cecidiſſe: Quum 21
repente ex adverſo adparuit agmen equitum, qui primo inhibuere curſum, deinde Macedonum paucitate conſpecta, turmas in obvios concitaverunt. Ante ſigna Rex ibat diſſimulato magis periculo, 22
quam ſpreto: nec defuit ei perpetua in dubiis rebus [46] felicitas. Namque præfectum equitatus avi- 23
dum certaminis, & ob id ipſum incautius in ſe ruentem haſta transfixit. Quo ex equo lapſo, proximum, ac deinde plures eodem telo confodit. Invaſere tur- 24
batos amici quoque; nec Perſæ inulti cadebant: quippe non univerſæ acies, quam hæ tumultuarię [47] manus vehementius iniere certamen. Tandem Bar- 25
bari, quum obſcura luce [48], fuga tutior videretur eſſe, quam pugna, diverſis agminibus abiere. Rex extraordinario periculo defunctus, incolumes ſuos reduxit in caſtra. Cecidere Perſarum, quorum nu- 26
merum victores finire [49] potuerunt, millia XL. [50]; Ma-

prætextus Nep. Them. VI. 2. Phædr. 1. 2. 4.

46. *Dubiis rebus* i. periculo. Paterc. II. 112. 6. *Jam igitur in dubiis rebus ſemetipſæ legiones adhortatæ*, &c. Sic *dubii tumuli* ſunt periculoſi. Flor. II. 12. 5.

47. *Tumultuariæ* i. propere concurrentes. Liv. XXXV. 2. *Si tumultus in Hiſpania eſſet*, *placere*, *tumultuarios milites extra Italiam ſcribi oportere*. *Manus* hujus *tumultuariæ* certamen tradit Arrian. III. 192. *Ac primum quidem in fugientes hoſtium equites*, *Parthos nimirum*, *& Indorum nonnullos*, *inque Perſas plurimos*, *fortiſſimosque invaſit*. *Ibi acrius*, *quam usquam antea equeſtre prælium committitur*: *Conferti enim quemadmodum turmatim conſtiterant*, *terga vertunt barbari*, *& in Alexandri copias ex adverſo incidentes*, *non jam telorum jactu*, *non equis in gyrum actis equeſtris prælii more utebantur*, *ſed alius alium equo deturbare conantes*, *perinde ac ſi hac una in re eorum ſalus verſaretur*, *citra diſcrimen cædebant ſimul & cædebantur*, *quaſi jam non de aliena victoria*, *ſed de propria quisque ſalute dimicaret*.

48. *Obſcura luce* i. veſperi. Decus vero fugæ tegit nox.

49. *Finire* i. definire, inire.

50. *Millia* XL. Diodor. XVII. 61. *De barbaris in hac pugna amplius* XC. *millia equitum*, *peditumque cæſ.* Arrian. III. 194. *Ex Barbaris vero circiter trecenta millia cæſa ferebantur*, *multoque major*

27 Macedonum minus, quam ccc. [51] desiderati sunt. Cæterum hanc victoriam Rex majore ex parte virtuti, quam fortunæ suæ debuit; animo, non, ut antea,
28 loco vicit. Nam & aciem peritissime instruxit: & promptissime ipse pugnavit: & magno consilio jacturam sarcinarum impedimentorumque contempsit, quum in ipsa acie summum rei videret esse discrimen: dubioque adhuc pugnæ eventu pro victore se
29 gessit: perculsos deinde hostes fudit [52]. Fugientes, quod in illo ardore [53] animi vix credi potest, prudentius, quam avidius persequutus est. Nam si parte exercitus adhuc in acie stante, instare cedentibus perseverasset; aut sua culpa victus esset, aut aliena
30 virtute vicisset. Jam si multitudinem equitum occurrentium extimuisset; victori aut fœde [54] fugi-
31 endum, aut miserabiliter [55] cadendum fuit. Ne duces quidem copiarum sua laude fraudandi [56] sunt, quippe vulnera, quæ quisque excepit, indicia vir-
32 tutis sunt. Hephæstionis brachium [57] hasta ictum est: Per-

major numerus captorum, quam fugæ, deinde strage obruerant itinera portarum.

51. *Minus quam* ccc. Diodor. XVII. 61. *Macedonum ad* D. *interempti.* Arrian. III. 193. *Ab Alexandri partibus centum summum capita in eo prælio sunt desiderata.*

52. *Fudit* i. in fugam conjecit, dissipavit, dispersit. Cicer. pro Mur. *Muræna magnas hostium copias fudit.* Noster V. 9. 1. IX. 4. 18. Ideo *fundere* & *fugare* jungunt *Paterc.* II. 32. 4. & Noster IX. 4. 18.

53. *Ardore* i. vehementia, *desse furie.* Cicero de Clar. Orat. *Ardor animi consedit.*

54. *Fœde* i. turpiter. Ita *fœdum* interpretatur *Serv. Aen.* III. 216. Liv. XXX. 6. *Fœda primum fuga, deinde strage obruerant itinera portarum.*

55. *Miserabiliter* i. miserandum in modum. Cicero Attic. X. 9. *Epistolam scriptam miserabiliter.*

56. *Fraudandi* i. privandi. Petron. c. 3. *Non fraudabo te arte secreta.* Noster X. 9. 4.

57. *Brachium* est os totius *brachii* maximum, quod est inter humerum & cubitum. Galenus totum illud ab humero in extremos digitos dividit in βραχίονα, πῆχυν & ἀκρόχειρον. Quæ & complectitur Ovid. Metam. I, 500.

Laudat digitosque, manusque,
Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos.

V.

Perdiccas, ac Cœnus, & Menidas, sagittis prope occisi. Et si vere æstimare Macedonas, qui 33
tunc erant, volumus: fatebimur, & Regem talibus ministris, & illos tanto Rege fuisse dignissimos [58].

Q. CUR-

V. *Voss. Lex. Barthol. Anat.* IV. 1.

58. *Dignissimos* &c. Cicer. Philip. XIV. *Dignus Imperator legione, digna legio Imperatore.* Tacit. Agric. XXXIII. 4. *Neque me militum, neque vos ducis pœnituit.* V. *Freinshemium.*

Interim



Q. CURTII RUFI DE REBUS ALEXANDRI MAGNI, REGIS MACEDONUM,

LIBER V.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Dario Mediæ fines ingresso, Arbela potitus, Babylonem procedit, illamque a Mazæo sibi traditam ingreditur, & incremento renovatus, illius regioni, & civitati præsides constituit Alexander.

QUæ interim[1] ductu[2] imperioque Alexandri[3] vel in Græcia, vel in Illyriis ac Thracia gesta sunt; si quæque suis temporibus reddere voluero, interrumpendæ sunt res Asiæ[4]: Quas utique ad fugam mortemque Darii universas in conspectum dari, & sicut inter se cohærent[5] tempore, ita opere ipso conjungi, haud paulo aptius videri potest. Igitur ante, quę prælio apud Arbela conjuncta sunt, ordiar dicere. Darius media fere nocte[6] Arbela pervenerat: eodemque magnæ partis amicorum ejus ac militum fugam fortuna compulerat: quibus convocatis exponit; *haud dubitare se, quin Alexander celeberrimas*[7] *urbes, agrosque, omni copia rerum abundantes, petiturus esset: prædam opimam, paratamque ipsum, & milites ejus spectare*[8]. *Id suis rebus tali in statu saluti fore, quippe se deserta cum expedita manu petiturum. Ultima regni adhuc intacta esse; inde bello vires haud ægre reparaturum. Occuparet sane gazam avidissima gens, & ex longa fame*[9] *satiaret se auro, mox futura prædæ sibi: didicisse usu*[10] *pretiosam supellectilem, pellicesque, & spadonum agmina*[11] *nihil aliud fuisse, quam onera, & impedimenta*[12]. *Eadem trahentem*[13] *Alexandrum, quibus antea vicisset, inferiorem*[14] *fore.* Plena omnibus desperationis videbatur oratio: quippe Babylonem urbem opulentissimam dedi cernentibus: jam Susa[15], jam

1. *Interim* sæpe absolute ponitur. Cic pro Ligar. *Interim Varus Uticam venit.*

2. *Ductu* V. VI. 3. 2.

3. *Alexandri.* V. *Fab. Epist. Crit.* 52.

4. *Asiæ* i. in *Asia* gestæ.

5. *Cohærent* i. connectuntur, conjunguntur, ut VI. 3. 8.

6. *Arbela.* Ingens spatium intra paucas horas emensus, milliaria Germanica decem & octo, cum triente; sexcentis quippe stadiis *Arbela* distant a Gaugamelis, melis, ubi prælium est factum. Arrian. III. 193. *Alexander postero die ad Arbela pervenit, eos, qui ex prælio evaserant, ad sexcenta circiter stadia insequutus.* V. *Raderum.*

7. *Celeberrimas* i. nobiles hominum frequentia. *Celebrem* viam dicit Cato de R. R. frequentem, & *celeberrimam oppidi partem* Sueton. Aug. c. 1. quæ maxime frequentatur.

8. *Spectare*, daar een ooge op hebben.

9. *Ex longa fama* i. post longam famem. Sueton. Jul. c. 18. *Ex prætura sortitus Hispaniam.*

10. *Usu* i. experientia. Nep. Tim. III. 2. *Duo usu, & sapientia præstantes.*

11. *Spadonum agmina.* Marcellin. XIV. *Mutilorum hominum agmina. Spadonum greges* Noster III. 3. 23. VI. 6. 8.

12. *Onera & impedimenta*, imo *adjumenta ignaviæ* dicuntur Salust. Jugurth. c. 45. quæ *edicto primo sustulerit Metellus.* Unde *Publius Scipio ad Numantiam non tantum dimisit ingentem lixarum numerum, sed etiam delicatioris usus, ac parum necessaria expeditionis vasa fregit.* Frontin. Stratag. IV. 1. 1.

13. *Trahentem* i. circumferentem, *met sich slepen.* Paterc. II. 112. 4. *Magnam Thracum manum secum trahebat.* Noster IV. 15. 16.

14. *Inferiorem* i. minorem. Nep. Datam. VIII. 3. *Semper inferior copiis, superior omnibus præliis discederet.*

15. *Susa* a loci amœnitate, & floriditate nomen traxit, propterea quod lingua Persica *Susum* lilium significat. Ad fluvium Choaspen sita fuerunt *Susa.* Plin. VI. 27. a Dario Hystaspis filio conditam scribit. Quæ verba uti accipienda sint, docet Aelian. I. 59. quæ a Dario lautius ædificata, &

jam cætera ornamenta regni [16], causamque belli [17]
8 victorem occupaturum. At ille docere pergit; *non speciosa dictu* [18], *sed usu necessaria in rebus adversis sequenda esse. Ferro geri bella, non auro: viris, non urbium tectis* [19]: *Omnia sequi* [20] *armatos: Sic majores suos* [21] *perculsos in principio rerum, celeriter pristinam reparasse fortunam.*
9 Igitur, sive confirmatis eorum animis, sive imperium magis, quam consilium sequentibus

ædium regiarum magnificentia ornata fuisse scribit. Alioquin refragaretur vetustas, quæ a Tithono, ejusque filio Memnone condita credit. V. *Briss. de regn. Pers.* 1.45. *Drus. Observ.* XII. 8. Hanc jubente Dario Alexandro traditam fuisse narrat Diodor. XVII. 65. *In Susianam cum perveniset, regiam toto orbe celeberrimam occupat, Abulete urbem sponte sua tradente. Literis a quibusdam est traditum, jussisse hoc Darium illos, quorum fides ei spectata erat. Idemque in hunc finem a rege Persarum esse factum, ut rebus arduis districto Alexandro, dum urbes clarissimas, thesaurosque maximos recipit, otium subtraheretur, Dariusque interim ad instaurandum bellum sat temporis haberet.* Noster V. 2. 8.

16. *Cætera ornamenta regni* i. reliquas urbes, quæ regnum Persicum ornabant.

17. *Causam belli* i. urbes, provincias, pecuniam, opes. V. *Raderum & Fab. Epist. Crit.* 52.

18. *Speciosa dictu* i. quæ aliquam veri *speciem* præ se ferunt. Liv. XXII. 3. *Cæteris omnibus in concilio salutaria magis, quam speciosa suadentibus.* Val. Max. VII. 6. 1. *Cedit ergo interdum generosus spiritus utilitati, & fortunæ viribus succumbit: ubi nisi tutiora elegerit consilia, speciosa sequenti concedendum est.*

19. *Viris, non urbium tectis.* Justin. II. 12. 14. *Patriam municipes esse, non mœnia, civitatemque non in ædificiis, sed in civibus.* Plin. Epist. VII. 32. *Cupio enim patriam nostram omnibus quidem rebus augeri, maxime tamen civium numero. Id enim oppidis firmissimum ornamentum.*

20. *Sequi* nos rem dicimus ad nos pertinentem, quæ nullo labore, aut molestia nostra sese voluntati nostræ sit accommodatura. Liv. IX. 40. *Omnia illa victoriam sequi.* Phæd. I. 6. 8.

Tum quia plus valeo, me sequetur tertia.

Translatum autem hoc genus loquendi a materia qualibet facili tractu, non lenta, aut morosa. Noster III. 10. 5. V. *Barth. Adv.* LII. 12.

21. *Majores reparasse fortunam.* Ita *Medorum exercitu ab Harpago per deditionem Cyro tradito, pulsa cum Persarum acies paulatim cessisset, matres & uxores eorum obviam occurrunt: orant, in prælium revertantur: cunctantibus, sublata veste, obscœna corporis ostendunt, rogantes, num in uteros matrum vel uxorum velint refugere. Hac repressi castigatione, in prælium redeunt: & facta impressione,*

bus [22], Mediæ [23] fines ingressus est. Paulo post A- 10
lexandro traduntur Arbela, regia supellectili [24], ditique gaza repleta: quatuor millia talentum [25] fuere: præterea pretiosæ vestes [26]: totius, ut supra dictum est [27], exercitus opibus in illam sedem congestis [28]. Ingruentibus [29] deinde morbis, quos odor 11
cadaverum totis jacentium campis vulgaverat [30], maturius castra movit. Euntibus a parte læva Arabia,

pressione, quos fugiebant, fugere compellunt. V. Justin. I. 6. 13-16.

22. *Imperium* sejungit a consilio etiam Liv. I. 29. *Nec Imperium illud meum, sed consilium, & imperii simulatio fuit.*

23. *Mediæ fines ingressus est*, quod *Alexandrum ex prælio Susas & Babylonem profecturum existimabat: quia omnis ea regio cultoribus frequens esset, atque iter impedimentis vehendis non incommodum: præterea, quod Babylon & Susæ præmia quodammodo belli fore viderentur: iter vero in Mediam ingenti exercitui ducendo parum commodum est.* V. *Arrian.* III. 195. *Diodor.* XVII. 64.

24. *Regia supellectili.* Diodor. XVII. 64. *Interea Alexander, funeratis post victoriam, qui in acie occubuerant, Arbela ingreditur: magnamque deliciarum, ornatusque regii, & gazæ barbaricæ copiam, quippe ter mille argenti pondo (talenta) invenit.*

25. *Quatuor millia talentum* i. bis millies quadringenta millia Philippeorum. V. *Raderum.*

26. *Pretiosæ vestes.* Ita Cic. Phil. II. *Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa & lauta supellex.*

27. *Supra dictum* n. IV. 9. 9.

28. *Congestis.* V. V. 6. 3. §. 5.

29. *Ingruentibus* i. incidentius, invadentibus exercitum. Ita & Liv. XXXVII. 23. *Insolito odore ingruere morbi vulgo, maxime in remiges cœperunt.* XXV. 26. *Marcellus, ut tanta vis ingruebat mali, traduxerat in urbem suos. Ingruere* est verbum militare, & significat clade afficere. Plaut. Amph. I. 1. 81. *Nostri contra ingruunt.* Flor. IV. 2. 59. *Ingruentibus hostium telis. Gruere* vox est gruum. Inde *ingruere* dicitur, quod officit. Unde Virg. Georg. II. 410. *Bis vitibus ingruit umbra.* Noster II. 27.

30. *Vulgaverat* i. in vulgus militum sparserat, excitaverat. Liv. XXV. 26. *Post ea curatio ipsa, & contactus ægrorum vulgaverat morbos.* Et, *ut primum videre ex gravitate loci vulgari morbos.* Infr. IX. 10. 1. & 13. Odor aerem infecerat, haustus aer viscera: ita propagata lues, ut soleat in pestilitate. Proinde magna semper ratio habita est, ut castra a sordibus essent pura. Quod in sacris paginis a Domino exercituum Mosi præceptum est. Et Veget. III. 2. *Si autumnali, æstivoque tempore diutius in iisdem locis militum multitudo consistat, ex contagione aquarum, & odoris ipsius fœditate vitiatis hausibus,*

bia, odorum [31] fertilitate nobilis regio, campestre [32]
12 iter est. Inter Tigrim & Euphratem jacentia tam uberi [33] & pingui [34] solo [35] sunt, ut a pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat [36]. Causa fertilitatis est humor, qui ex utroque amne manat, toto fere solo propter [37] venas aquarum resudante.
13 Ipsi amnes ex Armeniæ montibus [38] profluunt, ac magno deinde aquarum divortio [39] iter [40], quod cœpe-

& aere corrupto pernicioſiſſimus naſcitur morbus, qui prohiberi non poteſt aliter, niſi frequenti mutatione caſtrorum. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*.

31. *Odorum* i. herbarum odoriferarum, aromatum. Cic. Verr. VII. *Proferebant alii purpuram, thus alii, atque odores.* Tib. II. 2. 2.

Urantur pia thura focis, urantur odores.

Noſter *n.* 20. VIII. 9. 23. X. 10. 13. Ita medicamentum ſoporiferum *ſoporem* vocat *Senec. Epiſt.* 83. *Benef.* V. 13.

32. *Campeſtre* i. quod inſtituitur per *campos*. Ita *ludi campeſtres* Cic. pro Cœlio. & *campeſtris toga* Aſconio in Orat. Cicer. p. 178.

33. *Uberi* i. fœcunda, fertili. Liv. XXXIV. 62. *Ora eſt minoris Syrtis, & agri uberis.* Prop. I. 22. 5. *Terris fertilis uberibus.* Noſter VI. 4. 21. VIII. 7. 14. Inde *uberare* Plinio Panegyrico, & Columellæ V. eſt *uberem* & fœcundum facere. Hinc transfertur ad alia, ut cum *uberrimum equitum* Gell. N. A. IV. 20. *& uberrima præmia* Noſter VI. 3. 5.

34. *Pingui* i. feraci, fructuoſo. *Pingue* proprie notat humorem quendam aereum, ſed cum ſoliditate terrea. V. *Scalig. Conject. Varr. p.* 222. *Becm. Origin.*

35. *Soli* i. terræ. V. *n.* 33. §. 112.

36. *Satietas perimat* i. nimio cibo pereant. *Perimere* eſt tollere, interficere. Cic. Divin. II. *Ubi tam teneros volucres, matremque peremit.* Noſter *n.* 34. Idem tamen de Juverna, quæ eſt ſupra Britanniam *Mela* III. 6. de Hiſpaniæ quadam parte *Juſtin.* XLIV. 4. 14. de Erythia inſulat. *Strab.* III. 306. & *Catana* VI. 491.

37. *Propter* i. prope, juxta. Cic. N. D. III. *Vulcanus tenuit inſulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominantur.* Etiam abſolute, & ſine caſu. Cic. Verr. VI. *Etenim propter eſt ſpelunca quædam.*

38. *Armeniæ montibus*, & quidem uno fonte, ſi Saluſtio & Lucano fides eſt habenda. Ita ex illo Seneca N. Q. VII. 8. *Saluſtius certiſſimus auctor aſſerit, Tigrim & Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diverſa euntes longius dividantur.* Hic III. 256.

Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diviſis fontibus edit.
Perſis.

Diverſis vero dicet *Diodor.* §. 42.

39. *Divortio* i. intervallo, quo

cœpere, percurrunt. Duo millia, & quingenta ſtadia [41] emenſi ſunt, qui ampliſſimum intervallum circa Armeniæ montes notaverunt. Iidem, quum 14
Mediæ, & Gordianorum terras ſecare [42] cœperunt, paulatim in arctius coeunt [43], & quo longius manant, hoc anguſtius inter ſe ſpatium terræ relinquunt. Vicini maxime ſunt his campis [44], quos in- 15
colę *Meſopotamiam* adpellant; mediam [45] namque ab utroque latere concludunt. Iidem per Babyloniorum fines in rubrum mare [46] prorumpunt [47]. A- 16
lexander quartis caſtris ad Mennim [48] urbem pervenit. Caverna [49] ibi eſt, ex qua fons ingentem vim 17
bituminis effundit, adeo ut ſatis conſtet, Babylonios muros ingentis operis hujus fontis bitumine inter-

ex eodem capite in diverſas partes fluunt amnes, *ſcheydinge der rivieren.* Cic. Fam. II. 10. *Qui mons mihi cum Bibulo communis eſt, diviſus aquarum divortiis.*

40. *Iter* V. VI. 4. 4. §. 8.

41. *Duo millia & quingenta ſtadia*, quæ effiiciunt noſtratia milliaria octo & ſeptuaginta, cum beſſe. Loquitur vero noſter de divortio fluminum, qua longiſſime invicem diſcedunt, cum ipſi fontes §. 42. Diodoro diſtent tantum ſtad. millib. & quingentis, i. milliaribus germanicis XLVII. minus beſſe. V. *Raderum & Freinshemium.*

42. *Secare* i. *interfluere* VI. 2. 14. & ſic dividere, & a ſe invicem ſeparare. Mel. III. 8. *Nec ſecat continuo agros &c. Mediam ſecare Tigrim & Euphratem* tradit & Diodor. II. 11. *Poſt Nilum, & Gangem totius prope Aſiæ nobiliſſimi amnes ſunt Euphrates & Tigris, ac fontes ſuos habent ex Armeniæ montibus, diſtantque a ſe invicem ſtadia* 1500 *ac per Mediam, Paratacenamque delati, Meſopotamiam ingrediuntur.*

43. *In arctius coeunt* i. ſenſim junguntur. Infr. VIII. 11. 6. *in arctius cogi* infr. VII. 3. 9. VIII. 2. 20. Inde *amnium coitus* infr. IX. 4. 9.

44. *Vicini campis.* Senſus eſt: amnes hos poſtquam diu in diverſum ierint, ſenſim deinceps jungi, ſed in Meſopotamiæ campis (ſextus enim caſus eſt) maxime ſibi *vicinos* eſſe. V. *Freinshemium.*

45. *Mediam* n. terram hiſce incluſam fluminibus.

46. *Rubrum mare.* V. VIII. 9. 6.

47. *Prorumpunt.* Diodor. II. 11. *Hinc Babyloniam pervagati in rubrum (Perſicum) mare ſeſe exonerant.* Arrian. VII. 453. *Multos etiam alios fluvios admitteus, & ex eis auctus in pontum Perſicum fertur.*

48. *Mennim*, Aſſyriæ civitatem. V. *Raderum.*

49. *Caverna* i. locus concavus ſub terra. Cic. N. D. II. *Nos e*

terlitos fuisse. Cæterum Babylonem procedenti Alexandro Mazæus, qui ex acie in urbem eam confugerat, cum adultis liberis supplex occurrit, urbem seque dedens [50]. Gratus adventus ejus fuit Regi: quippe magni operis futura erat obsidio tam munitæ
18 urbis. Ad hoc vir illustris, & manu [51] promptus, famaque etiam proximo prælio celebris, & cæteros ad deditionem sui incitaturus exemplo videbatur. Igitur hunc quidem benigne [52] cum liberis excepit:
19 cæterum *quadrato agmine* [53], quod ipse ducebat, *velut in aciem irent, ingredi* suos jubet. Magna pars Babyloniorum constiterat in muris, avida cognoscendi
20 [54] novum Regem: plures obviam egressi sunt. Inter quos Bagophanes arcis & regiæ pecuniæ custos

terræ cavernis ferrum elicimus. Nostet VI. 4. 7. VII. 10. 2.

50. *Deditam* Alexandro fuisse Babylonem consentiunt *Plutarch. Alex. f.* 250. *Arrian.* III. 195. *Diodor.* XVII. 64. Parum fidus itaque Frontinus, qui *Strateg.* III. 7. 4. scribit *Alexandrum apud Babylonem fossam pariter, & aggerem instituisse, ut in usum ejus exstimarent hostes egeri terram, itaque ita subito flumine aversо, per alveum veterem (qui siccatus ingressum præbebat) urbem intrasse.*

51. *Manu* i. pugnando. Flor. III. 10. 4. *In primam volitans aciem, manu prælium restituit.* Nostet VI. 11. 1. VII. 2. 33.

52. *Benigne* i. comiter, liberaliter. Liv. XXX. 14. *Quos cum pariter ambos, & benigno vultu excepisset.* Inde *benigne facere* est liberalitatem exercere. Catul. LXXIII. 2. *Nihil feciſe benigne est.* Cic. pro Planc. *Ut his, qui præteriti essent, benigne a populo factum videretur.* Nostet V. 2. 9. VIII. 12. 16.

53. *Quadrato* i. quadrilatero, quando agmen ita incedit, ut ex omni parte quadratum sit ad pugnam, cum quatuor latera continet exercitus, *een leger in vier spitsen.* Ita fieri solet, ubi metus est periculi. Ammian. XXIV. 282. *Ut ductor usu, & docilitate firmatus, metuens, ne per locorum insolentiam insidiis caperetur occultis, agminibus incedere quadratis exorsus est.* Agmen quadratum describit *Tibul.* IV. 1. 103--107. Ubi *æquatis frontibus decurrere* dicit, quod *fronte recta* Cato apud Festum, quia æqualiter, utroque cornu, & simul concurrebant. Nostet V. 13. 10. VI. 4. 14. V. *Lipſ. Mil. Rom.* IV. 6.

54. *Aviditatem cognoscendi* similem notavit panegyrico Plinius: *Non ætas quenquam, non valetudo, non sexus retardavit, quo minus oculos insolito spectaculo impleret.* Ita & Socrat. Hist. Eccles. VI. 21. *Omnes, qui circiter illam ecclesiam habitant, ad Imperatorem conspiciendum confluunt.* V. *Freinshemium.*

55. *Re-*

stos [55], ne studio [56] a Mazæo vinceretur, totum iter floribus, coronisque [57] constraverat; argenteis [58] altaribus [59] utroque latere dispositis, quę non thure [60] modo, sed omnibus odoribus cumulaverat. Eum dona [61] sequebantur, greges pecorum equo- 21
rumque, leones quoque & pardales [62] caveis præferebantur. Magi deinde suo more patrium car- 22
men [63] canentes. Post hos Chaldæi, Babyloniorum

55. *Regiæ pecuniæ custos*, een thesaurier. Talis Pandates *Nep. Datam.* V. 3. & Tiridates infr. V. 5. 2. Habebant enim Persarum Reges in singulis provinciis ærarium, ærariique præfectos. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 120.

56. *Studio* i. officio, obsequio. Tacit. Hist. III. 59. 2. *Ut in novo obsequio ad cuncta belli munia acres erant.* Ut I. victori fidem probare videantur. II. mitius imperium experiantur.

57. *Floribus, coronisque* sternere vias, quibus Rex incedebat, Persis mos erat. Ex quo more Bagophanes, & Alexander infr. IX. 10. 25. V. *Brisson. de regn. Pers.* II. 271.

58. *Argenteis*, quia hic color placuit, ut in equis sacris, atque vestibus. Nam si pretium spectarent metalli, ex auro fecissent. Ita III. 3. 9. V. *Freinshemium.*

59. *Altaribus.* Fœda, sed vetus adulatio, quam in adventu regum, aut principum usurparunt Græci, Latinique. Tacit. Hist. II. 70. 3. *Pars viæ, quam Cremonenses lauro, vosque constraverant, exstructis altaribus.* &c. Just. XXIV. 3. 4. *Arsinoe prægressa virum jubet aras ubique, hostiasque disponi.* Originem rei docet M. Tullius: nam primitus Deis hic honos habitus, cum transferrentur eorum imagines. Sic ille Verr. IV. *Quid hoc tota Sicilia est clarius, quam omnes Segestanas matronas, & virgines convenisse, cum Diana exportaretur ex oppido? unxisse unguentis? complesse coronis & floribus? thure odoribusque incensis usque ad agri fines prosecutas esse?* Deinde ad homines ejus est translatum. V. *Lipſ. Tacit. Hist.* II. 70. *Casaub. Sueton. Calig.* c. 13.

60. *Thure* Persas Diis suis sacrificasse docet Curtius hoc loco, docet & Sidon. II. 88.

Fudit thuricremis carchesia cernuus aris.

V. *Freinshemium.*

61. *Dona.* Absque illis enim Rex non adibatur. Fastidiose enim Orientales principes pretium muneris & jam exquirunt hodie, & non nunquam exigunt. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 26.

62. *Leones & pardales* inter regia munera censebantur. Adnotavit Marcellin. Chron. a. 496. *India Anastasio principi elephantem, quem Plautus poeta noster Lucam bovem nomine dicit, duosque camelopardalos pro munere misit.* V. *Freinshemium.*

63. *Carmen* illorum ad Deorum laudes pertinuisse arbitror, & quia inter eos jam haberi volebat Alexander, per metum & adula-

rumque non vates modo, ſed etiam artifices[64] cum fidibus ſui generis ibant. Laudes ii Regum canere ſoliti: Chaldæi ſiderum motus, & ſtatas[65] tem-
23 porum vices oſtendere. Equites deinde Babylonii, ſuo atque equorum cultu ad luxuriam magis, quam ad magnificentiam[66] exacto[67]; ultimi ibant. Rex, armatis[68] ſtipatus, *oppidanorum turbam poſt ultimos pedites ire* juſſit. Ipſe cum curru[69] urbem, ac deinde regiam intravit. Poſtero die[70] ſupellectilem
24 Darii, & omnem pecuniam recognovit[71]. Cæterum,

tionem ad ipſum quoque transtulerunt. Solenne hoc vero ipſis fuit in omni inſigniore pompa. Inde III. 3. 9. V. *Freinshemium.*

64. *Artifices* adpellantur, qui ſcenæ, aut muſicæ dant operam. Sueton. Ner. c. 49. *Qualis artifex pereo?* Ciceroni pro Archia ſunt *artifices ſcenici.* Unde *ſcenicas ſaltandi, canendique artes* Sueton. Calig. c. 11. *theatrales artes* Tacit. Ann. XIV. 21. 3. Noſter VI. 2. 5. V. *Freinshemii Indicem.*

65. *Statas* i. certas, ſtatutas. Feſto *ſtatus dies vocatur, qui judicii cauſa eſt conſtitutus cum peregrino.* Plaut. Curc. I. 1. 5.

Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies.

Statas hasce temporum vices, & ſiderum motus docuiſſe Chaldæos pluribus docet *Briſſon. de regn. Perſ.* II. 186.

66. *Magnificentia* eſt luxuria VIII. 9. 23. hoc loco ab illa diſtinguitur, ut & a Cicer. pro Mur. *Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Probatis quidem auctoribus uſurpatur in laudem. Sed illi uſum communem, quam privatam proprietatem ſequi malunt. *Magnificentia* enim declinat in vitium. Nep. Attic. XIII. 5. *Elegans, non magnificus* i. ſuperfluitate notabilis, & ſplendorem adfectans, non ſumtum, qui quandoque vituperationi obnoxius eſt. V. *Pium Annot. poſt.* c. 8.

67. *Exacto* i. exacte facto, & accurate expolito. Prop. III. 7. 5.

Exactis calamis ſe mihi jactat equis.

Translatum ab illis, qui operalocant, & ad unguem a redemptoribus exigunt.


68. *Armatis* Macedonibus.

69. *Cum curru*, ut triumphantis ſpeciem referret. Ita Darius IV. 1. 1.

70. *Poſtero die.* Triginta quatuor continuis diebus caſtrorum prædam recognoviſſe dicunt *Oroſ.* III. 17. & *Juſtin.* XI. 14. 8. Totidem dies minimum illic hæſiſſe dicit & Noſter *n.* 39.

71. *Recognovit* i. diligenter numeravit. *Recognoſcere* eſt rem cum cura examinare. Inſtitut. Procem. §. 7. *Quas compoſitas & legimus, & recognovimus.* Juſt. XLIII. 4. 11. *Exinde Maſſilienſes peregrinos recognoſcere.*

72. *Pul-*



BABYLON.



rum, ipsius urbis pulchritudo[72] ac vetustas, non Regis modo, sed etiam omnium oculos in semet haud immerito convertit. Semiramis[73] eam condiderat; vel, ut plerique credidere, Belus[74], cujus regia ostenditur[75]. Murus[76] instructus laterculo coctili, bitumine[77] interlitus[78] spatium triginta & duorum pedum latitudinem amplectitur: quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeare[79] dicuntur. Altitudo muri quinquaginta cubitorum[80] eminet spatio: turres denis pedibus, quam murus, altiores sunt. 25 26

72. *Pulchritudo.* Herod. I. III. *Ornata est, ut nulla alia urbs, quam nos noverimus.*

73. *Semiramidem* condidisse Babylonem tradiderunt & *Justin.* I. 2. 7. *Diodor.* II. 7. *Solin. c.* 56. *Strab.* XVI. 497. *Mel.* I. II. *Hygin. Fab.* 275. *Vitruv. Architt.* VIII. 3. *Ovid. Met.* IV. 57. *Prop.* III. 9. 11. *Mart.* IX. 76. 3. Sed negat Berosus apud *Joseph. cont. Apion.* I. *p. m.* 454.

74. *Belum* condidisse Babylonem tradidisse videtur *Augustin. de Civ. Dei* XVI. 17. & docet *Euseb. de præpar. Evang.* IX. 4. Eum in Chronico non distinguit Eusebius a Nimrodo. Hunc vero condidisse Babylonem docet *Moses Gen.* X. 10. docet *Joseph. Ant. Jud.* I. 6. Recte ergo Herod. I. 113. dicit *multos Babylonis exstitisse Reges, qui eam ornaverint.* Recte Marcellin. XXIII. 270. *Babylonis mœnia Semiramis struxit, arcem antiquissimus Rex condidit Belus.* Plura *Raderus* & *Freinshemius.*

75. *Regias* etiam duas ex utraque pontis regione ad fluvium ædificavit. *Diodor.* II. 8.

76. *Murum* inter opera septem mirabilia recenset *Hygin. Fab.* 223. & inter ea, quæ solidis, & inexsuperabilibus munimentis præcincta fuerunt, primo loco ponit *Senec. de Constantia c.* 6.

77. *Laterculo coctili, & bitumine* fuisse interstratos Babylonis muros docent *Justin.* I. 2. 7. *Diod.* II. 7. *Plin.* XXXV. 15. *Juven.* X. 171. Ubi interpres: *Coctili latere munita urbs, quem hodie dicimus ordinarium lapidem. Vitruv. Architt.* I. 5. qui *laterem testaceum* appellat VIII. 3. *Latere cocto, & sulphure* Hygin. Fab. 223.

78. *Interlitus.* Plin. XXXV. 15. *ferruminatus.* Justin. I. 2. 7. *interstratus.* Diodor. II. 7. *conglutinatus.* Hygin. Fab. 223. *vinctus.* Curt. V. I. 29. *adstrictus.* Oros. II. 6. *compactus.*

79. *Commeare* i. una ire. Diod. II. 7. *Ut latitudo aliquanto plus, quam duobus curribus satis esset, spatii obineret.*

80. *Quinquaginta cubitos* muris etiam tribuunt *Diodor.* II. 7. *Strab.* XVI. 499. sexaginta pedes *Hygin. Fab.* 223. ducentos pedes *Plin.* VI. 26. *Solin. c.* 56. ducentos cubitos regios *Herod.* I. *p.* III. cui regius cubitus, quam is, quo pro mensura utimur, tribus digitis est major.

sunt. Totius operis ambitus CCCLXVIII. stadia [81] complectitur: singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriæ proditum est [82]. Aedificia non sunt admota muris [83], sed fere spatium
27 unius jugeris [84] absunt. Ac ne totam quidem urbem tectis occupaverunt; [85]; per XC. stadia habitatur; nec omnia contigua [86] sunt: credo, quia tutius [87] visum est, pluribus locis spargi [88]: cætera serunt, coluntque, ut si externa vis ingruat, obsessis alimenta ex ipsius urbis solo submini strentur.
28 Euphrates interfluit, magnæque molis crepidinibus coercetur [89]. Sed omnium operum magnitudinem cir-

81. *Stadia* 398. i. ferme milliaria nostratia duodecim. Variant scriptorum sententiæ de urbis hujus ambitu, murorum altitudine & crassitie: De illis *Plin.* VI. 26. *Oros.* II. 6. *Diod.* II. 7. *Herod.* I. III. *Strab.* XVI. 499. *Solin.* c. 56. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 59. & *Raderum.*

82. *Memoriæ proditum* i. scriptum. Nep. Alcib. I. 1. *Constat inter omnes, qui de eo memoriæ prodiderunt.* Noster VI. I. 7. VII. 8. II. quod & *prodere* Cic. Tusc. I. *Si coner eruere, quæ Græcis scriptores prodiderunt.*

83. *Admota muris*, staen niet aen de mueren.

84. *Unius jugeris.* Diod. II. 7. *Inter murum, & domorum ædificia via duum plethrorum circumquaque ne relicta erat.* Plethron Græcorum non est jugerum, sed jugeri pars dimidia. Hero: *Jugerum habet plethra duo.* Auctor Incertus de limitibus: *Primum agri modulum fecerunt quatuor limitibus clausum figuræ quadratæ similem, plerumque centum pedum in utraque parte, quod Græci plethron appellant.* At *jugerum* Herone teste ducentos pedes Philetærios sive Græcos in longum habebat, centum in latum. Qua re fieri necesse est, ut *jugerum* altero tanto majus fuerit, quam plethrum. V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 583. & 684. De *jugero* etiam *Bud. de asse* I. 17. v. 521.

85. *Ne totam tectis occupaverunt*, sy hebbense niet vol bebouwt. *Tectis* i. domibus, ut *n.* 8. & 28.

86. *Nec contigua*, sy raecken malkanderen niet. Tacit. Ann. II. 60. 4. *Quasque terras Syri, Armeniique, & contigui Cappadoces colunt.*

87. *Tutius* n. ad vitanda incendia. Tacit. Germ. XVI. 2. *Vicos locant non in nostrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis: suam quisque domum spatio circundat, sive adversus casus ignis remedium, sive insciitia ædificandi.* V. *Freinshemium.*

88. *Spargi* i. non continuari. Infr. V. 6. 15.

89. *Coercetur* i. cohibetur, *wort ingehouden.* Cic. de Clar. Orat. *Fluvium extra ripas diffluentem coercere.* Noster VI. 4. 6. IX. 9. 9: 2. 17.

90. *Cir-*

circumveniunt [90] cavernæ ingentes, in altitudinem [91] pressæ [92] ad accipiendum [93] impetum fluminis: quod ubi [94] adpositæ crepidinis fastigium excessit, urbis tecta corriperet [95], nisi essent specus lacusque, qui exciperent. Coctili laterculo structi sunt, totum 29
opus bitumine adstringitur. Pons lapideus [96], flumini impositus, jungit urbem. Hic quoque inter mirabilia Orientis opera numeratus est: quippe Euphrates altum limum vehit, quo penitus [97] ad fundamenta jacienda egesto [98], vix sufficiendo [99] operi firmum reperiunt solum [100]. Arenæ autem subinde 30
cumu-

90. *Circumveniunt* i. vincunt, dolo velut quopiam, & occulta prævalentia superant. } *Barth.* III. 16.

91. *Altitudinem* i. profunditatem.

92. *Pressæ*, diep gegraven. Infr. V. 4. 8. Plin. III. 6. *Urgetur Padus aquarum mole, & in profundum agitur.*

93. *Accipiendum* i. sustinendum.

94. *Ubi* i. postquam. Cic. pro Rab. *Ubi semel quis pejeraverit*, &c.

95. *Corriperet* i. ad se traheret, & everteret. *Corripere omnium partes* est omnium potentiam ad se trahere. Nep. Eum. II. 3. *Corripere* aviditatem notat. Prop. IV. 8. 6.

Ille sibi admotas a virgine corripit escas.

96. Pontem, *qua fluvius angustissimus erat, quinque stadiorum longitudine construxit, columnis, duodenum pedum interstitio, mira in profundum arte jactis. Lapides ut firmius inter se connecterentur, uncis ferreis distrinxit; & plumbo compages illiquato explevit. Columnis vero, antequam latera fluvium exciperent, angulos, qui rotundum, & paulatim usque ad columnæ latitudinem refrenatum haberent aquarum decursum, præstruxit: quorum acies impetum refringeret, & rotunditas sensim concedens vehementiam defluxus mitigaret. Pons itaque ille cedrinis, & cypressinis trabibus, palmarumque caudicibus, & ramis prægrandibus obtectus, & 30. pedes latus, nulli Semiramidis operum solertiæ concedebat.* Diodor. II. 8.

97. *Penitus* i. prorsus, omnino. Cic. Attic. VIII. 16. *Explicari mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intelligam.* Noster V. 13. 22.

98. *Egesto*, uytgehaelt: *Egerere* est auferre. Sueton. Ner. c. 38. *Pollicitus cadaverum, & ruderum gratuitam egestionem.* Noster V. 2. II. VII. 10. 14. X. I. 33.

99. *Sufficiendo* i. in quo posset *suffici* i. substrui. V. *Freinshemii Indicem.*

100. *Firmum solum.* Nam *cum terra profunda sit, & mollis, ac facile cedat, facile ab aquis trahitur, & campos nudat, & limus fossas implet, & eorum*

ora

cumulatæ, & saxis [101], quibus pons sustinetur [102], adnexæ [103], morantur amnem; qui retentus acrius,
31 quam si libero cursu mearet, inliditur [104]. Arcem [105] quoque ambitu xx. stadia [106] complexam habet: xxx. pedes in turrium fundamenta demissa [107] sunt: ad
32 xxc. summum munimenti fastigium pervenit. Super arce, vulgatum [108] Græcorum fabulis miraculum, pensiles [109] horti sunt; summam murorum altitudinem

ora obstruit. V. *Strab.* XVI. 502.

101. *Saxis* i. pilis, columnis lapideis. §. 110.

102. *Sustinetur* i. suffulcitur, in quibus jacet.

103. *Adnexæ* i. adhærentes. Cic. Invent. II. *Funiculus a puppi religatus scapham annexam trahebat.*

104. *Acrius inliditur*, quia cumulata aquarum, limi, & arenarum moles omnia perrumpere conantur. Ovid. Metam. III. 568-571.

Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,
Lenius & modico strepitu decurrere vidi;
At quacunque trabes, obtrusaque saxa jacebant,
Spumeus & fervens, & ab objice sævior ibat.

Contraria de hac re sententia est Quintil. IX. 4. *Quanto vehementior fluminum cursus est prono alveo, ac nullas moras objiciente, quam inter obstantia saxa fractis aquis ac reluctantibus.* V. *Raderum* & *Freinshemium.*

105. *Arcem* forte positam a Nabuchodonosore. Illum enim, cum memorabilibus operibus civitatem munivisset, & portas in templorum modum ornavisset, paternæ regiæ contiguam exstruxisse aliam regiam, ex Beroso narrat *Joseph. Ant. Jud.* X. 11.

106. *Viginti stadia.* Ambitus tetragonos; quadrato, inquam, schemate & figura, ita ut singula ambitus latera, tria continerent plethra i. 300. pedes, adeoquo quatuor latera efficiebant pedum 12000. qui numerus juste 20. stadia explet: unum quippe stadium pedibus 600. definitur, & plethrum unum pedibus 100. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

107. *Demissa* i. alte depressa. Horat. Od. III. 1. 35.

Huc frequens
Cæmenta demittit redemptor.


Demittere proprie est deorsum mittere. Cic. Phil. II. *Quum tu tamen nocte socia per tegulas demitterere.*

108. *Vulgatum* i. vulgo notum. Sueton. Calig. c. 60. *cædes vulgata.*

109. *Pensiles* i. suspensi, & in aere pendentes. Ita *pensilem gradum* Apul. V. dicit suspensum, libratumque, ne n. a strepitu pedum, & sonitu excitari possit. *Pensilia poma* Varr. R. R. I. 68. adpellat suspensa ex lacunari, quæ mox ad edendum descendere cogimus. *Pensiles uvas* Plin. XXIII. 1. quæ decerptæ diu pependere. Hos molitum fuisse Nabuchodonosorem hisce docet Joseph. Ant. Jud.

HORTI PENSILES BABYLONII.





nem æquantes, multarumque arborum umbra, & proceritate amœni. Saxo pilæ [110], quæ totum opus 33
sustinent, instructæ sunt: super pilas lapide quadrato solum [111] stratum est, patiens [112] terrę, quam altam injiciunt; & humoris [113], quo rigant terras: adeoque validas arbores sustinent moles, ut stipites earum octo cubitorum spatium crassitudine æquent [114], in quinquaginta pedum altitudinem emineant, & frugiferę sint, ut si terra sua [115] alerentur. Et quum vetustas non opera solum manu facta; sed 34
etiam ipsam naturam paulatim exedendo perimat: hæc moles, quæ tot arborum radicibus premitur [116], tantique nemoris pondere onerata est, inviolata durat: quippe viginti lati [117] parietes [118] sustinent, undecim pedum intervallo distantes, ut procul visentibus

Jud. x. 11. *Unum silere non possum, quod tam amplum & superbum ædificium* (n. 105.) *intra quindecim dies absolutum est. In hac regia moles saxeas fornicibus suspendit, montium speciem referentes, superne consitas variis arborum generibus, atque ita celebratos illos pensiles hortos absolvit.* Hi olim inter septem mundi mirabilia numerabantur. Lactant. III. 24. *Et miratur aliquis hortos pensiles inter septem mira narrari*, &c. Hos fusius describit *Diod.* II. 10. V. & *Brisson. de regn. Pers.* I. 57.

110. *Pilæ* i. columnæ, quibus ædificia instruuntur. *Analemmata* etiam sunt appellata, quia in suggestibus lapideis, & columnis deformabantur. V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 740.

111. *Solum* Servio Aen. v. 199. *est, unicuique rei quod subjacet. Unde est Solum navis mare, & aer avium.* Terra vero præcipuum ex his est, quæ *Soli* nomine censentur, unde *Solum* Festus interpretatur terram. Sed Curtius distinguit *Solum* a *terra*, ut *Solum* sit *den boodem*, unde *Solarium* Ulpiano ff. ne quis in loco l. I. §. I. *si quis, quod pro Solo penditur.*

112. *Patiens.* V. v. 3. 2. §. 4.

113. *Humoris.* Ex Euphrate enim subjecto hauriebatur aqua, machina, quæ foris nusquam appareret, nusquam cerneretur. V. *Raderum.*

114. *Crassitudine* æquent, *sy sijn soo dick.*

115. *Sua* i. nativa. Virg. Georg. II. 82. *non sua poma.* Illi opponuntur *peregrina.* Aelian. de anim. v. 2. *Non prius feras bestias exponunt, quam terram peregrinam, quam secum portant, substraverint.* V. *Freinshemii Indicem.*

116. *Arboribus premitur* i. *sustinet arbores* n. 33.

117. *Viginti lati* i. viginti pedes lati. V. *Raderum*

118. *Parietes* i. fornices, qui parieti-

tibus[119] sylvæ montibus suis imminere videantur.
35 Syrię Regem[120], Babylone regnantem, hoc opus esse molitum, memoriæ proditum est, amore conjugis[121] victum: quæ desiderio nemorum, sylvarumque[122] in campestribus locis, virum compulit amœnitatem naturæ genere hujus operis imitari.
36 Diutius in hac urbe, quam usquam, constitit Rex: nec ullus locus disciplinæ militari magis nocuit[123]. Nihil urbis ejus corruptius moribus: nec ad inritandas[124] inliciendasque[125] immodicas voluptates instructius[126].
37 Liberosque conjugesque cum hospitibus stupro coire

parietibus constant. V. *Raderum.*

119. *Visentibus* V. VI. 5. 25.

120. *Syriæ Regem.* Diod. II. 10. *Erat etiam pensilis (ut vocatur) hortus juxta arcem, non a Semiramide, sed Syro quodam rege, posteris temporibus ædificatus.* Hunc §. 109. Nabuchodonosorem fuisse dixit *Josephus* & præterea ex Suida probat *Briss. de regn. Pers.* I. 57.

121. Conjugis *educatæ in Media, quæ concupisset quandam patriæ suæ similitudinem, & montanum prospectum.* V. *Joseph. Ant. Jud.* X. 11. & cont. *Apion.* I. 454. in *gratiam mulieris concubinæ, ut artificioso quodam plantario Persicæ naturam terræ imitaretur*, dicit *Diod.* II. 10.

122. *Nemora & sylvas* distinguit, quia *nemora significant sylvas amœnas* Festo. *Nemora* vero in domorum tectis serere solebant veteres. Senec. Epist. 122. *Non vivunt contra naturam, qui pomaria in summis turribus serunt, quorum sylvæ in tectis domorum, ac fastigiis nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent?* Horat. Od. III. 10. 6.

Audis, quo strepitu janua, quo nemus
Inter pulchra situm tecta remugiat.

Quod *nemora suspendere* Senec. de Ira I. 16.

123. *Nocuit*, quia disciplinæ militari *nocet* voluptas. Inde *Capuam Hannibali Cannas* fuisse dicit Marcellus in oratione ad milites apud Liv. XXIII. 45. Flor. II. 6. *Ibi Carthaginensium virtutem bellicam, ibi militarem disciplinam exstinctam esse.*

124. *Invitandas* i. commovendas, *gaende maecken. Inritare adolescentiam ad discendum* i. excitare Quint. IV. I. Prop. IV. 6. 38. *Ingenium inritare.* Noster X. 5. 34.

125. *Inliciendas* i. provocandas. Inde lectus *illex voluptatum* dicitur Plaut. Asin. I. 3. 68. Metaphora petita ab ave, quę *illex* vocatur κατ' ἐξοχήν, & quæ ad aves alias alliciendas utitur auceps.

126. *Instructius ad voluptates.* Ita & Comici Plaut. Bacch. III. I. 6. *Ad perniciem instructa domus opime.* Terent. Heaut. III. I. 14. *Quam ea nunc instructa pulchre*

re[127], modo pretium[128] flagitii[129] detur, parentes maritique patiuntur. Convivales[130] ludi tota Perside regibus purpuratisque cordi sunt. Babylonii maxime in vinum, & quæ ebrietatem sequuntur[131], effusi sunt. Feminarum, convivia ineun-38
tium[132], in principio modestus[133] est habitus: dein summa quæque amicula exuunt, paulatimque pudorem profanant: ad ultimum (honos auribus sit[134]) ima corporum velamenta[135] projiciunt. Nec me-

chre ad perniciem fiet. Instructum i. paratum.

127. *Stupro coire* i. concumbere, ut VIII. 2, 19. Herod. I. 122. *Ad templum Veneris sedent, nodis corollisque tempora revinctæ Babyloniorum mulieres. Et quum illic semel consederint, non prius domum regrediuntur, quam hospitum aliquis pecuniam mulieri in sinum injecerit, & cum eadem a fano abducta seorsum rem habuerit.* &c.

128. *Pretium* i. præmium, mercedem. Cic. pro Cæcin. *Nec pretio quidem corrumpi judex potest.*

129. *Flagitii* i. stupri. Non. IV. 214. *Flagitium veteres vitium, quod virgini infertur, dici voluerunt.* Isidor. V. 26. *Flagitium a flagitando corruptelam libidinis.* Cic. Catil. I. *Quod flagitium a toto corpore abfuit?* Inde *flagitare* est de stupro vehementius compellare. Ulpian. Digest. XLVII. tit. 1. c. 2. §. 4. *Si quis ancillam alienam surripuerit, & flagitaverit.* Et *inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui stuprum passi aliquando essent.* Festus.

130. *Convivales* i. qui in *Conviviis* ad Regem oblectandum ludebantur. Athen. XII. 9. *Nicobule scribit inter cœnandum musicos, ac ludiones concertatores summis studiis in id semper intentos fuisse, ut Regem oblectarent.* Noster VI. 2. 6. VIII. 4. 29. 6. 14. *Convivalia vasa* Noster VIII. 12. 16. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 67.

131. *Ebrietatem sequuntur* voluptates corporis, stupra, nequitiæ, omnisque generis libidines. V. *Raderum.*

132. *Ineuntium*, ut infr. VIII. 5. 12. Nep. præf. n. 6. 7. *duci*, & *adhiberi.*

133. *Modestus* i. modum non excedens.

134. *Honos auribus sit* est formula aliquid profanius, aut obscœnius narraturorum. Alex. Gen. V. 15. *In sordidis & obscœnis dictis, honorem auribus servare, & præfari honorem veteres consuesse, memoriæ & literis proditum est.* V. *Freinshemii Indicem.*

135. *Velamentis* crura texisse Semiramidem docet Justin. I. 2. 3. Brachis & feminalibus etiam regum crura *velabantur.* Cujusmodi feminalia seu brachas usque ad genua pertinentes Græcis περισκελῆ appellabantur, & a Parthis σαράβαρα. Unde & *Persicam brachan* Ovid. Trist. V. 11. dixit,

retricum hoc dedecus est, sed matronarum, virginumque [136], apud quas comitas [137] habetur vulga-
39 ti [138] corporis vilitas. Inter hæc flagitia exercitus ille domitor Asiæ per XXXIV. dies saginatus [139], ad ea, quæ sequebantur, discrimina haud dubie debilior [140]
40 futurus fuit, si hostem habuisset. Cæterum, quo minus damnum [141] sentiret, identidem incremento [142] novabatur. Namque Amyntas Andromenis ab Antipatro [143] Macedonum peditum sex millia adduxit, quingentos præterea ejusdem generis [144]
41 equites. Cum his sexcentos Thracas, adjunctis peditibus suæ gentis tribus millibus, & quingentis: & ex Peloponneso mercenarius miles [145] ad quatuor millia

dixit, & *Medos brachatos* Pers. III. 53. De Babyloniis mulieribus Curtius. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 41.

136. *Virginum* hic mos quidem esse non potest, quin statim indignæ sint hac appellatione. Verum id verbi non semper integritatem adspicit, sed notat tantum *ætatem*, & *sexum*, ut observat Serv. Aen. I. 497. adeo ut *virgines* appellet Justin. I. 3. 2. quas eodem numero *scorta* vocaverat. Quin apud Virg. Ecl. VI. 47. *virgo* appellatur Pasiphae, quamvis nupta esset, & jam liberos enixa. V. *Freinshemium* & *Barth.* LII. 16.

137. *Comitas*, courtoysie. Cic. Attic. VI. 6. *Mulieres quidem valde intelligo delectari obsequio, & comitate adolescentis.* Huc fortasse respexit Minut. Octav. *Ista enim impudicitiæ eorum forsitan sacra sint, apud quos tota impudicitia vocatur urbanitas.* V. *Loccenium.*

138. *Vulgare* i. prostituere, quod est meretricis, quæ inde *vulgaria* Afranio dicta. Gell. N. A. VI. 7. *Acca Laurentia corpus in vulgus dabat.* Forte etiam Curtium imitatus est Lactantius, qui *vulgati corporis vilitatem* dicit I. 20. *Fuit enim Faustuli uxor & propter vulgati corporis vilitatem lupa inter pastores* i. *meretrix nuncupata.* V. *Loccenium*, *ejusque indicem.*

139. *Saginatus.* V. IX. 7. 16.

140. *Debilior* i. infirmior. Cic. pro Mil. *Equites Romani quorum vires erant debiles.* Noster V. 5. 14.

141. *Minus damnum* ex milite corrupto Babylone..

142. *Incremento* i. supplemento incorruptorum e Græcia adductorum. V. *Raderum.*

143. *Antipatro* prætore Macedoniæ.

144. *Generis* i. gentis n. Macedonicæ. Salust. Catil. 2. 39. *Neque solum cives, sed cujusque-modi genus hominum, quod modo bello usui foret.* V. *Freinshemium.*

145. *Miles* pro pedite. Liv. XXVI. 19. *Decem millia militum, & mille equites adduntur.* Cic. Fam.



Fata triumphatrix si posset ferre Vetustas,
Viveret Assyrius cum Babylone Labor:
Hæcce Semiramidis mirauda palatia starent,
Qualia victrici struxerat illa manu.

H.C. HENNINIUS

millia advenerat, cum CCCLXXX. equitibus. Idem 42
Amyntas adduxerat quinquaginta principum Macedonię liberos adultos ad custodiam corporis. Quippe inter epulas hi sunt Regis ministri [146] iidemque equos ineunti prælium admovent, venantemque comitantur; & vigiliarum vices ante cubiculi fores servant: magnorumque præfectorum, & ducum hæc incrementa sunt, & rudimenta [147]. Igitur ar- 43
ci [148] Babyloniæ, Rex Agathone [149] præsidere jusso, cum septingentis Macedonum, trecentisque mercede conductis; Prętores [150], qui, regioni Babyloniæ, & civitati præessent, Menetem & Apollodorum [151] reliquit. His duo mille peditum dat cum mille talentis [152]: utrique pręceptum, *ut in supple-*

Fam. x. 32. *Militem ne ullum quoquam miss. Etsi quos equites decedentes nactus sum, supplicio affeci:* Noster VI. 6. 7. & 35. X. 9. 12.

146. *Ministri* ut Cat. XXVII. 1. Horat. Od. I. 38. 6. *pincernæ* Ausonio, *pocillatores* Livio & Plinio.

147. *Rudimentum* est prima institutio, qua *rudes* exercentur. Cicer. in Sallust. *An ulla alia esse putas rudimenta, & incunabula virtutis?* Ita *civilium officiorum rudimenta* Sueton. Tib. c. 8. dicuntur prima forensia exercitia, sive de primo in forum ingressu.

148. *Arcium* aliis, *urbium* custodiam aliis adtributam fuisse indicat Curtius *hoc loco*, & V. 2. 16. Diversa quoque præfecti *urbi*, & custodis *arcis* erant munia: & ille quidem τῶν ἐνοικούντων ἀρχων, καὶ τῶν ἔργων ἐπιμελούμενος, defixus tam in agricolas, quam in opifices, qui in sordida, sellulariaque arte versantur, & in illam omnem civitatium fecem oculos habebat, id ageus & sedulo curans, ut quam quisque nosset artem, in hac se exerceret, & ne inerti otio, urbis regionisque incolæ marcescerent: atque ut libere & tuto, animoque otioso, & ab omni periculi metu vacuo, pro se quisque diligenti agrorum culturæ, urbanisque artificiis operam impenderet: ad officium *arcis* custodis pertinebat, ne quam oppidani a præsidiariis militibus, vel ab hostibus injuriam acciperent. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 118.

149. *Agathonem* Pydnæum vocat *Diod.* XVII. 64.

150. *Prætores*, στρατηγούς, ut vocat *Diodor.* XVII. 64. qui præessent militibus, ut Mazæus satrapa provincialibus. V. *Freinshemium.*

151. *Menetem* Pellæum, & *Apollodorum* Amphipolitam dicit *Diodor.* XVII. 64.

152. *Mille talentis* i. sexcentis millibus Philippeorum. V. *Raderum.*

44 *plementum milites legerent.* Mazæum transfugam ſatrapia Babyloniæ donat; Bagophanem, qui arcem tradiderat, ſe ſequi [153] juſſit: Armenia Mithreni
45 Sardium proditori data eſt. Ex pecunia deinde Babyloniæ Macedonibus equitibus ſexceni denarii tributi; peregrinus eques quingenos accepit: ducenis pedeſtrium ſtipendium [154] menſum eſt.

CAP.

153. *Sequi*, ne ſi duo Perſæ ſummæ rerum præeſſent, rurſus per occaſionem ad Darium deficerent, vel provinciam, & arcem ſibi retinerent. V. *Raderum.*

154. *Stipendium* non fuit id, ſed donum, ut ratio, & Diodor. XVII. 64. docent. Accepit igitur hoc loco *ſtipendium* Curtius pro voluntaria largitione. Numeravit vero Alexander ſub ſignis equitum 7000. peditum 40000. quando dimicavit cum Dario. Demus ergo equitum Macedonum fuiſſe 3500. totidemque peregrinorum. Denarius decem aſſibus, unde & nomen accepit, permutabatur i. quatuor ſeſtertiis nummis, ſive duobus victoriatis, quos barbari bazios (*dubbeltjens*) dicunt. Erit ergo denarius ex primo Romanorum precio octo cruciferi. Singulis ergo Macedonibus equo bellantibus cedebant 80. aurei germani, qui in 3500. ducti, efficiunt 28000. Peregrinis 65, quæ in ſorte excreſcunt ad 17500. Summa equitibus data 45500. peditibus ſingulis 25. aurei, qui in 40000. ducti, ſummam reddunt 1000000. Tota ſumma equitibus & peditibus data 1045000. aureorum fuit. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

Satrapene.



CAP. II.

ARGUMENTUM.

De virtute militari certantibus præmia proponit, diſciplinam militarem mutat, Suſa urbem ab Abulite præfecto traditam recipit, Siſygambin ex tela domo a ſe miſſa, qua neptes occuparet, inæſtam ſolatur Alexander.

HIs ita compoſitis, in regionem, quæ *Satrapene* [1] vocatur, pervenit [2]. Fertilis terra, copia rerum, & omni commeatu abundans. Itaque diutius ibi ſubſtitit; ac ne deſides [3] otio demitterent [4] animos, judices dedit, præmiaque propoſuit de virtute militari certantibus [5]. Novem, qui fortiſſimi judicati eſſent, ſingulis militum millibus præfuturi erant; *Chiliarchas* [6] vocabant; tunc primum in hunc numerum copiis distributis: namque antea quingenariæ [7] cohortes erant; nec fortitudinis præmia ceſſerant [8]. Ingens militum turba convenerat,

1 2 3 4

Satrapene. Diodor. XVII. 65. *Sitacinam* dicit: de qua Strab. XV. 488. *Suſidi Babyloniæ vicina eſt Sitacena, quæ poſtea Appolloniatis eſt appellata.*

2. *Pervenit, ſextis caſtris.* Diod. XVII. 65.

3. *Deſides* i. otioſi. Suet Jul. c. 2. *deſedit apud Nicomedem.* Ita & *ſedere* IV. 12. 15. §. 35.

4. *Demitterent* i. erectos amplius non haberent. Cic. pro Cluent. *Erigebat animum demiſſum.*

5. *Certantibus* i. contendentibus.

6. *Chiliarchus.* Quietis publicæ, ac ſecuritatis tuendæ cauſa per regiones, ac provincias ſtationes militum habebant Perſæ diſpoſitas, quibus tribunus præerat, qui χιλίαρχος τῶν κατὰ τὴν χώραν φυλακῶν vocatur a Xenophonte Παιδ. VIII. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* I. 119. *Lipſ. Mil. Rom.* II. 9.

7. *Quingenariæ* i. 500, aut circiter militum. Tales etiam Romanis fuerunt. Veget. II. 6. *Secunda cohors habet pedites* 555. *equites* 66. *& appellatur cohors quingentaria.* V. *Freinshemium.*

8. *Ceſſerant* i. obvenerant. Ita VII. I. 18. II. 29. X. 10. 3. & 20. *Cedere pabulo* i. fieri pabulum VII.

nerat, egregio interfutura certamini, teſtis eadem cujusque factorum, & de judicibus latura ſententiam: quippe verone an falſo honos cuique haberetur[9], ignorari non poterat. Primus omnium virtutis cauſa[10] donatus eſt Adarchias[11] ſenior, qui omiſſum apud Halicarnaſſon[12] a junioribus prælium unus maxime accenderat. Proximus ei Antigenes viſus eſt: tertium locum Philotas Angeus obtinuit: quartus Amyntæ datus eſt: poſt hunc Antigonus, & ab eo[13] Lynceſtes Amyntas fuit: ſeptimum locum Theodotus: ultimum obtinuit Hellanicus. In diſciplina quoque militaris rei pleraque a majoribus tradita utiliter mutavit. Nam quum ante equites in ſuam quisque gentem[14] deſcriberentur ſeorſum a cæteris;

4.26. & *cedere in prædam* i. fieri prædam VII. 6.16. V. *Freinshemii Indicem & Lipſ. Mil. Rom.* II. 9. & præter Lipſium *Gronovium ad Senec. Herc. Oet. v.* 1936.

9. *Haberetur* i. fieret. *Habere* alicui *honorem* eſt illum honore afficere VI. 5. 22. *perſequi honore*, ut mox *v.* 18.

10. *Virtutis cauſa* i. propter virtutem. Terent. Eun. v. 2. 39.

Unum hoc ſcito: Contumeliæ
Non me feciſſe cauſa, ſed amoris.

11. *Adarchias*, quem *Athariam* vocat VIII. 1. 36. & *Apharian* VII. 1. 5. V. *Popmam* & *Freinshemium*.

12. *Halicarnaſſon*. Diodor. XVII. 27. *Jamque prævalentibus oppidanis ſubitam rerum mutationem conflictus ſortitur. Macedones enim veterani, qui tunc quidem ab ingraveſcentem ætatem, vacationem a pugnis habebant; ſed Philippo quondam militantes conflictibus non paucis victores exſtiterant, hoc temporis momento ad ſtrenuitatem priſtinam excitantur. Quumque animorum firmitudine, ac rei militaris peritia, longe aliis præſtarent, tyronibus jam pugnam detrectantibus, acerbiſſimis ignaviam verbis exprobrant: mox unum in agmen coeuntes, ipſi conſertis inter ſe clypeis hoſtem, jam ſe viciſſe arbitrantem, obvii excipiunt. Ac tandem Ephialte, multisque aliis neci traditis, reliquum vulgus in urbem refugere compellunt: unaque Macedones cum fugientibus permixti, intra mœnia ſub noctis initium prorumpunt: quum Rex tamen receptui cani juſſiſſet, in caſtra ſe recipiunt.*

13. *Ab eo* i. poſt eum. Liv. v. 28. *Ab re bene geſta euntem adortiAequi*. &c.

14. *In ſuam quisque gentem* i. ut Theſſali equites Theſſalum præfectum, Macedones Macedonem, Peloponnenſes Peloponnenſem, Achæi Achæum, Locrenſes Locrenſem, atque deinceps reliquæ nationes ſuum ſingulæ ex *ſua gente* haberent. V. *Raderum*.

13.

cæteris; exempto[15] nationum diſcrimine, præfectis, non utique[16] ſuarum gentium, ſed delectis, adtribuit. Tuba, quum caſtra movere vellet, ſignum dabat, cujus ſonus plerumque, tumultuantium fremitu exoriente, haud ſatis exaudiebatur: ergo perticam[17], quæ undique conſpici poſſet, ſupra prætorium ſtatuit, ex qua ſignum eminebat pariter omnibus conſpicuum, obſervabatur ignis noctu, fumus interdiu[18]. Jamque Suſa aduturo Abulites, regionis ejus præfectus, ſive Darii juſſu, ut Alexandrum præda retineret, ſive ſponte, filium[19] obviam miſit, *traditurum ſe urbem* promittens. Benigne juvenem excepit Rex, & eodem duce ad Choaſpen[20] amnem pervenit, delicatam[21], ut fama eſt, vehendebat. *Num.* x. 15. V. *Freinshemium*.

15. *Exempto* i. ſublato. Cicer. Tuſc. II. *Illud, quod me angit, non eximis*. Noſter v. II. 7. VII. II. 21.

16. *Non utique ſuarum*, niet even uyt de haere.

17. *Perticam*, i. een ſtange. Hęc eum in modum comparata fuerit, quo in plerisque civitatibus paſſim prominent, quibus in extremitatibus adnexæ ſunt lucernæ ſuscipiendis funibus pice & ſulphure in alimentum clarioris flammæ ſubactis; ut in incendio, vel tumultu nocturno vicatim ſuccenſi, lucem præbeant ultro citroque discurrentibus. V. *Freinshemium*.

18. *Signum ignis noctu, fumus interdiu*. Veget. III. 5. *Similiter ſi diviſæ ſint copiæ, per noctem flammis, per diem fumo ſignificant ſocios*. Frontin. II. 5. *Arabes, cum eſſet nota conſuetudo eorum, qua de adventu hoſtium interdiu fumo, noctu igne ſignificare inſtituerant*. Ita in militia Iſraelitica caſtra moturis per diem nubes, per noctem ignis præcedebat. *Num.* x. 15. V. *Freinshemium*.

19. *Filium* Oxyartem, ut *Plutarch. Alex. f.* 255. Oxathrem, ut *Arrian.* VII. 446. Hunc fariſſa transverberatum occidiſſe, & patrem, quod ſibi ex India revertenti nullum commeatum præparaſſet, in vinculapegiſſe Alexandrum narrat *Plutarchus*. Sed, quod res Suſiorum non recte adminiſtraſſent, comprehenſos necaviſſe *Arrianus*.

20. *Choaſpes* ab Uxiis oritur, per Suſidem fluit, & in mare Perſicum cum Tigride exit. Tibul. IV. 1. 140.

Vel regia lympha Choaſpes.
V. *Salmaſ. Exerc. Plin.* 699.

21. *Delicatam* i. mollem, ſuavem. Cic. Attic. II. 14. *Quantam tu mihi moves exſpectationem de illo delicato convivio?* V. *Cuper. Obſerv.* I. 3. Hanc bibunt Perſarum reges. Herod. I. 116. *Portatur etiam aqua ex flumine Choaſpe, Suſa præterfluente, ex quo uno ex omnibus fluminibus Rex potat. Cujus aquam decoctam,*

vehentem aquam. Hic Abulites cum donis regalis opulentiæ occurrit. Dromades cameli[22] inter dona erant velocitatis eximiæ; duodecim elephanti, a Dario ex India[23] acciti, non jam terror, (ut speraverant) Macedonum, sed auxilium: opes[24] victi ad victorem[25] transferente fortuna. Ut[26] vero urbem intravit, incredibilem ex thesauris summam pecuniæ egessit. Quinquaginta millia talentum argenti[27], non signati forma, sed rudi pondere[28]. Multi Reges tantas opes longa ætate cumulaverant[29] liberis, posterisque, ut arbitrabantur, quas una hora in externi Regis manus intulit. Consedit deinde in Regia sella[30] multo excelsiore, quam pro habitu corporis. Itaque pedes cum imum gradum

& in argentea vasa diffusam fevente permultæ carrucæ quatuor rotarum, mulis trapentibus assidue comitantur, quocunque die proficiscitur.

22. *Dromas camelus* est etiam apud Strab. xv. 476. ut distinguatur a *dromade* pisce. Isid. XII. 1. *Dromeda genus est camelorum, minoris quidem staturæ, sed velocioris: Unde & nomen habet. Nam δρόμος Græcis cursus velocitas appellatur. Centum & amplius milliaria pergere solet.* Liv. XXXVII. 40. *Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli, quos appellant dromadas.* Ab Arabibus dicuntur *Raguaibil.* Pauciſſimo cibo, nulloque potu sunt contenti. *Dromedarios* vocant mercatores. His Arabes, quos Debas vocant, totam regionem percurſitant. V. *Diodor.* III. 45. *Scalig. Exerc. Exot.* 209. §. 2. *Becm. Orig. Voſſ. Lex.*

23. *India*, quia illic generoſiſſimi. Terent. Eun. III. 1. 13. *Elephantis quem Indicis præfecerat.*

24. *Opes* i. inſtrumenta regni, ut belli. V. *Freinshemii Indicem.*

25. *Victi ad victorem.* Ita Liv. XLV. 27. *Ubi ſacrificio Apollini facto, inchoatas in veſtibulo columnas, quibus impoſituri ſtatuas Regis Perſei fuerant, ſuis ſtatuis victor deſtinaret.* V. *Freinshemium.*

26. *Ut* i. poſtquam. Cic. Attic. VII. 15. *Ut ab urbe diſceſſi, nullum adhuc intermiſi diem*, &c. Noſter VII. 7. 24. VI. 5. 6.

27. *Quinquaginta millia talentum argenti* & habet *Arrian.* III. 196. *Quadraginta millia* Juſtin. XI. 14. 9. Diod. XVII. 66. Plutarch. Alex. f. 250. V. v. 6. 9. §. 19.

28. *Rudi*, ongemunt. Opponitur *ſignato.*

29. *Cumulaverant.* Diod. XVII. 66. *Has opes longa ætate intactas conſervarant Reges: ut ad inopinatos fortunæ caſus, quo refugerent, in promptu foret.*

30. *Regia ſella.* Athen. XII. 535. *Solium, in quo reſidens cauſas cognoſcebat, aureum erat, quod quatuor columellæ cingebant e pre-*

dum non contingerent, unus ex Regiis pueris[31] menſam ſubdidit[32] pedibus. Et cum ſpadonem, qui Darii fuerat, ingemiſcentem[33] conſpexiſſet Rex, *cauſam mœſtitiæ* requiſivit. Ille indicat, *Darium veſci in ea ſolitum, ſeque ſacram[34] ejus menſam ad ludibrium recidentem ſine lacrymis conſpicere non poſſe.* Subiit ergo Regem verecundia violandi hoſpitales Deos[35]. Jamque *ſubduci* jubebat: cum Philotas; *Minime vero hac feceris Rex, ſed omen quoque accipe*[36]; *menſam, ex qua libavit*[37] *hoſtis epulas, tuis pedibus eſſe ſub-*

e pretioſo lapide, & auro coagmentatæ, quæ varia veſte & purpura ornabantur. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* I. 50.

31. *Pueris* i. ſervis. Paulus l. 204. de verb. ſign. *Pueri appellatio tres ſignificationes habet, unam cum omnes ſervos pueros appellamus.* Cic. Attic. I. 33. *Puer feſtivus anagnoſtes noſter Soſitheus deceſſerat, meque plus, quam ſervi mors debere videbatur, commoverat.* Hinc *Marcipor, Caipor, Lucipor, Publipor* i. ſervus Marci, Caji, &c. apud Feſtum, Plinium, Quintilianum. Hæc ſignificatio inde orta eſt, quod ſervuli fere *puerili ætate* eligerentur, ut quæ miniſteriis ſit aptior. V. *Pignor. de ſerv. p.* 43. *Voſſ. Lex.*

32. *Subdidit* i. *ſubjecit* n. 15. Prop. I. 13. 13.

Nam tibi non tepidas ſubdidit illa faces.

Noſter V. 7. 4. VI. 6. 15.

33. *Ingemiſcentem. Lacrymas profudiſſe* dicit Diod. XVII. 66.

34. *Sacram* i. Diis ſacratam, quia Deorum ſtatuæ illis inferebantur, veluti tutelæ menſarum, & conviviorum. De ſigillo Herculis in menſa Alexandri Matt. IX. 44. 7.

Hoc habuit numen Pellæi menſa tyranni,
Qui cito perdomito victor in orbe jacet.

Stat. Sylv. IV. 6. 60.

Pellæus habebat
Regnator lætis numen venerabile menſis.

V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

35. *Hoſpitales*, quod velut convivæ, & *hoſpites* ad menſam invitarentur, & in ipſa menſa eorum ſtatuæ collocarentur. Matt. IX. 44. 13.

Utque fuit quondam placidi conviva Molorchi,
Sic voluit doctis Vindicis eſſe Deus.

V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

36. *Omen accipe* i. opta, ut res exitum ſortiatur illo *omine* ſignificata, dic tibi placere, quod *omen* ſignificat. Flor. IV. 12. 14. *Acceptis omen M. Craſſus.* Cicer. Divin. I. *Tertiæ filiolæ dicit L. Paulus: accipio mea filia omen.*

37. *Libaſſe* epulas Diis Perſas, & velut cœnæ primitias iis dediſſe docet Xenoph. *mat.* VII. *Cyrus ita, uti conſtituerat, delibatis cibis prandebat: & ſemper ei, qui maxime*

16 *subjectam.* Rex Persidis fines aditurus, Susa urbem Archelao [38] & præsidium III. millium tradidit: Xenophilo arcis cura [39] mandata est: Macedonum ætate graves [40] præsidere arcis custodiæ jussi. Thesaurorum Callicrati tutela permissa: Satrapia Regionis Susiæ restituta Abuliti. Matrem quoque Darii, 18 & liberos in eadem urbe deponit [41]. Ac forte Macedonicas vestes, multamque purpuram dono ex Macedonia sibi missam, cum his, quæ eam confecerant, *tradi Sisygambi* jussit. Omni namque honore 19 eam, & filii [42] quoque pietate prosequebatur. *Admonerique* jussit; *ut si cordi quoque vestis esset; conficere eam neptes suas adsuefaceret, donoque doceret dare* [43]. Ad hanc vocem lacrymæ obortæ prodidere animum aspernantis id munus. Quippe non aliud magis in contumeliam Persarum feminæ accipiunt [44], quam admovere lane manus. Nuntiant, qui dona tulerant, *tristem esse Sisygambin*; dignaque res excusatione, & solatio visa. Ipse ergo pervenit ad eam, & 20 *Mater*, inquit, *hanc vestem, qua indutus sum, sororum* [45] *non solum donum, sed etiam opus vides: nostri decepere me mores. Cave, obsecro, in contumeliam accipias* 21 *ignorationem meam. Quæ tui moris esse cognovi, ut spero, abunde servata sunt. Scio, apud vos filium in con-* 22 *spectu matris nefas esse considere* [46], *nisi cum illa permisit: Quotiescunque ad te veni, donec, ut considerem, annueres* [47], *restiti* [48]. *Procumbens venerari me sæpe voluisti; inhibui. Dulcissimæ matri Olympiadi nomen debitum, tibi reddo.*

maxime indigeret, impertiebatur: quumque post libationem precatus esset, tum ipse bibit, tum cæteri, qui aderant, similiter fecerunt. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 177. Noster VIII. 4. 27. *Libare est leviter tangere.* Serv. Aen. I. 260. Dicitur & de apibus Georg. IV. 54. *& flumina libant Summa leves.* Inde in Sacris est quid summo tenus attingere ore. Virg. Aen. I. 743.

Primaque libato summo tenus attigit ore.

& in Deorum honorem effundere. Tacit. Ann. XV. 64. 5. *Respergens proximos servorum, addita voce: libare se liquorem illum Jovi liberatori*: eosque invocare. Virg. Georg. II. 529. *Te libans Lenæe vocat. Libantes* dicebant: *mactæ vino inferio esto.* V. *Cat. R. R.* c. 133. Noster VIII. 10. 34.

38. *Archelao* Theodori filio. V. *Arrian.* III. 197.

39. *Cura*, het commande. Est militare verbum. Salust. Catil. c. 59. *Fæsulanum quendam in sinistra parte curare jubet.* Tacit. Ann. XI. 22. 6. *Dein glisc entibus negotiis duo additi, qui Romæ curarent.* i quibus præfectura est commissa.

40. *Ætate graves.* V. VII. 4. 34. §. 84.

41. *Deponit.* Diod. XVII. 67. *Post hæc Darii matrem, & filias, natumque Susis reliquit: sed magistris, qui Græcam eos linguam edocerent, adhibitis.*

42. *Filii* i. quæ *filium* decebat.

43. *Donoque doceret dare*, ne cogitarent sibi opera sua victum denceps parandum, sed tantum, ut tempus commode exigerent. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

44. *In contumeliam accipiunt* i. habent pro contumelia. Phæd. III. 9. 8.

Accipiens, quid enim? cuncta in contumeliam.

Ita

Ita n. 21. Quia opus hoc servile. Unde servitutis mala, quæ deplorabant, & hoc memorabant. Ovid. Heroid. III. 69.

Victorem captiva sequar, non nupta marito:
Est mihi, quæ lanas molliat, apta manus.

v. 75. *Nos humiles, famulæque tuæ data pensa trahemus:*
Et minuent plenas stamina nostra colos.

Et alia exempla suppeditat *Freinshemius.*

45. *Sororum opus.* Veterum more receptum fuit, ut etiam regum filiæ lanificio manus admoverent. Plin. VIII. 48. *Lanam cum colo, & fuso Tanaquil, quæ eadem Cæcilia vocata est, in templo Sangi duravisse, auctor est M. Varro, factamque ab ea togam regiam undulatam in æde Fortunæ, qua Servius Tullius fuerat usus. Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus compta cum fuso, & stamine.* V. *Bernart. in Stat. Theb.* IV. 202. & *Freinhemium.*

46. *Considere* i. sedere. Infr. VII. 7. 9. IX. 6. 16.

47. *Annueres* i. nutu significares. v. 3. 13. §. 29.

48. *Restiti* i. steti. *ben blijven staen.* Virg. Aen. I. 592.

Restitit Æneas, claraque in luce refulsit.

Phædr. III. 8. 4.

Ut restiterunt, unde sic quæsonites?

Noster VII. 11. 20.

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Uxiorum regionem superat, illorumque præfecto Madati, Sisygambe deprecante, ignovit, & Persíde ab Ariobarzane prohibetur Alexander.

MItigato animo ejus, Rex quartis castris pervenit ad fluvium: Pasitigrim[1] incolæ vocant: oritur in montibus Uxiorum[2], & per quinquaginta[3] stadia sylvestribus[4] ripis præceps in- 3
ter saxa devolvitur[5]. Accipiunt[6] deinde eum campi, quos clementiore[7] alveo præterit[8], jam navium

Pasitigrim etiam vocat *Arrian.* III. 198, sed Tigrim Diodor. XVII. 67. *Quartis castris ad Tigrim fluvium devenit.* Non est vero ille, qui *in Armeniæ montibus* ortus cum Euphrate Mesopotamiam efficit; oritur enim *in montibus Uxiorum*, & *ab incolis* ad discrimen alterius sic vocatur. V. *Raderum* & *Salmas. Exerc. Plin. f.* 701. *b.*

2. Uxii *plana incolentes, quum Persarum satrapæ parerent, Alexandro deditionem fecerant: at vero Uxii, quos montanos vocant, Persis subditi non erant. Hi Alexandro nuntiant, se nequaquam passuros, ut cum exercitu in Persas transiret, nisi tantundem daret, quantum a Persarum regibus pro transitu accipere soliti essent. Quos Alexander remittit, utque angustias illas insideant, jubet, quibus occupatis transitum in Persiam impediri posse credebant, ut eo loci pecuniam pendi solitam accipiant.* Arrian. III. 199. qui & horum meminit *Indic. p.* 585. *Uxios* putari, qui hodie *Cingani* vocantur, auctor est *Cuspinianus in Michaele Traulo f.* 187.

3. *Quinquaginta.* Sed *mille* Diodor. XVII. 67. *Is e montibus Uxiorum ortus, primo per regionem asperam, magnisque fossis intercisam, ad mille stadia defertur.*

4. *Sylvestribus*, met boomen bewassen. Infr. V. 4. 4.

5. *Devolvitur* i. deorsum volvitur, decidit. *Columella*: *Aqua e montibus oriunda, per saxa præceps devolvitur.* Ita *devolutum ex igne* panem dicit *Catull.* LIX. 4. Noster *n.* 18.

6. *Accipiunt* i. admittunt, excipiunt. VIII. 2. 21. V. 4. 7. VII. 10. 2.

7. *Clementiore* i. leniore, non ita præcipiti. Sic, quæ non sunt nimis alta, nec abrupta, *clementer*

um patiens[9]. Sexcenta stadia sunt mollioris[10] soli, per quod leni tractu aquarum Persico mari se insinuat[11]. Alexander amne superato, cum novem milli- 3
bus peditum, & Agrianis, atque Græcorum mercenariis millibus tribus, additis millibus Thracum, in regionem Uxiorum pervenit. Finitima Susis est, & in primam Persidem[12] excurrit, arctum inter se, 4
& Susianos aditum relinquens. Madates[13] erat hujus Regionis præfectus, haud sane temporum multorum homo[14], quippe ultima pro fide experiri[15] decre-

ter aditi dicuntur. Tacit. Ann. XII. 33. 3. *Tunc montibus arduis, & si qua clementer accedi poterant, in modum valli saxa præstruit.* German. I. 4. *Danubius molli, & clementer edito montis Abnobæ jugo effusus.* V. *Freinshemii Indicem.*

8. *Præterit*, i. præterfluit, præterlabitur. Infr. VII. 4. 31.

9. *Navium patiens* i. navigabilis. Plin. Epist. VIII. 8. *Amplissimum flumen, atque etiam navium patiens.* Noster IX. 9. 2. patiens terræ V. 1. 33. patiens veneni X. 10. 16. patiens mali VIII. 4. 9. patiens consilii V. 12. 8. patiens quietis & otii VI. 2. 1. patiens veri X. 4. 2. Contra ea impatiens veritatis III. 2. 17. gubernaculi IX. 4. 11.

10. *Mollioris.* V. VIII. 9. 7. §. 25.

11. *Insinuare* proprie est in sinum condere. Tertullian. de resur. carn. c. 28. *Quum Moyses manum in sinum condit, & emortuam profert, & rursus insinuat, & vividam explicat.* Apul. Miles. IX. *Insinuatis manibus ambulabis.* Inde *feminam insinuare viro* est illam illi quasi in sinum tradere. Tertull. ad uxor. I. 6. Et *insinuare* se dicitur fluvius mari, qui se in mare exonerat, & immittit, quia & *sinus* vocantur littora curva, & quasi brachiis mare amplectentia. Petron. Sat. c. 79. *Si quis sinus abditus ultra.*

12. *Primam Persidem* i. *primam Persidis* partem. Sic *primum digitum* Catul. II. 3. *primam fabulam* Terent. Adelph. Prol. *v.* 19.

13. *Madates* Darium propinqua cognatione attingebat. *Diod.* XVII. 67. & Noster infr. *n.* 12.

14. *Temporum homo* i. instabilis, qui totus ad temporum varietatem se componit, ac mutat. Videtur in hac phrasi subaudiri apud Græcos ὅλος, apud Latinos *totus.* Sic *homo jocorum* pro homine multi joci apud Tertullianum: *homo morum*, qui totum se dedidit ad bonos mores, & civilem vivendi ordinem, Apulejo in apologia. Noster IV. 1. 27. 5. 11. V. *Gronov. Observ.* I. 24. *Sciop. de Styl. Hist. p.* 156.

15. *Ultima experiri*, het uyterste waghen. Infr. VIII. 14. 35. Ita *omnia experiri* Terent. Eun. IV. 7. 19. *Experiundi* verbum de vi proprie dicitur, sive ea

decreverat. Sed periti locorum [16] Alexandrum docent, *occultum iter esse per calles, & aversum ab urbe. Si paucos misisset, leviter armatos, super capita hostium evasuros.* Quum consilium placuisset, iidem itinerum fuerunt duces. Mille quingenti mercede conducti, & Agriani fere mille Tauroni [17] præfecto dati, ac post *Solis occasum iter ingredi* jussi. Ipse tertia vigilia castris motis circa lucis ortum superaverat angustias [18], cæsaque materia cratibus [19] & pluteis [20] faciendis, ut qui turres admoverent, extra teli ictum essent, urbem [21] obsidere cœpit. Prærupta erant omnia, saxis & cotibus impedita. Multis ergo vulneribus depulsi, ut quibus non cum hoste solum, sed etiam cum loco dimicandum esset. subibant tamen: quia Rex inter primos constiterat, interrogans tot urbium victores; *an erubescerent hærere in obsidione castelli exigui, & ignobilis simul?* Jam inter hæc eminus petebatur: quum testudine [22] objecta milites, qui, ut inde discederet, perpellere nequiverant, tuebantur. Tandem Tauron super arcem urbis se cum suo agmine ostendit [23]: ad cujus conspectum & animi hostium labare; & Macedones acrius [24] prælium inire cœperunt. Anceps oppidanos malum urgebat; nec sisti vis hostium poterat. Paucis ad moriendum; pluribus ad fugam animus fuit: magna pars in arcem concessit. Inde triginta oratoribus [25] missis ad deprecandum [26], triste responsum a Rege red-

ea civilis sit judicii, sive militaris armorum. Plaut. Trucul. IV. 2. 40.

Experiri sine. AS. *Opperire! vis est experirier.*

16. *Periti locorum.* Diodor. XVII. 67. *Indigenarum quidam e gente Uxiorum, & locorum periti, Alexandro pollicetur*, &c. Arrian. III. 199. vero *Susis ducibus usum* fuisse dicit Alexandrum.

17. *Tauronis* cætera ignoti mentio fit quoque VIII. 14. 15.

18. *Angustias*, quæ ferebant ad urbem.

19. *Cratium* usus erat in subita oppugnatione. Cæs. Bell. Civ. III. 80. 4. *Cæsar castris munitis scalas musculosque ad repentinam oppugnationem fieri, & crates parari jussit.* Hæ autem in duplici tunc usu: sive ut tegerent, sic antelatæ; sive ut fossas iis explerent, & mixto aggere quasi per pontes irent. Sic Cæs. Bell. Gall. VII. 81. 1. facit ipsos Gallos, oppugnaturos Romana castra, *magno cratium, scalarum, harpagonum numero effecto, ad campestres munitiones accedere: ac tum clamore sublato, crates projicere, fundis, sagittis, lapidibus nostros de vallo deturbare.* Et 86. 6. iidem Galli, pari tentamento, *multitudine telorum propugnantes deturbant, aggere & cratibus aditus expediunt*, sive, ut vetus Fulvii liber, *fossas explent.* Germani quidam retinuerunt hanc vocem, *Kretten* appellando *crates*. V. *Lipsi. Poliorc.* I. 7. *Freinshemii Indicem.*

20. *Plutei* fuere olim e tabulis, & asseribus, quod ipsa vox dicit: nam id *plutei* Latinis. Distinguit a *cratibus* Curtius. Postea ex *cratibus pluteos* fecerunt, corio intentos. Isid. XVIII. 11. *Plutei sunt crates corio crudo intenta, quæ in opere faciendo hosti objiciuntur.* Veget. IV. 15. *Plutei dicuntur, qui ad similitudinem absidis contexuntur e vimine, & ciliciis, vel coriis proteguntur, ternisque rotulis, quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur, in quamcunque partem volueris, admoventur more carpenti, quos obsidentes applicant muris, eorumque munitione protecti, sagittis, sive fundis, vel missilibus defensores omnes de propugnaculis exturbant, ut scalis adscendendi facilior præstetur occasio.* V. *Lipsi. Poliorc.* I. 7. *Sewech. in Veget.* IV. 15. *Hotman. Append. Cæsar. p. m.* 827.

21. *Urbem* nemo præter Curtium appellat. Strabo *Uxiam* vocat, nisi per vocem *Uxiam*, regionem intelligat. V. *Raderum.*

22. Testudo *est scutorum connexio curvata in testudinis morem.* Isid. XVIII. 12. Originem a ludicro Circensi deducit. *Livius* XLIV. 9. Illa sunt usi in triplici quidem discrimine, *Oppugnando, pugnando, repugnando.* In *oppugnando* cum scutis super capita elatis muro succedebant, primis altioribus, & ordine paulatim, tecti simplicis in morem decrescente. Causa, ut tela injecta per proclive laberentur, & minus insidere possent, aut infigi. *Pugnando*, cum globo facto, & tecti scutis, sic invadebant, ac perrumpebant. *Repugnando*, cum ab equitatu, aut levi armatura cincti, huc decurrunt, ut in orbem se muniant, mediis altioribus, extremis undique desinentibus, V. *Lipsi. Poliorc.* I. 5. *Stewech. in Veget.* II. 16. apud quos varios *testudinis* hujus iconismos invenies.

23. *Ostendit*, heeft sich laeten sien. Infr. IX. 1. 27.

24. *Acrius* i. validius. Infr. VII. 8. 20. VIII. 14. 37.

25. *Oratoribus* i. legatis. Liv. XXX. 16. *Jam nullo auctore belli ultra audito oratores ad pacem petendam mittunt.* Virg. XI. 100.

Jamque oratores aderant ex urbe Latina.

Noster VI. 1. 20. V. & *Paschal. Legat. c.* 2.

26. *Deprecandum* i. precibus suppliciter exposcendum. *Deprecari* enim est suppliciter petere, & precibus exposcere, ne quid fiat, quod vitare cupimus, & contendimus, ne eveniat. Noster VII. 2. 2. V. *Gell. N. A.* VI. 16.

redditur; *non esse venia*[27] *locum.* Itaque supplicio-
12 rum metu perculsi, ad Sisygambim, Darii matrem,
occulto itinere, ignotoque hostibus, mittunt, qui
peterent, *ut ipsa Regem mitigaret*: haud ignari, pa-
rentis eam loco diligi, colique. Et Madates sororis
filiam secum matrimonio junxerat, Darium pro-
13 pinqua cognatione contingens. Diu Sisygambis
supplicum precibus repugnavit[28], abnuens[29], *de-
precationem pro illis convenire fortunæ*[30], *in qua esset*: *ad-
jecitque, metuere sese, ne victoris indulgentiam fatigaret*[31]:
14 *Sæpius cogitare, captivam esse se, quam reginam fuisse.* Ad
ultimum victa, literis Alexandrum ita est deprecata; *ut ipsam excusaret, quod deprecaretur. Petere se, ut illis quoque*; *si minus*[32], *sibi ignosceret. Pro necessario*[33] *ac propinquo suo, jam non hoste*; *sed supplice tantum*
15 *vitam precari.* Moderationem, clementiamque Regis, quæ tunc fuit, vel una hæc res possit ostendere, non Madati modo ignovit[34]; sed omnes, & deditos, & captivos libertate, atque immunitate[35] dona-

Alex. Gen. IV. 14. *Vall. Eleg.* VI. 24. *Sabin. Lect. Subcis.* I. 8. *Coras. Misc. jur. Civ.* I. 8.

27. *Venia*, pardon. *Venia, debitæ pœnæ remissio.* Infr. VI. 5. 9. Senec. de Clem. II. 7.

28. *Repugnavit* i. restitit, *heeft tegen gehouden.* Noster VII. 5. 24.

29. *Abnuens* i. negans, recusans. *Nuere* est capitis motu voluntatem suam indicare. Tib. IV. 1. 25. *Spes abnuit* i. negat, ut hoc mihi non audeam polliceri. Noster VI. 7. 7.

30. *Convenire fortunæ* i. fortunam decere. Infr. V. 9. 12. X. 6. 10. VIII. 10. 32. V. *Freinshemii Indicem.*

31. *Fatigaret* i. sæpius interpellando obtunderet, molesta esset. Justin. VI. 2. 12. *Conon diu Rege per epistolas frustra fatigato. Sævitiam fatigare* Flor. I. 7. 4.

32. *Minus* i. non. Cic. Verr. VII. *Si minus necari, at custodiri oportebat.*

33. *Necessario* i. necessitudine sibi juncto. Cic. ad Brut. Epist. 5. *Noli pati a necessariis tuis necessario meo injuriam fieri.*

34. *Ignoscere est, quæ judicas punienda, non punire*, pardonneren. Noster VI. 5. 23: II. 26. V. *Senec. de Clem.* II. 7.

35. *Immunitate* n. a tributis. Plaut. Trin. II. 2. 73.

Is est immunis, cui nihil est, quæ munus fungatur suum.

Isid. XIV. 8. *Amœna loca Verrius Flaccus ait dicta, quod sine munere sunt, nec quicquam in his officii, quasi amunia i. sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur. Inde & jam nihil præstantes immunes vocantur.* Cicer. Rull. III. *Immunia commodiore conditione sunt, quam quæ pensitant.*

donavit: urbem reliquit intactam: agros sine tributo[36] colere permisit. A victore Dario plura mater
non impetrasset. Uxiorum deinde gentem subactam 16
Susianorum satrapiæ contribuit[37]: divisisque cum
Parmenione copiis[38], illum campestri itinere pro-
cedere jubet; ipse cum expedito agmine jugum mon-
tium cepit, quorum perpetuum dorsum in Persidem
excurrit[39]. Omni hac regione[40] vastata, tertio die 17
Persidem; quinto angustias, quas illi *Susidas pylas*[41]
vocant, intrat. Ariobarzanes has cum viginti quin-
que millibus[42] peditum occupaverat, rupes abscissas
& undique præruptas[43], in quarum cacuminibus ex-
tra teli jactum barbari stabant, de industria[44] quie-
ti,

36. *Tributum annuum ejuscemodi* tamen Arrian. III. 201. *impositum fuisse* dicit: *equos centum, jumenta quingenta, pecudum triginta millia.*

37. *Contribuit.* Ab uno Satrape interdum plures provinciæ regebantur. Sic Lydiæ Ioniæque Phrygiæ Satrapam commemorat Nep. Datam. II. 5. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 113.

38. *Copias* clarius dividit Arrian. III. 201. *Posthæc Alexander sarcinas, & impedimenta, Thessalosque equites, ac socios, & mercenarios exteros, reliquumque exercitum gravioris armaturæ cum Parmenione mittit, qui eos in Persas, via curribus apta, ducat. Ipse peditatu Macedonum sumpto, equitatuque amicorum atque equitibus antecursoribus, simulque Agrianis & sagittariis, per montana citatim iter facit.* V. *Raderum.*

39. *Excurrit.* Taurum montem potissimum intelligit, qui demum Caucaso committitur. Ita ipse VII. 3. 20. & 21. V. *Raderum.*

40. *Regione*, quæ est inter Uxios, & Persidem.

41. *Susidas pylas* Arrian. III. 201. *Persidis pylas*, Diodor. XVII. 68. *Susiadas petras* vocant.

42. *Viginti quinque millibus*, quibus addit CCC. *equites* Diod. XVII. 68. Sed Arrian. III. 201. Ariobarzani tantum *quatuor millia peditum, equites circiter septingentos tribuit.*

43. *Abscissas, & undique præruptas* cum dicit, ostendit quales fuerint illæ angustiæ, fauces, & portæ, n. duo scopuli prælti haud procul inter se disiti, qui quasi portam per montes efficiebant. Arrian. III. 202. docet, qua rupes utrinque intermissæ erant, portamque aperiebant, fuisse ab Ariobarzane etiam murum ductum, qui rupes committeret. V. *Raderum.*

44. *De industria* i. studio, data opera, *met opset.* Ter. Andr. IV. 4. 5. *Ut fert natura facias, an de industria.*

ti, & paventibus ſimiles; donec in arctiſſimas fauces
18 penetraret agmen. Quod ubi contemptu ſui pergere vident, tum vero ingentis magnitudinis ſaxa per montium prona[45] devolvunt: quæ incuſſa ſæpius ſubjacentibus petris majore vi incidebant, nec
19 ſingulos modo, ſed agmina proterebant. Fundis quoque excuſſi[46] lapides[47], & ſagittæ ingerebantur undique. Nec id miſerrimum fortibus viris erat; ſed quod inulti, ferarum ritu, velut in fovea depre-
20 henſi, cæderentur. Ira igitur in rabiem verſa, eminentia ſaxa complexi, ut ad hoſtem perveniant, alius alium levantes[48], conabantur adſcendere: ea ipſa multorum ſimul manibus correpta, & convul-
21 ſa[49], in eos, qui commoverant, recidebant. Nec ſtare ergo, nec niti[50], nec teſtudine quidem protegi poterant, quum tantæ molis[51] onera propellerent Barbari. Regem non dolor modo, ſed etiam pudor temere in illas anguſtias conjecti exercitus[52]
22 angebat. Invictus ad eam diem fuerat, nihil fruſtra auſus: impune Ciliciæ fauces intraverat: mari quoque novum iter in Pamphyliam aperuerat: tunc hæſitabat[53] deprehenſa felicitas; nec aliud remedium

45. *Per montium prona*, dacr de bergen voor over hingen. Infr. VII. II. 3.

46. *Excuſſi* i. ejecti. Infr. VII. 9. 7.

47. *Lapides* fundis miſſos eſt in Diod. v. 18. *Baleares fundis lapides magnos jacere optime omnium mortalium.* Jaciebant vero, ut apud Suidam ſcriptor aliquis, *lapides minæ pondere.* Intellige minam Articam, quæ eſt drachmarum centum. Inde *fundæ librales* Cæſari. V. *Lipſ. Poliorc.* IV. 2.

48. *Alius alium levantes.* Ita *L. Fabius centurio legionis octavæ tres ſuos nactus manipulares, atque ab iis ſublevatus, murum adſcendit: eos ipſe rurſus ſingulos exceptans in murum extulit.* Cæſ. Bell. Gall. VII. 47. 7.

49. *Convulſa* i. concuſſa, *commota* mox, *los gemaeckt.* Cic. Divin. I. *Hæc mihi videntur non poſſe convelli.*

50. *Niti* n. in altum, *conari adſcendere* n. 20.

51. *Molis tantæ onera* i. tantos lapides. V. *Lipſ. Poliorc.* V. 4.

52. *Conjecti exercitus* i. propter conjectum exercitum.

53. *Hæſitabat* i. capta, & quaſi laqueis irretita ſtabat.

54. *Denſatis* i. cumulatis, *dick op malkanderen. Denſam* opponi-

dium erat, quam reverti, qua venerat. Itaque ſigno 23
receptui dato, denſatis[54] agminibus, ſcutis ſuper capita conſertis[55] retro evadere ex anguſtiis jubet. Triginta[56] fuere ſtadia, quæ remenſi ſunt[57].

tur raro. Inde *denſa ſylva* Tib. IV. I. 128. *denſæ arbores* Noſter VI. 4. 3: 5. 14. Ubi crebræ, & multæ ſunt arbores. Contra ea Nep. Milt. v. 3. *arbores raræ* ſunt per intervalla in terram demiſſæ. Varr. L. L. IV. 20. *Denſum a dentibus pectinis, quibus feritur.* Inf. V. I. 6.

55. *Scutis ſuper capita conſertis* i. teſtudine facta. Liv. XXXIV. 39. *Sublatis deinde ſupra capita ſcutis, continuatisque ita inira ſe, ut non modo ad læcos ictus, ſed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum, loci quidquam eſſet, teſtudine facta ſubibant.*

56. *Triginta ſtadia.* Et ita Polyænus. Illa efficiunt non plenum milliarium: per anguſtias enim Alexander ad unum prope milliare eſt ingreſſus Curtio. Diodoro XVII. 68. retrogreſſus eſt ad trecenta ſtadia, quæ efficiunt novem milliaria Germanica cum ſeſqui quadrante, ut caſtris locum legeret. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

57. *Remenſi* i. regreſſi. Virg. Aen. II. 181. *pelagoque remenſo* III. 143. *remenſo Hortatur pater ire mari.*

CAP. IV.

ARGUMENTUM.

Captivo quodam duce per ſylveſtres calles Perſidem intrat, Ariobarzanem, ejusque copias cædit Alexander.

TUm caſtris undique aperto loco poſitis, non 1
conſultare modo, *quid agendem eſſet*; ſed vates quoque adhibere cœpit a ſuperſtitione animi. Sed quid tunc prædicere Ariſtander, cui tum plurimum credebatur ex vatibus, poterat? Itaque damnatis intempeſtivis ſacrificiis, *peritos locorum convocari* jubet. *Per Mediam*, *iter* oſtendebant *tutum*, 2
aper-

Mediam. Sane apertior Perſis, qua *Medos* adſpicit. Situm locorum, atque deſcriptionem, quæ n. 5. ſubjicitur, introſpice. Hinc apud *Diod.* XVII. 68. periti locorum negant *alibi patere*

3 *apertumque*; sed Rex dimittere[2] milites insepultos erubescebat: ita tradito more, ut vix ullum militiæ tam solenne esset munus[3], quam humandi suos. 4 *Captivos* ergo, *quos nuper exceperat, vocari* jubet; inter quos erat quidam[4] Græce, Persicæque linguæ peritus, qui *frustra eum in Persidem montium dorso exercitum ducere* adfirmat; *sylvestres esse calles, vix singulis pervios*[5]: *omnia contegi frondibus*[6], *implexosque*[7] 5 *arborum ramos sylvas committere.* Namque Persis[8] ab altero latere[9] perpetuis montium jugis clauditur, quod in longitudinem CIↃ. IↃC. stadia[10], in latitudinem CLXX[11] procurrit[12]. Hoc dorsum a Caucaso[13] monte ad rubrum mare[14] pertinet; quaque deficit

patere iter ea n. parte, qua ingredi conatus erat Alexander: *Multorum tamen dierum circuitu intrari posse. per Mediam* n. ut addit *Curtius*. V. *Freinshemium*.

2. *Dimittere* i. sinere, pati.

3. *Munus* i. officium in militia debitum. Nep. Epam. IV. 4. *Pro hominis dignitate, proque pristina amicitia, amplo munere* (licet alii *funere*) *extulit.* Noster X. 10. 9. Proprie *munus* fuit onus muris reficiendis, ubi primum unum in locum e vicis convenissent ad condendum oppidum, & inde *munimenta*. V. *Scalig. de caus. L. L. c.* 31.

4. *Quidam*: an *Pharnaches* Arrian. III. 249. V. *Freinshem.*

5. *Singulis pervios*, daar een voor een door kan. Terent. Adel. IV. 2. 39. *Angiportum non est pervium.*

6. *Frondibus* i. *ramis multa fronde vestitis*, ut VI. 5. 15. Prop. IV. 10. 15.

Populus & longis ornabat frondibus ædem.

7. *Implexos* i. plicatos, involutos, *door malkanderen gevlochten.* Festus: *Plexa colligata significat, ex Græco, cui nos etiam præpositionem adjicimus, cum dicimus perplexa.*

8. *Persidi* adsignatur, quicquid est terrarum, & montium inter mare Caspium a septemtrione, & sinum *Persicum* seu mare rubrum a meridie. Hodie tractus ille, qui est inter Tigrim, sinum *Persicum*, mare Indicum, seu rubrum, Indum & Jaxartem, & Caspium mare, a Sophis *Persiæ* regibus possidetur. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

9. *Altero latere* arctico septemtrionem versus. V. *Raderum.*

10. CIↃ. IↃC. *stadia* i. milliaria Germanica prope octo supra quadraginta.

11. *CLXX stadia* i. quinque milliaria, coque amplius. V. *Raderum.*

12. *Procurrit* i. extenditur, ut VIII. 9. 26. Mox *pertinet* ut & III. 9. 8.

13. *Caucaso*. V. VII. 3. 19.

14. *Rubrum mare*. V. VIII. 9. 6.

15. *Fre-*

deficit mons, aliud munimentum, fretum[15] objectum est. Planities deinde sub[16] radicibus mon- 6
tium spatiosa procumbit[17], fertilis terra, multisque vicis, atque urbibus frequens. Araxes amnis[18] per 7
hos campos multorum aquas torrentium evolvit in Medum[19]: Medus a mari, & ad meridiem versus, minor amnis eo, quem accipit, evehitur; gignendæque herbæ non alius est aptior, quicquid adluit, floribus vestiens[20]. Platani quoque & populi conte- 8
gunt ripas[21]; ita ut procul visentibus continuata videantur montibus nemora riparum: quippe obumbratus[22] amnis presso in solum dilabitur alveo; imminentque colles, ipsi quoque frondibus læti[23]: radices

15. *Fretum* i. sinus Persicus, sive Arabicus. V. *Raderum.*

16. *Sub*, onder aan. Infr. VII. 4. 31.

17. *Procumbit*, quia summa juga *surgere* & *tolli* dicuntur. Ita *demittere* n. 23. *submittere* VI. 4. 19. *excurrere* V. 3. 16. Translatum ab iis rebus, quæ proprie moveri possunt. Sic *residere* usurpatur Plin. V. 29. de Mimante monte, & Coryceo promontorio. V. *Freinshemii Indicem.*

18. *Araxes* V. V. 7. 9. §. 24.

19. *Medi* rara mentio apud alios scriptores, & geographos. Strabo tamen XV. 484. non præterit, quem Araxe excipi affirmat, non Araxen *Medo*, ut Curtius tradit. *Ferri a mari*, ait Curtius, *ad meridiem*, a septemtrione: ergo & Caspio mari. *Minor amnis*, inquit, *eo, quem accipit.* Araxes enim major. Sed cum *a mari in meridiem* fluat, quomodo rursus in septemtrionem versus in Caspium exoneratur? cum enim Araxen excipiat, & Araxes in Caspium delabatur, ubi hæret Medus? Strabonem sequamur, qui *Medum* in Araxem decidere docet, per quem rursus ad septemtrionem in Caspium devehitur. Quæ sequuntur apud Curtium de Medo apto ad herbas gignendas &c. omnia rectius Araxi adscribuntur. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

20. *Vestiens* i. conferens, tegens, ornans. Just. XII. 7. 7. *Sacri montis naturalibus bonis, vite, hederaque vestiti.* Cic. N. D. II. *Terra vestita floribus.* Virgil. Georg. I. 448.

Oleo magnum vestire Taburnum.

Ubi Servius: *vestire, implere significat.* Noster VI. 5. 15. VIII. 11. 4. IX. 5. 4.

21. *Contegunt ripas* i. in ripis plurimæ sunt enatæ. Prop. IV. 10. 15.

Multaque cantantes umbra tegebat aves.

i. multi rami umbram mittentes erant in illa populo.

22. *Obumbratus* i. umbra tectus, obscuratus, *overschaduwet.*

23. *Læti* V. VI. 5. 14. §. 16.

9 dices eorum humore subeunte [24]. Regio non alia tota Asia salubrior habetur, temperatum cœlum: hinc perpetuum jugum opacum [25] & umbrosum [26], quod æstus levat: illinc mare adjunctum [27], quod modi-
10 co tepore terras fovet. His expositis captivus interrogatus a Rege, *auditune, an oculis comperta haberet, quæ diceret? pastorem se fuisse, & omnes eos calles percurrisse*, respondit: *bis captum, semel a Persis in Lycia;*
11 *iterum ab ipso.* Subit animum memoria Regis oraculo editę sortis [28], quippe consulenti responsum erat, *ducem in Persidem ferentis* [29] *via Lycium civem fo-*
12 *re.* Igitur promissis, quanta & præsens necessitas exigebat, & ipsius fortuna capiebat [30], oneratum [13]; *armari* jubet *Macedonum more* [32], *&, quod bene verteret*

24. *Subeunte* i. ingrediente, *treckt daar in.*

25. *Opacum* est, quod in umbra est, aut umbra ipsa apud Ciceronem, & illud, quod radios non transmittit, qualis est terra. *Scalig. Exercit. Exot.* 80. 1. Festus: *Opaca vocantur umbrosa. Opaci postes* sunt frondibus inumbrati *Prop.* IV. 10. 31. Noster IX. 1. 13.

26. *Umbrosum* i. arborum assitarum proceritate amœnum. Horat. Od. III. 1. 23. *umbrosa ripa* Prop. II. 25. 34. *umbrosus Galesus*, Noster VI. 4. 3. IX. 1. 9.

27. *Adjunctum* i. vicinum. Infr. VIII. 1. 8.

28. *Memoria sortis subit animum Regis* i. Rex *sortis* recordatur. Iusr. X. 5. 23. Hoc oraculum paulo fusius recenset Plut. Alex. f. 250.

29. *Ferentis* i. ducentis, ut Virg. Ecl. IX. 1. *quo via ducit?* Val. Flacc. IV. 438. *& via jussos Quæ ferat.* Quicquid enim occasionem, materiam, aut causam præbet, ut quod fiat, idem dicitur illud efficere. Unde

Et qua via clausos
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor.

Virg. Aen. IX. 68. i. det, ut excutiantur Troes munimentis, & in æquor effundantur. V. *Gronov. Observ.* I. 6.

30. *Ipsi fortuna capiebat*, sijnen staat niet te hoogh waren.

31. *Oneratum.* Salust. Jugurth. c. 12. *Ministrum oblatum promissis onerat.* Liv. XXXIV. 61. *Aristonem partim donis, partim spe præmiorum oneratum. Oneratum* & cumulum promissorum, & obligationem ejus, cui promissa facta, signat. Noster V. 12. 19. VII. 2. 17. V. *Loccenii Indicem* & *Stewechium in Arnob.* IV. 96.

32. *Macedonum more* i. galea ex crudo bovis corio, thorace, seu lorica trilici, ocreis, scuto, gladio, pugione, hasta, ut levis armaturæ miles solebat, ad iter præsertim accinctus. Phalangitæ etiam sarissas ferebant, sed illæ ad callos sylvestres, & impeditos ineptæ. Armatos fuisse docet *n.* 27. & de Philippo Lysimachi

ret [33], *monstraret iter; quamvis arduum* [34] *& præceps, evasurum se esse cum paucis. Nisi forte crederet, quo ipse pecoris causa isset; Alexandrum pro gloria, & perpetua laude ire non posse.* Etiam atque etiam [35] docere capti- 13
vus, *quam difficile iter esset, maxime armatis.* Tum Rex, *Prædem* [36] *me*, inquit, *accipe* [37], *neminem eorum, qui sequuntur, recusaturum ire, qua duces.* Cra- 14
tero igitur ad custodiam castrorum relicto cum peditibus, queis adsueverat; & iis copiis, quas Meleager ducebat; & sagittariis equitibus [38] mille, præcepit, *ut castrorum specie manente, plures de industria ignes* [39] *fieri imperet: quo magis Barbari crederent, ipsum Regem in castris esse. Cæterum, si forte Ariobarzanes cog-* 15
novisset, per callium amfractus [40] *eum intrare, & ad occupandum iter suum partem copiarum tentasset opponere; Craterus in eum inlato terrore retineret ad pr pius pericu-* 16
lum conversurum agmen: sin autem ipse hostem fefellisset [41], *&*

chi fratre VIII. 2. 36. V. *Raderum.*

33. *Quod bene verteret* solennis fuit precum formula Plauto familiaris. *Asin. Prol. n.* 2. *Aul.* IV. 10. 57. *Pers.* III. 1. 1. Noster VII. 11. 14. Contr. *quod nec bene vertat* Virg. Ecl. IX. 6. V. *Brisson. Form. p.* 65.

34. *Arduum* i. consensu difficile. Cic. Verr. VI. *Oppidum difficili adscensu, atque arduo.* Tib. IV. 1. 87.

Ut facilisque tuis aditus sit, & arduus hosti

Noster II. 21. 22. VI. 6. 27. IX. 2. 9. De *arduo* Gell. N. A. IV. 15.

35. *Etiam atque etiam* i. iterum atque iterum. Cic. pro Leg. Manil. *De qua, ut arbitror, ipsi ipsi, qui minantur, etiam atque etiam, qui id liceat, considerabunt.*

36. *Prædem* V. IX. 2. 25.

37. *Accipe* i. admitte. Cic. Attic. V. 21. *Præter illum accepit nemo.*

38. *Sagittariis equitibus* i. equitibus utentibus sagittis ex equis. *Hippotoxotæ* vocantur Cæs. B. C. III. 4. 5. *In his plerique hippotoxotæ.* Bell. Afric. XIX. 6. *Sagittariis, ac funditoribus, hippotoxotisque compluribus.* Ἱπποτοξόταις Arrian. III. V. *Freinshemium.*

39. *Ignes.* Frontin. Strat. II. 5. 15. *Alexander Macedo, quum hostis in saltu editiore castra communisset, seducta parte copiarum, præcepit his, quos relinquebat, ut ex more ignes excitarent, speciemque præberent totius exercitus: ipse per avias regiones circumducta manu, hostem superiore aggressus loco depulit.*

40. *Fefellisset* i. dum transiisset, ut *n.* 19.

41. *Amfractus* i. flexus sinuosos,

& saltum occupasset; quum trepidantium barbarorum tumultum exaudisset persequentium Regem, id ipsum iter, quo pridie pulsi fuerant, ne dubitaret ingredi: quippe va-
17 *cuum fore, hostibus in semet aversis.* Ipse tertia vigilia silenti agmine, ac ne tuba quidem dato signo, pergit ad demonstratum iter callium. *Tridui alimenta* 42
18 *portare* militem jusserat leviter armatum. Sed præter invias rupes, ac prærupta saxa, vestigium subinde fallentia, nix 43 cumulata vento ingredientes fatigabat 44, quippe velut in foveas delati hauriebantur, & quum a commilitonibus levarentur, trahe-
19 bant 45 magis adjuvantes, quam sequebantur. Nox quoque, & ignota regio, ac dux, incertum an satis fidus, multiplicabant metum. *si custodes* 46 *fefellisset; quasi feras bestias ipsos posse deprendi. Ex unius captivi vel fide, vel anima pendere* 47 *& Regis salutem, & suam*

sos, *kromten.* Cic. N. D. II. *Figura nihil habens incisum angulis, nihil amfractibus.*

42. *Alimenta* portare debebat miles præter arma sua. Veget. I. 29. *Pondus quoque bajulare usque ad 60 libras, & iter facere gradu militari, frequentissime cogendi sunt juniores, quibus in arduis expeditionibus necessitas imminet annonam pariter & arma portandi.* Nec *tridui* tantum, sed *dimidiati mensis.* Cicer. Tuscul. II. *Deinde, qui labor, quantus agminis, ferre plus dimidiati mensis cibaria, ferre, si quid ad usum velint, ferre vallum. Nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus; arma etiam membra milites esse ducunt. Quæ quidem ita geruntur apte, ut, si usus foret, objectis oneribus, expeditis armis, ut membris pugnare possint.* imo *triginta dierum.* Livius Epit. 57. *Scipio Africanus Numantiam obsedit, & militem triginta dierum frumentum, ad septenos vallos ferre cogebat.* V. *Lipsi. Mil. Rom.* v. II. *Stewechium ad Vegetium.*

43. *Nix.* Liv. XXI. 35. *Fessis tædio tot malorum, nivis etiam casus, occidente jam sidere Virgiliarum, ingentem terrorem adjecit. Per omnia nive oppleta, quum signis prima luce motis segniter agmen incederet, pigritiaque & desperatio in omnium vultu emineret,* &c.

44. *Fatigabat.* Non. IV. 189. *Fatigare, ad lassitudinem adducere. Virg. Æn.* v. 253.

Veloces jaculo cervos, cursuque fatigat.

XI. 306. *Quos nulla fatigant Prælia.* Noster sæpius.

45. *Trahebant* n. ad terram, ut n. 33.

46. *Custodes* i. Ariobarzanis excubias in saltu, & aditu positas. V. *Raderum.*

47. *Ex*

suam. Tandem venere in jugum. A dextera iter 20
ad ipsum Ariobarzanem erat: hic Philotam & Cœnon cum Amynta, & Polyperconte, expeditam habentes manum, reliquit, monitos; *ut quia eques pediti erat mixtus, qua pinguissimum esset solum, & pabuli fertile, sensim procederent:* duces itineris de captivis dati. Ipse cum armigeris, & ala, quam *agema* ad- 21
pellant, ardua semita 48, sed longius a stationibus 49 hostium remota, multa cum vexatione processit. Medius erat dies, & fatigatis necessaria quies: quip- 22
pe tantumdem 50 itineris supererat, quantum emensi erant; sed minus præcipitis atque ardui. Itaque 23
refectis 51 cibo, somnoque militibus, secunda vigilia surgit, & cætera quidem haud ægre præteriit. Cæterum, qua se jugum montium paulatim ad planiora demittit, ingens vorago 52 concursu cavata tor-

47. *Ex captivi fide, vel anima pendere*, &c. i. se, & Regem periisse, si dux non satis esset fidus, vel interiret.

48. *Semita* i. spatium arctum, & angustum, quod ab hominibus solet teri, licet *via* sit latissima, *een voetpad.* Opponitur passim *viæ.* Phædr. III. 1. 38. *Ego illius semita feci viam.* Mart. VII. 61. 4.

Et modo quæ fuerat semita, facta via est.

49. *Stationibus* i. locis, in quibus milites ad tutelam vigilantes consistebant. Patere. II. 82. *Accessit nocte ad stationem Romanam.* Inde *stationarii* milites Jctis præsidiarii, qui in locis hosti finitimis agitant *stationes.* Noster *n.* 27. VIII. 11. 11. Et *in statione esse*, in het geweer zijn. Noster VII 5. 8. Triplex fuit Persarum *statio.* Arrian. III. 203. *Quumque ad primam Barbarorum stationem ante lucem venisset, custodes trucidat. Secundæ deinde stationis custodibus etiam plerisque cæsis, quum ad tertiam venit, complures diffugerunt.* Eadem narrat *Diodor.* XVII. 68.

50. *Tantundem* i. æque tantum. Cic. LL. II. *Qui tantumdem capiat, quantum omnes hæredes.* Noster VIII. 5. 11.

51. *Reficere* i. instaurare, &, quod corruptum est, in pristinum reducere. Ulpianus: *Verbo reficiendi tegere, substruere, farcire, item advehere, apportareque ea, quæ ad eandem rem opus erunt, continentur.* Inde *vires cibo reficere.* Livius & Cæsar, *ververschen.* Noster VII. 5. 16. qui *refectos* opponit fatigatis V. 13. 13. *Curare* Noster III. 8. 22. VII. 3. 16. V. *Parrhas. Lamp. Crit.* I. 827.

52. *Vorago* i. barathrum profundum omnia absorbens, *een grondeloosen kolck.* Cic. Divin. I. *Quum equum ipse demisisset in flumen,*

24 torrentium iter ruperat [53]. Ad hęc arborum rami alius alio implicati [54] & coeuntes, ut perpetuam objecerant sepem [55]. Desperatio igitur ingens, adeo
25 ut vix lacrymis abstinerent, incesserat. Præcipue obscuritas terrori erat: nam etiamsi qua sidera internitebant, continenti [56] fronde tectæ arbores conspicere prohibebant. Ne aurium quidem usus superat, sylvas quatiente vento; quæ concutientibus ramis majorem, quam pro flatu sonum reddebant.
26 Tandem exspectata lux omnia, quæ terribiliora nox fecerat, minuit: circumiri brevi spatio poterat elu-
27 vies [57] & sibi quisque dux itineris cœperat fieri. Evadunt ergo in editum verticem [58]: ex quo hostium

flumen, submersus equus voraginibus non exstitit. Noster VIII. 2. 23: II. 7: 14. 8. Inde *vorat as devorari* dicit Vitruv. Archit. X. 6. quæ in cœnoso solo desidunt, & ne quidem jumentorum opera extrahuntur.

53. *Ruperat* i. impediverat, ne pergere posset Alexander. Ita *ignis interveniente flumine abrumpitur.* Flor. II. 2. 1. qui flumine impeditur, ne & illa, quæ trans flumen sunt, consumere possit. Noster V. 5. 1.

54. *Implicati* i. inter se adstricti, intorti. Infr. VI. 5. 16.

55. *Sepes*, & per syncopem *seps* est id, quod objectum introitum prohibet in agrum, vel hortum. Auson. Idyll. XII. Grammat. n. 11.

Bucolico sepes dixit Maro, cur Cicero seps?

Noster VI. 5. 15. Inde *sepire* est munire, circumdare. Cic. pro Sext. *Domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, mœnibus sepserunt.* Noster VIII. 2. 20. V. 6. 15.

56. *Continenti* i. continua. Vellej. II. 109. 5. *Continentibus Hercyniæ sylvis.* V. *Loccenii Indicem.*

57. *Eluvies* n. 23. *vorago.* Non. II. 282. *Eluvio corruptus, & morbiferis operis tractus. Tull. Offic.* II. *Qui collecti cæteris causis eluvionis, pestilentiæ, vastitatis.* Noster VI. 4. 20. VIII. II. 7.

58. *Vertex* est pars montis superior. Serv. Aen. VI 676. *Montes dividuntur in radices, latera, juga, vertices.* Proprie *vertex* est in fluvio, ubi aqua contorquetur & in gyrum vertitur. Quintil. Orat. VIII. 2. *Secundo modo dicitur proprium inter plura, quæ sunt ejusdem nominis, id, unde cætera ducta sunt: ut vertex est contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur. Inde propter flexum capillorum, pars est summa capitis: & ex hoc, quod est in montibus eminentissimum.* Noster VII. II. 17. IX. 4. II.

59. *Congredi* i. confligere, *flagh*

le;

statione conspecta, strenue armati, a tergo se ostendunt nihil tale metuentibus; quorum pauci, qui
28 congredi [59] ausi erant, cæsi sunt. Itaque hinc moribundorum gemitus, hinc ad suos recurrentium miserabilis facies, integros [60] quoque antea, quam discrimen [61] experirentur, in fugam avertit. Fremitu
29 deinde in castra, queis Craterus præerat, inlato; ad occupandas angustias, in quibus pridie hæsitarat,
30 miles educitur. Simul & Philotas cum Polyperconte, Amyntaque & Cœno diversum iter ingredi [62]
31 jussus, alium terrorem intulit barbaris. Ergo undique [63] Macedonum armis fulgentibus ancipiti malo oppressi, memorabile tamen prælium edunt: ut opinior, ignaviam [64] quoque necessitas [65] acuit

leveren. Nep. Datam. VIII. 1. *Tamen statuit congredi.* Inde *congressus* prælium. Cic. de Orat. II. *Ante congressum multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur.*

60. *Integros* i. non vulneratos VIII. II. 23.

61. *Discrimen* i. certamen, prælium. Virg. Aen. V. 154.

Post hos æquo discrimine Pistris
Centaurusque locum tenuit superare priorem.

Discernere est certare. Apulejus: *Armis potius discernere, quam jure uti voluerunt.* Noster VI. 1. 7. Eleganti sensu *Cernere* est Ennio apud Cic. I. Offic. versus ejus sunt:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis,
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro vitam cernamus utrique.

62. *Diversum iter ingredi*, alio deflectere, *een andere wegh afflaen.* Virg. Aen. XI. 855.

Cur, inquit, diversus, abis, huc dirige gressum.

63. *Undique.* Tribus simul locis Ariobarzanes oppugnatus est: a tergo ab Alexandro; a Cratero a fronte; a Philota, Polyperconte, & Cœno a latere. V. *Raderum.*

64. *Ignaviam* i. audendi diffidentiam, ut VI. 2. 19. Ideo *ignavi* & timidi junguntur IV. 14. 18. & *ignavum* pro negligente, & languido Prop. III. 9. 2.

Criminaque ignavi capitis mihi turpia fingis.

& Virg. Georg. III. 468.

Aut summas carpentem ignavius herbas.

Parit inertiam i. agendi inscientiam. Cic. Fam. XII. 20. *Nec tua ignavia etiam inertiam afferet.*

65. *Necessitas.* Senec. de Clem. I. 12. *Acerrima virtus est, quam ultima necessitas extundit.* Salust.

32 cuit[66]; & sæpe desperatio spei causa[67] est. Nudi[68] complectebantur[69] armatos, & ingenti corporum mole secum ad terram detrahentes, ipsorum telis
33 plerosque fodiebant. Ariobarzanes tamen quadraginta ferme equitibus, & quinque millibus peditum stipatus per mediam aciem Macedonum cum multo suorum atque hostium sanguine erupit; Persepolim[70] urbem caput[71] regionis occupare festinans.
34 Sed a custodibus urbis exclusus[72], consequutis strenue hostibus, cum omnibus fugę comitibus renovato prælio cecidit. Craterus quoque raptim agmine acto[73] supervenit.

CAP.

Cat. c. 58. *Necessitudo etiam timidos fortes facit.* V. *Freinshemium.*

66. *Acuit* i. armat, incitat. Cic. pro Ligar. *Eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio.* Proprie *acuere*, scherp maecken. Virg. Georg. IV. 74. *Spiculaque exacuunt rostris.* Noster VI. 9. 20.

67. *Desperatio spei causa est.* Senec. Controv. 29. *Concitatissima in mortem rabies est: desperatione ultima in furorem animus impellitur. Quædam ferę tela ipsa commordent, & ad mortis auctorem per vulnera sua ruunt. Abscissa missione gladiator, quem armatus fugerat, nudus insequitur.* Veget. III. 21. *Sed clausis ex desperatione crescit audacia, & cum spei nihil est, sumit arma formido.* Noster IX. 5. 6.

68. *Nudi* i. inermes. Salust. Jugurth. c. 107. *Et in maximo omnium metu nudum, & cæcum corpus ad hostes vertere. Nuda prælia* Prop. IV. 1. 14. *Nuda pugna.* Stat. Theb. I. 413. *nudæ vires* Theb. VI. 18. sine ferro, & armis. Et *nudum pectus* clypeo non tectum infr. VI. 1. 15.

69. *Complectebantur* i. complexu occupabant.

70. *Persepolis* sita fuit ad Araxem V. 7. 9. *Urbem multis annis illustrem, refertamque orbis terrarum spoliis* fuisse dicit *Justin.* XI. 14. 10. Divitias denarrant *Diodor.* XVII. 70. & Noster V. 6. 3.

71. *Caput* i. urbs, quæ in regione eminet, & locum principem tenet. Sic Roma *imperii sedes, caputque terrarum* Flor. I. 7. 9. qui II. 6. 35. *urbem urbium* dicit. Noster IX. 4. 4. VII. 4. 31. V. 8. 1. Persepolin Persidis *caput* vocant & *Plin.* VI. 26. *Justin.* XI. 14. 10. *Diodor.* XVII. 70.

72. *Exclusus* i. non admissus. Ita *excludi frequentia militum* est præ illa non posse introire infr. X. 6. 2.

73. *Acto* i. ducto, ut IX. 10. 14. *Agi* proprie dicuntur *pecora tardiora.* Serv. Ecl. I. 13. Inde *agmen more pecudum agebatur* infr. V. 13. 19. & *tergiversantes ferro actos in hostem* dicit *Justin.* I. 6. 10.

Frau-

CAP. V.

ARGUMENTUM.

Persepolim summa celeritate, quæ laudatur, contendit, & Græcis in itinere sibi occurrentibus petitos agros attribuit Alexander.

REx eodem loco, quo hostium copias fuderat, castra communivit. Quamquam enim undique fugati hostes victoriam concesserant; tamen prærupte, præcipitesque fossæ, pluribus locis objectæ, abruperant iter: sensimque & caute progrediendum erat, jam non hostium, sed locorum fraude suspecta. Procedenti ei literæ traduntur a Tiridate, custode[2] regiæ pecuniæ, indicantes, *eos, qui in urbe essent, audito ejus adventu, diripere velle thesauros; properaret occupare: expeditum iter esse, quamquam Araxes amnis interfluat.* Nullam virtutem Regis istius magis, quam celeritatem[3] laudaverim. Relictis enim pedestribus copiis, tota nocte cum equitibus itineris tanto spatio fatigatis, ad Araxem prima luce[4] pervenit. Vici erant in propinquo; qui-

1 2 3 4

Fraudem locis tribuit Curtius ob fossas prærupta, sive eas ad impediendum itinera hostes effecissent, sive ipsius naturæ impetus, ut V. 4. 23. Dicitur hoc vero μεταφορικῶς. *Fraus* enim non cadit nisi in hominem, & humani generis hostes stygios genios. Simili figura *insidum glacie flumen* Flor. III. 4. 5. *fallaces campi* Tac. Ann. I. 61. 2. dicuntur. V. *Raderum* & *Freinshemium.*

2. *Custode*, quem *urbis præfectum* vocat *Diod.* XVII. 69.

3. Celeritas *in rebus bellicis amplius solet prodesse, quam virtus.* Veget. IV. 31. Alexandri *celeritatem* laudat Aelian. V. H. X. 4. *Alexander Philippi filius ter* (i. tertium, tribus temporibus) *quadringentis stadiis* (novem nostratibus milliaribus) *continuo itinere confectis, antequam quietem caperet exercitus, cum hostibus confixit.* Exempla alia plurima congessit *Freinshemius.*

4. *Prima luce* i. cum primum incipiebat lucescere. Cic. Attic. IV. 3. *Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus prope deviis currebat.* Noster V. 5. 12. II. 27.

5. *Subditis* i. subjectis, *oppugnatis.*

6. In-

quibus direptis ac dirutis, pontem ex materia eorum, subditis 5 saxis strenue induxit 6. Jamque haud procul urbe erant; quum miserabile agmen, inter pauca fortunæ exempla memorandum, Regi occurrit. Captivi erant Græci ad quatuor millia 7 fere, quos Persæ vario suppliciorum modo adfecerant. Alios pedibus 8, quosdam manibus, auribusque 9, amputatis, inustisque 10 barbararum literarum notis, in longum sui ludibrium reservaverant, & cum se quoque alienæ ditionis esse cernerent, volentes Regi occurrere non prohibuerant. Inusitata simulacra 11, non homines videbantur, nec quicquam in illis, præter

6 7

6. *Induxit* i. super Araxem duxit. Sic *inductum opus* vocat Prop. IV. 11. 17. quod ductum est usque ad Vejorum muros fodiendo sub vinea.

7. *Quatuor millia.* Diodor. XVII. 69. *Supplicantium ritu obviam illi procedunt Græci quidam, quos superiores Persarum Reges in servitutem abstraxerant: circiter* IↃCCC. *numero erant.* Cujus numerum confirmat *Justin.* XI. 14. 11.

8. *Pedibus.* Sic Andronicus Imperator in Prusienses sæviit, *quorundam pedibus amputatis, nonnullis oculo dextro, & pede sinistro mutilatis.* Nicetas in Andron. 1. Avidius Cassius *desertoribus* quibusdam *crura incidit ac poplites.* Vulcat. in vita c. 4. V. *Freinshemium.*

9. *Auribus.* Et hic frequens fuit supplicii modus veteribus. Senec. de ira III. 17. *Lysimachus Telesphorum Rhodium amicum suum undique decurtatum, cum aures illi nasumque abscidisset, in cavea velut novum animal aliquod & insuetatum diu pavit: cum oris detruncati, mutilatique deformitas humanam faciem perdidisset.* Noster VII. 5. 40. V. *Briss. de regn. Pers.* II. 267. *Fabr. Semestr.* III. 19.

10. *Inurebantur* literæ sive notæ candenti ferro. Juven. XIV. 23.

Quoties aliquis tortore vocato
Uritur ardenti duo prop.er linteа ferro.

Nævius apud Priscian. VII.

Signare oportet frontem calida forcipe.

Inde stigmata appellat *focorum signa* Columella:

Deletura quoque est fronti data signa focorum.

Deinde illis atramentum infundebatur, quo eminerent magis, & se lectui præberent. Petron. c. 63. *Implevit Eumolpus frontem utriusque ingentibus literis.* Vetus pœna, & variis gentibus non ignota. V. *Lipsi. Elect.* II. 15. *Cujac. Observ.* VII. 13.

11. *Simulacra* i. monstra hominum, non homines, larvæ, umbræ, spectra, ob deformatam faciem, auribus, naribusque

ter vocem, poterat cognosci. Plures igitur lacrymas commovere, quam profuderant ipsi: quippe in tam multiplici variaque fortuna singulorum, intuentibus similes quidem, sed tamen dispares 12 pœna, quis maxime miserabilis esset, liquere non poterat 13. Ut vero *Jovem* illi *tandem Græciæ ultorem* 14 *aperuisse oculos* 15 conclamavere; omnes pari supplicio adfecti sibi videbantur. Rex, absterso, quas profuderat, lacrymis, *bonum habere animum* jubet; *visuros urbes suas, conjugesque*: & castra inde duo ab urbe stadia communit. Græci excesserant 16 vallo, deliberaturi; 8 9

que carentes, & stigmatis fœdatam. V. *Raderum.*

12. *Dispares. Par* esse dicitur, quod tantundem habet aut virium, aut magnitudinis, quamquam alia sit forma, aut specie: ut contra *simile*, quod eandem figuram habet, magnitudine *dispari*, puta, duobus angulis rectis, *pares* sunt qui triangulum constituunt, quamquam dissimiles, quadratum quadrato simile, quamquam possit esse *dispar.* Sic intelligenda sunt illa *Quintil.* X. 1. *Liv.* XLV. 43. Ita in hac miserorum turba *similis* erat omnium pœna, quippe mutilatio: sed tamen *dispar*, levius enim adflicti erant, qui aures puta, quam qui manus, pedesve, aut oculos perdiderant. Et quamquam revera erat calamitatis diversitas, tamen tristi hoc spectaculo subito effuso, non liquere poterat intuentibus, quis maxime esset miserabilis in tanta turba miserorum. Vult ergo Curtius: agmen hoc miserorum ipso conspectu movisse lacrymas procul visentibus: dein postquam propius suggressum, etiam clamorem cum sustulisset, mixtum commemoratione malorum suorum, & congratulatione vindictæ, sic tetigisse animos audientium, ut non secus afficerentur, ac si ipsi idem supplicium in suis corporibus pertulissent, & hoc est quod n. 8. dicit *omnes pari supplicio adfectos sibi visos.* V. *Freinshemium.*

13. *Liquere* i. liquido apparere, certum & manifestum esse. Cic. de Divin. I. *Quum id, de quo Panætio non liquet, reliquis solis luce clarius esse videatur.* Noster VII. 2. 24. X. 5. 26.

14. *Ultorem*, quod sceleratorum impia facta ulciscereturr. Ita & *Mars Ultor.* Ab Agrippa fanum Pantheon Jovi Ultori conditum fuisse tradit *Plin.* XXXVI. 15. V. *Raderum.*

15. *Aperuisse oculos*, ut qui tot annis cœcus visus fuerit, cum tamdiu Græcos a Persis vinci, & premi passus est. Tum *aperit* numen *oculos*, cum flagitia hominum per supplicia punit. V. *Raderum.*

16. *Excesserant vallo* i. castris tantisper egressi erant, ut in medium ponerent consilia, quod extra castra commodius videbantur facturi. V. *Raderum.*

17. De-

turi, quid potiſſimum a Rege peterent: quumque aliis *ſedes in Aſia rogare*, aliis *reverti domos* [17] placeret [18]; Euthymon Cymæus ita locutus ad eos ferrur: *Hi, qui modo ad opem petendam ex tenebris, & carcere* [19] *procedere erubuimus, ut nunc eſt, ſupplicia (quorum nos pudeat magis, an pœniteat, incertum eſt) oſtentare* [20] *Græciæ* [21] *velut latum ſpectaculum cupimus. At ii optime miſerias ferunt, qui abſcondunt* [22]: *nec ulla eſt tam familiaris infelicibus patria, quam ſolitudo, & ſtatus prioris oblivio. Nam qui multum in ſuorum miſericordia ponunt, ignorant, quam celeriter lacrymæ inareſcant* [23]. *Nemo fideliter diligit, quem faſtidit. Nam & calamitas querula eſt* [24]; *& ſuperba* [25] *felicitas. Ita ſuam quisque fortunam in conſilio habet* [26], *quum de aliena deliberat: & niſi mutuo* [27] *eſſemus miſeri, olim alius alii potuiſſemus eſſe faſtidio. Quid mirum eſt, fortunatos* [28] *ſemper parem quærere? Obſecro vos, olim vita defuncti, quæramus locum, in quo hæc ſemeſa* [29] *membra obruamus* [30]: *Ubi horribiles cicatrices celet exilium. Grati prorſus conjugibus, quas juvenes duximus, revertemur? Liberi in flore ætatis & rerum patres adgnoſcent* [31] *ergaſtuli* [32] *detrimenta* [33]? *Et quota pars noſtri tot obire terras poteſt? Procul Europa in ultima orientis relegati* [34], *ſenes, debiles, majore membrorum*

17. *Domos* i. in patriam, Infr. VI. 2. 17. VIII. 10. 9.

18. *Placeret* i. videretur. Cic. Divin. I. *Non placet hoc Stoicis.*

19. *Tenebris & carcere* i. tenebroſo carcere, ut *qualem pateris libamus & auro* i. pateris aureis. Virg. Georg. II. 192. *Arma virumque ferens* i. armatum virum Aen. XI. 746. *Ergaſtulum* n. 13. Plura invenies apud *Voſſ. Inſtit. Orat.* V. 4. 4.

20. *Oſtentare*, daar mede als pocchen.

21. *Græciæ* i. Græcis.

22. *Optime ferunt, qui abſcondunt.* Ita Cæcilius apud Gell. II. 23. *Is demum miſer eſt, qui ærumnam ſuam nequit occultare.* Senec. Thyeſt. II. 1. 148.

Tacere multis vitæ diſcitur malis.

Quibus addere poteris, quæ exhibet *Freinshemius.*

23. *Celeriter lacrymæ inareſcunt.* Cic. de Invent. I. *Commotis autem animis diutius in conqueſtione morari non oportebit. Quemadmodum enim dixit Rhetor Apollonius: lacryma nihil citius areſcit.* Partit. Orat. *Cito enim areſcit lacryma, præſertim in alienis malis.* Quod partim inde eſt, quia lacrymæ ſunt ſalſæ, cujusmodi calida ſunt: partim quia aliena mala non alte adeo in pectus deſcendunt, ut diu durent. V. *Voſſ. Inſt. Orat.* III. 6. 4.

24. *Querula.* Videtur expreſſum ex illo Cicer. Attic. XII. 40. *Scis, quam ſit φιλαίτιος & συμφορὰ* i. *querula calamitas.* Noſter VI. 10. 1. Tullius pro Sylla: *Difficile eſt tacere, quum doleas.* Cauſa eſt, quod ex *queſtu* quædam doloris levatio ſperatur. Cui addas illud Plin. Epiſt. VIII. 16. *Eſt quædam etiam dolendi voluptas: præſertim, ſi in amici ſinu deſleas, apud quem lacrymis tuis vel laus ſit parata, vel venia.* V. *Loccenium.*

25. *Superba*, quia moleſte fert obtundi ſe querelis miſerorum. V. *Freinshemium.*

26. *Suam quisque fortunam in conſilio habet* i. ſuam fortunam conſiderat, & ſecundum illam adverſus alios ſe gerit. Sic fere *metum in conſilio habere* dixit Liv. XXXVI. 7. *fortunam in conſilio habere* n. quo inclinatura eſſet. idem. XXXVIII. 8. *fortunam publicam in conſilio habere* Senec. de ira I. 11. *viribus* n. ejus *æſtimatis*, ut additur. Sic in l. 1. C. *qui & adverſ. quos non reſtituantur*, eleganter ait Imperator Alexander, *in conſilio cognoſcentis eſſe oportere* i. conſiderandum eſſe cognoſcenti, num diligens paterfamilias fuerit, &c. V. *Freinshemii Indicem.*

27. *Mutuo* i. invicem, *de een ſoo wel, als den anderen.* Cicer. Fam. X. 15. *Fac valeas, meque mutuo diligas*, gy my ſoo wel, als ick u.

28. Fortunatus *eſt ille, cujus ex ſalute non minor pene ad omnes, quam ad illum ventura ſit, lætitia pervenerit.* Cicer. pro Marcello. Vocat Cicero *fortunatos*, quos docti viri Græco ſermone dicunt εὐδαίμονας, cum tamen eosdem vulgus εὐτυχεῖς appellet. V. *Victor.* V. Lixxi. 12.

29. *Semeſa*, half verteert. Virg. Aen. III. 244. *ſemeſa præda* VIII. 297. *ſemeſa oſſa.*

30. *Obruamus* n. terra i. ſepeliamus. Quintil. Declam. 5. *quod ignotis cadaveribus humum congerimus.*

31. *Adgnoſcent* interogative. pro *adgnoſcentne*, ut *n.* 14. *tolerabimus* pro *tolerabimusne. Adgnoſcere* eſt ſuscipere, habere pro eo, quem ſe quisque fert. Juſtin. I. 5. 4. *Nepotem adgnovit.* Inde titulus *de adgnoſcendis liberis* Digeſt. XXV. 3. Noſter *n.* 20. V. & *Freinshemii Indicem.*

32. *Ergaſtuli* vox origine Græca eſt, etſi non flexu. *Locus erat, in quo vincti operantur*, ἐργάζονται. Gloſſæ Philoxeni. Habuere illa Aegyptii, Medi, Romani. Fines agri cultio, molitura, lapidum cæſura, aquæ hauſtio. Locus non fuit in oppidis, ſed in villis, & quidem ſubterraneus, depreſſus, ſedibus & anguſtis feneſtris diſtinctus, prorſus ad carceris formam. Incola dicebatur *ergaſtulus*, ut cuſtos *ergaſtularius.* Quindecim conſiciebant *ergaſtulum* vincti, & inſcripti, & ſemiraſi. Quæ ſingula pluribus ſcriptorum teſtimoniis explicat *Lipſ. Elect.* II. 15.

33. *Detrimenta* i. qui *detriti* ſumus in ergaſtulis. Tales Plaut. Moſt. II. 1. 9. dicuntur *ferritribaces viri.* Trin. IV. 3. 14. *ferriteri*, & carcer ipſe *ferriterium* Moſt. III. 2. 55.

34. *Re-*

brorum parte mutilati, tolerabimus scilicet, quæ armatos,
15 *& victores fatigaverunt. Conjuges deinde, quas captis*
sors & necessitas unicum solatium adplicuit, parvosque libe-
16 *ros, trahimus nobiscum, an relinquimus. Cum his venien-*
tes nemo adgnoscere volet. Relinquemus ergo extemplo
præsentia pignora, quum incertum sit, an visuri simus ea,
quæ petimus? Inter hos latendum est, qui nos miseros nosse
17 *cœperunt.* Hæc Euthymon. Contra Theætetus Athenien-
sis orsus est dicere: *Neminem pium habitu corporis suos æstimaturum; utique sævitia hostis, non natura*
calamitosos [35]. *Dignum esse omni malo, qui erubesceret*
fortuita: tristem enim de mortalitate ferre sententiam; &
desperare misericordiam, quia ipse alteri denegaturus sit.
18 *Deos, quod ipsi nunquam ausi optare forent; offerre pa-*
triam, conjuges, liberos, & quicquid homines vel vita
19 *æstimant, vel morte redimunt. Quin illi ex hoc carcere*
erumperent, alium domi [36] *esse cœli haustum, alium lu-*
cis adspectum: mores, sacra, linguæ commercium [37] *etiam*
a barbaris expeti; quæ ingenita [38] *ipsi omissuri sint sua sponte;*

34. *Relegati* i. separati. Cic. Offic. III. *Pater filium ab hominibus relegavit, & ruri habitare jussit.* Noster VI. II. 3. IX. 2. 9.

35. *Sævitia non natura.* Aristot. Eth. III. 5. *Nemo oculis per naturam, morbum, aut vulnus hostile privato, aliove corporis vitio laboranti probrum objicit; sed misericordia potius commovetur. Cui autem ex vinolentia, aut alia intemperantia hoc evenerit, is culpatur ab omnibus.*

36. *Alium domi esse cœli haustum* in *l.* 23. *Cod. de pœn.* ita imitatione expressum est: *Privati auræ communis haustu, & lucis adspectu.* Ubi de carcere detentis sermo est. Quamvis Solum patrium forte asperius, & cœlum non satis clemens alicui contigerit, tamen secundum proverbium: *Domus chara, domus optima.* V. *Loccenium.*

37. *Linguæ commercium*, gemeenschap van taele. Plin. Paneg. *Diversas gentes miscere commercio linguæ. Lingua communis* Liv. XXVIII. 12. Noster VI. 3. 8. VII. 5. 33. *Commercium* est libera contrahendi facultas, dicta ab iis, qui merces ultro citroque convehunt, & distrahunt. Cicer. Verr. V. *Commercium in agro Segestano nemini est.* Inde dicitur pro quavis consuetudine, & usu. Cicer. de Senect. *Voluptas nullum habet cum virtute commercium.* Noster VI. 10. 23. VII. 3. 5. VIII. 9. 19.

38. *Ingenita.* Hoc suadet Theætetus, non esse deserenda patria & *ingenita* bona, cum etiam barbari, quibus nativa non sunt, ea

te; non ob aliud tam calamitosi, quam quod illis carere
coacti essent. Se certe rediturum ad Penates, & in patri- 20
am; tantoque beneficio Regis usurum: si quos contuber-
nii [39], *liberorumque, quos servitus coegisset adgnoscere,*
amor detineret; relinquerent [40], *quibus nil patria carius*
est. Pauci hujus sententiæ fuere: cæteros consue- 21
tudo, natura potentior [41], vicit. Consenserunt, *petendum esse a Rege, ut aliquam ipsis adtribueret sedem.*
Centum ad hoc electi sunt: quos Alexander ratus, 22
quod ipse præstare cogitabat, petituros: *Jumenta*, inquit, *adsignari, quæ vos veherent: & singulis vestrum*
mille denarium [42] *dari jussi. Quum redieritis in Græciam,*
præstabo, ne quis statum suum, si hæc calamitas absit, ve-
stro credat esse meliorem. Illi obortis lacrymis, terram 23
intuebantur [43], nec aut erigere vultus, aut loqui audebant: tandem Rege tristitiæ causam exigente, Euthymon similia iis, quæ in consilio dixerat, respondit. Atqui ille non fortunæ solum eorum, sed 24
etiam pœnitentiæ [44] misertus; *terna millia denarium*

ea summopere appetant. Ita noster *ingenitam venerationem* dixit III. 6. 17. Ita *ingenita odia* Senec. Benef. V. 16. *ingenitum decus* Rutil. Itiner. I. 7. *ingenitam curiositatem* Apul. Milet. IX. V. *Freinshemium.*

39. *Contubernium*, non conjugium erat inter captivos, & servos. Petron. c. 56. *Contubernalis mea mihi fastum facit.*

40. *Relinquerent* i. demitterent, abire sinerent domum.

41. *Consuetudo, natura potentior.* Ita quoque Claudian. Consul. Mall. II. 185.

Nec me, quid valeat natura
fortior usus,
Præterit.

Plin. Præf. XXXIII. *Didicit homo naturam provocare.* Heliod. III. *Ars etiam naturam novit cogere.* V. *Freinshemium.*

42. *Mille denarium* i. centum Philippeos. V. *Raderum.*

43. *Terram intuebantur*, ut solent, quos fortunæ suæ pœnitet, pudetve. Sic apud Liv. XLV. 8. *Perseus terram intuens, diu tacitus flevit.* Noster VI. 9. 1. V. *Raderum* & *Freinshemium* ad VI. 9. 1.

44. *Pœnitentiæ*, qua, cum antea reditum in patriam maluerant, nunc accuratiori sortis suæ contemplatione sententiam mutaverant. Cujus causam exponit Diodor. XVII. 69. *Rex, prout magnificentia sua dignum foret, honoratis reditum in patriam curaturum promittit. At illi inter se congressi, habito consilio, illic permanere satius esse, quam in patriam reverti judicant. Restitutos*

um 45 *singulis dari* jussit: denæ vestes 46 adjectæ sunt, & armenta 47 cum pecoribus, ac frumento data: ut coli, serique adtributus iis ager posset.

tutos enim se, huc illuc dispersum, & quamdiu superfuerint, ignominiosis ob hanc fortunæ iniquitatem ludibriis adfectum iri. At si in communi versantes calamitate simul degant, ex similitudine alieni infortunii suæ miseriæ percepturos solatium arbitrantur. Justin. XI. 14. 12. *Data potestate redeundi, agros accipere maluerunt: ne non tam gaudium parentibus, quam detestandum sui conspectum reportarent.*

45. *Terna millia denavium* i. trecentos Philippeos. Summa duodecies centena millia Philippeorum, sive decies sexies centena millia florenorum. *Diod.* XVII. 69. *ter millenas unicuique drachmas* donatas dicit, sed *drachmæ* Græcorum ad unguem respondent *denariis* Latinorum, ex quibus eadem sors & summa conficitur. V. *Raderum.*

46. Denæ vestes. *quinas stolas viriles, & totidem femineas* dicit Diodor. XVII. 69.

47. *Armenta* V. IX. 2. 16. Diodor. XVII. 69. *Bina boum paria, & oves quinquagenas, totidemque medimnos tritici.*

CAP. VI.

ARGUMENTUM.

Persepolim & Persagadum occupat, & diripit, interiorem Persidis regionem vastat, & Mardos subigit Alexander.

1 POstero die convocatos duces copiarum docet; *nullam infestiorem urbem Græcis esse, quam regiam veterum Persidis Regum. Hinc illa immensa agmina infusa* 1: *hinc Darium prius; deinde Xerxem Europæ impium* 2 *intulisse bellum. Excidio illius parentandum* 2 *esse majoribus*

INfusa i. immissa, *sive ingevallen.* Flor. III. 21. 6. *Geminum agmen urbi infudit.* Cic. Fam. IX. 15. *Quum in nostram urbem est infusa peregrinitas. Inducere* II. 2.

2. *Parentandum esse*, der afgestorvenen gedachteniſſe houden. Instr. VII. 2. 29. IX. 5. 20. *Parentare* proprie est epulas ad monumentum ferre. V. *Guther. jur. Man.* II. 12. Quam inane hoc

ribus 3. *Famque Barbari, deserto oppido, qua quemque metus agebat, diffugerant:* quum Rex phalangem nil contatus inducit. Multas urbes, refertas 4 opulentia regia, partim expugnaverat; partim in fidem acceperat: sed urbis hujus divitiæ vicere præterita. In hanc totius Persidis opes congesserant 5 Barbari. 3
Aurum, argentumque cumulatum erat: vestis 6 ingens modus 7: supellex non ad usum modo, sed ad ostentationem 8 luxus comparata 9. Itaque inter ipsos 4
victores ferro dimicabatur, pro hoste erat, qui pretiosiorem occupaverat prædam: & quum omnia, quæ reperiebantur, capere non possent; jam res non occupabantur 10, sed æstimabantur. Lacera- 5
bant regias vestes, ad se quisque partem trahentes: dolabris 11 pretiosę artis vasa cædebant: nihil neque in-

hoc fuerit, docebit *Arrianus.*

3. *Majoribus* Græcorum, quos vexaverant.

4. *Refertas* i. plenas. Cic. pro Sext. *Corporibus civium Tiberim repleri, cloacas referciri.* Noster VII. 5. 18.

5. *Congesserant* i. coacervaverant. *Congerere* est simul gerendo aliquo conjicere, & cumulare. Inde *avium congestus* est, cum aves ad nidum construendum festucas, herbas, floccosque *congerunt.* Virg. Ecl. III. 69.

Aereæ quæ congessere palumbes.

Noster V. I. 10. VII. II. 1. VIII 10. 17: 14. 38. V. *Turneb.* V. 19. XXI. 2.

6. Vestes *pretiosissimæ, aliæ purpura infectæ, aliæ texturis aureis variegatæ, ingenti numero victoribus in præmium cedere.* Diodor. XVII. 70.

7. *Modus* i. copia. Sueton. Calig. c. 38. *taxato modo summæ.* Frontin. Stratag. II. 5. 12. *Maharbal magnum vini modum mandragora permiscuit.* Noster *n.* 8. VI. 4. 21. V. *Freinshemii Indicem.*

8. *Ostentationem* i. ostensionem. Petron. c. 18. *Lacrymas ad ostentationem doloris paratas.* Ita Samnites *aureis & argenteis armis, discolori veste, usque ad ambitum armatos* dicit Flor. I. 16. 7.

9. *Comparata* i. instructa, adornata. Cic. Verr. III. *Magnifice convivium comparat.*

10. *Non occupabantur, sed æstimabantur.* In direptionibus proxima quæque invaduntur, metu, ne cunctando amittatur opportunitas rapiendi, dum cæteri impigre, quæ possunt, sibi vindicant. At in tanta rerum copia, cum viderent plus esse prædæ, quam ut omnis asportari posset, elegerunt pretiosiora, dispexeruntque, ne frustra se vilibus sarcinis onerarent. Ita factum & III. 13. 11. V. *Freinshemium.*

11. *Dolabras* militares nunquam alia significatione reperio,

intactum erat, neque integrum ferebatur [12]: abrupta simulacrorum membra, ut quisque avellerat [13], trahebat. 6 Neque avaritia solum, sed etiam crudelitas in capta urbe grassata est [14]: auro, argentoque onusti vilia [15] captivorum corpora trucidabant; passimque obvii cædebantur, quos antea pretium sui miserabiles fecerat. 7 Multi ergo hostium manus voluntaria morte occupaverunt; pretiosissima vestium [16] induti, e muris semet ipsos cum conjugibus ac liberis in præceps jactantes. Quidam ignes, quod paulo post facturus hostis videbatur, subjecerant ædibus, 8 ut cum suis vivi cremarentur. Tandem *suis* [17] Rex *corporibus* [18] *& cultu feminarum, abstinere* jussit. Ingens pecuniæ captivæ [19] modus traditur, prope ut

quam ut commode de ferramentis accipias, quæ nostrates *Pickel* vocant, validò, & subinde attenuato rostro, donec in acutum mucronem exeat, terræ præcipuè effodiendæ, tum etiam muris penetrandis apto. Est ergo instrumentum, quo imprimis utuntur fossores: unde Corbulonis apophthegma, *hostem dolabra vincendum esse* i. operibus, ut explicat Frontin. Stratag. IV. 7. 2. Flor. IV. 10. 10. *Quum argentum ejus passim dolabris concideretur.* Noster *n.* 14. IX. 5. 10. Etiam cum iis *cæsas sylvas* dicit Noster VIII. 4. 11. Non enim secando truncos, sed eruendo eas radicitus, strataſ intelligo. V. *Freinshemii Indicem.*

12. *Ferebatur* i. auferebatur.

13. *Avellerat* i. abruperat, abscideraſ. Cic. de Senect. *Poma ex arboribus, si cruda sunt, avelluntur: si matura, decidunt.*

14. *Grassata est* i. sæviit. Festus: *Grassari antiqui ponebant pro adulari. Grassari autem dicuntur latrones vias obsidentes. Gradi siquidem ambulare est, unde tractum grassari, videlicet ab impetu gradiendi.* Cic. de Fat. *Hoc enim modo viator quoque bene vestitus, causa grassatori fuisse dicitur, cur ab eo spoliaretur.* Hinc *grassari*, sævire. Flor. I. 7. 4. *Sed ipse in senatum cædibus, in omnes superbia grassatus.*

15. *Vilia.* V. VI. 9. 19. §. 27.

16. *Pretiosissima vestium.* V. V. 9. 1. §. 5.

17. *Suis* i. sui juris, & liberis. Plaut. Perſ. IV. 3. 3.

Ita ancilla mea, quæ fuit hodie, sua nunc est.

Men. V. 7. 55.

Quando suus factus sit, a me argentum petit.

Ad eundem modum Perſ. V. 88.

Meus a prætore recessi.

V. *Gronov. in Liv.* XXVI. 1. 24.

18. *Corporibus* in universum, feminarum, & virorum. V. *Freinshemium.*

19. *Captivæ* i. ex hoste captæ. Virg. Aen. II. 765. *captiva vestis.* VII. 184. *captivi currus.* Noster VIII. 7. 11.

20. *Cen-*

ut fidem excedat. Cæterum aut de aliis quoque dubitamus; aut credimus, in hujus urbis gaza fuisse centum & viginti millia talenta [20]: ad quæ vehenda (namque ad usus belli [21] secum portare decreverat) *jumenta, & camelos* [22] *a Susis & Babylone contrahi* jussit. Accessere ad hanc pecuniæ summam captis Persagadis [23] sex millia talentorum. Cyrus Persagadum urbem condiderat, quam Alexandro præfectus ejus Gobares [24] tradidit. Rex arcem Persepolis, III millibus *relictis *Nicarthidem tueri* qui gazam tradiderat, servatus est honos, quem apud Darium habuerat: magnaque exercitus parte, & impedimentis ibi relictis, Parmenionem Craterumque præfecit. Ipse cum mille equitibus, pedi-

9 10 11 12

tum-

20. *Centum & viginti millia talenta* i. septingenties vicies centena millia Philippicorum, seu aureorum, seu coronatorum (nam hæc vocabula promiscue hac in re usurpantur.) Quibus si addas quinquaginta millia talentum Susis excepta, prodibunt millies & vicies centena millia. Quibus junctis, si insuper addas sex millia talentum i. tricies sexies centena millia Philippicorum, quæ *n.* 10. ex Persagadis cepit, conficient millies quinquagies sexies centena millia, vulgo centum & quinque milliones cum sexcentis millibus aureorum. V. *Gronovium.*

21. Ad usus belli *necessarios illius pecuniæ partem auferre, partem Susis deponere, ut ibi custodirentur,* asserit *Diodor.* XVII. 71.

22. *Jumenta & camelos.* Diod. XVII. 71. *Mulos, tum dossuarios, tum jugales, magno numero, & cum his CIↃ. CIↃ. CIↃ. camelos clitellarios.*

23. *Persagadas* a Persepoli non longe sitas fuisse oportet. Strabo enim tradit XV. 484. Alexandrum Magnum statim a Persepoli adisse *Pasargadas.* Et idem in extremis finibus Persidis Persepolim ponit ad orientem. Ergo non longe inde *Persagadæ.* Hoc vero verum nomen esse, facile credent, qui Hebraicam linguam a primo saltem limine salutarunt, viam prælucente etymo, nam *Persarum castra* significat, quod bello Cyri contra Astyagem, ibi Persarum castra fuissent. V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 201. & *Freinshemium.*

24. *Gobaris* hujus nulla alibi est mentio. V. *Raderum* & *Rutgers. V. L.* III. 4.

25. *Arcem*, cum satis ampla, & spatiosa esset, triplici muro cinctam fuisse refert *Diod.* XVII. 71. quorum I. *structuris sumptuosissimis eductus erat, & altitudinem habebat sedecim cubitorum, propugnaculis suis exornatus.* II. *cæteris quidem operibus primo similis,*

tumque expedita manu, interiorem Perſidis manum, ſub ipſum Vergiliarum [26] ſidus, petiit: multisque imbribus, & prope intolerabili tempeſtate vexatus, procedere tamen, quo intenderat [27], perſeveravit. 13 Ventum erat ad iter perpetuis obſitum [28] nivibus, quas frigoris vis [29] gelu adſtrinxerat [30]. Locorum ſqualor, & ſolitudines inviæ fatigatum militem terrebant, *humanarum rerum* [31] *terminos ſe videre* credentem. Omnia vaſta, atque ſine ullo humani cultus veſtigio adtoniti intuebantur: & *antequam lux quoque & cœlum ipſos deficerent*, reverti jubebant. 14 Rex caſtigare territos ſuperſedit [32]: cæterum ipſe equo deſiliit, pedesque per nivem, & concretam [33] glaciem ingredi cœpit. Erubuerunt non ſequi,

milis, ſed bis tanto altior exſtitit. III. *formam habuit quadratam, & ad ſexaginta cubitorum altitudinem ſurrexit, ex lapide duriſſimo, & ad durationem perpetuam accommode coagmentatus. In unoquoque laterum æneæ erant portæ, & æneæ juxta valli viginti cubitorum: quorum hi ad terrorem adſpectu injiciendum, illæ ad firmiorem loci munitionem conſtructæ erant.* V. & *Briſſon. de regn. Perſ.* I. 47.

26. *Vergiliarum* ſeu Plejadum occaſum Curtius intelligit: nam quando Sol cum ſcorpione adſcendit, taurus cum Plejadibus ſuis & ſuculis deſcendit, & hyemem inchoat. Eſt enim Taurus Scorpioni oppoſitus. Plin. II. 47. *Vergiliarum occaſus hyemem inchoat, quod tempus in* III. *Id. Novemb. incidere conſuevit.* Et cum Curtio mire facit hæc explicatio *Vergiliarum* occidentium. Quæ enim hic ab Alexandro geſta narrantur, per hyemem facta teſtantur hic *n.* 12. & 14. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

27. *Intenderat* i. propoſuerat. Terent. Andr. IV. 1. 18. *Repudio conſilium, quod primum intenderam.* Ubi Donatus: *Verbum a venatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras captandas.*

28. *Obſitum* i. plenum. Locum frugibus, aut ſentibus *obſitum*, iis plenum dixiſſe veteres docet *Turneb.* XXIV. 40. Noſter *n.* 15. VI. 6. 23.

29. *Frigoris vis* i. frigus multum & maximum. Cicer. Offic. II. *Tecta, quibus frigorum vis pelleretur.* Noſter VIII. II. 8: 3. 13.

30. *Adſtrinxerat* i. contraxerat, compreſſerat. Celſ. II. 30. *Labor adſtringet alvum.* Noſter VIII. 4. 6. VII. 3. 13.

31. *Humanarum rerum* i. orbis, naturæ, *het eynde van de werelt.* Noſter X. 2. 9.

32. *Superſedit* i. omiſit, abſtinuit. Cic. Fam. IV. 2. *Ita cenſeo facias, ut ſuperſedeas hoc labore itineris.* Verebatur enim, ne id fruſtra faceret Alexander.

33. *Concretam* i. frigore con-

ſequi, primum amici, deinde copiarum duces; ad ultimum milites. Primusque Rex dolabra glaciem perfringens, iter ſibi fecit: exemplum Regis ceteri imitati ſunt. Tandem propemodum invias ſylvas 15 emenſi, humani cultus rara veſtigia, & paſſim errantes [34] pecorum greges reperere: & incolæ, qui ſparſis tuguriis habitabant, quum ſe callibus inviis ſeptos eſſe credidiſſent; ut conſpexere hoſtium agmen, interfectis, qui comitari fugientes non poterant; devios montes, & obſitos nivibus petiverunt. Inde per colloquia captivorum paulatim feri- 16 tate mitigata, tradidere ſe Regi; nec in deditos gravius conſultum. Vaſtatis deinde agris Perſidis, vi- 17 cisque compluribus redactis in poteſtatem; ventum eſt in Mardorum [35] gentem bellicoſiſſimam, & multum a cæteris Perſis cultu vitæ abhorrentem. Specus in montibus fodiunt, in quos ſeque, ac conjuges & liberos condunt: pecorum, aut ferarum carne [36] veſuntur. Ne feminis quidem pro naturæ ha- 18 bitu

denſatam. Flor. IV. 12. 18. *Concretus gelu Danubius*, bevroren. Noſter VIII. 4. 6. qui *adſtrictum gelu* dixit *n.* 13.

34. *Errantes* i. libere paſcentes. Virg. Ecl. I. 9. VI. 40. *Errare* proprie eſt vagari; deſcendit enim ab ἐρέειν. *Gell. N. A.* XVI. 12. i. cum difficultate ire. Quia vero pecudes *errando* i. vagando paſcuntur, *errare* pro paſci uſurpatur.

35. *Mardos* deſcribit Noſter VI. 5. 11. & tradit Alexandrum tum primum illos invaſiſſe: nec tamen a ſe diverſus abit, nec per incuriam uno tempore geſta diviſit. Plura enim olim genera *Mardorum* exſtiterunt. Alii Hyrcaniæ confines, de quibus noſter libro ſexto: alii Perſarum fuerunt accolæ, de quibus Noſter hoc agit loco. Hos tradit Herod. I. 87. *Alii Perſæ hi ſunt, Panthelæi, Deruſiæi, Germani: atque hi omnes aratores. Alii vero pecuarii, Dai, Mardi, Dropici, Sagartii.* & Arrian. Indic. p. m. 586. *Quemadmodum & Mardi Perſas accolunt.* Hos intelligere Curtium docent ſequentia: *& multum a cæteris Perſis cultu vitæ abhorrentem.* V. *Blanck. in Arrian. p.* 219.

36. *Carne* tantum, absque pane, quem carni ſolent addere populi aratores. Hoc modo victitaſſe olim Germanos refert Cæſar B. G. VI. 22. I. *Agricultura non ſtudent; majorque pars victus eorum lacte, & caſeo, & carne conſiſtit.* V. *Freinshemium.*

bitu molliora[37] ingenia sunt: comę prominent[38] hirtæ: vestis super genua: funda vinciunt frontem[39]; 19 hoc & ornamentum capitis, & telum est. Sed hanc quoque gentem idem fortunæ impetus domuit. Itaque trigesimo die, posteaquam a Persepoli profectus 20 erat, eodem rediit. Dona deinde amicis, cæterisque pro cujusque merito dedit: propemodum omnia, quę in ea urbe ceperat, distributa.

37. *Molliora* i. *mitiora* III. 2. 17.

38. *Prominent* i. ultra eminent. Plin. XI. 37. *Elephanto intus ad mandendum quatuor dentes, præter eos, qui prominent.* Nosler IX. 10. 5.

39. *Frontem.* Ita de Balearibus Diodor. V. 18. *Armatura ipsorum tres fundæ, quarum primam in capite gerunt, alteram ventri circumtexunt, tertiam manibus tenent.*

CAP. VII.

ARGUMENTUM.

Persepolim ab ebria Thaide impulsus incendit ebrius, Lycium ducem præmio luculento onerat, & Darium novis militibus auctus persequi statuit Alexander.

1 Cæterum ingentia animi bona[1]; illam indolem, qua omnes Reges anteceſſit; illam in subeundis[2] periculis constantiam; in rebus moliendis efficiendisque velocitatem[3]; in deditos fidem; in captivos clementiam; in voluptatibus permissis quoque & usitatis temperantiam[4]; haud tolerabili

Animi bona hæc rursus denarrantur X. 5. 26-32.

2. *Subeundis* i. adeundis, ferendis. Cic. pro Sext. *Licet omnia in me pericula impendeant, succurram, atque subibo.*

3. Velocitas *corporis celeritas appellatur.* Cic. Tusc. IV. Fronto: *Vigor est in elatione animi, velocitas in celeritate corporis.* Nosler VII. 7. 7. 4. 14.

4. Temperantia *est, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiendis, rationem ut sequamur, monet.* Cic. Fin. I. Invent. II. *Temperantia est rationis in libidinem &*

rabilis vini cupiditate fœdavit. Hoste & æmulo[5] regni reparante tum quum maxime[6] bellum; nuper subactis, quos vicerat, novumque imperium aspernantibus, de die[7] inibat convivia, quibus feminæ[8] intererant: non quidem quas violari nefas esset; quippe pellices licentius, quam decebat, cum armato vivere adsuetæ. Ex his una Thais[9], & ipsa 3 temulenta[10] *maximam apud omnes Græcorum initurum gratiam* adfirmat, *si regiam*[11] *Persarum jussisset incendi: exspectare hoc eos, quorum urbes Barbari delessent.* Ebrio

& alios non rectos impetus animi firma, & moderata dominatio.

5. *Æmulo* i. competitore. Justin. XI. 2. 3. *Æmulum imperii Caranum interfici curavit*; qui *participem* dicit VIII. 3. 10. *Quos Philippus veluti participes regni interficere gestiebat.* Alexandri *æmulus* dicitur Darius, non quod Macedoniam appetiverit, sed quia, Alexandro Asiam tenente, quam maxime instaurabat bellum contra Alexandrum, ut sibi ereptam repeteret Asiam.

6. *Tum quum maxime* admodum extendit orationem: q. d. si unquam reparando bello incubuit, tum præcipue summis viribus, *quam maxime* id egit. Frontin. Stratag. II. 9. *Consilium, quod tum quum maxime habebant Barbari.* III. 11. *Sacrificio maxime occupato.* Liv. XXX. 17. *A vestro præsidio nunc quum maxime patimur.* Nosler III. 4. 14. VI. 6. 10. V. *Freinshemii Indicem.*

7. *De die convivia.* V. VI. 2. 2.

8. *Feminas in convivium* ducere Græcis turpe fuisse habitum docet Nep. præf. n. 7. *Quod multo sit aliter in Græcia. Nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum.* Sic Lampsaci in convivio apud Philodamum, cum Rubrius filiam ejus intro vocari juberet; ille negavit *moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.* Cic. Verr. I. V. *Freinshemium.*

9. Thais *genere fuit Attica. Admirationem præcipue meretur, quod sacrilegum Xerxis Persarum Regis facinus in arcem Athenienſium designatum unica muliercula, violatæ urbis civis, post multos tandem annos per lusum, eodem cladis genere ulta fuit.* Diodor. XVII. 72.

10. *Temulenta* i. *ebria* n. 4. Plin. XIV. 13. *Cato ideo propinquos feminis osculum dare jussit, ut scirent, an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat erat, unde & temulentia appellata.*

11. Regiam *Persarum incendit, suadente interim Parmenione, ut intactam eam servaret, tum quod pulchrum non esset possessiones virtute sua partas disperdere, tum quod Asiaticos minus benevolos ob id factum esset habiturus, existimaturos illum Asiam retinere nolle, sed ea debellata recessurum. Alexander se Persarum facinus ulciſci velle respondit, quod quum in Græciam cum exercitu venissent, Athenas subverterant,*

4 Ebrio ſcorto de tanta re ferente ſententiam; unus & alter, & ipſi mero [12] onerati, adſentiunt. Rex quoque fuit avidior, quam patientior: *Quin igitur ulciſcimur* 5 *Græciam, & urbi faces ſubdimus?* Omnes incaluerant [13] mero: itaque ſurgunt temulenti ad incendendam urbem, cui armati pepercerant. Primus [14] Rex ignem regiæ injecit; tum convivæ, & miniſtri, pellicesque. Multa cedro ædificata erat regia: quæ 6 celeriter igne concepto, late fudit incendium. Quod ubi exercitus, qui haud procul urbe tendebat, conſpexit; fortuitum [15] ratus, ad opem ferendam con- 7 currit. Sed ut ad veſtibulum regiæ ventum eſt; vident Regem ipſum adhuc adgerentem faces. Omiſſa igitur, quam portaverant, aqua, aridam ma- 8 teriam in incendium jacere cœperunt. Hunc exitum habuit regia totius Orientis, unde tot gentes ante jura petebant: patria tot Regum: unicus quondam Græciæ terror: molita mille navium claſſem, & exercitus, quibus Europa inundata eſt, contabulato

templaque incenderant, aliaque multa in Græcos perpetrarant. Cæterum neque mihi prudenter hoc ab Alexandro factum videri poteſt, neque ulla de veteribus Perſis hac ratione ultio ſumpta fuiſſe. Arrian. III. 202.

12. *Mero* i. vino, cui nihil erat admixtum. Hoc inde dictum, quod tale *vinum merum* diceretur. Non. IV. 295. *Tu non inſanis, qui tibi vino corpus corrumpis mero.* Inde *meracas uvas* dixit Prop. II. 24. 14. ex quibus *merum vinum* exprimitur. Noſter *n.* 5. VII. 4. 7. VIII. 1. 22.

13. *Incaluerant mero* i. ebrii erant facti. Tacit. Ann. XI. 37. 2. *Claudius ubi vino incaluit.* Horat. Od. III. 21. 12.

Sæpe mero caluiſſe virtus.

Noſter VIII. 1. 22.

14. *Primus.* Diodor. XVII. 72. *Diſcurrente hoc ſermone inter juvenes, præeundum ſibi quiſpiam exclamat. Hanc vocem lætis clamoribus excipiunt alii: Soli tamen Alexandro facinus hoc convenire dictitant. Excitato igitur his verbis Rege, quotquot erant, intermiſſa compotatione, exſiliunt, & victricem Libero patri comeſſationem ſe agere profitentur. Extemplo ingens facum numerus coit, & aſſumtis, quæ tum aderant, feminis Muſicis, Rex duce Thaide meretricula, cum cantu, tibiisque & fiſtulis ad ſaltationem proceſſit. Illa vero a Rege prima faculam ardentem regiæ injicit.* Qualia & apud Plutarchum leguntur *Alex. f.* 250.

15. *Fortuitum* i. caſu accidiſſe. *Fortuitum contubernium* Phædr.

11.




RUDERA REGIAE PERSEPOLIS
Joh. vanden Avele fecit Aquafortis

lato[16] mari molibus, perfossisque montibus[17], in quorum specus fretum[18] immissum est. Ac ne 9 longa quidem ætate[19], quæ excidium ejus secuta est, resurrexit[20]. Alias urbes habuere[21] Macedonum[22] Reges, quas nunc habent Parthi. Hujus vestigium[23] non inveniretur, nisi Araxes[24] amnis ostendisset.

II. 5. 4. quod casu nacta erat feles. Noster VIII. 10. 14. & 17.

16. *Contabulato* i. pontibus ex tabulis juncto. Ita de Caligula Sueton. c. 19. *Scio plerosque existimasse, talem a Cajo pontem excogitatum æmulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulaverit.* Historiam narrabit *Herod.* VII. 510.

17. *Montibus* Atho n. Thraciæ monte ingenti ac nobili, & ad mare pertingenti. Hunc perfodit Xerxes jactantiæ gratia, potentiæ ostentandæ cupidus, ac memoriæ suæ relinquendæ. Nam quum liceret nullo negotio naves per Isthmum transportare, jussit Isthmum intercidi, ad mare recipiendum, in fossam tantæ latitudinis, ut duæ triremes pariter illac agitari possent. V. *Herod.* VII. 506. 507. *Mel.* II. 2. *Catul.* LXVI. 23.

18. Fretum, *quo montem Athon Xerxes Rex Persarum continenti abscidit, in longitudine fuit passuum mille quingentorum.* Plin. IV. 20. Unde *mare* vocat *Cat.* LXVI. 23.

19. *Longa ætate*, quadringentorum circiter annorum ab Alexandro ad Curtium. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

20. *Resurrexit* i. instaurata est. Paterc. I. 7. 4. *Vix crediderim, tam mature tantam urbem crevisse, floruisse, concidisse, resurrexisse.* Prop. IV. 1. 36.

Dicam Troja cades, & Troica Roma resurget.

Noster IV. 4. 21. Qui urbes dicantur *nasci, vivere, ægrotare, mori, revivisceré*, pluribus docent *Fab. Semest.* I. 9. *Schott. Nod. Cicer.* IV. 7.

21. *Habuere* i. habitavere, possedere. Salust. Catil. c. 6. *Urbem Romam condidere, atque habuere Trojani. Tenere* Noster V. 8. 1.

22. *Macedonum*, quod de successoribus Alexandri intelliges, non qui *Macedoniam*, sed qui has terras tenuerunt, usque ad Arsacis tempora, i. de Nicatore Seleuco, Antiocho Seleuci, Seleuco Antiochi, a quo defecere Parthi. V. *Freinshemium.*

23. *Vestigium non inveniretur.* Flor. I. 12. 11. *Hoc tunc Vejentes fuere: nunc fuisse quis meminit? quæ reliquiæ? quodve vestigium? Laborat annalium fides, ut Vejos fuisse credamus.* Joseph. Bell. Jud. VII. 18. *Alium vero ambitum civitatis ita complanavere diruentes, ut qui ad eam accessissent, habitatam aliquando esse vix crederent.* Noster VII. 5. 33. V. *Freinshemium.*

24. *Araxes.* Quis non crederet de notissimo illo *Araxe* Armeniæ, de quo sæpius loquitur, Curtium & hic loquutum, qui Armeniam a Mediæ Atropatene dividit, & in mare Caspium conditur.

ostenderet. Haud procul mœnibus fluxerat, inde urbem fuisse xx. stadiis distantem, credunt ma-
10 gis, quam sciunt accolæ. Pudebat Macedones tam præclaram urbem a comessabundo [25] Rege deletam esse. Itaque res in serium versa est; & imperaverunt sibi, ut crederent, *illo potissimum modo fuisse de-*
11 *lendam.* Ipsum, ut primum gravatam ebrietate mentem quies reddidit [26], pœnituisse [27] constat, & dixisse; *majores pœnas Persas Græcis daturos fuisse, si ipsum*

ditur. De illo tamen accipi non potest, omnibus consentientibus, Alexandrum subacta Mesopotamia ac Babylonia per fines Susianorum Persidem ingressum esse, ibique regni Persici caput Persepolim urbem solo æquasse. *Araxes* igitur hic amnis Persidis fuit, de quo *Strab.* xv. 484. *In Araxem ex Paræacis descendentem Medus influit, ex Media delatus. Hi per convallem rerum omnium feracem, & Carmaniæ junctam deferuntur, & orientalibus regionis partibus, quemadmodum & Persepolis.* Sed quis ille *Araxes*, tam innominatus, illaudatusque cæteris scriptoribus? Ptolomæus, Marcianus Heracleota, & Ammianus Ῥωξόμανιν vocant fluvium, cui adposita erat Persepolis. Eum esse ausim dejerare, qui Arriano dictus est Ῥώγανις. Possum utique etiam audacter affirmare Ῥώγανιν & Ἀραξην eundem esse, & Ῥώγανιν illum quosdam vocasse Ἀράξην. Idem enim Ῥώγανις significat, quod Ἀραξης. Græce ῥωγὴ idem quod ῥῆξις, ruptura, fractura. Quasi Ῥώγανις fluvius inde appellationem sortitus esset, a perrumpendis obicibus, Alexandri comites alio nomine, quod idem significat, videntur eum Ἀραξην indigitasse. Nam Ἀραξης ἀπὸ τοῦ ἀραξαι, quod est perfringere, & perrumpere, προσρήξασθαι. V. *Salmas. Exercit. Plinian. f.* 1201. 1202.

25. *Comessabundo* i. tempus terente *comessando.* Liv. IX. 17. *Per quam temulento agmine comessabundus incessit.* Noster IX. 10. 26. Post cœnam proprie dicebantur *comessari*, een slaepdronck nemen. Liv. XL. 9. *Aperienda nocte janua fuit, & armati comessatores accipiendi.* Sueton. Vitel. c. 13. *Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebant, in jentacula, & prandia, & cœnas, comessationesque.* Noster VIII. 10. 18. IX. 10. 27.

26. *Mentem quies reddidit*, hy heeft den ruysch uytgeslaepen.

27. *Pœnituisse.* Plutarch. Alex. f. 250. *Hæc quidam injussu regis; quidam ira, ut dictum est, perpetrata memorant. At enim mox piguisse, ac restingui incendium jussisse, haud incertum est.*

28. *So-*

ipsum in solio regiaque Xerxis conspicere [28] *coacti essent.* Postero die Lycio, itineris, quo Persidem intrave- 12
rat, duci triginta talenta [29] dono dedit. Hinc in regionem Mediæ transiit [30], ubi supplementum novorum militum a Cilicia occurrit. Peditum erant quinque millia, equites mille: utrisque Plato Atheniensis præerat. His copiis auctus, Darium persequi statuit.

28. *Solio*, quod jam semel occupaverat ante incendium. Plutarch. Alex. f. 250. *Fama est, quum primum sub aurea testudine Alexander in solio Regis consideret, Corinthium Demaratum Alexandri familiarem & amicum paternum, senili more inlacrymasse, ac dixisse, fraudatos magna voluptate Græcos, qui antequam in Darii solio Alexandrum spectassent sedentem, vita essent functi.* V. *Raderum.*

29. *Triginta talenta* i. octodecim millia Philippeorum. V. *Raderum.*

30. *Transiit* duodecimis castris. V. *Arrian.* III. 206.

CAP. VIII.

ARGUMENTUM.

Ad ultimum prælium Ecbatanis separat, & Satrapas suos hortatur Darius.

ILle jam Ecbatana [1] pervenerat, caput Mediæ. 1
Urbem hanc nunc tenent Parthi, eaque æstiva agentibus [2] sedes est. Adire deinde Bactra decreverat; sed veritus, ne celeritate Alexandri occuparetur; consilium iterque mutavit. Aberat ab eo A- 2
lexander stadia CIↃ. IↃ. sed jam nullum intervallum adversus celeritatem ejus satis longum videbatur. Ita-

Ecbatana in campestribus Mediæ sita fuisse dicit *Diodor.* II. 13. A Dejoce Rege posita *Herod.* I. 74. condita i. instaurata a Seleuco *Plin.* VI. 14. & forte Arphaxade, quisquis ille fuerit, *Judith.* I. 1. Ejus molitionem accurate describunt *Judith.* I. 2-5. *Herod.* I. 74. *Polyb.* X. 597. V. *Raderum.*

2. *Æstiva agentibus* i. æstivo tempore illic commorantibus. *Æstivo*

3 Itaque prælio magis, quam fugæ se præparabat. Triginta millia[4] peditum sequebantur, in quibus Græcorum erant quatuor millia, fide erga Regem
4 ad ultimum invicta[5]. Funditorum quoque & sagittariorum manus quatuor millia[6] expleverat, præter hoc III. millia & ecc. equites erant, maxime Bactrianorum: Bessus præerat, Bactrianæ urbis, re-
5 gionisque præfectus. Cum hoc agmine Darius paulum declinavit via militari[7], jussis præcedere lixis
6 impedimentorum custodibus. Consilio deinde advocato: *Si me cum ignavis*, inquit, & *pluris qualemcunque*[8] *vitam honesta morte æstimantibus, fortuna junxisset,*
7 *tacerem potius, quam frustra verba consumerem. Sed majore, quam vellem, documento, & virtutem vestram, & fidem expertus, magis etiam conniti*[9] *debeo, ut dignus talibus amicis sim, quam dubitare, an vestri adhuc similes sitis.*

Æstiva designant locum, in quem æstate secedimus. Flor. I. 11. 7. *Æstivæ Præneste deliciæ.* Stat. Theb. VII. 80.

Et æstivi clementior aura Lycei. Inde *æstivare* Varr. R. R. II. 2. *Qui in Reatinis montibus æstivabant.* Sueton. Gall. c. 4. Vesp. c. 24. *Ubi æstivare consueverat.* Ita *æstiva egerunt*, quia aquiloni obversa per æstatem frigent, quum in Asia passim vapor Solis omnia accendat. Athen. XII. 513. *Persarum Reges Susis hyemarunt, æstivarunt in Ecbatanis, in Persepoli per autumnum morati, Babylone vero anni reliqua parte.* V. & *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

3. *Stadia* CIↃ. ID. i. quadraginta septem (stadiis minus quatuor) milliaria Germanica, Italica centum octoginta septem, eoque amplius. V. *Raderum* & *Freinshemium.*

4. *Triginta millia.* Arrian. III. 206. *Bisthanes Ochi filius Alexandro nuntiavit, quintum jam diem, ex quo Darius fugisset, cum exercitu equitum trium millium, peditum sex millium*: qui hac in parte Curtio fide dignior.

5. *Fide invicta*, ut V. II. 6.

6. *Quatuor millia*, non comprehensa manu 30000. superiorum; levis n. hæc armatura. Infr. V. 12. 4. V. *Freinshemium.*

7. *Militari* i. publica, regali, heeren wegen. Sueton. August. c. 49. *Juvenes modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit.* Nostter V. 13. 23.

8. *Qualemcunque* i. cujuscemodi, hoedanigh het oock moghte zijn. Extenuat vim primitivi *qualis.* Cic. Attic. XIV. 16. *Homines benevolos, qualescunque sunt, grave est insequi contumelia.* Nostter V. 9. 12. VI. 10. 11. VII. 1. 19.

9. *Conniti* i. vehementer niti, contendere. Cic. Offic. III. *Quantum*

sitis. Ex tot millibus, quæ sub imperio fuerunt meo, bis[10] 8
me victum, bis fugientem persequuti estis. Fides vestra, & constantia, ut Regem me esse credam, facit. Proditores[11] 9
& transfugæ[12] *in urbibus meis regnant: non hercule qui tanto honore*[13] *digni habeantur; sed ut præmiis eorum vestri solicitentur animi*[14]. *Meam tamen fortunam, quam victoris maluistis sequi: dignissimi, quibus, si ego non possim, Dii pro me gratiam referant*[15]: *& me hercule referent. Nulla erit tam surda*[16] *posteritas*[17], *nulla* 10
tam ingrata[18] *fama; quæ non in cœlum vos debitis laudibus ferat*[19]. *Itaque, etiamsi*[20] *consilium fugæ, a qua mul-*

tum conniti animo potes, quantum labore contendere. Nostter IX. 5. 13. VII. 3. 13.

10. *Bis victum*: imo ter, ad Granicum absens fuit, præsens ad Issum, & Gaugamela. V. *Raderum.*

11. *Proditores*: Mazæus, qui Babylonem; Mithrenes, qui Sardes; Abulites, qui Susa; Tyridates, qui cum thesauro *prodiderant*: Damasci præfectus jam interfectus erat: Astaces prætor Aegypti & Mempheos Aegyptum Alexandro cesserat. V. *Raderum.*

12. *Transfugæ* Bagophanes arcis Damascenæ proditor. V. *Raderum.*

13. *Honore.* Tacit. Annal. I. 58. 2. *Proditores etiam iis, quos anteponunt, invisi sunt. Proditorum* fœditatem V. apud *Rhodig. A. L.* VIII. 3.

14. *Solicitentur* i. ad defectionem invitentur. Poterant enim, qui Darium adhuc sequebantur, cogitare: quando res tam bene cessit iis, qui se Alexandro permiserunt, etiam nobis non male cedet, illorum exemplum sequutis. V. *Raderum.*

15. *Si non ego*: *Dii gratiam referant.* Senec. Benef. IV. 11. *Ignoto naufrago navem, qua revehatur, & damus, & instrumus. Discedit ille, vix satis noto salutis auctore, & nunquam amplius in conspectum nostrum reversurus, debitores nobis Deos delegat, precatusque pro se illi gratiam referant.* Symm. Ep. X. 27. *Ago igitur, atque habeo gratias, & meam vicem, qui solvendo par non sum, cœlestibus, ut scilicet Dii pro me solvant, quod ego non sum solvendo, delego virtutibus.*

16. *Surda* i. muta. Prop. IV. 3. 27. *Omnia surda tacent.* Ad imitationem Græcorum, qui *surdum*, & *mutum* eadem dictione censent. Quia plerumque duo illa mala conveniunt. V. *Barth.* XIX. 14.

17. *Posteritas* i. posteri. Cic. Tusc. I. *Optimus quisque posteritati maxime servit.* Nostter VI. 3. 17.

18. *Ingrata* i. hæc non curans. *Ingratum littus* Prop. I. 17. 2.

19. *In cœlum laudibus ferat* i. valde vos laudet. Cic. Fam. IX. 14. *Quum te summis laudibus in cœlum extulerint.*

20. *Etiamsi* i. etsi. Cic. Fin.

V.

multum abhorret animus 21, *agitaßem* 22; *veſtra tamen*
11 *virtute fretus* 23, *obviam iſſem hoſti. Quousque* 24 *enim*
in regno exſulabo 25, *& per fines imperii mei fugiam exter-*
num, & advenam Regem? quum liceat experto belli for-
tunam, aut reparare, quæ amiſi; aut honeſta morte de-
12 *ſungi. Niſi forte ſatius* 26 *eſt exſpectare victoris arbitriu-*
um 27; *& Mazæi* 28 *& Mithrenis* 29 *exemplo precarium*
accipere regnum nationis unius; ut jam malit ille gloriæ ſuæ;
13 *quam iræ obſequi. Nec Dii ſiverint, ut hoc decus* 30 *mei*
capitis aut demere mihi quisquam, aut condonare 31 *poſ-*
ſit: nec hoc imperium vivus 32 *amittam, idemque erit*
14 *regni mei, qui & ſpiritus, finis. Si hic animus, ſi hæc*
lex, nulli non parta 33 *libertas eſt, nemo e vobis faſtidium Ma-*

v. *Etiamſi id adſequi nequeas.*

21. *Animus* i. natura. Plaut. Truc. IV. 3. 1.

Ut animus meus eſt, propemodum expertæ eſtis.

22. *Conſilium fugæ agitaßem* i. deliberaſſem, an velim fugere. Flor. IV. 2. 51. *Fugam in Parthos agitaret.* Noſter IV. 5. 17. VI. 4. 9. VII. 5. 22.

23. *Fretus*, nixus, fidens, ſpem meam collocans. Cicer. Fam. III. 7. *Fretus conſcientia officii mei.* Noſter VII. 2. 12: 7. 31: 11. 5.

24. *Quousque* i. quamdiu. Cic. Attic. I. 15. *Quousque, inquit, hunc Regem feremus.*

25. *In regno exulabo* i. domi exul ero: Rex enim ubique in regno ſuo domi eſt: ſed jam domum & regnum pene totum amiſerat, nullo loco tutus, nusquam amplius domi. Ita *finium ſuorum, regnique fugitivum* Jugurtham appellat *Flor.* III. 1. 12. Noſter V. 12. 2. V. *Raderum.*

26. *Satius* i. melius, potius. Priſcian. XV. p. m. 531. *Satius, quod etiam loco nominis poſitivi accipitur. Itaque etiam comparationem recipit ſatius.*

27. *Victoris arbitrium.* V. VI. 1. 19. §. 38.

28. *Mazæi* Babyloniæ ſatrapæ:

29. *Mithrenis* Sardium & Lydiæ prætoris. V. *Raderum.*

30. *Decus capitis.* V. VII. 5. 24. §. 27.

31. *Condonare* i. ex gratia concedere. *Condonare* pro donare, ut *concinere* Phædr. III. 7. 7. pro tenere. *Communire* Nep. Milt. II. 2. pro munire.

32. *Vivus.* Ita Nero *ſe præter cæteros inaudita, & incognita pati* reſpondit, *qui ſuum imperium vivus amitteret.* Sueton. c. 42. Cic. Attic. III. 10. *Hic utrum tandem ſum accuſandus, quod doleo: an quod commiſi, ut hæc aut non retinerem, aut certe vivus amitterem?* V. *Freinshemium.*

33. *Parta* i. acquiſita. Terent. Phorm. V. 3. 5. *Patris bene parta indiligentur tutatur.* Noſter V. 12. 17. VI. 3. 5.

34. *Su-*

Macedonum; nemo vultum ſuperbum 34 *ferre cogetur.*
Sua cuique dextra 35 *aut ultionem tot malorum pariet, aut*
finem. Equidem quam verſabilis 36 *fortuna ſit, docu-* 15
mentum 37 *ipſe ſum. Nec immerito mitiores vices ejus*
exſpecto. Sed ſi juſta ac pia bella 38 *Dii averſantur, for-*
tibus tamen viris licebit honeſte mori. Per ego vos 39 *de-* 16
cora majorum, qui totius orientis regna cum memorabili
laude tenuerunt 40; *per illos viros, quibus ſtipendium Ma-*
cedonia quondam tulit 41; *per tot navium claſſes in Grę-*
ciam miſſas; per tot tropæa 42 *Regum oro, & obteſtor* 43, *ut*

34. *Superbum vultum.* Ita *ſuperba faſtidia* Virgil. Ecl. II. 15. Ubi Servius: *Ex faſtidio venit omnis ſuperbia.*

35. *Sua cuique dextra.* Tacit. Agric. XXXIII. 9. *Neque nobis locorum eadem notitia, aut commeatuum eadem abundantia: ſed manus, & arma, & in his omnia.*

36. *Verſabilis* i. facile verti poſſit.

37. *Documentum.* Ita *exempla magna caſuum humanorum Reges* vocat *Liv.* IX. 17.

38. *Juſta ac pia* i. quæ ſalvo divino, & humano jure geruntur, quibus non violatur jus gentium, quod pro ultione ſuorum contra laceſſentes geritur. Exempla ſuppeditabit *Briſſon. Form.* IV. 344. Sic *juſta & pia arma* Liv. XXX. 31. *Et tunc Mamertinorum ſociorum periculum, & nunc Saguntı excidium nobis pia ac juſta induerunt arma.* Noſter IV. 10. 29. Illis opponuntur bella *injuſta, & impia.* Sæpius Cicero. Noſter IV. 1. 12. V. 6. 1.

39. *Per* in obteſtationibus, & adjurationibus fere ſolet ſeparari a ſuo accuſativo, interjecto nominativo. Virg. Aen. XII. 56.

Turne per has ego te lacrymas, per ſi quis Amatæ
Tangit honos animum.

Liv. XXIII. 9. *Per ego te, fili, quæcunque jura liberos jungunt parentibus, precor, quæſoque.* Noſter IV. 14. 24.

40. *Tenuerunt* i. poſſederunt. Flor. I. 7. 2. *Regnum, quod a Servio tenebatur.* Noſter VIII. 14. 15: 13. 14.

41. *Tulit* i. pependit, tributaria fuit, ut *Juſtin.* I. 7. 2. *Flor.* III. 4. 1. Noſter X. 2. 23. Nam *ſtipendium* eſt tributum. Cæſ. B. G. I. 44. 6. *Stipendium capere jure belli, quod victores victis imponere conſueverint.* Noſter IX. 7. 14. III. 1. 23.

42. Tropæa *appellantur ſpolia capta, fixa in ſtipitibus, quia fuga hoſtium Græce vocatur τροπὴ. Non.* I. 275. *Serv. Aen.* X. 775. Virgilius illa deſcribit. XI. 5-8.

Ingentem quorum deciſis undique ramis
Conſtituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias, tibi magna tropæum
Bellipotens.

Primi illa bello Allobrogico Domitius Aenobarbus & Fabius Maximus poſuerunt. Flor. III. 2. 6. *Quod & Domitius Aenobar-*

ut nobilitate vestra gentisque dignos spiritus 44 *capiatis: ut eadem constantia animorum, qua praterita toleraſtis, ex-*
17 *periamini, quidquid deinde fors tulerit. Me certe in perpetuum aut victoria egregia nobilitabit, aut pugna.*

barbus, & Fabius Maximus, ipſis quibus dimicaverant in locis, ſaxeas erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus tropæa fixere: quum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquam enim populus Romanus hoſtibus domitis victoriam ſuam exprobravit. Quæ & habet *Strab.* IV. 336. V & *Fuller. Miſc.* IV. 12. *Merul. de præm. c.* 10. *Fabrit. Rom. c.* 14.

43. Obteſtatio *eſt precatio cum mentione earum rerum, per quas petimus, ut Virg. Aen.* X. 46.

Per everſæ, genitor, fumantia Trojæ
Excidia obteſtor.

Donat. Hec. III. 3. 27.

44. *Spiritus*, i. animos, audaciam, *kouragie*. Prop. II. 2. 1.

Cecidit ſpiritus ille tuus.

Noſter VI. 2. 21.

CAP. IX.

ARGUMENTUM.

Suorum corda animosque horrore perculſos eſſe, Nabarzanem & Beſſum conjurationem iniiſſe, Artabazum & Græcos Patrone duce in officio manſuros intelligit Darius.

1 HÆc dicente Dario, præſentis periculi ſpecies omnium ſimul corda animosque [1] horrore perſtrinxerat [2], nec aut conſilium ſuppetebat, aut vox; quum Artabazus [3], vetuſtiſſimus amicorum, quem hoſpitem fuiſſe Philippi ſæpe diximus:

Corda, animosque. Ita Plaut. Truc. I. 2. 74.

Neminem hodie mage amat corde, animoque ſuo.

2. *Perſtrinxerat horrore*, hadde haer een ſchuyveringe doen gevoelen. *Cor perfrigefacere* Plaut. Pſeud V. 1. 7. 117.

3. *Artabazus princeps purpuratorum* III. 13. 15. Hic fuit Philippi hoſpes cum Memnone, *cum Perſis bellum intulerant, & ex Aſia profugerant*, ut narrant *Diod.* XVI. 53. & Noſter VI. 4. 25: 5. 2. qui & hoc *ſæpius* potuit *dixiſſe* duobus libris prioribus amiſſis,

mus: *Nos vero* 4 inquit, *pretioſiſſima veſtium* 5 *induti, armisque quanto maximo cultu poſſumus adornati, Regem in aciem ſequemur: ea quidem mente* 6, *victoriam ut ſperemus, mortem non recuſemus.* Adſenſu excepere 7 2 cæteri [8] hanc vocem. Sed Nabarzanes, qui in eodem conſilio erat cum Beſſo, inauditi antea [9] facinoris ſocietate [10] inita, [11] Regem ſuum per milites, quibus ambo præerant, comprehendere [12] & vincire decreverant: ea mente, ut ſi Alexander ipſos inſequutus foret, tradito Rege vivo, inirent gratiam victoris, magni profecto cepiſſe Darium æſtimaturi; ſin autem eum effugere potuiſſent, interfecto Dario, regnum ſibi occuparent, bellumque renovarent. Hoc parricidium cum diu volutas- 3 ſent

amiſſis, quibus occaſio ſe forte ingeſſit narrandi, quo tempore, quave cauſa Philippum adierit, quæque in Macedonia egerit, & quomodo in Perſas reverſus fuerit.

4. *Vero*, promptitudinem indicat. Phædr. III. 8. 11. *Ego vero ſum paratus.* Noſter V. 11. 4 VI. 3. 5.

5. *Pretioſiſſima veſtium*, ut V. 6. 7. Viri militares *veſtes* ſumebant pretioſiſſimas in aciem ad extremum discrimen euntes. M. Curtium *juvenem bello egregium ſe devoviſſe: equo deinde quam poterat maxime exornato inſidentem, armatum ſe in ſpecum immiſiſſe* dicit *Liv.* VII. 6. Mos exinde fluxit, quod hominum alii crederent iſta ſibi apud inferos profutura (unde apud multos barbaros ea, quæ vivis acceptiſſima erant, in rogum, aut ſepulcrum immittuntur.) aut per invidiam ſecum aſportarent, quæ poſſent, ne inimici iis potirentur. V. *Freinshemium*: *Kirchm. Fun.* I. 11.

6. *Mente* i. propoſito. Nep. Timol. I. 4. *Hac mente fratrem tyrannum interficiendum curavit.* Noſter n. 2.

7. *Adſenſu excepere vocem* i. illi adſenſerunt. *Excipere vocem* eſt illam audire. Plaut. Amph. IV. 4. 26. *Quid memoret, hinc excipiam.* Noſter VI. 4. 1.

8. *Cæteri* præter Nabarzanem, Beſſum, Brazam, Arachotorum prætorem, Satibarzanem, Barzanetem cum ſuis conjuratis. V. *Raderum.*

9. *Inauditi antea* i. ante illa tempora nunquam auditi in Perſis, apud quos fuerat ſemper Regum eximia majeſtas V. 10. 2.

10. *Societate* i. federe, pacto. Cic. pro Roſc. *Societatem neque ſceleris, neque præmii cum ullo coivi.*

11. *Inita*: ita & Cic. Phil. XIII. *Inire ſocietatem omnium rerum cum aliquo.* Noſter VI. 7. 14. *Facere* Nep. Them. VIII. 2. *Coire* modo Cicero: *habere* Nep. Pauſ. III. 6.

12. *Comprehendere* i. capere.

sent [13], Nabarzanes aditum nefariæ spei præparans; *Scio me*, inquit, *sententiam esse dicturum, prima specie haud quaquam auribus tuis gratam. Sed medici quoque graviores morbos asperis* [14] *remediis curant; & gubernator, ubi naufragium timet, jactura, quicquid servari potest, redimit* [15]. *Ego tamen, non ut damnum quidem facias, suadeo; sed ut te ac regnum tuum salubri ratione conserves. Diis adversis* [16] *bellum inimus; & pertinax* [17] *fortuna Persas urgere non desinit. Novis initiis* [18] *& ominibus opus est. Auspicium* [19] *& imperium alii trade interim, qui tamdiu Rex adpelletur, donec Asia decedat* [20] *hostis; victor deinde regnum tibi reddat. Hoc autem brevi futurum ratio promittit. Bactra intacta sunt: Indi & Sagæ*

Infr. v. 10. 5. & 7. VI. 7. 24.

13. *Volutassent* i. de eo cogitassent, deliberassent. Plaut. Most. I. 2. 4.

Eam rem volutavi, & diu disputavi.

Noster V. 12. 10. *Volutare* est frequenter volvere. X. 5. 15.

14. *Asperis* i. ingratis, non suavibus. V. III. 4. 6. §. 32.

15. *Jactura redimit.* Utitur hac similitudine Cyrillus: *Sicut ii, qui mare navigant, tempestate urgente, navique periclitante anxiati quædam exonerant, ut cætera salva permaneant: ita* &c. Et hac causa orta est lex Rhodia de jactu, cujus adhuc in Digestis nonnulla superant vestigia. V. *Freinshemium.*

16. *Adversis* i. contrariis, infensis. Cic. pro Mil. *Unum genus est adversum, infensumque nobis.*

17. *Pertinax* i. quæ jugiter nobis est inimica. Ita *tenax propositi* est Horat. Od. III. 5. 1. qui in proposito manet, quod *propositum tenere* Cæsar, aliique dixerunt. *Quæ pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest.* Cicero pro Marcello. Inter vitia numeratur, ut Actius Poeta Myrmidonibus obsservavit:

Tu pertinaciam esse Antiloche hanc prædicas?
Ego pervicaciam ajo, & hac me uti volo.
Nam pervicacem dici me esse, & vincere
Perfacile patior: pertinacem nihil moror.
Hæc fortes sequitur: illam indocti possident.
Tu addis quod vitio est, demis quod probro datur.

Interdum tamen cum laude dicitur. Exempla occurrunt apud Livium, Senecam, Horatium. Noster *pertinacem spem* dicit VIII. 6. 18. V. *Freinshemii Indicem: Beroald. Apul.* V. 636. VII. 121. *Scalig. Conj. Varr.* p. 7.

18. *Initiis.* V. VIII. 1. 26.

19. *Auspicium* V. VI. 3. 2.

20. *Decedat* i. discedat, recedat, abeat. *Decedere* proprie est peracto tempore, & munere loco recedere, & alteri cedere. Cic. Fam.

Sagæ [21] *in tua potestate: tot populi, tot exercitus, tot equitum, peditumque millia ad renovandum bellum vires paratas habent; ut major belli moles supersit, quam exhausta sit. Quid ruimus belluarum ritu in perniciem non necessariam?* [6] *Fortium virorum est, magis mortem contemnere, quam odisse vitam. Sæpe tædio laboris ad vilitatem* [22] *sui* [7] *compelluntur ignavi: At virtus nihil inexpertum omittit. Itaque ultimum omnium mors est, ad quam non pigre ire satis est. Proinde, si Bactra, quod tutissimum receptaculum* [23] *est, petimus; præfectum regionis ejus, Bessum, Regem temporis gratia* [24] *statuamus. Compositis rebus justo* [25] *Regi tibi fiduciarium* [26] *restituet imperium.* Haud [9] mirum est, Darium non temperasse animo [27], quamquam tam impiæ voci, quantum nefas [28] subesset [29], latebat. Itaque, *pessimum*, inquit, *mancipium, reperisti*

Fam. II. 15. *Ego de provincia decedens Quæstorem Cælium præposui provinciæ.* Consules, proconsules, prætores, præsides dicuntur ex provincia decedere. V. *Vall. Eleg.* V. 95.

21. *Sagæ* aversa Indiæ incolunt ad sinistram Caucasi & Caramasi. Noster VII. 4. 6: 9. 17. VIII. 4. 20. V. *Salmas. Exerc. Plinian. f.* 795. 1175.

22. *Vilitatem* i. vitæ contemtum, & ad mortem appetendam. Sen. de clem. I. 3. *Nec hæc vilitas sui est, aut dementia, pro uno capite tot millia excipere ferrum.* Epist. 22. *Sed in nullo deprehendes vilitatem sui, ne negligentiam quidem.* Plin. XXXVI. 15. *Quæ vilitas animarum est ista?* V. *Fabr. Semest.* I. 10. & *Freinshemii Indicem.*

23. *Receptaculum*, est locus, quo quis se recipit, perfugium. Cic. Tusc. I. *Corpus quidem est quasi vas, aut aliquod animi receptaculum.* Noster VIII. 2. 15: I. 12. VII. 5. 32.

24. *Temporis gratia* i. pro tempore V. *Freinshemii Indicem.*

25. *Justo* i. legitimo, *vero* Flor. II. 14. 4. cui opponit *imaginarium & scenicum* Noster VII. 4. 17. X. 5. 14.

26. *Fiduciarium* i. quod ad tempus sub fide, vel fiducia restituendi conceditur. Unde præcedunt: *Regem temporis gratia restituamus.* Ita *fiduciaria opera* Cæs. B. C. II. 17. 2. *fiduciarium regnum* Bell. Alex. 23. *fiduciaria urbs* Liv. XXXII. 18. *fiduciarius tutor* Jctis. V. *Loccenii, & Freinshemii Indices & Rhellican. in Cæs. B. C.* II. 17. 2.

27. *Temperasse animo*, sich niet heeft ingehouden.

28. *Nefas* i. impium facinus, *scelus*, onredelijcke daet. V. 10. 1. Infr. VI. 7. 30.

29. *Subesset* i. lateret. Cic.

periſti 30 *optatum tibi tempus, quo parricidium aperires* 31? ſtrictoque acinace interfecturus videbatur: ni propere Beſſus Bactrianique, triſtium ſpecie; cæterum, ſi perſeveraret, vincturi, circumſtetiſſent. Nabarzanes interim elapſus, mox & Beſſus ſequutus, copias, quibus præerant, *a cætero exercitu* 32 *ſecedere* jubent; ſecretum inituri conſilium 33. Artabazus convenientem præſenti fortunæ ſententiam orſus, mitigare Darium temporum identidem admonens cœpit: *Ferret æquo animo qualiumcunque, ſuorum tamen, vel ſtultitiam, vel errorem* 34. *Inſtare Alexandrum gravem* 35, *etiamſi omnes præſto eſſent: quid futurum, ſi perſequuti fugam ipſius* 36 *alienentur* 37 *a Rege?* Ea re 38 paruit Artabazo; & quamquam movere caſtra ſtatuerat, turbatis tamen omnium animis eodem in loco ſubſtitit. Sed adtonitus mœſtitia ſimul & deſperatione, tabernaculo ſe incluſit. Ergo in caſtris, quæ

Fam. x. 18. *Si quid intra cutem ſubeſt vulneris.* Noſter VI. 9. 11.

30. *Reperiſti* i. inveniſti excogitaſti. Verbum eſt uſitatum de primis rerum inventoribus. Plaut. Capt. Greg. *v.* 5.

Hujusmodi paucas Poetæ reperiunt comœdias.

Virg. VII. 772.

Ipſe repertorem medicinæ talis & artis.

De hoc verbo rixantur *Valla Eleg.* v. 2. *Alex. Gen.* 1. 21. *Florid. Sabin. Subcif.* 1. 7.

31. *Aperires* i. aperte proderes, indicares. Cic. Brut. 9. *Nec in ſenatu ſceleratiſſimorum conſiliorum fontes aperire dubitavi.* Noſter VII. 1. 13: 4. 14.

32. *Cætero exercitu* Perſarum Græcorum:

33. *Conſilium*, quomodo regem vincirent:

34. *Stultitiam* &c. leni vocabulo Beſſi ſcelus. Vide *Raderum.*

35. *Gravem* i. ſuperatu difficilem.

36. *Perſequuti fugam ipſius* i. una fugientes. V. *Freinshemii Indicem.*

37. *Alienentur* i. ſint animo averſo, *ongenegen worden.* Terent. Adelph. III. 2. 40.

Æſchinus eſt alienus a familia noſtra.

Paterc. II. 47. 3. *Maxime a C. Cæſare alienatus eſt.* Cui II. 112. 7. *Alienare aliquem ſibi* eſt illum alienum, & offenſum reddere. Noſter VI. 9. 19.

38. *Ea re* i. ideo. Phædr. IV. 4. 9. *Hac re videre mala noſtra non poſſumus.*

Nep. Milt. IV. 5. *Hoſtes eadem re fore tardiores.* Ita *qua ex re* i. quare. Nep. Dat. II. 2. *Qua ex re copiis majoribus præeſſe cœpit.* V. *Scheff. in Phædrum.*

39. *In*

que nullius regebantur imperio, varii animorum motus erant; nec in commune 39, ut antea, conſulebatur 40. Dux Græcorum militum Patron 41 *arma* 15 *capere* ſuos jubet, *paratosque eſſe ad exſequendum imperium.* Perſæ feceſſerant: Beſſus cum Bactrianis 16 erat; tentabatque Perſas abducere, *Bactra, & intacta regionis opulenta* 42, ſimulque, *quæ manentibus inſtarent pericula*, oſtentans. Perſarum omnium eadem fere fuit vox, *nefas eſſe deſeri Regem.* Inter hæc Arta- 17 bazus omnibus imperatoriis fungebatur officiis. Ille Perſarum tabernacula circumire, hortari, monere 43 nunc ſingulos, nunc univerſos, non ante deſtitit, quam ſatis conſtaret, imperata facturos. Idem ægre a Dario impetravit, *ut cibum caperet, animumque Regis* 44.

CAP.

39. *In commune*, voor het gemeen. Infr. IX. 1. 21. X. 6. 15. *In medium* infr. VIII. 14. 21.

40. *Conſulebatur* i. conſilia dabantur.

41. *Patron* leviter mutato nomine *Paron Phocæus* dicitur *Arrian.* III. 195. Noſter V. II. 1. & 8. 12. 4.

42. *Regionis opulenta*, ut Liv. VII. 21. *Tarda nominum.* Juſtin. XLI. 1. 11. *profunda camporum, præruptæ collium, arduæ montium.* Noſter III. 7. 7. V. *Gron. in Livium.*

43. *Hortari, monere.* Cic. Fam. X. 1. *Illud erat amoris mei, monere te atque hortari.* Terent. Hec. I. 1. 7. *Ergo te ſedulo moneo, & hortor.* Donatus: *Monemus conſilio, hortamur impulſu.*

44. *Regis* i. regium, rege dignum. V. *Freinshemii Indicem.*

CAP. X.

ARGUMENTUM.

Darii cædem olim agitatam exsequi student, sed temporis gratia mira arte occultant Bessus & Nabarzanes.

1 AT Bessus & Nabarzanes olim agitatum[1] scelus exsequi statuunt, regni cupiditate accensi: Dario autem incolumi tantas opes spe-
2 rare non poterant. Quippe in illis gentibus Regum eximia majestas est. Ad nomen quoque Barbari conveniunt; & pristinæ veneratio fortunæ sequitur
3 adversam[2]. Inflabat impios animos regio, cui præerant, armis virisque[3] & spatio locorum[4] nulli earum gentium secunda[5], tertiam partem Asiæ tenet: multitudo juniorum, exercitus, quos amiserat Darius,
4 æquabat. Itaque non illum modo: sed & Alexandrum spernebant: inde vires imperii[6] repetituri[7], si regionis

Agitatum. i. *cogitatum* n. 15. Justin. 11. 12. 3. *Quod facinus agitatis?*

2. *Sequitur adversam.* Nazarius Panegyrico: *Quos impense amamus, observantia illorum integra est, etiamsi fortuna delapsa est.*

3. *Armis virisque.* Bactrianorum Rex Oxyartes quadringenta millia armatorum contra Ninum eduxit, qui cum decies septies centenis millibus in unam Bactrianam moverat: ex quo gentis potentia æstimari potest. Oxyartes quoque centum millia de Nini copiis prostraverat. *Diod.* 11. 6. Ex quibus verum apparet, quod Curtius modo dicet, multitudinem juniorum gentis Bactrianæ æquasse numerum in Darii exercitu variis præliis cæsorum. V. *Raderum.*

4. *Spatio locorum*, quia *tertiam partem Asiæ tenet.*

5. *Secunda* i. cedens. Paterc. 11. 76. 1. *C. Vellejus, vir nulli secundus.* 11. 11. 1. *Q. Metellum, nulli secundum seculi sui.*

6. *Vires imperii* n. bello accisas: vel totius Asiæ, Persidis, Babyloniæ, Mediæ, & quicquid Dario paruisset. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

7. *Repetituri* i. recuperaturi. *Repetere* proprie est restituendum petere. Cic. pro Flacc. *Ac repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spopondi dignitatem.*

8. *Regionis potiri* i. regionem Bactrianam occupare.

9. *Contigissent potiri* i. accidisset, ut potiretur.

10. *Ad obsequium destinatos* i. certo obsequuturos. *Destinare* est addicere, & ad certum finem ordinare. Hinc qui *destinatus morti* Val. 1. 11. *relinquendæ vitæ certus* Tacit. Ann. IV. 34. dicitur. Inde *destinatus morti* & Nostro VIII. 7. 10. & V. 12. 8. *destinatus sorti* est illi ferendæ quasi addictus, & adjudicatus.

11. *Propalam* i. in omnium conspectu. Cic. de Orat. 1. *Proposito argento, ac signis & tabulis propalam conlocatis.*

12. *Secessionis* i. defectionis. Cic. pro Ligar. *Secessionem tu illam existimavisti Cæsar, non bellum.* Noster VI. 2. 4.

13. *Consternationem* i. tumultum. Sueton. Jul. c. 20. *Nec quoquam recepto, qui super tali consternatione referre, aut censere aliquid auderet.* Infr. VIII. 1. 24. *consternatio* vocatur, quæ modo *seditio* dicta fuerat. Noster VII. 2. 32. 10. 13. X. 8. 14.

14. *Spe*, quia *Bactra erant illos exceptura donis, & opulentia, quantam animis concipere non possent.*

15. *Metu*, quia *ruinæ rerum subderent capita.*

16. *Versant* i. angunt, cruciant, vexant. Senec. Epist. 90. *Solicitudo nos in nostra purpura versat.* Proprie *versare* est se huc illuc vertere. Senec. de tranq. vit. c. 2. *Adjice illos, qui non aliter, quam quibus difficilis somnus est, versant se, atque hoc, & illo modo componunt, donec quietem lassitudine inveniant.* Ita *versantur* pisces, dum assantur. Plaut. Asin. 1. 3. 28.

Vel patinarium, vel assem; verses, quo pacto lubet.

17. *Ruinæ subdere* i. periculo exponere. Sic *ruinæ incident capitibus nostris* i. periculo nos exponimus, apud *Livium.*

gionis potiri[8] contigisset[9]. Diu omnibus cogitatis, placuit per milites Bactrianos, ad omne obsequium destinatos[10] Regem comprehendere, mittique nuntium ad Alexandrum, qui indicaret, *vivum adservari eum.* Si id, quod timebant, proditionem aspernatus esset; occisuri Darium, & Bactra cum suarum gentium manu petituri. Cæterum propalam[11] comprehendi Darius non poterat, tot Persarum millibus laturis opem Regi; Græcorum quoque fides timebatur. Itaque quod non poterant vi, fraude adsequi tentant: pœnitentiam secessionis[12] simulare decreverunt, & excusare apud Regem consternationem[13] suam. Interim, qui Persas solicitarent, mittuntur: hinc spe[14], hinc metu[15] militares animos versant[16]; *ruinæ rerum illos*[17] *subdere capita*[18]; *in*

in perniciem trahi; cum Bactra pateant, exceptura eos donis, & opulentia, quantam animis concipere non possint.
Hæc agitantibus Artabazus supervenit, sive Regis jussu, sive sua sponte: adfirmans, *mitigatum esse Darium, & eundem illis amicitiæ gradum patere apud Regem.* Illi illacrymantes nunc purgare[19] se; nunc Artabazum orare, *ut causam ipsorum tueretur, preces-que perferret.* Sic peracta nocte, sub lucis ortu Nabarzanes cum Bactrianis militibus in vestibulo prætorii aderat, titulum[20] solennis[21] officii[22] occulto sceleri præferens[23]. Darius signo ad eundum dato, currum pristino more conscendit. Nabarzanes, cæterique parricidæ procumbentes humi, quem paulo post in vinculis habituri erant, sustinuere venerari, lacrymas etiam pœnitentiæ indices profuderunt, adeo humanis ingeniis parata simulatio est. Preces deinde suppliciter admotæ[24], Darium simplicem, & mitem, non credere modo, quæ adfirmabant, sed etiam flere coegerunt. Ac ne tum quidem cogitati

18. *Capita* i. seipsos. *Caput* sæpius pro toto homine ponitur. Cic. Phil. 11. *Duo capita nata sunt post hominum memoriam terrima, & spurcissima.* Ita *caput Priami* Prop. IV. 1. 26. est Priamus.

19. *Purgare* i. excusare. Cic. Fam. XII. 25. *Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem.* Noster VIII. 3. 7. VII. 1. 32. V. 12. 3.

20. *Titulum* i. nomen. Cic. Pison. *Sustinere titulum consulatus.* Justin. IX. 7. 10. *Cum titulo officii ad exsequias cucurrisset. Specie* Sueton. Jul. c. 82. *Adsidentem conspirati specie officii circumsteterunt.*

21. *Solennis* i. soliti, consueti. Cic. Attic. VII. 6. *Tantum igitur nostrum solenne illud servemus.*

22. *Officii* i. honoris, quem superioribus, dignioribus, aut amicis exhibemus. Ita *officium*, quod vocat Claud. c. 3. *honorem* vocat Calig. c. 10. Suetonius. Talia multa denarrant Tertull. de Idolol. c. 16. *Circa officia vero privatarum, & communium solennitatum, ut togæ puræ, ut sponsalium, ut nuptialium, ut nominalium*, &c. Unde eidem cœtus comparentium & circumstantium ex *officio* vocantur *officia* de coron. milit. c. 10. *In quorum & antiquitatibus, & solennitatibus, & officiis convenitur.*

23. *Præferens* i. prætexens, ut VI. 8. 4. VII. 5. 20.

24. *Admotæ*, ut Phædr. III. 17. 7. *Rursus admota prece.* Eleganter, velut de machina, ad exponendum ardorem & studium precantis. V. *Schefferum.*

25. *Se-*

tati sceleris pœnituit, quum intuerentur, qualem & Regem, & virum fallerent. Ille quidem securus periculi[25], quod instabat, Alexandri manus, quas solas timebat, effugere properabat[26].

25. *Securus periculi* i. negligens periculum. Tacit. Agric. XLIII. 6. *securus odii.*

26. Properare *Cato dicit eos, qui prima quæque ordine suo maturare transigunt: festinare autem illos, qui multa incipiunt, eaque adnectendo, nec terminando præpediunt.* V. *Serv. Georg.* I. 260. *Gell. N. A.* X. 11. *Macrob. Saturn.* VI. 8.

CAP. XI.

ARGUMENTUM.

Bessi & Nabarzanis insidias Dario aperit, & ut tabernaculum in Græcorum castris Darius statueret, petit Patron.

PAtron autem, Græcorum dux, præcepit suis, *ut arma, quæ in sarcinis*[1] *antea ferebantur, induerent*[2]; *ad omne imperium suum parati, & intenti.* Ipse currum Regis sequebatur, occasioni imminens adloquendi eum: quippe Bessi facinus præsenserat. Sed Bessus id ipsum metuens, custos[3] verius, quam comes, a curru non recedebat. Diu ergo Patron cunctatus, ac sæpius sermone revocato[4], inter fidem, timoremque hæsitans, Regem intuebatur. Qui,

In sarcinis. Tanquam omnibus ad iter potius, fugamque quam ad prælium paratis. Nec enim fere expediebantur i. ex *sarcinis*, atque tegminibus proferebantur, aptabanturque arma, quam ubi prælium speraretur. Sic ergo & alia hujus auctoris loca capienda: ut III. 8. 25. IV. 9. 19. V. *Freinshemium* & *Lipsi. Anal. ad Mil. Rom. dial.* 2.

2. *Induerent* i. tanquam vestem adsumerent. Tacit. Ann. XV. 45. 3. *Animum bonis artibus non induerat.* Noster IV. 6. 5.

3. *Custos*, non ut corpus ejus tueretur, sed ne elaberetur.

4. *Sermone revocato* i. cum sæpe dicturus toties se repressisset, vo-

4 Qui, ut tandem advertit oculos; Bubacem [5] ſpadonem inter proximos currum ſequentem *percontari* jubet, *numquid ipſe velit dicere?* Patron, *ſe vero, ſed* 5 *remotis arbitris, loqui velle cum eo* reſpondit. Juſſusque *propius accedere*, ſine interprete [6], nam haud rudis Græcæ linguæ Darius erat: *Rex*, inquit, *ex quinquaginta millibus Græcorum ſuperſumus pauci, omnis fortunæ tuæ comites; & in hoc ſtatu iidem, qui florente* [7] *te fuimus: quascunque ſedes elegeris, pro patria, & domeſticis* [8] *rebus petituri. Secunda, adverſaque tua res copu-* 6 *lavere* [9] *nos tecum. Per hanc fidem* [10] *invictam oro & obteſtor, in noſtris caſtris tibi tabernaculum ſtatue, nos corporis tui cuſtodes eſſe patiaris. Amiſimus Græciam; nulla Bactra ſunt nobis; ſpes omnis in te, utinam & in ceteris* [11] *eſſet. Plura dici non attinet. Cuſtodiam corporis tui externus, & alienigena non depoſcerem, ſi crederem* 7 *alium poſſe præſtare.* Beſſus, quamquam erat Græci ſermonis ignarus, tamen ſtimulante conſcientia indicium profecto Patronem detuliſſe [12] credebat: & inter-

vocemque jam prodire volentem quaſi reprehendiſſet. V. *Freinshemium.*

5. *Bubacem.* An e *Bubacene* natum? multi enim peregrini a patria nomen traxerunt. Eſt autem *Bubacene* regio Aſiæ haud procul ab Indis a Polyperconte ſubacta, VIII. 5. 2. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

6. *Interpres* eſt, cujus miniſterio ad alienam, & extraneam, linguam intelligendam utimur. V. *Briſſonium de verb. Signif.*

7. *Florente* i. ſtante tuo faſtigio, potente, quos jungit Cic. pro dom. *Cum tu florens, ac potens per medium forum volitares.* Opponitur *afflicto.* Nep. Attic. XI. 4. *Quod non florentibus ſe venditavit, ſed affictis ſemper ſuccurrit.* & *labenti* Tacit. Ann. XVI. 33. I. *Quo obſequio florentem Soranem celebraverat, labentem non deſeruit.* Noſter VI. 5. 3.

8. *Domeſticis* i. quæ privatim nos concernunt. Sic tabellarios, *domeſticos* vocat *Cic. Fam.* 11.

9. *Copulavere* i. conjunxere. Cic. Fin. 1. *Virtutem copulatam eſſe docuit cum voluptate.*

10. *Per fidem* formula fuit uſitata in obteſtationibus. Virgil. Aen. II. 149.

Per, ſi quæ reſtat adhuc mortalibus usquam
Intemerata fides.

V. *Briſſon. Form.* VIII. 707.

11. *Ceteris* Bactrianis, & Perſis.

12. *Indicium detuliſſe* i. crimen hoc manifeſtaſſe, indicaſſe. Infr. VI. 7. 25. *Index eſt, qui faci-*

interpretis Græci relato ſermone [13] exemta dubitatio. Darius autem, quantum ex vultu concipi [14] poterat, haud ſane territus, percontari Patrona *cauſam conſilii, quod afferret*, cœpit. Ille non ultra 8 differendum ratus; *Beſſus*, inquit, *& Nabarzanes inſidiantur tibi, in ultimo diſcrimine & fortunæ tuæ, & vitæ. Hic dies, aut parricidis, aut tibi futurus ultimus.* Et 9 Patron quidem egregiam conſervati Regis gloriam tulerat [15]. Eludant licet [16], quibus forte [17] ac teme- 10 re humana negotia volvi agique perſuaſum eſt. Equidem æterna conſtitutione crediderim, nexuque cauſarum latentium, & multo ante deſtinatarum, ſuum quemque ordinem immutabili [18] lege percurrere. Darius certe reſpondit; *Quamquam ſibi Græcorum mi-* 11 *litum fides nota ſit; nunquam tamen a popularibus ſuis receſſurum* [19]. *Difficilius ſibi eſſe damnare, quam decipi. Quidquid fors tuliſſet, inter ſuos perpeti malle, quam transfugam fieri. Sero ſe perire* [20], *ſi ſalvum eſſe ſui milites nollent.*

CAP.

facinoris, cujus ipſe eſt conſcius, latebras indicat, impunitate propoſita. Aſcon. Cic. Divin. p. 30. Nep. Pauſ. IV. 4. *Eo index ille confugit.* Noſter VI. 7. 23. *Indicare* eſt deferre. Nep. Pauſ. IV. 3. *Quam ſe ipſe indicaſſet. Indicium*, delatio. Nep. Pauſ. IV. 3. *Ne hujus quidem indicio impulſi ſunt.* Noſter VI. 9. 8: 10. 21.

13. *Relato ſermone.* V. *Fabr. Epiſt. Crit.* 52.

14. *Concipi* i. conjici.

15. *Tulerat* i. laturus fuerat, ſi ſcilicet paruiſſet Darius. Hujus formulæ aliquammulta in priſcis ſcriptoribus occurrunt exempla. Cic. Fam. II. 4. *Qui ſe intenderant adverſarios in ejus tribunatu.* Liv. XXXIV. 29. *Difficilior facta oppugnatio erat, ni T. Quintius ſupervenißet.* V. *Freinshemium.*

16. *Eludant licet.* Sic plane Liv. VI. 41. *Eludant nunc licet religiones, quid enim eſt* &c. Cic. Parad. 1. *Quamobrem licet irrideat, ſi quis velit.* V. *Freinshemium* & III. 1. §. 106.

17. *Forte* i. caſu, ſine judicio.

18. *Immutabili* V. X. 1. 30.

19. *A popularibus non receſſurum.* Neque id ſine ratione: nam eo facto maximopere eos offendiſſet, & *parricidio excuſationem obtuliſſet* V. 12. 4. Nam quanta cum invidia res iſta conjuncta fuerit, ſatis apparet ex VI. 4. 9. X. 4. 5. V. *Freinshemium.*

20. *Sero ſe perire.* Similiter Scipio apud Liv. XXVIII. 27. *Equidem ſi totum exercitum meum mortem mihi optare crederem, hic ſtatim ante oculos veſtros morerer.* Sic Eumenes apud Juſtin. XIV. 1. 12. *Salutem ſuam in omnium poteſtate eſſe.* V. *Freinshemium.*

Alexan-

CAP. XII.

ARGUMENTUM.

Dario fictis verbis se purgat, eundemque dilapsis custodibus per noctem aureis compedibus vincit Bessus.

1 AT Bessus occidendi protinus Regis impetum conceperat. Sed veritus, ne gratiam Alexandri, ni vivum eum tradidisset, inire non posset, dilato in proximam noctem sceleris consilio, agere gratias incipit, quod *perfidi hominis insidias, jam Alexandri opes spectantis* [1], *prudenter, cauteque vitasset.* 2 *Donum eum hosti laturum fuisse Regis caput. Nec mirari, hominem mercede conductum omnia habere venalia: sine pignore, sine lare* [2], *terrarum orbis exsulem; ancipitem* 3 *hostem; ad nutum licentium circumferri.* Purganti deinde se, *Deosque testes fidei suæ* invocanti, Darius vultu adsentiebatur; haud dubius, quin vera deferrentur a Græcis; sed eo rerum ventum erat, ut tam pe- 4 riculosum esset non credere suis; quam decipi. XXX. millia erant, quorum inclinata [3] in scelus levitas [4] time-

Alexandri opes spectantis i. Patronis defecturi ad Alexandrum, ut potentiorem. V. *Freinshemii Indicem.*

2. *Lare* i. domo. Prop. IV. II. 9.

Qui tulit aprico frigida castra lare.

Horat. Od. III. 29. 14.

Mundæque parvo sub lare pauperum
Cœnæ.

Lar proprie Deus est domesticus. Priscian. v. p. 124. *Lar, quod significat κατοικίδιον θεὸν, laris facit genitivum.* Plaut. Aulul. prol. v. 2.

Ego Lar sum familiaris.

3. *Inclinata* i. propendens. Metaphora petita ab ædificiis ruinam minitantibus. Virg. Aen. XII. 59.

In te omnis domus inclinata recumbit.

Inde Cic. Fam. I. 1. *Laboratur vehementer, inclinata res est.* Noster VI. 9. 28.

4. *Levitas* i. inconstantia, mutabilitas. Cic. Phil. VII. *Quid est inconstantia, mobilitate, levitate*

mebatur: IV. millia Patron habebat: quibus si credidisset salutem suam, damnata popularium fide, parricidio excusationem videbat offerri. Itaque præ- 5 optabat [5] immerito, quam jure violari. Besso tamen insidiarum consilium purganti respondit: *Alexandri sibi non minus justitiam, quam virtutem esse perspectam* [6]; *falli eos, qui proditionis ab eo præmium exspectent; violatæ fidei neminem acriorem* [7] *fore vindicem, ultoremque.* Jamque nox appetebat, quum Persæ more solito armis positis ad necessaria ex proximo vi- 6 co ferenda discurrunt. At Bactriani, ut imperatum erat a Besso, armati stabant. Inter hæc Darius *Ar-* 7 *tabazum acciri* jubet; expositisque, quæ Patron detulerat, *haud dubitare* [8] Artabazus, *quin transeundum esset in castra Græcorum: Persas quoque periculo vulgato* [9] *sequuturos.* Destinatus sorti suæ, & jam nullius 8 salubris consilii patiens, unicam in illa fortuna opem Artabazum ultimum illum visurus amplectitur; perfususque mutuis lacrymis, *inhærentem sibi avelli* jubet: *capite deinde velato*, ne inter gemitus digredientem velut a rogo [10] intueretur; in humum pronum cor-

pus

vitate cum singulis hominibus, tum vero universo senatui turpius? retinenda est igitur nobis constantia, gravitas, perseverantia. V. & Gell. N. A. VII. 11.

5. *Præoptabat* i. malebat potius. Terent. Hec. IV. 1. 17.

Ut puerum præoptares perire.

6. *Perspectam* i. cognitam, exploratam. Cic. de Orat. I. *Artem cognitis, penetusque perspectis rebus contineri.* Catul. XLVIII. 3.

Nam tua nobis
Perspecta exigitur unica amicitia.

Quæ tralatio est a probationibus operum, quæ *spectiones* dicuntur Gellio, & aliis: vel ab auro. Nam *spectatores* auri sunt χρυσοβάφαι. V. *Scalig. ad Catullum.*

7. *Acriorem* i. magis exactum, & minus exorabilem.

8. *Haud dubitare* i. dicere non esse dubitandum. Sic. VII. I. 12. *dubitabat* i. dicebat se dubitare. Ubi V. *Freinshemium.*

9. *Vulgato* i. divulgato. Infr. VII. 7. 39.

10. *Rogo*; Artabazus enim a rege, velut a funere, aut *rogo*, vel busto digrediebatur inter gemitus, & lacrymas. Qui ritus antiquis usitatus. Tib. I. 3. 4.

Et fleat effusis ante sepulchra comis.

Petron. c. 95. cum *lacrymarum ubertim manantium*, & aniculæ *fletu confusæ* mentionem fecisset: *Quid vos in cellam meam tanquam ante recens bustum venistis?*

Arti-

9 pus abjecit [11]. Tum vero custodiæ ejus adsueti, quos Regis salutem vel periculo vitæ tueri oportebat, dilapsi sunt, armatis, quos jam adventare credebant, haud rati se futuros pares. Ingens ergo in tabernaculo solitudo erat, paucis spadonibus, quia quo discederent, non habebant [12], circumstantibus Re-
10 gem. At ille remotis arbitris, diu aliud atque aliud consilium animo volutabat. Jamque solitudinem, quam paulo ante pro solatio petiverat, perosus [13];
11 *Bubacem vocari* jubet. Quem intuens, *Ite*, inquit, *consulite vobis* [14], *ad ultimum Regi vestro, ut decebat, fide exhibita. Ego hic legem fati mei* [15] *exspecto. Forsitan mireris, quod vitam non finiam? alieno scelere quam*
12 *meo* [16] *mori malo.* Post hanc vocem spado gemitu non modo tabernaculum; sed etiam castra complevit. Inrupere deinde alii, laceratisque vestibus lugubri & barbaro ululatu Regem deplorare cœpe-
13 tunt. Persæ ad illos clamore perlato, adtoniti metu,

utique die feriarum, quo etiam lugentes vident. Velaverat enim caput Darius, more etiam inter antiquos usitato, de rebus suis desperantium, & quasi fortunæ se dedentium, ne intueretur amicum discedentem inter gemitus & lacrymas, sive ominis & religionis causa, sive quod turpe judicaret cum Tito, quemquam, nedum tam fidum & probatum a sermone principis tristem discedere. V. *Gronovium.*

11. *Corpus abjecit*, is gaen leggen. Infr. x. 5. 19.

12. *Quo discederent, non habebant*, quippe viles apud alios, & contemti. Quæ inter cæteras causa Cyrum movit, ut ejusmodi homines sibi fidissimos futuros crederet, ſ. Xenoph. παιδ. VII. fides habenda. V. *Freinshemium.*

13. *Solitudinem perosus.* Simile illud Tacit. Ann. II. 31. 2. in extrema anxietudine Libonis: *Ipsis, quas in novissimam voluptatem adhibuerat, epulis excruciatus.* V. *Freinshemium.*

14. *Consulere sibi* quis dicitur, cum de ultimo veluti remedio cogitat. Nep. Attic. XVI. 5. *Reliquum est, ut egomet mihi consulam.* Lyſ. II. 3. *Ut Thasii dilaberentur, consulerentque rebus suis*, om een goet heen komen sien.

15. *Legem fati mei* i. mortem. Inde *fatum*, mors VIII. 9. 31. IX. 6. 26. *mors fatalis* Paterc. II. 4. 6: 49. 1. dum quis sine vi, & sua morte exstinguitur.

16. *Alieno scelere, quam meo.* Ita Flor. II. 15. 9. *Non quia spes ulla jam superesset, sed quia patriam suam mallent hostium, quam suis manibus everti.*

17. In-

tu, nec arma capere, ne in Bactrianos inciderent [17], nec quiescere audebant, ne impie deserere Regem viderentur. Varius ac disſonus clamor [18] sine duce, 14
ac sine imperio, totis castris referebatur. Bessо & Nabarzani nuntiaverunt sui, *Regem a semetipso interemtum esse.* Planctus eos deceperat. Itaqte citatis [19] 15
equis advolant [20], sequentibus, quos ad ministerium sceleris [21] delegerant: &, quum tabernaculum intrassent, quia *Regem vivere* spadones indicabant, *comprehendi, vincirique* jusserunt. Rex curru paulo an- 16
te vectus, & Deorum a suis honoribus cultus, nulla externa ope admota [22], captivus servorum suorum, in sordidum vehiculum pellibus undique contectum imponitur. Pecunia Regis [23] & supellex, quasi ju- 17
re belli diripitur, onustique præda, per scelus ultimum parta, fugam intendunt. Artabazus cum iis, 18
qui imperio parebant, Græcisque militibus Parthienen

17. *Incidevent*, vervallen mogten. Cic. pro Cluent. *In Q. Sergii manus incidit.* Noſter VII. 5. 11. V. 13. 21.

18. *Disſonus* i. discrepans, *niet over een komende.* Cic. Oecon. I. *Disſonum quiddem, ac tumultuoſum audientibus canere videtur chorus.* Noſter IX. 9. 14.

19. *Citatis*, de spooren gegeven hebbende. Cæſ. B. C. III. 96. 3. *Protinusque equo citato Lariſſam contendit. Concitato* Nep. Datam. IV. 5. *Ipſe equo concitato ad hoſtem vehitur. Incitato* Cæſ. B. G. IV. 12. 6. *Incitato equo ſeſe hoſtibus obtulit. Concitum* Noſter VII. 4. 36.

20. *Advolant* i. celeriter accurrunt. Terent. Hec. III. 4. 24. *Ne me ſruſtra illic exſpectet, vola.* *Vola* dicitur *media pars pedis, ſive manus. Inde volando* i. *ambulando.* Serv. Virg. Aen. VI. 199. III. 233. Noſter VIII. 2. 4.

21. *Miniſterium ſceleris.* Ita Tacit. Hiſt. IV. 27. 5. *Illum auctorem ſceleris, hunc miniſtrum vocant.* Annal. IV. 71. 2. *Quæ ſcelerum miniſtros ut perverti ab aliis nolebat.*

22. *Nulla externa ope admota*, i. ut servi non juvarent, jubeanturve ab hoſtibus. Fuit enim Darius a servis propriis captus. Illud *nulla externa ope* recte retuleris ad *captivus.* V. *Freinshemium.*

23. *Pecunia Regis.* Arrian. III. 206. ex *Media ad* VII. *Millia talentum ſecum abſtuliſſe Darium* dicit i. quadragies ter centena millia, sive quatuor millliones, & tercenta millia aureorum. VIII. vero *millia talentorum e Media exportata, & direpta ab illis, qui Darium oc-*

nen petebat, omnia tutiora parricidarum contuitu [24] ratus. Persæ, promiſſis Beſſi onerati, maxime, quia nemo alius erat [25], quem ſequerentur, conjunxere ſe Bactrianis, agmen eorum tertio adſequuti die. Ne taman honos Regi non haberetur, aureis compedibus [26] Darium vinciunt, nova ludibria ſubinde excogitante fortuna. Et ne forte cultu regio poſſet adgnoſci: ſordidis pellibus vehiculum intexerant: ignoti jumenta agebant, ne percontantibus in agmine monſtrari poſſet: cuſtodes procul [27] ſequebantur.

cidere, vult Strab. xv. 487.

24. *Contuitu* i. conſpectu. Cic. pro Sext. *Veſter iſte in me animorum, oculorumque contuitus.*

25. Nemo *alius*, *quem ſequerentur*. V. VI. 3. 12.

26. *Aureis compedibus*. Idem tradit *Juſtin.* XI. 15. 1. Ita *compedibus aureis Cyrum fratrem vinxit Artaxerxes*. Juſtin. V. 11. 4. *Artauaſdem Armeniæ Regem Antonius*. Vellej. II. 82. 7. V. *Popmam & Freinshemium*.

27. *Procul*, ne ſuſpicio oriretur, Regem eo curru vehi. V. *Freinshemium*.

CAP. XIII.

ARGUMENTUM.

Ex Bagyſthene, & Melone, quid Dario factum ſit, cognoſcit Alexander, &, fugientes quia ſequi recuſat, vulneribus multis confoſſus relinquitur Darius.

1 ALexander, audito Darium moviſſe ab Ecbatanis; miſſo itinere, quod patebat in Mediam, fugientem inſequi pergit ſtrenue. Ta-
2 bas oppidum eſt in Parætacene [1] ultima: ibi transfugæ nuntiant, *præcipitem fuga* [2] *Bactra petere Darium*. Cer-

Parætacene eſt urbs Mediæ, gentile *Parætacenus*, Regio *Parætacene*. V. *Raderum*.

2. *Præcipitem fuga* i. celeriter fugientem. Ita *præcipitem ad repræſentanda ſupplicia* dicit inf. X. 1. 39.

Certiora deinde cognoſcit ex Bagyſthene Babylonio: *Non equidem* [3] *victum Regem, ſed in periculo eſſe aut mortis, aut vinculorum.* Rex ducibus convocatis; *Maximum*, inquit, *opus, ſed labor breviſſimus ſupereſt* [4]; *Darius haud procul deſtitutus* [5] *a ſuis, aut oppreſſus. In illo corpore* [6] *poſita eſt victoria: & tanta res celeritatis præmium.* Omnes pariter conclamant, *paratos ipſos ſequi; nec labori, nec periculo parceret* [7]. Igitur raptim agmen curſus magis, quam itineris modo ducit: ne nocturna [8] quidem quiete diurnum laborem relaxante [9]. Itaque quingenta ſtadia [10] proceſſit: perventumque erat in vicum [11], in quo Darium Beſſus comprehenderat. Ibi Melon Darii interpres [12] excipitur. Corpore æger non potuerat agmen ſequi, & deprehenſus celeritate Regis, transfugam [13] ſe eſſe ſimulabat. Ex hoc acta [14] cognoſcit. Sed fatigatis neceſſaria quies erat. Itaque delectis equitum ſex millibus, trecentos, quos *Dimachas* [15] appellant, ad-

3. *Equidem*, particulam contendunt nonnulli non niſi cum prima perſona jungi. Curtius hic aliud docet, & accipit pro adfirmatione. V. *Raderum*.

4. *Maximum opus, & laborem breviſſimum* vocat ipſum Darium eadem figura, qua infr. VII. 5. 36. V. *Freinshemium*.

5. *Deſtitutus* i. deſertus, derelictus. Sueton. Ner. c. 40. *Talem principem orbis terrarum tandem deſeruit*.

6. *Corpore* Darii. Ita Tacit. Ann. IV. 25. 5. *Differtur per manipulos, Tacfarinatem omnes notum tot præliis conſectentur: non niſi duce interfecto, requiem belli fore*.

7. *Parceret*, ſonde niet ontſien. Terent. Hec. II. 1. 29. *Laborí haud parcens*. Noſter VI. 9. 24.

8. *Nocturna quiete* i. ſomno noctu capiendo.

9. *Relaxante* i. intermittente, levante. Cic. Fin. I. *Dolor, ſi longus, levis; dat enim intervalla, & relaxat*. Divin. I. *Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas*.

10. *Quingenta ſtadia* i. quindecim milliaria Germanica. Mox *n.* 9. V. *Raderum*.

11. *Vicum* Parthorum Tharam. *Juſtin.* XI. 15. 1.

12. *Interpres* pro more Regum Perſicorum, qui Perſici ſermonis ignaros per *interpretem* audiebant, quod pluribus docet *Briſſon. de regn. Perſ.* I. 137.

13. *Transfugam*, ne in numero hoſtium haberetur.

14. *Acta*, watter gepaſſeert was.

15. *Dimachæ* qui vocarentur,

adjungit: dorso hi graviora arma portabant; cæterum equis vehebantur; quum res locusque poscceret,
9 pedestris acies erat. Hæc agentem Alexandrum adeunt Orsillos & Mythracenes; qui Bessi parricidium exosi [16] transfugerant; nuntiabantque, stadia quingenta abesse Persas; ipsos brevius iter monstraturos.
10 Itaque prima [17] vespera ducibus iisdem cum expedita equitum manu monstratam viam ingreditur; phalange, *quantum festinare posset, sequi* jussa. Ipse quadrato agmine incedens, ita cursum regebat, ut
11 primi conjungi ultimis [18] possent. Trecenta [19] stadia

& essent. Curtius subjicit, dum dicit, quod nunc pedestre, nunc equestre prælium iniverint, ad utrumque genus pugnæ eruditi, ut modo equites, modo pedites, prout usus esset, dimicaverint, quasi tu diceres, *duplici arte pugnantes*. Hoc genus militum Alexander maximus Imperatorum invenit, ut Julius Pollux hisce testatur: *Erat & aliud equitum genus, dimachæ dicti, ex inventione Alexandri, armorum apparatu instructi leviore, quam qui est peditum gravis armaturæ, graviore vero, quam qui est equitum: exercitati in utramque, & pedestrem, & equestrem pugnam: ut & in locis equitatui aptis equis utantur: & ut ne, si in loca devenirent iniqua, & minus apta, omnino ad pugnam inepti essent, idemque experirentur, quod Lydis quandoque accidit. Equum autem apprehendebat, ac custodiebat famulus aliquis, qui in solum eum usum una sequebatur. Ita qui ex equo descenderat, confestim inter pedites armatos pugnabat.* Hesychius ἐμίππους vocat. Non absimiles ab isto genere sunt equites, qui hodie in militia nostra *Dragonders* nuncupantur, bombardas gestantes oblongas ex humeris dependentes. V. *Raderum* & ex illo *Freinshem. Turneb.* XIX. 32. *Brod. Misc.* III. 23. *Alard. Val. Flacc.* VI. 160.

16. *Exosi* i. odio habentes. Ita VI II. 7. 12. *Exosus fuit*, pro odio habuit etiam *Gell. N. A.* IV. 8.

17. *Prima* i. ineunte. Cæs. B. C. I. 20. 1. *Milites, qui Consinii erant, prima vespera secessionem faciunt.* qui *primo vespere* B. C. II. 43. 1. *Ut primo vespere omnes scaphas ad littus appulsas habeant. Vespera sequitur supremam* (occasum solis) *ante ortum ejus stellæ, quam Plautus Vesperugi nem, Ennius Vesperum, Virgilius Hesperon appellant.* V. *Censorin. de Die nat. c.* 24.

18. *Primi conjungi ultimis possent* i. non turmatim per intervalla incederent, sed continuo agmine sine locorum intercapedine: ita enim primi ultimis, & ultimi primis junguntur, sicut flumen perpetuum, cum undam premit, & sibi mutuo succedit, quamvis in amnibus nihil omnino spatii intercedat. V. *Raderum*.

19. *Tre-*

dia processerant, quum occurrit Brocubelus, Mazæi filius, Syriæ quondam prætor. Is quoque transfuga nuntiabat, *Bessum haud amplius, quam ducenta stadia* [20] *abesse. Exercitum, utpote qui nihil præcaveret* [21], *incompositum, inordinatumque procedere. Hyrcaniam videri petituros. Si festinaret sequi, palantibus superventurum. Darium adhuc vivere.* Strenuo alioqui cupi- 12
ditatem consequendi transfuga injecerat. Itaque calcaribus subditis, effuso cursu eunt. Jamque fremitus hostium iter ingredientium exaudiebatur, sed prospectum ademerat [22] pulveris nubes. Paulisper ergo inhibuit cursum, donec consideret pulvis. Jam- 13
que conspecti a Barbaris erant, & abeuntium [23] agmen conspexerant; nequaquam [24] futuri pares, si Bessò tantum animi fuisset [25] ad prælium, quantum ad parricidium fuerat. Namque & numero Barbari præstabant, & robore: ad hoc [26] refecti cum fatigatis certamen inituri erant. Sed nomen [27] Alexan- 14
dri, & fama [28], maximum in bello utique momentum [29], pavidos in fugam convertit. Bessus, & ce- 15
teri

19. *Trecenta stadia* i. milliaria novem:

20. *Ducenta stadia* i. milliaria sex, Vid. *Raderum*.

21. *Nihil præcaveret*, ratus procul abesse Alexandrum, nec heri posse, ut ipsos adsequeretur. V. *Raderum*.

22. *Ademerat* i. abstulerat, ereripuerat. Cic. Tusc. v. *Etenim si nox non adimat vitam beatam, cur dies nocti similis adimat.* Noster VII. 11. 10. VI. 10. 32.

23. *Abeuntium* i. fugientium. Phæd. I. 17. 5.

Rapere, atque abire semper adsuevit lupus.

24. *Nequaquam* i. nullo modo. Fortius negat. Cic. Invent. II. *Ut nequaquam cum illius commodo sit comparanda.*

25. *Tantum animi fuisset*, soo veel couragie hadde gehad. Contra ea *animi labare* dicuntur, *couragie verliesen.* V. 3. 11. & *animo deficere* Cæs. B. C. I. 19. *Hortaturque eos, ne animo deficiant.*

26. *Ad hoc* i. præterea, insuper. Plin. Epist. II. 17. *Ad hoc favonios accipit.* Flor. II. 8. 3. *Ad hoc cœlestes minæ territabant.* Noster IX. 10. 13.

27. *Nomen*, Sic Stilico ad Honorium apud Claudian. de bell. Gildon. v. 384.

Plus nominis horror
Quam tuus ensis aget.

V. *Freinshem.*

28. *Fama.* Tacit. Germ. XIII. 7. *Et ipsa plerumque bella profligant.* V. *Freinshemium.*

29. *Momentum*, brevissimum est tempus. Ter. And. I. 5. 31.

teri facinoris ejus participes[30] vehiculum Darii adsequuti[31], cœperunt hortari eum, *ut conscenderet*
16 *equum, & se hosti fuga eriperet.* Ille *Deos ultores adesse* testatur, & *Alexandri fidem* implorans, negat, *se parricidas velle comitari.* Tum vero ira quoque accensi, tela injiciunt in Regem; multisque confossum vul-
17 neribus relinquunt[32]. Jumenta quoque, ne longius prosequi possent, convulnerantur; duobus servis,
18 qui Regem comitabantur, occisis. Hoc edito[33] facinore, ut vestigia fugæ spargerent[34], Nabarzanes Hyrcaniam, Bessus Bactra, paucis equitum comitantibus, petebant: Barbari ducibus destituti, qua quemque aut spes ducebat, aut pavor, dissipabantur: Quingenti tantum equites congregaverant[35] se, incerti adhuc, resisterene melius esset,
19 an fugere. Alexander hostium trepidatione comperta,

Paulo momento huc illuc impellitur.

Noster VI. 7. 27: 6. 21: 9. 9. Inde Cupido *momentarius maritus* dicitur *Apul.* V. Inde quodcunque minimum appellatur *momentum.* Ita modicum & pauxillum *myrrhæ*, *momentum* vocat *Plin.* XXX. 12. Et *momentum* rei, pro ejus pondere, & efficacia Cic. Vatin. 1. *Testimonium tuum nullius momenti putatur.* Et *magnum momentum*, quod magnum pondus, & vim habet. Cic. Fin. V. *In his momenta sunt maxima ad beate vivendum.*

30. *Participes*, complicen. Infr. VIII. 6. 24. VI. 6. 36. Flor. IV. 1. 3. *Satellites.* Salust. Catil. c. 22. *Populares.* Cic. Catil. 1. *Satellites, atque administros.* Catil. II. *Socios.*

31. *Adsequuti*, quia præmiserant Regem vinctum, velut sarcinam cum impedimentis.

32. *Confossum relinquunt.* Arrian. III. 211. *Satibarzanes & Barzaentes Darium abs se graviter vulneratum ibidem relinquunt. A Besso & Nabarzane confossum* dicit *Aelian. de Anim.* VI. 25. qui addit *canem ab illo educatum permansisse solum fidelem, omnibus mortuum relinquentibus, eumque tametsi non amplius suum altorem, sicut tamen adhuc viventem servavisse. Darius mortuus est natus annos circiter quinquaginta, archonte Athenis Aristophonte, mense Junio.* V. *Arrian.* III. 213. 214.

33. *Edito* i. commisso, perpetrato. Cic. pro Sext. *Edere scelus in aliquem.*

34. *Vestigia fugæ spargerent* i. certam non tenerent fugam; sed variam, ne quis adsequi facile possit. Liv. IX. 45. *Vestigia in omnes æque ferentes partes, ut in dilapsis.* Lucan. VIII. 4. *Incerta fugæ vestigia turbat.* V. *Loccenii Indicem.*

35. *Con-*

perta, Nicanorem cum equitum parte ad inhibendam fugam præmittit: Ipse cum cæteris sequitur. Tria fere millia resistentium occisa sunt; reliquum agmen more pecudum intactum agebatur, jubente Rege, *ut cædibus abstineretur.* Nemo captivorum 20
erat, qui monstrare Darii vehiculum[36] posset: singuli, ut quæque[37] prehenderant, servabantur; nec tamen ullum vestigium fugæ Regis exstabat. Fe- 21
stinantem Alexandrum vix tria millia equitum persequuta sunt. At in eos, qui lentius sequebantur, incidebant universa[38] fugientium agmina. Vix cre- 22
dibile dictu, plures captivi, quam qui caperentur, erant: adeo omnem sensum territis[39] fortuna penitus excusserat[40], ut nec hostium paucitatem, nec multitudinem suam satis cernerent. Interim jumen- 23
ta, quę Darium vehebant, nullo regente decesserant militari via, & errore delata per quatuor stadia[41], in quadam valle constiterant, æstu simulque vulneribus fatigata. Haud procul erat fons, ad 24
quem monstratum a peritis, Polystratus Macedo siti maceratus[42] accessit: ac dum galea[43] hausturn aquam

35. *Congregaverant* i. conjunxerant. Cic. de Orat. 1. *Homines dispersos & dissipatos unum in locum congregare.* Noster VIII. 2. 15. IX. 2. 21.

36. *Darii vehiculum*, quia 1. vile, & pellibus tectum ignoti agebant V. 12. 20. 11. vulnerato Rege, & ministris occisis, jumenta, quæ Regem vehebant, auriga destituta, militari & regia via decesserant. infr. *n.* 23. V. *Raderum.*

37. *Quæque* n. vehicula, ut in manus venerunt. V. *Freinshemium.*

38. *Universa* i. non dispersa. *Universus omnis*, qui fluit aquis non separatis VI. 4. 4.

39. *Territis.* Plutarch. de fort. Alex. I. extr. *Rationes periculo imminente franguntur, atque imaginationibus judicium expellitur, ubi prope adsunt res terribiles. Metus enim non solum memoriam consternat, ut ait Thucydides; sed & institutum animi omne, & laudabilem conatum, incitationemque.*

40. *Excusserat* i. eripuerat. Cic. Tusc. 1. *Hanc excutere opinionem mihimet radicitus nolui.* Noster VII. 8. 4.

41. *Quatuor stadia* i. sexcentos, quinque & viginti passus, si quinquies mille passus tribuas milliari: si quatuor millia, erunt quingenti. V. *Raderum.*

42. *Maceratus* i. consumtus, attenuatus. *Macies terræ* est ter-

quam sorbet[44], tela jumentorum deficientium[45] corporibus infixa conspexit. Miratusque confossa potius, quam abacta esse, semivivi ***.

Q. CUR-

ra sicca, & asperitate extenuata *Just.* XLIII. 3. 5.

43. *Galea* capitis fuit munimentum, factum ex felis vel mustelæ, quæ γαλὴ dicebatur, corio. Illud vero poculum militis est, Luctat. Theb. III. 663. Senec. Benef. V. 24. *Siti confectus &c. nisi commilito homo fortis & strenuus aquam mihi in galea sua attulisset.* Propert. III. 10. 4.

Potabis galea fessus Araxis aquam.

Tibul. II. 6. 4.

Levem galea qui sibi portet aquam.

Unde *galeola* Varr. de vit. P. R. I. genus est vasis apud Non. XV. 34. *Ubi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut sinum.* V. *Demster. Ant. Rom.* X. 12. *Scheel. in Hygin. f.* 259. *Meibom. in Albinov. de Mæcen.* 2. 29.

44. *Sorbet* i. bibit. *Sorbere* est, quicquid molle est, ore sumere. *Sorbere ova* dicit Plin. XXIX. 3. *Privatim contra hæmorrhoidum morsum illinitur ovum, sorbeturque crudum. Sorbilia ova* Petron. c. 33. *Temtemus an adhuc sorbilia sint* i. sorberi possint. Inde *absorbere* ad inanimata transfertur IV. 2. 19. & *exsorbere arbores* dicitur Ganges VIII. 9. 6.

45. *Deficientium* i. morientium. Frontin. Stratag. III. 7. 6. *profluvio ventris deficere. Deficere vita* Plaut. Asin. III. 3. 19. *Quam si intelligam deficere vita.* Noster VII. 3. 13.

Pugnæ



Q. CURTII RUFI DE REBUS ALEXANDRI MAGNI, REGIS MACEDONUM,

LIBER VI.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Lacedæmonios Agide duce superat, & superatos veniam defectionis oraturos ad Alexandrum mittit Antipater Macedoniæ præses.

* * *

PUgnæ[1] discrimen immisit[2], obtruncatisque, qui promtius resistebant, magnam partem hostium propulit[3]. Cœperant fugere victores[4]: & donec[5] avidius sequentes in planum deduxere, multi[6] cadebant; sed ut primum locus, in quo stare posset, fuit, æquis viribus dimicatum est. Inter omnes tamen Lacedæmonios Rex eminebat, non armorum modo & corporis specie; sed etiam magnitudine animi, quo solo vinci non potuit. Undique nunc cominus, nunc eminus petebatur; diuque

Pugnæ hujus meminit *Oros.* III. 18. eamque describunt *Justin.* XII. 1. 6-11. *Diod.* XVII. 48. 62. 63.

2. *Discrimen immisit* n. in medium se Agis Rex Lacedæmoniorum, de quo IV. 1. 39. qui & eodem fere modo III. 11. 2. Huic vero libro caput vetustas abstulit.

3. *Propulit* i. in fugam conjecit. Tacit. Ann. XIV. 58. 6. *Si sexaginta milites propulisset.*

4. *Victores* Macedones, qui fugerant, ut e locorum angustiis hostem in campum protraherent. V. *Raderum.*

5. *Donec* i. quoad, usquequo. Cic. Fam. V. 12. *Non te exspectare, donec ad locum venias.* Noster *n.* 4. VIII. 10. 8.

que arma circumferens[7] alia tela clypeo excipiebat[8], corpore alia vitabat: donec hasta femora perfossa, plurimo sanguine effuso, destituere pugnantem: Ergo clypeo suo exceptum armigeri, raptim in castra referebant, jactationem vulnerum haud facile tolerantem. Non tamen omisere Lacedæmonii; &, ut primum sibi, quam hosti, æquiorem[9] locum capere potuerunt, densatis ordinibus effuse fluentem[10] in se aciem excepere. Non aliud discrimen vehementius fuisse memoriæ proditum est. Duarum nobilissimarum bello gentium exercitus pari Marte pugnabant. Lacedæmonii vetera; Macedones præsentia decora[11] intuebantur: illi pro libertate[12], hi pro dominatione[13] pugnabant. Lacedæmoniis dux; Macedonibus locus deerat. Diei quoque unius tam multiplex casus modo spem, modo metum utriusque partis augebat, velut de industria[14] inter fortissimos viros certamen æquante[15] fortuna. Cæterum angustiæ[16] loci, in quo hæserat

6. *Multi.* V. §. 29.

7. *Circumferens*, quia ubique expositus periculo. Sic in nocturna pugna, & ancipiti discrimine Tacit. Hist. IV. 29. 3. *Unde clamor acciderat, circumagere corpora.* V. *Freinshemium.*

8. *Clypeo excipiebant*, hielt sijn schilt daer voor, ut IX. 5. 4.

9. *Æquiorem* i. commodiorem. Nep. Milt. v. 4. *Etsi non locum æquum videbat suis. Amplius* vero *prodest locus sæpe, quam virtus.* Veget. III. 26.

10. *Effuse fluentem* i. inruentem, incumbentem, *die sterck op haer affackte.*

11. *Vetera, præsentia.* Ita Justin. XXX. 4. 15. *Alii Majorum suorum antiquam & obsoletam gloriam, alii virentem recentibus experimentis virtutis florem.*

12. *Libertate.* Justin. XXX. 4. 7. *Tantoque fortius hoc bellum, quam illa sustinendum: quanto sit libertas imperio carior.*

13. *Dominatione* i. imperio vi capiendo, tyrannide. Nep. Milt. III. 4. *Liberos a Persarum futuros dominatione, & periculo.*

14. *De industria.* Flor. II. 8. 1. *Quadam quasi industria sic adgubernante fortuna*, even als of het God soo hebben wilde. V. v. 3. 17.

15. *Æquante*, middelende.

16. *Angustiæ.* Sic apud *Senec. Suas.* II. Pompejus Silo: *Xerxes multos secum adduxit; Thermopylæ paucos recipiunt: nihil refert, quantas gentes in nostrum orbem orientes effuderit, quantumque nationum secum Xerxes trahat. Tot ad nos pertinent, quot locus cepe-*

rat[17] pugna, non patiebantur totis congredi[18] viribus. Spectabant ergo plures, quam inierant, prælium, &, qui extra teli jactum erant, clamore invicem suos accendebant. Tandem Laconum[19] acies languescere, lubrica arma sudore vix sustinens; pedem deinde referre cœpit urgente hoste, ac apertius[20] fugere. Insequebatur dissipatos victor, & emensus curru omne spatium, quod acies Laconum obtinuerat, ipsum Agim persequebatur. Ille, ut fugam suorum, & proximos hostium conspexit, deponi se jussit: expertusque membra[21], an impetum animi sequi possent, postquam deficere se sensit, poplitibus[22] semet excepit[23]: galeaque strenue sumpta, clypeo protegens corpus, hastam dextra vibrabat, ultro vocans[25] hostem, *si quis jacenti spolia*[26] *demere auderet.* Nec quisquam fuit, qui sustineret comi-

10 11 12 13 14 15

ceperit. V. *Freinshemium.*

17. *Hæserat* i. impedita substiterat. Flor. III. 10. 5. *Sed hærebat in vadis pugna, quum æstibus solitis cum ipso certamine subductus Oceanus intercedere bello videretur.*

18. *Congredi* i. pugnare. Virg. XII. 233. *Alterni si congrediamur.* Noster *n.* 15. IX. 5. 19: 7. 20.

19. *Lacones* sunt dicti Lacedæmonii a *Lacone* filio Lapathi, ut Cedrenus memorat. *Ab ipsis judicum temporibus regnum Europæ tenuit Lapathus. Habuit vero filios duos, Achæoum & Laconem: inter quos defuncto patre, distributus principatus. Ac Laco quidem, dimidiam regionem nactus, Laconicam dixit.* V. *Meurs. Misc. Lacon.* III. 9.

20. *Apertius* i. palam. Cic. de Orat. II. *Ponere aliquid aperte falsum.*

21. *Expertus membra* i. cum tentasset membrorum vires.

22. *Poples* est posterior incurvati genu pars, *het buygen van de knie.* Petron. c. 1. *Succisi poplites genua non sustinent.* Noster IX. 5. 9. V. *Rhodig.* IV. 11.

23. *Semet poplitibus excipit.* Ita se dimisit, ut in genua procideret. *Procumbere* inf. *n.* 15. Noster *n.* 15. IX. 5. 3. & 9.

24. *Clypeo protegens.* Hoc communi formula dictum VIII. 1. 24. IX. 2. 29. Sulp. Sever. de vit. Mart. 1. *Si hoc ignaviæ adscribitur, non fidei, crastina die ante aciem inermis stabo, & in nomine Domini Jesu, signo crucis, non clypeo tectus, aut galea hostium cuneos penetrabo securus.* V. Demster. *Ant. Rom.* X. 10.

25. *Vocans* i. provocans. Plaut. Stich. V. 7. 6. *Omnes voco cinædos.*

26. *Spolia* i. arma hosti *spolia*

cominus congredi; procul missilibus adpetebatur, ea ipsa in hostem retorquens [27]: donec lancea [28] nudo pectori infixa est: qua ex vulnere evulsa inclinatum, ac deficiens caput clypeo paulisper excepit; deinde linquente spiritu pariter, ac sanguine, mo-
16 ribundus in arma procubuit. Cecidere Lacedæmoniorum v. millia & cccLx. ex Macedonibus haud amplius ccc [29]. Cæterum vix quisquam, nisi saucius, revertit in castra. Hæc victoria non Spartam modo, sociosque ejus; sed etiam omnes, qui fortu-
17 nam belli spectaverant [30], fregit [31]. Nec fallebat Antipatrum, dissentire ab animis gratulantium vultus [32], sed bellum finire cupienti opus erat decipi [33]. Et quamquam fortuna rerum placebat, invidiam tamen, quia majores res erant, quam quas præfecti
18 modus [34] caperet, metuebat. Quippe Alexander ho-

lia futura. Infr. VII. 4. 40.

27. *Retorquens* i. reflectens, *te rugge schieten*, ut VIII. 2. 4.

28. *Lanceam* plerumque pili, telique ritu ejaculabantur veteres. Lucan. II. 472.

Cujus torta manu commissi lancea bellum.

Et in Act. Apost. λογχοφόροι redduntur jaculatores. Inde *lanceare* est lanceam mittere Tertull. adversus Marcion. III. 8. Jud. c. 9. *Qui ante norint lanceare, quam lancinare?* & *lanceatus* est lancea transfossus Firmico. Noster IX. 7. 21. VII. 1. 18.

29. ccc. Diodor. XVII. 63. *Occubuerunt de Antipatri militibus non minus tribus millibus quingentis.*

30. *Fortunam belli spectaverant*, hadden daer op geset, waer den oorlogh heenen wilde.

31. *Fregit.* V. VI. 2. 21.

32. *Gratulantium vultus*, de quibus quum loquatur Curtius, ipse intelligere per te potes, eos coram ipso stetisse, & ut ipsum convenirent, profectos esse. Falleris enim, si locum lacunosum, aut hiulcum esse putaveris. Ita stricte amant loqui sæpissime optimi scriptores, & volunt quædam intelligi ex consequentia verborum, quæ ipsi non aperte dixerint. Sic *n.* 20. non exferte tradit noster Lacedæmoniorum, Megalopolitanorumque legatos ad Alexandrum profectos fuisse, sed ex omnibus circumstantiis ab attento lectore facile colligi posse, sufficere putavit. V. *Freinshemium.*

33. *Opus erat decipi.* Tacit. Ann. I. 11. 6. *Patres, quibus unus metus, si intelligere viderentur, in questus, vota, lacrymas effundi.* XIV. 6. 2. *Simul suum vulnus adspiciens, solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur.*

34. *Modus* i. conditio. Claudian.

hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse, ne tacitus quidem indignabatur [35]: suæ demtum gloriæ [36] existimans, quicquid cessisset alienæ. Itaque An- 19
tipater, qui probe nosset spiritum [37] ejus, non est ausus ipse agere arbitria victoriæ [38]: sed concilium [39] Græcorum, quid fieri placeret, consuluit. A quo 20
Lacedæmonii, nihil aliud, quam ut oratores mittere ad Regem [40] liceret, precati, veniam defectionis, præter auctores [41], impetraverunt. Megalopolita-

dian. Ruf. II. 316.

Privati fugisse modum, crimenque tyranni.

Prop. I. 7. 5.

Hic mihi conteritur vitæ modus. Quintil. Decl. XIX. *Quædam majora sunt, quam ut illa capiat modus sermonis humani* i. quam imbecillitas vocis, seu linguæ humanæ queat proferre. Noster VI. 9. 18. V. *Gebhardum in Propertium.*

35. *Ne tacitus indignabatur* i. ne dissimulare quidem potuit invidiam, sed palam etiam in voces erupit: quod ex eo apparuit, cum non fine scommate per contemtum, ut est in Plutarchi Agesilao, pugnam hanc μυομαχίαν appellavit. V. *Raderum.*

36. *Demtum suæ gloriæ.* Ideo *Perdiccam oderat, quod esset bellicosus: Lysimachum, quod imperatoriæ artis peritus: Seleucum, quod forti animo esset. Antigoni vero liberalitas eum offendebat, & Attali imperatoria dignitas, & Ptolomæi prosperitas.* Aelian. V. H. XII. 16. Hac de causa apud *Dion.* XLIX. Agrippa voluit *rei bene gestæ nomen principibus reservari.* Et idem Tacit. *Agric.* VIII. 4. Joabus 2. *Sam.* XII. 18. Noster VI. 6. 33. Ubi V. *Freinshemium.*

37. *Spiritum*, hooghmoed.

38. *Agere arbitria victoriæ* i. suo judicio, & arbitrio victoria uti. Inde *arbitrium pacis suscipere* est interponere se pro mediatore Justin. XXII. 2. 5. *Arbitrium* est potestas ex sola *arbitrii* voluntate dependens. Inde *arbitrium victoriæ* supr. III. 12. 9. v. 8. 12. & *arbitrium parentum* infr. IX. 1. 24. & *arbitria armorum capere* Paterc. II. 50. 3. est illa auctoritate sua definire, uti arbitri litium solent.

39. *Concilium.* Diodor. XVII. 63. *Hic responsum ad Græciæ totius conventum rejecit: qui senatu Corinthi habito &c.*

40. *Ad Regem.* Ita Romanorum Imperatores, ducesque de pace cum hostibus suo arbitrio non egerunt, sed petentibus annuerunt, ut legatos Romam mittere liceret. *Liv.* X. 5. XXVI. 27. XXXVII. 7. XXXVIII. 10. & passim. V. *Freinshemium.*

41. *Præter auctores.* Liv. XXVIII. 26. *Certabant sententiis, utrum in auctores seditionis animadverteretur, an plurium supplicio vindicanda tam fœdi exempli defectio magis, quam seditio esset. Vicit*

litanis [42], quorum urbs erat obsessa a defectione [43],
21 Achæis & Aetolis cxx. talenta [44] dare jussi sunt. Hic fuit exitus belli, quod repente ortum, prius tamen finitum est, quam Darium Alexander apud Arbela superaret.

Vicit sententia lenior, ut, unde orta culpa esset, ibi pœna consisteret.

42. *Megalopolis* urbs est Arcadiæ, fida Macedonibus ob Philippi, a quo beneficiis adfecta fuerat, memoriam. Hanc arcte circumsederant Arcades, ejusque excidium in dies exspectabatur, & haud procul deditione aberat, nisi tandem Antipater subvenisset. Huic Alexander damnum, quod ob fidem in ipsum pertulerat, haud dubie a defectionis auctoribus sarciri voluit. V. *Plin.* IV. 6. *Aeschinem contra Ctesiphontem.*

43. *A defectione* i. post defectionem. Plin. Epist. II. 4. *A declamando huc transeunt* i. post declamationem *in schola habitam.* Cic. pro Mil. *Centesima hæc lux est ab interitu P. Clodii.* Noster VI. 7. 16.

44. CXX. *talenta* i. septuaginta millia Philippeorum. V. *Raderum.*

CAP. II.

ARGUMENTUM.

Baccho, & Venere fractus, regiæ stirpis captivis tamen abstinet, Oxathrem Darii fratrem, & Oxydatem Persam ad honores producit, & militem domum itionem parantem ad nova bella blanda oratione parat Alexander.

1 SEd ut primum instantibus curis laxatus [1] est animus, militarium rerum, quam quietis otiique patientior; excepere eum voluptates: &, quem arma Prrsarum non fregerant, vitia vicerunt

Laxatus i. liberatus, solutus, *aufgerucken.* Cic. Tusc. 1. *Quum curis laxati sumus.* Noster III. 6. 11. *Laxa animum* n. curis. *Laxare* est proprie remittere, *laten schieten*: cui opponitur adducere, adstringere. Cic. de amic. *Commodissimum est quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas.* Est vero *laxatus amisso, cui æmulari consueverat*, ut de Athenienses Justin. VI. 9. 2. *Æmulorum* enim *metu ablato luxuriari incipimus:* Flor. II. 15. 5. Et *in florenti, ac beata republica mille vitia inermia regnant.* Sen. tranq. c. 3.

2. *Vitia vicerunt.* Senec. Epist. 51. *Annibal armis vicit, vitiis victus est.*

3. *Intempestiva* i. rebus gerendis, quæ illum tum urgebant, impedimento futura. *Intempestiva* enim *convivia* erant, quæ *temporibus* i. rerum publicarum privatarumque statui non conveniunt. Sueton. Calig. c. 45. *Senatum populumque objurgavit edicto, quod Cæsare præliante intempestiva convivia celebrarent.* Noster II. 5. Hac de causa Romani convivia sua in vesperam differebant, & legitima illorum hora erat *Sol occasus.* Unde *de multo die* qui epulari incipiebant, gulosi habebantur. Catul. XLVII. 6. Plaut. Asin. IV. 2. 16. Horat. Sat. II. 8. 3. Noster V. 7. 2. V. *Freinshemium: Turneb.* VI. 16. *Manut. Quæst. Epist.* I. 6. *Lipsi. Tacit. Ann.* XIV. 159. & *Excurs. A. Salmas. Exercit. Plin. f.* 648. *Buleng. de Conv.* I. 24.

4. *Perpotandi.* Cicero contra Verrem plenius: *perpotare totos dies.* Qui & in Pisonem *perpotationes intemperantissimas* vocat: *Quod cum tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas perpotationes prædicem.* Alexandri *perpotationes* denarrant *Aelian. V. H.* III. 23.

5. *Pervigilandi* i. totas noctes insomnes ducendi, *een donckert-jen over sitten.* Martial.

Nam vigilare leve est, pervigilare grave est.

6. *Insana* i. magna. Ita *insanos montes* Flor. II. 6. 35. & *insanas substructiones* pro Milone Cicero magnificas & majoris impendii. Inde *insanire* Periplectomenem *Plaut. Mil.* III. 1. 159. Damasippum *Horat. Sat.* II. 3. 64. Phormionem *Terent.* IV. 7. 37. Damœtam *Virg. Ecl.* III. 36. dicunt, qui pretium maximum vel postulaverint, vel impenderint. Ad Græcorum imitationem, qui cum aliquid vehementer extollebant, soliti tanquam exclamanter orationi suæ vocem *μανία* inserere. Unde manarunt illæ loquutiones, *μανιακὸν, ὅσον μέγα*, & *insanum magnum molior negotium* Plaut. Bacch. IV. 5. 1. V. *Casaub. Athen.* XIII. 5. *Cuper. Observ.* I. 19.

7. *Greges pellicum*, & turbam libidini laxas habenas dantes reges uxoribus, quas justis sibi nuptiis junxerant, adhibuisse docet *Brisson. de regn. Pers.* I. 77.

8. *Æmulatus* i. imitatus. Cic. Tusc. IV. *Imitatio virtutis, æmulatio dicitur.*

9. *Offendit* i. læsit. Non. IV. 335. Noster VI. 6. 11.

10. De-

runt [2]. Intempestiva [3] convivia, & perpotandi [4] per- 2
vigilandique [5] insana [6] dulcedo, ludique, & greges pellicum [7], omnia in externum lapsa sunt morem: quem æmulatus [8] quasi potiorem suo, ita popularium animos, oculosque pariter offendit [9], ut a plebe

3 a plerisque amicorum pro hoſte haberetur. Tenaces quippe diſciplinę ſuæ, ſolitosque parco, & parabili victu, ad implenda naturæ deſideria defungi [10], in peregrina, & devictarum gentium mala impule-
4 rat. Hinc ſæpius comparatæ [11] in caput ejus inſidiæ: ſeceſſio militum: & liberior inter mutuas querelas dolor: ipſius deinde nunc ira, nunc ſuſpiciones; quas excitabat [12] inconſultus [13] pavor · cæteraque
5 his ſimilia, quæ deinde dicentur. Igitur quum intempeſtivis conviviis dies pariter, noctesque conſumeret; ſatietatem epularum ludis interpolabat: non contentus artificum [14], quos e Græcia [15] excitaverat [16], turba: puippe captivæ jubebantur *ſuo ritu canere*, inconditum, & abhorrens peregrinis auri-
6 bus [17], carmen. Inter quas unam Rex ipſe conſpexit mœſtiorem, quam cæteras, & producentibus [18] eam verecunde reluctantem [19]. Excellens erat

10. *Defungi* i. contentum eſſe. V. III. II. 9.

11. *Comparatæ* i. ſtructæ, *præparatæ*. infr. VI. 7. 32. & 6.

12. *Excitabat*, dede ontſtaen, Cic. de Orat. I. *Motus in animis hominum dicendo excitare, vel ſedare.* Noſter VIII. 8. 22.

13. *Inconſultus* i. imprudens. Cic. pro Dejot. *Hæc homo inconſultus & temerarius non videbat.*

14. *Artificum*, qui in univerſum fuerunt duodecim, ut Athenæus recenſet. Citharistæ fuerunt Cratinus Methymnæus, Ariſtonymus Athenienſis, & Athenodorus Teius: accinentes vero citharæ fuerunt Heraclitus Tarentinus & Ariſtocrates Thebanus. Acceſſerunt ad tibiam canentes Dionyſius Heracleotes & Hyperbolus Cyzicenus. Tibicines vero ipſi, qui primum Pythicum cecinerunt, deinde cum choris modulati ſunt, Timotheus, Phrynichus, Scaphiſius, Diophantus, & Euius Chalcidenſis. V. *Loccenium.*

15. *E Græcia.* Liv. XLV. 32. *Artificum omnis generis, qui ludicram artem faciebant, ex toto orbe terrarum multitudo, & athletarum, & nobilium equorum convenit: & legationes cum victimis, & quicquid aliud Deorum hominumque cauſa fieri magnis ludis in Græcia ſolet.*

16. *Excitaverat* i. evocaverat. Phædr. IV. 24. 27.

Perturbatus excitaverat Simonidem.

17. *Abhorrens peregrinis auribus* i. *a quo abhorrent* aures non adſuetæ.

18. *Producentibus* i. Regi adducentibus. Sueton. Aug. c. 43. *In circo aurigas, curſoresque, & confectores ferarum produxit.*

19. *Reluctantem* i. repugnantem,

erat forma, & formam pudor honeſtabat; dejectis [20] in terram oculis, &, quantum licebat, ore velato, ſuſpicionem præbuit Regi, nobiliorem eſſe, quam ut inter convivales ludos deberet oſtendi [21]. Ergo interrogata *quænam eſſet? neptem ſe Ochi, qui* 7
nuper regnaſſet in Perſis, filio ejus genitam eſſe, reſpondit; *uxorem Hiſtaspis fuiſſe.* Propinquus hic Darii fuerat, magni & ipſe exercitus prætor. Adhuc in 8
animo Regis tenues reliquiæ priſtini moris hærebant [22]. Itaque fortunam regia ſtirpe genitæ, & tam celebre nomen reveritus; *non dimitti modo captivam, ſed etiam reſtitui ei ſuas opes* juſſit: *virum quoque requiri, ut reperto conjugem redderet.* Poſtero autem 9
die præcepit Hephæſtioni, *ut omnes captivos in regiam juberet adduci.* Ubi [23] ſingulorum nobilitate ſpectata [24], ſecrevit [25] a vulgo, quorum eminebat genus. Mille fuerunt; inter quos repertus eſt Oxathres Darii frater, non illius fortuna, quam indole animi ſui clarior. Sex & viginti millia talentum proxima præ- 10
da [26] redacta erant: e queis duodecim millia in congiarium

tem, obnitentem VIII. 2. 11.

20. *Dejectis*, ex pudicarum ritu. Virg. Aen. XI. 480.

Juxtaque comes Lavinia virgo
Cauſa mali tanti, atque oculos dejecta decoros.

Aelian. V. H. XII. 1. *Aſpaſia in humum oculos dejicere*, &c. XIII. 1. *Qui ſtos tam ſpecioſus, aut elegans inveniri poteſt, quam vultus virginis ad verecundiam comparatus & inſtitutus?*

21. *Oſtendi* i. ſpectandam produci, *exhiberi* Sueton. Auguſt. c. 43.

22. *Hærebant* i. inſidebant. Cic. Phil. II. *Infixus animo hæret dolor.*

23. *Ubi* i. in qua. Cic. Fam. I. 10. *Ibi malis eſſe, ubi in aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere videare.*

24. *Spectata* i. examinata, probata. *Spectati* dicebantur ſervi, qui diu ſervierant, hoc formula: numquis hunc vituperat? Terent. Adelph. V. 6. 5.

Is mihi profecto eſt ſervus ſpectatus ſatis.

25. *Secrevit* i. ſeparavit. Cic. Catil. I. *Secedant improbi, ſecernant ſe a bonis.* Noſter VII. 2. 35.

26. *Proximæ præda.* Ellipſis præpoſitionis. Præda vero non pro lubitu militum diripiebatur, ſed ejus, cujus auſpiciis bellum gerebatur, erat. Liv. XXX. 14. *Syphax populi Romani auſpiciis victus, captusque eſt. Itaque ipſe, conjunx, regnum, ager, oppi-*

giarium [27] absumpta sunt. Par huic pecuniæ sum-
11 ma, custodum fraude [28] subtracta est. Oxydates erat nobilis Persès, qui a Dario capitali supplicio destinatus, cohibebatur in vinculis; huic liberato satrapeam Mediæ adtribuit: fratremque Darii recepit in cohortem amicorum [29], omni vetustæ claritatis
12 honore servato. Hinc in Parthienen perventum est, tunc ignobilem gentem, nunc caput omnium, qui post Euphratem & Tigrim amnes siti, rubro ma-
13 ri [30] terminantur. Scythæ regionem campestrem, ac fertilem occupaverunt; graves [31] adhuc accolæ [32]. Sedes habent & in Europa, & in Asia: qui super Bosphorum [33] colunt, adscribuntur [34] Asiæ; at qui in Europa sunt, a lævo Thraciæ latere ad Borysthenem [35], atque inde ad Tanaim alium amnem [36]

recta

da, homines, qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, præda populi Romani est. V. *Grot. de jur. bell. & pac.* III. 6.

27. *Congiarium* appellatur pecunia beneficii gratia dari cœpta. Unusquisque enim sui temporis Imperator favorem populi captans, adjiciebat, ut largior videretur in donis. Specialiter mensura est liquidorum. V. *Ind.* XIV. 25. *Quintil. Instit. Orat.* VI. 3.

28. *Custodum fraude.* Diod. XVII. 74. *A gazarum custodibus* VIII. *millia talentum acceperat. Præter hæc in militem distributa, cum ornamentis & poculis* XIII. *millia talentum efficiebant. Summa autem furto sublatorum, & per vim abstractorum, longe amplior censebatur.*

29. *Cohortem amicorum* Alexandri *turmam* appellat *Vellej.* I. 11. 4. Alexander enim optimos suorum in unum corpus contributos, *sodales* sive *amicos* appellavit, & hi haud dubie constituerunt illud *agema*, de quo IV. 13. 26 §. 55. V. *Freinshemii Indicem.*

30. *Rubro mari* V. VIII. 9. 14.

31. *Graves* i. molesti. Sæpius enim cum illis bella gesserunt. Infr. VI. 8. 3. V. III. 1. 22.

32. *Accolæ* n. Parthorum. V. *Freinshemium.*

33. *Bosphorum* Cimmerium in ora Mæotidis paludis. Marcellin. XXII. 229. *Extremitates arcus utrinque tenues duo exprimunt Bosphori, e regione sibi oppositi, Thracius & Cimmerius, hac causa Bosphori vocati, quod per eos quondam Inachi filia mutata (ut poetæ loquuntur) in bovem ad mare Ionium permeavit.* Noster VII. 6. 12. VIII. 1. 7. V. & *Herod.* III. 303. *Mel.* I. 1. & ad illum *Vossium.* Super hoc Scythæ qui colunt. *Sauromatæ*, seu *Sarmatæ* vocantur, & hodie *Tartari.*

34. *Adscribuntur* i. adjunguntur. *Adscribi* dicebantur, qui in

recta plaga adtinent [37]. Tanais Europam & Asiam 14
medius interfluit. Nec dubitatur, quin Scythæ, qui Parthos condidere [38]; non a Bosphoro, sed ex regione Europæ penetraverint. Urbs erat ea tem- 15
pestate Hecatompylos [39], condita a Græcis: ibi stativa Rex habuit, commeatibus undique advectis. Itaque rumor [40], otiosi militis vitium [41], sine auctore [42] percrebuit [43]; *Regem contentum rebus, quas gessisset, in Macedoniam protinus redire statuisse.* Dis- 16
currunt lymphatis similes in tabernacula, & itineri sarcinas aptant [44]: signum datum [45] crederes, ut vasa

in colonias mittebantur.

35. *Borysthenes* est Scythiæ fluvius maximus. Mela. II. 1. *Borysthenes gentem sui nominis abluit, inter Scythiæ amnes amœnissimus: turbidis aliis, liquidissimus defluit, placidior, quoque quam cæteri, potuque pulcherrimus. Alit lætissima pabula, magnosque pisces, quibus & optimus sapor, & nulla ossa sunt. Longe venit, ignotisque ortus e fontibus, quadraginta dierum iter alveo stringit.* V. & *Solin. c.* 15. Scythæ, qui ad hunc fluvium habitant, *Borysthenitæ* dicuntur *Herod.* IV. 305. & *Borysthenidæ* Propert. II. 6. 9. *Cosakas* hodie dici dicit *Faber in Phædrum p.* 4.

36. *Tanaim.* V. VII. 7. 3. §. 4.

37. *Adtinent* i. pertinent.

38. *Scythæ Parthos condidere.* Justin. II. 1. 3. *Quippe cum ipsi Parthos, Bactrianosque condiderint.* 3. 6. *Parthicum & Bactrianum imperium ipsi condiderunt.* Noster IV. 12. 11. Unde Justin. XLI. 1. 2. *Parthi Scytharum exules fuere. Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur. Nam Scythico sermone Parthi exules dicuntur.* V. *Salmas. ad Tertull. Pall. p.* 168.

39. Hecatompylos *in media Parthia sita est: cum autem diverticula viarum ad omnes regiones ibidem coeant, ex eventu ipso centum portarum nomen locus invenit.* Polyb. X. 25. *Parthorum regiam* appellat Strab. XI. 127. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

40. Rumor *est sermo sine ullo certo auctore dispersus, cui, malignitas initium dedit, incrementum credulitas.* Quintilian. Instit. Orat. V. 3. Noster *n.* 17. VIII. 9. 1. X. 10. 19.

41. *Otiosi militis vitium.* Tacit. Ann. XIV. 58. 4. *Hæc more famæ, credentium otio augebantur.* Noster VIII. 9. 1. V. *Raderum.*

42. *Sine auctore* i. ut auctor esset incertus, ut incertum esset, quis illum sparsisset. Liv. III. 36. *Opinio etiam sine auctore exierat,* &c.

43. *Precrebuit*, is doorgebroocken, is sterck geworden. Cic. Verr. IV. *Res percrebuit, in ore omnium atque sermone cœpit esse. Increbescere* dicit Plaut. Merc. V. 1. 9.

Ubi mores deteriores increbescunt indies.

ſa colligerent[46]. Totis caſtris tumultus hinc contubernales[47] ſuos requirentium, hinc onerantium
17 plauſtra, perfertur ad Regem. Fecerant fidem rumori temere vulgato Græci milites, *redire* juſſi *domos*, quorum equitibus ſingulis denariorum ſena millia[48] dono dederat. Ipſis quoque finem militiæ
18 adeſſe credebant. Haud ſecus, quam par erat, territus Alexander, qui Indos, atque ultima Orientis peragrare ſtatuiſſet, præfectos copiarum in prætorium contrahit: obortisque lacrymis, *ex medio gloriæ ſpatio revocari ſe, victi magis, quam victoris fortunam*
19 *in patriam relaturum* conqueſtus eſt. *Nec ſibi ignaviam militum obſtare, ſed Deorum invidiam*[49]; *qui fortiſſimis viris ſubitum patriæ deſiderium admoviſſent*[50], *paulo poſt in*

44. *Aptant* i. conſtringunt, ligant. Feſtus in Apex: *Comprehendere antiqui vinculo* apere *dicebant. Unde* aptus *is, qui convenienter alicui junctus eſt.* Catull. XXVIII. 2.

Aptis ſarcinulis & expeditis.

45. *Signum datum.* Polyb. VI. 38. *E caſtris ſuis discedunt hunc in modum. Cum primum ſignum datum eſt, tabernacula ſua detendunt, & ſarcinas componunt omnes.* Hoc *itinerarium ſonare* eſt Marcellin. XXIV. 1. *Julianus ſummæ rei finem imponendum maturius credens, extracta quiete nocturna itinerarium ſonare lituos jubet.* V. *Lipſ. Mil. Rom.* V. 12.

46. *Colligerent.* Milites, quando diſceſſum parant, & ad iter ſe accingunt. Hinc in proverbii uſum abiit: *vaſa colligere.* Varr. R. R. I. 1. *Sarcinas colligite: Annus octogeſimus*, inquit, *admonet me, ut ſarcinas colligam, antequam proficiſcar e vita.* V. *Popmam*, & ex illo in Indice *Freinshemium.*

47. *Contubernales* erant *decem milites, qui ſub uno papilione degebant.* Veget. II. 13. *quibus præerat decanus, qui nunc caput contubernii vocatur.* II. 8. & 13. Spartiano, aliisque *commanipulares & commanipulones*, Ammiano *concorporales* dicuntur. Hinc & Celtica, & Belgica lingua ipſum decanum *corporalis* nomine appellari audimus, *rotgeſellen.* Ciceroni *commilitones.* Cæſari *commilitones.* Noſter IX. 10. 16. V. *Stewech. in Veget.* II. 8. *Ouzel. in Minut. p.* 3. *Lipſ. de M. R.* V. 5.

48. *Denariorum ſena millia, talentum* Diodor. XVII. 74. *Talentum* igitur, & *ſena millia denariorum* eandem ſortem efficiunt. V. *Freinshemium.*

49. *Deorum invidiam.* Ita ſolent gentiles. Flor. I. 13. 1. *Hinc ſive invidia Deum, ſive fato.* &c. Noſter X. 5. 10. Unde, cum res ex voto non caderent, culpam omnem in Deos ſuos referebant. Noſter VII. 7. 7. Imo, ſi

in eandem cum majore laude, famaque redituris. Tum 20
vero pro ſe quisque *operam ſuam* offerre: difficillima quæque poſcere; polliceri[51] *militum quoque obſequium, ſi animos eorum leni*[52] *& apta oratione permulcere*[53] *voluiſſet. Nunquam infractos*[54] *& abjectos*[55] *receſſiſſe, quoties ipſius alacritatem, & tanti animi ſpiritus haurire potuiſſent. Ita ſe facturum* eſſe reſpondit. *Illi vulgi au-* 21
res præparent ſibi. Satisque omnibus, quæ in rem[56] videbantur eſſe, compoſitis, *vocari ad concionem exerci-*

ſi quid adverſi accidiſſet, non tantum *ſolenni pompæ ſimulacr. Deorum detraxerunt*, ut Neptuni Auguſtus Circenſium die apud *Sueton. c.* 16. ſed etiam Deorum *templa lapidaverunt, aras ſubverterunt, Lares familiares in publicum abjecerunt*: ut die, quo defunctus eſt Germanicus, fecerunt Romani apud *Sueton. Calig. c.* 5.

50. *Admoviſſent* i. inſtillaſſent, injeciſſent.

51. *Polliceri* V. VIII. 1. 8. §. 16.

52. *Leni* i. miti, clemente. Cic. de Orat. II. *Oratio placida, ſubmiſſa, lenis. Lenia verba* Tib. I. 9. 1.

Quidve ferant miti lenia verba ſono.

Leni opponitur aſperum. Terent. Heaut. III. 1. 49.

Aſperum pater hoc eſt: aliud lenius ſodes vide.

53. *Permulcere* i. lenire, mitigare. Feſtus in Mulciber: *Mulcere mollire, ſive lenire eſt. Pacuvius*:

Quid me obtutu terres, mulces laudibus?

Corporalia proprie *mulcentur* Serv. Aen. VII. 34. *Mulcebant i. lenibant. Corporalia enim ſunt elementa. Non enim mulcetur, niſi quod corporale eſt.* Et *aura mulcet flores* Cat. LXII. 41. Prop. IV. 7. 30. quibus molli & leni flatu adſpirat. Noſter VI. 3. 6.

54. *Infractos* i. fractos, ut Virg. Aen. XII. 1.

Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos.

Cic. Attic. IX. 12. *Tum poterimus deliberare, non ſcilicet integra re, ſed certe minus infracta.* Noſter VIII. 14. 44. IX. 2. 30. Non componitur ex *in* privativo, & participio *fractus*; ſed participium eſt, & inde nomen adjectivum a verbo *infringere*, quo utuntur Prop. I. 14. 9.

Illa poteſt magnas heroum infringere vires.

Cæſ. B. C. II. 25. *Conatus adverſariorum infringere.* Noſter IX. 2. 29. Hoſtis vero dicitur *frangi*, qui bello ſuperatur, & cui ſuperato ſuperbia demitur Nep. Cim. II. 5. *Thaſios opulentia fretos ſuo adventu fregit.* Noſter VI. 1. 15: 2. 1. VII. 9. 17. V. *Vorſt. de Lat. mer. ſuſp. c.* 4.

55. *Abjectos* i. fortuna adverſa proſtratos. Petron. c. 40. *In loco peregrino deſtituit abjectum.* Opponitur *florenti* Nep. Attic. VIII. 6.

ercitum jussit, apud quem talem orationem [57] habuit:

56. *In rem* i. commoda, utilia. Terent. And. III. 3.14. *Si in rem est utriqae.*

57. *Orationem* hanc tradunt etiam *Justin.* XII. 3. 3. *Diod.* XVII. 74.

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Laborum finem nondum adesse, militem suum docet; & ad bellum, in Asia inchoatum, absolvendum eundem adhortatur Alexander.

1 2 MAgnitudinem rerum, quas gessimus, milites [1], intuentibus vobis, minime mirum est, & desiderium quietis, & satietatem gloriæ occurrere [2]. Ut omittam Illyrios, Triballos, Bœotiam, Thraciam, Spartam, Achæos, Peloponnesum: quorum alia ductu, alia 3 imperio, auspicioque [3] perdomui [4]. Ecce orsi bellum ad Hellespontum, Ionas, Aeolidem servitio [5] barbariæ [6] impotentis exemimus: Cariam, Lydiam, Cappadociam, Phrygiam, Paphlagoniam, Pamphyliam, Pisidas, Ciliciam, Syriam, Phœnicen, Armeniam, Persidem, Medos, Parthienen habemus in potestate. Plures provincias [7] complexus sum [8], quam alii urbes ceperunt. Et nescio, an enumeranti mihi, quædam [9], ipsarum rerum multitudo subduxerit. Itaque, si crederem, satis certam esse possessionem terrarum, quas tanta velocitate domuimus; ego vero, milites, ad Penates meos, ad parentem, sororesque, & cæteros cives [10] vel renitentibus vobis erumperem: ut ibi potissimum parta vobiscum laude & gloria fruerer [11]; ubi nos uberrima victoriæ præmia exspectant: liberorum, conjugum, parentumque latitia; pax; quies; rerum per virtutem partarum secura possessio. Sed in novo [12], & (si verum fateri volumus) precario [13] imperio, adhuc

4 5 6

Militum appellatio erat honorificentissima. Ideo decumanos missionem, & præmia flagitantes *Quirites* pro *militibus* cum appellasset Cæsar, illi graviter ferentes se *Quirites* appellari, id nomen rejecerunt, ut inglorium, & ei *milites* se esse confestim responderunt. *Sueton. Jul.* c. 70. Unde & *cives* per contemtum dicit suos Alexander X. 2. 27.

2. *Occurrere.* V. VII. 1. 24. §. 58.

3. *Ductu & auspicio.* Ita Sueton. c. 21. *Partim ductu, partim auspiciis.* Apud Plin. III. 20. exstat de eodem Augusto vetus inscriptio: *Quod ejus ductu, auspiciisque gentes Alpinæ omnes, quæ a mari supero ad inferum pertinebant, sub imperium populi Romani sunt redactæ.* Ductu i. per se ipsum; *auspiciis*, quando per legatos bellum geritur. Noster V. 9. 4. Qui hoc loquendi genus ad res Græcanicas transtulit. V. *Pichen. in Tacit. Ann.* II. 41. *Lipsi. Mil. Rom.* II. 12. *Dempster. Ant. Rom.* II. 16.

4. *Perdomui* i. prorsus, plane domui. Flor. IV. 12. 12. *Sed Augustus perdomandos Vibio mandat.*

5. *Servitio* i. servituti. Terent. Andr. IV. 1. 51.

Ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo.

Ubi Donatus: μεταληπτικῶς, *vel* μετωνυμικῶς *servitium pro serviute posuit, ut Virg. Aen.* III. 327. *Servitio enixæ tulimus.*

6. *Barbariæ* i. barbarorum. Justin. IX. 5. 7. *Et confinis domitarum gentium barbaries. Barbari* enim, quum potentiam nacti sunt, asperiores habentur cæteris. Unde filium Pyrrhi caput adferentem *barbarum* adpellavit Antigonus apud Plutarchum in fine Pyrrhi. V. *Freinshemii Indicem.*

7. *Provincias* i. regiones. Donat. Phorm. I. 2. 22. *Acquisitæ bello longe ab Italia regiones, provinciæ dictæ sunt, a porro, vel procul vincendo.*

8. *Complexus sum* n. imperio meo, i. cepi, occupavi.

9. *Quædam* n. loca, regna. *Lycaoniam* certe prætermisit, nisi sub Cappadocia comprehendas: prætermisit & *Lyciam.* V. *Raderum.*

10. *Cives* i. populares, *landsluyden.* Justin. I. 4. 4. *Neque claro viro, neque civi filiam in matrimonium dedit. Civilis* habitus VI. 6. 2. IX. 8. 23. quo *cives* & populares utuntur.

11. *Fruerer* i. ex illarum usu voluptatem & delectationem caperem. Flor. II. 6. 21. *Annibal, quum victoria posset uti, frui maluit.* Augustin. de Civ. Dei XI. 25. *Ea re frui dicimur, quæ nos non ad aliud referenda per seipsam delectat.* Noster VI. 5. 3. V. & *Vall. Eleg.* V. 5.

12. *Novo.* Flor. IV. 12. 2. *Nova quippe pax: nec dum adsuetæ frenis servitutis tumidæ gentium inflatæque cervices ab imposito nuper jugo resiliebant. Crudum servitium* Tacit. Ann. I. 8. 7. *Acceperant diem illum crudi adhuc servitii.*

13. *Precario* imperare dicitur, cui, victæ gentes ne duriore imperio exulcerentur, quasi eblandiendæ sunt, & palpandæ,

huc jugum [14] *ejus rigida* [15] *cervice subeuntibus* [16] *barbaris; tempore, milites, opus est, dum mitioribus ingeniis imbuantur* [17], *& efferatos mollior consuetudo permulceat.*
7 *Fruges quoque maturitatem statuto tempore exspectant: adeo etiam illa sensus omnis expertia, tamen sua lege* [18] *mite-*
8 *scunt. Quid? creditis tot gentes, alterius imperio ac nomine adsuetas* [19], *non sacris, non moribus, non commercio linguæ nobiscum cohærentes, eodem prælio domitas esse, quo victæ sunt? Vestris armis continentur, non suis moribus; & qui præsentes metuunt, in absentia hostes erunt. Cum feris bestiis res est, quas captas & inclusas, quia ipsa-*
9 *rum natura non potest, longior dies mitigat. Et adhuc sic ago, tanquam omnia subacta sint armis, quæ fuerunt in ditione Darii. Hyrcaniam Nabarzanes occupavit; Bactra non possidet solum parricida Bessus; sed etiam minatur* [20]. *Sogdiam, Dahæ, Massagetæ, Sacæ inde sui juris* [21] *sunt. Omnes hi, simul terga* [22] *nostra viderint,*
10 *sequentur. Illi enim ejusdem nationis sunt; nos alienigenæ &*

donec novis imperiis adsuescant. V. *Raderum.*

14. *Jugum imperii, frenum servitutis* modo dixit Florus. *Jugum* pro servitio, cujus signum est. Inde *colla jugo subdere*, est trahi in servitutem & labores. Quod translatum a bobus, qui junguntur, ut laboribus exerceantur. V. *Pier. Hierogl.* XLVIII. 49.

15. *Rigida* i. dura, erecta, cedere nescia. *Tumida & inflata* modo Florus. Cic. N. D. I. *Ibes sunt aves excelsæ, rigidis cruribus.* Festus: *Rigidum, & præser modum frigidum significat, & durum.*

16. *Subeuntibus* i. suscipientibus, *sigh daer onder voegende.* Ita de amore dum loquitur, militiam tanquam onus aliquod se *subire* dicit Prop. I. 6. 15.

Hanc me militiam fata subire volunt.

17. *Ingeniis imbuantur* i. illa formentur. V. III. 8. 5.

18. *Lege* i. statuto tempore, modo.

19. *Imperio ac nomine adsuetas.* Ita adsuetus cum ablativo. Flor. I. I. 7. *Ita illa adsuetæ sanguine, & præda aves pollicebantur.*

20. *Minatur* i. se nobis bellum illaturum denuntiat. Prop. I. 6. 5.

Illa minatur
Quæ solet irato tristis amica viro.

21. *Juris* i. ditionis, imperii. Justin. IX. 5. 8. *Persarum juris.*

22. *Terga* i. fugam. Is enim qui fugit, *tergum* alteri obvertit, & videndum dat. Inde *terga dare* n. videnda Just. XII. I. 10. *Agis*

Rex cum suos terga dantes videret i. fugere.

23. *Placidius* i. animo æquiore, mitiore.

24. *Potest timeri.* Sensus est: etiam asperum & immitem principem, dum indigena sit, tolerari præ externo & alieno, quantumcunque humano, & leni. V. *Freinshemium.*

25. *Parva scintilla.* Hac similitudine utitur & Flor. III. 5. 14. *Incendia parum fideliter extincta majore flamma revivi-scunt.* Horat. Epist. I. 18. 85.

Et neglecta solent incendia sumere vires.

V. *Popmam & Freinshemium.*

26. *Despicitur* i. contemnitur, *spernitur* mox. Cicer. Acad. IX. *Hos si contemnimus, etiam abjectos putamus, illos certe minus despicere debemus.* Noster IV. II. 24. Proprie *despicere* est desuper aspicere *Nonio* IV. 141. Virg. Georg. II. 187.

Qualem sæpe cava montis convalle solemus
Despicere.

Et dicuntur illi, qui incipiunt visu uti, ut catuli primo cœci. Cic. Fin. IV. *Catuli, qui jam de-*

& externi. Suis autem quique parent placidius [23]: *etiam quum is præst, qui magis timeri potest* [24]. *Proinde, aut* 11
quæ cepimus, omittenda sunt; aut, quæ non habemus, occupanda. Sicut in corporibus ægris, milites, nihil quod nociturum est, medici relinquunt; sic nos, quicquid obstat imperio, recidamus. Parva sæpe scintilla [25] *contempta magnum excitavit incendium. Nihil tuto in hoste despicitur* [26]: *quem spreveris, valentiorem* [27] *negligentia facies. Ne Darius quidem hæreditarium* [28] *Persarum ac-* 12
cepit imperium: sed in sedem [29], *Cyri beneficio Bagoæ* [30] *castrati hominis, admissus: ne vos magno labore credatis*

Bessum.

specturi (visuri) *sunt, cæci æque ac hi, qui modo nati.*

27. *Valentiorem* i. viribus firmiorem, robustiorem. Plaut. Capt. prol. v. 64.

Valentiorem nactus adversarium si erit,

28. *Hæreditarium*, quia Persarum regnum parentium morte liberis lege obveniebat, nec aliis, quam qui regiæ stirpis essent, deferebatur. Unde Alexander Dario per epistolam apud *Arrian.* II. 12. I. exprobrat, quod occiso Arse Bagoæ ope *imperium occupasset injuste, & contra Persarum leges atque instituta.* V. *Brisson. de regn. Persarum* I. 5.

29. *Sedem*, Horatio *solium* Od. I. 2. I.

Redditum Cyri solio Phraatem.

Plutarch. de fort. Alex. II. *Cyri thronum.* V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 51.

30. *Bagoas* militum fuit tribunus, conditione eunuchus, sed natura sceleratus, & bellicosus Ochum veneno tulit: filiumque ejus natu minimum Arsen nomine in regnum collocavit, eundemque cum liberis tertio imperii anno e vita tollit, & Da-

13 *Beſſum vacuum* 31 *regnum occupaturum. Nos vero pecavimus, milites, ſi Darium ob hoc* 32 *vicimus, ut ſervo ejus traderemus imperium: qui ultimum* 33 *auſus ſcelus, Regem ſuum, etiam externæ opis* 34 *egentem, certe, cui nos victores pepercisſemus; quaſi* 35 *captivum in vinculis habuit: ad ultimum, ne a nobis conſervari poſſet,*
14 *occidit. Hunc regnare patiemini? quem equidem cruci* 36 *affixum videre feſtino, omnibus regibus gentibusque fidei,*
15 *quam violavit, meritas pœnas ſolventem* 37. *At hercule, ſi mox eundem Græcorum urbes, aut Helleſpontum vaſtare nuntiatum erit vobis; quo dolore adficiemini, Beſſum præmia veſtræ occupaſſe victoriæ? Tunc ad repetendas res feſti-*
16 *nabitis; tunc arma capietis. Quanto autem præſtat territum adhuc, & vix mentis ſuæ compotem* 38 *opprimere? Quatridui* 39 *nobis iter ſupereſt, qui tot proculcavimus nives; tot amnes ſuperavimus; tot montium juga transcurrimus. Non mare* 40 *illud, quod exæſtuans iter fluctibus occu-*

rium ex amicis quendam adoptatum, in regni poſſeſſionem collocat. V. *Diod.* XVII. 5.

31. *Vacuum* i. Rege privatum. Tacit. Ann. VI. 34. 3. *Qua tempeſtate Jaſon inanem regiam Aetæ, vacuosque Colchos repetivit.* Noſter V. 12. 19.

32. *Ob hoc* i. in illum finem. Cic. Verr. IV. *Quanto illud flagitioſius eſt condemnare eum, a quo acceperis pecuniam ob abſolvendum* i. in illum finem, ut abſolveretur.

33. *Ultimum.* V. VIII 8. 2.

34. *Externæ opis* i. aliorum patrocinii. Nep. Ham. 1. 3. *Qui quidem cum patria pulſus eſſet, & alienarum opum indigeret.*

35. *Quaſi* i. tanquam. Cic. Tuſc. III. *Eſt in animis tenerum quiddam, quod ægritudine quaſi tempeſtate quatiatur.* Noſter IX. 7. 2.

36. *Cruci affixum* V. VII. 5. 40. §. 72.

37. *Solventem* i. dantem. Translatum a pœnis pecuniariis i. quibus pecunia *ſolvebatur. Solvere* creditori dicitur debitor debitum, quia illi quodam modo obligatus eſt, & ſeipſum *ſolvit* i. religat, dum, quod debet, numerat: nam *ſolvere* proprie religare eſt. Virg. Ecl. VI. 24.

Solvite me pueri.

38. *Mentis compotem*, quia furiis ob admiſſum parricidium agitatur, nec ſe fugæ metu confirmavit, & nondum militem collegit. V. *Raderum.*

39. *Quatridui* n. properanti, & more ſuo per montes & rupes, per omnia invia prope volanti: alioqui longius Bactra; certe non *quatriduo* illic pervenitur. V. *Raderum.*

40. *Mare*, n. Pamphylium. V. *Raderum.* 41.

occupat, euntes nos moratur; non Ciliciæ fauces & angustiæ includunt: plana omnia & prona ſunt. In ipſo limine 17 *victoriæ ſtamus. Pauci nobis fugitivi, & domini ſui interfectores ſuperſunt. Egregium mehercule opus, & inter prima gloriæ veſtræ numerandum poſteritati, famæque tradetis: Darii quoque hoſtis, finito poſt mortem ejus odio, parricidas eſſe vos ultos, neminem impium* 41 *effugiſſe manus veſtras. Hoc perpetrato, quanto creditis Perſas obſe-* 18 *quentiores fore, quum intellexerint, vos pia bella ſuſcipere; & Beſſi ſceleri, non nomini ſuo* 42 *iraſci?*

41. *Impii* dicuntur, qui infidiantur regi. Infr. VII. 7. 24. *Impia certamina* ſunt concitata a cive contra rempublicam, quæ parentis inſtar haberi debet. Claudian. in Ruſin. II. 63.

Summoque e culmine turris
Impia vicini cernit certamina campi.

Contra *in regem pii* dicuntur VI. 8. 4. & 10. & X. 3. 4.

42. *Suo* i. ejus: reciprocum pro relativo.

CAP. IV.

ARGUMENTUM.

Ad fines Hyrcaniæ, & radices montium, ex quibus Zioberis miro ingenio amnis effunditur, penetrat, Nabarzani veniam petenti ignoſcit, ipſam Hyrcaniam ingreditur, & nonnullos Darii Satrapas ſupplices in fidem accipit Alexander.

SUmma militum alacritate, jubentium 1, *quocunque vellet, duceret*, oratio excepta eſt. Nec 2 Rex moratus impetum: tertioque per Parthienem die ad fines Hyrcaniæ penetrat; Cratero relicto cum iis copiis, quibus præerat, & ea manu, quam Amyntas ducebat, additis ſexcentis equitibus, & totidem ſagittariis: ut ab incurſione 2 barbarorum Parthienem

1 *Jubentium* i. petentium, poſtulantium. V. *Freinshemii Indicem & Gronov. Obſerv.* II. 4.

2. *Incurſione*, van het ſtroopen. Flor. III. 3. 10. *Hædui de eorum incurſionibus querebantur.*

3. *Cen-*

nem intueretur. Erygyum *impedimenta*, modico 3
præsidio dato, *campestri itinere ducere* jubet. Ipse cum
phalange, & equitatu centum & quinquaginta sta-
dia[3] emensus, castra in valle, qua Hyrcaniam ad-
eunt, communit. Nemus prealtis, densisque ar-
boribus umbrosum est, pingue vallis solum riganti-
bus aquis, quæ ex petris imminentibus manant. Ex 4
ipsis radicibus montium Zioberis amnis[4] effundi-
tur[5], qui tria fere stadia in longitudinem universus
fluit, deinde saxo[6], quod alveolum interpellat, re-
percussus, duo itinera, velut dispensatis[7] aquis a-
perit[8]. Inde torrens[9] & saxorum, per quæ incur- 5
rit[10], asperitate violentior[11], terram præceps sub-
it[12]. Per ccc. stadia[13] conditus labitur[14]: rursus-
que velut ex alto fonte conceptus editur, & novum
alveum

3. *Centum & quinquaginta stadia* i. quatuor milliaria nostra-
tia cum triente. V. *Raderum.*

4. *Zioberis* Diod. XVII. 75. dicitur *Stiboetes fluvius ingens & erumpere ex antro, quod subjectum est radicibus petræ cujusdam præcelsæ.*

5. *Effunditur* i. scaturit, *editur* n. 3. *erumpit* n. 7.

6. Saxo, *quod mammæ formam referens, vastum terræ hiatum infra se habet.* Diod. XVII. 75.

7. *Dispensatis* i. distributis. & veluti cum cura, æqua sorte divisis. Contrarium huic est *profundere.* Plin. Paneg. *Quæ singula quantum tibi gratiæ dispensata adjecissent? at tu simul omnia profudisti.* V. *Freinshemii Indicem.*

8. *Itinera duo aperit* i. gemino alveo fluere incipit. Diodor. XVII. 75. *In geminum divisus alveum. Iter* vero pro fluvii cursu. Prop. IV. 2. 4.

Hac quondam Tiberinus iter faciebat.

i. fluebat. Noster *n.* 6. v. 1. 13.

9. *Torrens* i. impetuosus. Ita *torrens fretum* Justin. IV. 1. 9. Claudian. Rapt. Proserp. II. 198.

Torrentius amne
Hiberno, tortaque ruunt pernicius hasta.

Inde Juven. III. 175. *sermo promtus, & Isæo torrentior.* i. verbosior, concitatior, volubilior.

10. *Incurrit* i. decurrit.

11. *Violentior* i. majore cum impetu labens, *magno cum fragore se præcipitans*, ut Diodor. XVII. 35. Ita *violenta charybdis* dicitur Tibul. IV. 1. 73. Noster IV. 9. 16.

12. *Præceps subit*, loopt schielijck onder de aerde. Infr. *n.* 7. VII. 3. 19.

13. ccc. *stadia* i. novem milliaria supra duodecim stadia. V. *Raderum.*

14. *Conditus labitur.* Senec. Nat. Quæst. III. 26. *Quædam flumina palam in aliquem specum decidunt, & sic ex oculis auferuntur: quædam consumuntur paulatim, & intercidunt: eadem ex intervallo revertuntur, recipiuntque & nomen & cursum. Causa manifesta est, sub terra vacat locus. Omnis autem humor natura ad inferius, & ad inane defertur. Illo itaque recepta flumina cursus egere secreto: sed cum primum aliquid solidi, quod obstaret, occurrit, perrupta parte, quæ minus ad exitum repugnabat, repetiere cursum suum.*

15. *Novum alveum intendit.* Diodor. XVII. 75. *novum quasi ortum sibi rursus aperit.*

16. *Cogit iter* &c. maeckt den stroom smalder. *Cogi in tenuem*

alveum intendit[15]: priore sui parte spatiosior: quip- 6
pe in latitudinem XIII. stadiorum diffunditur: rur-
susque angustioribus coercitus ripis iter cogit[16]; tan-
dem in alterum amnem cadit, cui *Rhidago* nomen est.
Incolæ adfirmabant, *quæcunque dimissa essent in caver-* 7
nam, quæ propior est fonti, rursus, ubi aliud os amnis aperit, existere. Itaque Alexander *duos tauros, qua aquæ subeunt terram, præcipitari* jubet, quorum corpora, ubi rursus erumpit[17], expulsa videre, qui missi erant, ut exciperent. Quartum jam diem eodem 8
loco quietem militi dederat; quum literas Nabarzanis, qui Darium cum Besso interceperat[18], accipit; quarum sententia[19] hæc erat: *Se Dario non fuisse inimicum; imo etiam, quæ credidisset utilia esse, suasisse: & quia fidele consilium Regi dedisset, prope occisum ab eo. Agitasse Darium, custodiam corporis sui*[20], *contra jus fas-* 9
que, peregrino militi tradere, damnata popularium fide, quam per ducentos & triginta annos inviolatam Regibus suis præstitissent. Se in præcipiti & lubrico[21] *stantem* con-

16. *Cogit iter* &c. maeckt den stroom smalder. *Cogi in tenuem alveum* infr. IX. 4. 9. VII. 10. 2.

17. *Erumpit* n. aqua.

18. *Interceperat* i. occiderat. Flor. II. 2. II. *Alter Consulum interceptus.* V. IV. 10. 16.

19. *Sententia* i. argumentum, *summa* infr. VI. 9. 13.

20. *Custodia corporis.* Persarum Reges latus tam ab externis, quam domesticis hostibus magno stipatorum, satellitumque agmine muniebant, qui δορυφόροι & αἰχμοφόροι passim a Græcis auctoribus, ideo quod hastati essent, appellantur. Hujusmodi autem satellitum cohortes ex Persarum potissimum gente conscribebantur. Unde queritur Nabarzanes. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 122.

21. *Præcipiti & lubrico* i. in summo periculo. In hoc enim inci-

consilium a præsenti necessitate repetisse 22. *Darium quoque, cum occidisset Bagoan* 23, *hac excusatione* 24 *satisfeciisse po-*
11 *pularibus*, quod insidiantem sibi interemisset. *Nihil esse miseris mortalibus* 25 *spiritu carius. Amore ejus* 26 *ad ultima esse propulsum: sed ea magis esse sequutum, quæ*
12 *coegisset necessitas, quam quæ optasset. In communi calamitate suam quemque habere fortunam* 27: *si venire se juberet, sine metu esse venturum. Non timere, ne fidem datam* 28 *tantus Rex violaret: Deos a Deo falli non solere.*
13 *Cæterum si, uti fidem daret, videretur indignus, multa exilia*

incidunt, qui in *præcipiti & lubrico* versantur. Unde in *præcipiti vitium stetit* Juven. I. 149. *de sonde is op het hooghste geklommen.*

22. *A necessitate repetisse*, quid n. illa suggereret tali tempore, nempe ut Darium insidiatorem vitæ meæ interficerem. V. *Raderum.*

23. *Occidisset Bagoan.* Diodor. XVII. 5. *Bagoæ singulare quiddam, & memoratu dignum evenit; sanguinaria enim crudelitate, cui hactenus adsueverat, inductus, medicata potione etiam Darium necare instituit, sed insidiis per indicium patefactis, Rex Bagoæ comiter advocato, poculum tradit, & ad ebibendum illud vi hominem adigit.*

24. *Excusatione satisfaciendum popularibus* occiso Bagoa Darius putavit, quia Bagoa I. potentia & gratia ad populum plurimum pollebat. De ejus potentia Diodor. XVI. 51. *Bagoas, in superioris Asiæ satrapiis regis loco dispensans omnia, eo potentiæ per illam cum Mentore rerum omnium communicationem adscendit, ut regnum in potestate sua haberet, nec Artaxerxes quicquam absque ejus voluntate ageret: eoque defuncto, imperii successores in reliquum perpetuo ipse diceret, & crearet, & omnia regis munia, præter solum nomen, usurparet.* II. ipsi illi Dario imperium dederat VI. 3. 12. Purgandus igitur erat, ne pro summo beneficio necem reddidisse videretur: atque ex eo facto odium gentis incurreret, animum Regis subdolum, & crudelem odiis, & fortasse seditionique agitaturæ. V. *Raderum* & *Freinshemium.*

25. *Mortalibus* I. hominibus. Cic. N. D. III. *Hoc quidem omnes mortales sic habent.* Lucret. I. 947.

Quid tibi tantopere est mortalis, quod nimis ægris
Luctibus indulges?

Nostet VIII. 8. 26.

26. *Amore ejus*, n. spiritus atque vitæ. V. *Freinshemium.*

27. *In communi calamitate* &c. Cic. Fam. IV. 15. *In magno omnes periculo, sed tamen communi, sumus. Quare non debes aut propriam fortunam, aut præcipuam postulare, aut communem recusare.*

28. *Fidem datam* i. promissum.

lia 29 *patere fugienti: patriam esse* 30, *ubicumque vir fortis sedem elegerit.* Nec dubitavit Alexander, fidem 31, 14
quo Persæ modo 32 accipiebant, dare, *inviolatum* 33, *si venisset, fore.* Quadrato tamen agmine, & composito ibat, speculatores subinde præmittens, qui explorarent loca. Levis armatura ducebat ag- 15
men 34, phalanx eam sequebatur; post pedites erant impedimenta 35: & gens bellicosa, & natura situs difficilis aditu, curam 36 Regis intenderat. Namque 16
perpetua vallis jacet, usque ad mare Caspium 37 patens.

sum. Terent. Andr. III. 2. 27. *Hanc fidem sibi ut darem.*

29. *Exilia* i. loca, in quibus *exulare* posset. Noster VII I. 3. 2.

30. *Patriam.* Tacit. Hist. IV. 64. 6. *Quomodo lucem, diemque omnibus hominibus; ita omnes terras fortibus viris Natura aperuit.* Ovid. Fast. I. 493.

Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor:
Ut volucri, vacuo quicquid in orbe patet.

V. *Muret. V. L.* II. 3.

31. *Fidem* Persæ obstringebant data dextra, eratque hoc sanctissimum fidei pignus, &, ut *Diodor.* XVI. 43. Certissima *fidei* apud Persas arrha. Ita Mentori Sidoniorum duci, Sidonemque prodituro, Thessalionis opera, dextram porrigit, ut ibidem narrat *Diodorus*, Artaxerxes, qui & fidem Mithridati Datamen capturo, more Persarum, dextra dedit. *Nep. Dat.* X. 1. Noster VIII. 12. 10. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 108.

32. *Quo Persæ modo.* Observa hic vocem compositam dividi & dictionem *Persæ* interponi. Terent. Eun. III. 3. 27. *Thais maxime me orabat opere.* V. *Popmam,* ejusque *fratrem de usu ant. loc.* I. 16.

33. *Inviolatum* i. integrum, illæsum. Cic. pro Rab. *Qui inviolatum corpus omnium civium Romanorum defendo.*

34. *Ducebat agmen*, hadde de avantgarde. VIII. 14. 1. Cui opponitur *claudere agmen* IV. 12. 7. III. 3. 21.

35. *Impedimenta* i. sarcinæ, machinæ, arma, cum lixis, calonibus, feminis, opificibus.

36. *Curam*, ut caute, & composito agmine procederet. V. *Raderum.*

37. *Mare Caspium* Parthi mare *Bachan*, Tartari *Chuvalinscomoria*, & *Chelucelam* vocant, alii *Hyrcanum* dici putant, sed duo sunt & diversa maria: Unde antithesis illa manifesta, quam inter utrumque instituit Noster VII. 3. 21. Nam *Caspium* est objectum iis littoribus, quibus ab agro discluditur nobilissima urbs, quæ nunc Tauris dicitur, meridiem spectans. Alterum minus est ad Assyriam, infra citraque urbem ipsam Tauris, quod Strab. XI. 141. vocat Spauta. V. *Scalig. Exerc. Exot.* XXVII. 21. Utroque tamen venire nomine evin-

tens. Duo terræ ejus velut brachia[38] excurrunt: media flexu modico sinum faciunt, Lunæ[39] maxime similem, quum eminent cornua nondum totum orbem[40] sidere implente. Cercetæ[41], Mosyni[42], & Chalybes[43] a læva sunt: ab altera parte Leucosyri

evincere conatur *Freinshemius ad n.* 18.

38. *Brachia* i. partes porrectæ *brachiorum* instar: sinus ita porrecti, ut amplecti quid velle videantur. Sueton. Claud. c. 20. *Portum Ostiæ exstruxit, circumducto dextra, sinistraque brachio.* Sic *brachia muri* Liv. XXXI. 26. Justin. V. 8. 5. *brachia viæ* Prop. III. 19. 12. V. III. 1. 13. §. 78.

39. *Lunæ.* Idem Strab. XV. 121. *Ad lævam mare Caspium naviganti Nomades accolunt, eos juniores Dias appellant, qui etiam Aparni sunt nominati. De hinc deserta regio interjacet, deinde Hyrcania, ubi jam mare in pelagus crescit, quousque Medorum, Harmeniorumque montibus conjungatur. Horum figura lunaris est ad ipsas montium radices, quæ in mare desinentes intimum sinus recessum efficiunt.*

40. *Orbem* i. corpus suum. Plin. II. 9. ubi agit de luna, ejusque configurationibus, *orbe pleno, orbe dimidio* nil nisi πανσέληνον καὶ διχότομον designat. Basil. ἑξαημ. serm. 6. *Quum orbem suum impleverit*, de plena luna loquitur. Ita Senec. Hippol. II. 741.

Clarior quanto micat orbe pleno,
Quum suos ignes coeunte cornu
Junxit.

Ovid. Fast. II. 175.

Luna novum decies implerat cornibus orbem.

Ubi *implere orbem cornibus Luna* dicitur, quum ἐκ τῆς μονοειδοῦς πανσελήνου fit. *Cornua* enim simplicite *lunæ* dicuntur de luna cava, *impletus orbis* de plena. Noster VIII. 9. 36. V. *Scalig. Proleg. in Canon. Isag. p.* II. 22. & *Freinshemii Indicem.*

41. *Cercetæ* etiam *Plin.* VI. 5. *Marcell.* XXII. 232. *Strab.* XI. 92. cui per hos præterit Scydissa mons asperrimus, & Moschicis montibus junctus. *Cercetici* dicuntur *Melæ* I. 19. V. & *Salmas. Exerc. Plin. f.* 787.

42. *Mosyni* dicuntur etiam *Tib.* IV. I. 146.

Quaque Hebrus, Tanaisque Getas rigat, atque Mosynos.

Melæ I. 19. *Plin.* VI. 4. sed *Mosynoeci* a Græcis, quod in turribus habitarent, quas gentili lingua *Mosynos* dicerent. V. *Marcell.* XXII. 231. *Herod.* III. 267. VII. 526. *Strabon.* XII. 185.

43. Chalybes *Paphlagonibus proximi urbium clarissimas habent Amisum & Sinopem, Cynici Diogenis patriam: amnium Halyn & Thermodoonta.* Mela I. 19 Strabonis tempore *Chaldæi* dicti sunt XII. 184. & apud eundem Homero forte *Alybes.* Per illos *ferrum est & domitum primitus ferrum*, Marcellin. XXII. 231. De his *Val. Flacc.* IV. 611. V. 140. *Virg. Georg.* I. 48.

44. Leucosyri *ad hoc usque tempus appellantur utrique Cappadoces, tum qui ad Taurum, tum qui ad Pontum jacent, ac si sint aliqui Syri nigri.* Strab. XVI. 497. XII. 175. Plin. VI. 3.

45. *Amazonum* V. VI. 5. 24. §. 35.

46. *Prospectat* i. obversa est, *leva tegen over.* Phædr. II. 6. 10.

Prospectat Siculum, & respicit Tuscum mare.

47. *Dulcius cæteris* quod sit mare Caspium, id evenire produnt e numero fluminum, quorum tanto copia ibi influit, ut naturam maris vertant, Plin. VI. 17. *Haustum ipsius maris dulcem esse, & Alexander Magnus prodidit, & M. Varro, talem perlatum Pompejo juxta res gerenti Mithridatico bello magnitudine haud dubie influentium amnium vitio sale.* Eadem Solin. c. 30. V. *Popmam.*

48. *Pisces* in mari Caspio capiuntur, *siluri & moroni*: præterea *canicolæ*, non ut istæ nostræ, sed canino plane capite, cauda, pedibus. Adhæc piscis, qui teres totus, sine capitis expressa figura: longitudine circiter pedum quatuor: quem iccirco vel *Cylindrum*, vel *Columnam* libuit

ri[44] & Amazonum[45] campi; & illos, qua vergit ad septemtrionem; hos ad occasum conversa prospectat[46]. Mare Caspium dulcius[47] cæteris, ingentis magnitudinis serpentes alit: pisces[48] longe diversi ab aliis coloris. Quidam *Caspium*, quidam *Hyrcanum* adpellant: alii sunt, qui *Mæotim*[49] *paludem in id cadere* putent: & argumentum[50] adferunt; *aquam, quo dulcior sit, quam cætera maria, infuso paludis humore mitescere.* A septemtrione ingens in littus[19] mare

appellare. V. *Scalig. Exerc. Exot.* 51.

49. *Mæotis* palus ab *Mæotis* populis apud Ptolomæum, & Pomponium Melam, qui hodie Tartarorum pars. Ab Scythis vocatur hæc palus Καρπαλήκ, & *Temerinda*: hodie *Marzabach* a Circassis i. Sarmatiæ Asiaticæ populis nominatur. Italis *Mar della Tana* ab Tanai fluvio, qui duobus ostiis hic influit: item *Mar biancho* i. mare album. V. *Merul. Cosmog.* I. 37. *Scalig. Exerc. Exot.* 37. Illi, quos Curtius putasse dicit in mare Caspium influere, illudque reliquis maribus dulcius reddere *Mæotim*, fuerunt Macedones cum Alexandro militantes, prodit Strab. XI. 119. qui multa finxerint, quo latius orbem domuisse viderentur; Jaxarti Tanais nomen, Caucasi Parapanisi indiderint. Idem & Plutarch. Alex. f. 251. *Descendit in Hyrcaniam. Sinum illic maris Porto (ut apparebat) invenit non minorem, sed cætero mari dulciorem. Verum nihil certi habuit de eo discere. Omnino conjecit Mæotin lacum illuc restagnare. Atque non præteriit Physicos veritas, &c.* V. *Freinshemium.*

mare incumbit [51], longeque agit fluctus, & magna ex parte exæstuans stagnat [52]. Idem alio cœli statu recipit in se fretum [53], eodemque impetu, quo effusum est, relabens, terram naturæ suæ reddit [54]: & quidam credidere, non Caspium mare esse [55]; sed ex India in Hyrcaniam cadere, cujus fastigium, ut
20 supra dictum est, perpetua valle submittitur. Hinc Rex viginti stadia [56] processit, semita propemodum invia, cui sylva imminebat: torrentesque & eluvies iter morabantur: nullo tamen hoste obvio penetra-
21 vit: tandemque ad cultiora perventum est. Præter alios commeatus, quorum tum copia regio abundabat, pomorum quoque ingens modus nascitur,
22 & uberrimum gignendis uvis [57] solum est. Frequens arbor faciem quercus habet, cujus folia multo melle tinguntur [58]: sed nisi Solis ortum incolæ occupaverint,

50. Argumentum *est probabile inventum ad faciendam fidem.* Cic. de part. Orat.

51. *Incumbit* i. ruit, & premit. Ita *incubare* Prop. IV. 7. 41.

Ramosis Anio qua pomifer incubat arvis.

52. *Stagnat* i. exundat *effunditur*, n. 19. Liv. I. 4. *Levibus stagnis effusus Tiberis*, quia aquæ egressæ alveo in agris plerumque *stant*. Noster VIII. 9. 7: 13. 9. IX. 2. 7.

53. *Fretum* i. aquam exæstuantem. Cic. Divin. II. *Quid de fretis, aut maritimis æstibus plura dicam? quorum accessus & recessus Lunæ motibus gubernantur.*

54. *Terram naturæ reddit*, loopt van 't land af.

55. *Non Caspium mare esse.* Ea dubitatio orta est, ex eo, quod longinqua ea loca sint, & insuper feris gentibus, cum quibus nullum fere nostro orbi commercium est, habitata. V. *Freinshemium*, qui & multa de *portu Caspiis*.

56. *Viginti stadia* i. horam cum quadrante.

57. *Gignendis uvis.* Diodor. XVII. 75. *Regio hæc fructuum ubertate cæteras longe superemines: unaquæque enim vitis, ajunt, metretam vini producit. Inter ficus arbores quasdam tanta fructuum copia exuberare, ut decem medimnos exsiccatis ficubus impleant.*

58. *Melle tinguntur* i. multum mel in illa cadit. Cic. de Orat. II. *totum arte intinctum* i. bene, & plene imbutum. V. *Bud. L. G. Comm. f.* 566. *Tingere* enim est immergere. Unde Sol, cum occidit, dicitur se mari *tingere*. Virg. Georg. II. 480.

Quid tantum Oceano properent se tingere soles.

De re Diodor. XVII. 75. *Arbor ingente illa existit, quercui forma non absimilis, quæ mel foliis destillat. Hoc incolæ collectum in usus suos prolixe convertunt.* Quo forte respexit Virg. Ecl. IV. 30.

Et duræ quercus sudabant roscida mella.

59. *Exstinguitur* i. absumitur, evanescit. Cic. de Senect. *Animus & mens, nisi tanquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute.*

60. *Triginta stadia* i. non totum milliare Germanicum. V. *Raderum.*

61. *Phrataphernes* Hyrcanorum ac Parthorum fuit satrapa.

verint, vel modico tepore succus exstinguitur [59]. Triginta hinc stadia [60] processerat, quum Phrata- 23
phernes [61] ei occurrit, seque, & eos, qui post Darii mortem profugerant, dedens: quibus benigne exceptis ad oppidum Arvas [62] pervenit. Hic ei Craterus & Erygius occurrunt. Præfectum Tapuro- 24
rum [63] gentis Phradatem adduxerant. Hic quoque in fidem receptus, multis exemplo fuit experiendi clementiam Regis. Satrapen deinde Hyrca- 25
niæ dedit Menapim [64]. Exul hic regnante Ocho ad Philippum pervenerat: Tapurorum quoque gentem Phradati reddidit.

CAP.

Arrian. III. 215. Noster IX. 10. 17.

62. *Arvas* videtur Ptolomæi *Amarva*, seu *Amarusia* haud procul Caspio mari. V. *Raderum.*

63. Tapuri *habitant inter Berbicas & Hyrcanos.* Strab. XI. 136. qui & illorum mores describit. Noster VIII. 3. 17. V. *Salmas. Exercit. Plin. f.* 983.

64. *Menapis* dicitur *Ammynapis* Arrian. III. 212. *Post hoc Ammynapem Parthum, qui sibi una cum Mazace Aegyptum tradiderat, Parthorum & Hyrcanorum satrapam constituit.*

CAP. V.

ARGUMENTUM.

Artabazum benigne excipit, Græcis, qui a Darii partibus steterant, exceptis Lacedæmoniis, ignoscit, Mardorum gentem debellat, & Thalestris Amazonum Reginæ veneri XIII. *dies concedit Alexander.*

1 JAmque Rex ultima Hyrcaniæ intraverat, quum Artabazus (quem Dario fidissimum fuisse supra diximus) cum propinquis Darii, ac suis liberis [1], modicaque Græcorum militum [2] manu occurrit. 2 Dextram venienti obtulit Rex; quippe & hospes Philippi fuerat, quum Ocho regnante exularet; & hospitii pignora in Regem suum ad ultimum fide conservata vincebat [3]. 3 Comiter igitur exceptus, *Tu quidem*, inquit, *Rex perpetua felicitate floreas. Ego cæteris latus, hoc uno torqueor* [4], *quod præcipiti* [5] *senectute, diu frui tua bonitate non possum.* Nonagesimum, 4 & quintum annum agebat. Novem juvenes eadem matre geniti patrem comitabantur: hos Artabazus dextræ

Liberos novem dicit Nostter *n.* 4. Tres *Arrian.* III. 217. nominat, *Cophenen*, qui *Cophas* Nostro VII. 11. 5. dicitur, *Aribarzanem* & *Arsamen*: *undecim* susceperat ex *Mentoris & Memnonis sorore*. Diodor. XVI. 53.

2. *Græci* fuerunt *mille & quingenti* infr. *n.* 10. *Diod.* XVII. 76. *Arrian.* III. 218.

3. *Vincebat* i. præpollebat apud Alexandrum, ut ob hospitii memoriam eum amaret, & magis etiam propter fidem in Regem suum. V. *Freinshemium.*

4. *Hoc uno torqueor*, daer in alleen quelle ick my. *Torquere* proprie est flectere. Cic. Acad. IV. *Quum terra circum axem se summo celeritate convertat, & torqueat.* Nostter *n.* 14. Inde est angere, cruciare. Cic. Attic. VII. 9. *Noctes diesque torqueor.*

5. *Præcipiti* i. extrema. Cicer. ad Octavium: *O meam calamitosam, & præcipitem senectutem!* Hanc *senilem* Paterc. II. 66. 4. nominat: *Rapuisti tu M. Ciceroni*

dextræ Regis admovit [6], precatus, *ut tam diu viverent, donec utiles Alexandro essent.* Rex pedibus iter 5 plerumque faciebat: tunc *admoveri sibi, & Artabazo equos* jussit; ne ipso ingrediente pedibus, senex equo vehi erubesceret. Deinde, ut castra sunt po- 6 sita, *Græcos*, quos Artabazus adduxerat, *convocari* jubet: at illi, *nisi Lacedæmoniis fides daretur*, respondent, *se, quid agendum ipsis foret, deliberaturos.* Le- 7 gati erant Lacedæmoniorum missi ad Darium, quo victo adplicaverant se Græcis apud Persas militantibus. Rex *omissis sponsionibus fideique pignoribus, venire eos* jussit, *fortunam, quam ipse dedisset, habituros.* Diu cunctantes, plerisque consilia variantibus, tandem *venturos* se pollicentur. At Democrates Athe- 9 niensis, qui maxime Macedonum opibus semper obstiterat, venia desperata, gladio se transfigit. Cæteri, sicut constituerant, ditioni Alexandri seipsos permittunt. Mille & quingenti milites erant. Præ- 10 ter hos legati ad Darium missi XC. In supplementum [7] distributus miles; cæteri [8] remissi domum, præter Lacedæmonios [9], quos *tradi in custodiam* jussit. Mardorum erat gens confinis [10] Hyrcaniæ, cul- 11 tu

roni lucem felicitam, & ætatem senilem. Ita *præceps hyems* Cæs. B. C. III. 25. 1. *præceps autumnus* Marcellin. XIX. 18. & Ovid. Trist. I. 3. 47. quæ ad finem inclinant. Nostter IV. 16 18. Similis est oratio Berzillai senis ad Davidem regem. 2. *Sam.* XIX. 35.

6. *Dextræ regis admovit*, hy dede haer den Koningh de hand geven.

7. *In supplementum distributus miles.* Diod. XVII. 76. *Qui & veniam consequuti, iisdem stipendiis in ordinem distribuuntur.* V. & *Arrian.* III. 220.

8. *Cæteri*, Arriati. III. 220. *Sinopeorum legatos liberos dimisit, quod Sinopei nullam cum republica Græcorum societatem habentes, utpote Persis subditi, non inique facere viderentur, si ad Regem suum legatos mitterent. Reliquos præterea Græcos, quotquot ante pacem, & societatem cum Macedonibus initam apud Persas mercede militaverant, dimisit.*

9. Lacedæmoniorum *legatos, qui ad Darium missi fuerant: hi erant Callistratidas, Pausippus, Monimus, Anomantus, comprehensos in custodiam tradidit.* V. *Arrian.* III. 220.

10. *Confinis* i. vicina, finitima. Justin. IX. 5. 7. *Confinis domitarum gentium barbaries.* Nostter VIII. 1. 8: 2. 14.

tu vitæ aspera, & latrociniis adsueta. Hæc sola nec legatos[11] miserat; nec videbatur imperata factura. Itaque Rex indignatus, si una gens posset efficere, ne invictus esset; impedimentis cum præsidio relictis, invicta manu comitante procedit. Noctu iter fecerat, & prima luce hostis in conspectu erat: tumultus magis, quam prælium[12] fuit. Deturbati ex collibus, quos occupaverant, barbari profugiunt; proximique vici ab incolis deserti capiuntur. Interiora regionis ejus haud sane[13] adire sine magna vexatione exercitus poterat. Juga montium prærupta silvæ, rupesque inviæ sepiunt; ea, quæ plana sunt, novo[14] munimenti genere impedierant[15] barbari. Arbores densæ sunt ex industria consitæ, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos intortos rursus inserunt terræ; inde velut ex alia radice lætiores[16] virent trunci. Hos, qua natura fert, adolescere non sinunt, quippe alium alii quasi nexu conserunt, qui, ubi multa fronde vestiti sunt, operiunt terram. Itaque occulti nexus ramorum, velut laquei, perpetua sepe iter cludunt. Una ratio[17] cædendo aperire saltum[18]: sed hoc quoque magni operis. Crebri namque nodi duraverant stipites, & in se implicati arborum rami, suspensis circulis similes, lento vimine[19] frustrabantur[20] ictus. Incolæ autem ritu ferarum, virgulta subire[21] soliti; tum quoque intraverant saltum, occultisque telis hostem lacessebant[22]. Ille venantium[23] modo latibula[24] scrutatus, plerosque confodit: ad ultimum *circumire saltem milites* jubet, ut, *si qua patesceret, inrumperent.* Sed ignotis locis plerique oberrabant. Excepti sunt quidam; inter quos equus Regis, *Bucephalam*[25] vocabant, quem Alexander non eodem, quo cæteras pecudes[26], animo æstimabat. Nam ille

11. *Legatos.* Diodor. XVII. 76. *Hi, cum robore præstarent, potentiam regis, quamlibet increscentem, aspernati, nec legatione, nec ullo honore, ipsum dignati fuerant, sed occupatis montium faucibus cum* 100. CID. CID. CID. *armatorum manu confidenter Macedonum adventum præstolabantur.*

12. *Tumultus magis, quam prælium.* Ita Liv. VI. 21. *Et cum Gallis tumultuatum magis, quam bellatum.* Flor. III. 21. *Tumultu magis, quam bello intra ipsos armorum duces subsistente sævitia.*

13. *Sane* i. certe. *Sane*, quod *sana* mente dicitur, a cujusmodi dictis malus dolus abest. Nosler VI. 7. 33. VIII. 9. 23.

14. *Novo* i. insolito. Nep. Dat. VI. 6. *Pisidæ nova re commoti.*

15. *Impedierant* i. transitu difficilia fecerant. Infr. *n.* 20.

16. *Lætiores* i. præ cæteris pulchri. *Læta* est arbor florens, & vigorem habens tantum, ut ex ea in agricola *lætitia* oriatur. Inde *læta cupressus* Virg. Cul. *v.* 152. *lætæ segetes* Georg. I. 1. &. *lætamen* rusticis fimus est, quia floribus & herbis vigorem suum reddit. Ita enim ad hunc locum Servius: *Nam fimus, qui per agros jacitur, vulgo lætamen vocatur.* Nosler V. 4. 8. IX. 1. 9.

17. *Ratio* i. modus. Cic. Off. 1. *Ut incipiendi ratio fuerit, ita desinendi modus.*

18. *Cædendo aperire saltum* i. excisis arboribus pervium facere, *den wegh door het bosch hæenen,*

19. *Vimen* est virgultum flexile, ad ligandum aptum, *twigh*, maxime *salicum.* Virg. Georg. II. 446. *Viminibus salices fœcundæ.* Unde Columellæ *salices viminales*: & *juncorum.* Tib. II. 3. 8.

Tunc fiscella levi detexta est vimine junci.

20. *Frustrabantur* i. inanem reddebant. Flor. I. 10. 5. *Sed ubi frustrato circa purpuratum ejus ictu tenetur, frustrari gaudia* est illa vana facere Catul. LXVI. 8.

21. *Subire*, daer onder kruypen.

22. *Lacessebant* i. irritabant, provocabant. Cic. pro Mil. *ferro lacessere aliquem.* Nosler VII. 6. 11: 10. 8.

23. *Venantium.* Tacit. Agric. XXXVII. 5. *Quod ni frequens ubique Agricola, validas & expeditas cohortes indaginis modo*, &c.

24. *Latibula* ferarum, *latebras* hominum proprie dici docet *Vall. Eleg.* IV. 79. Nosler IX. 3. 8.

25. *Bucephalas*, & *Bucephalus* fuit dictus Alexandri equus, *sive de aspectus torvitate, seu ab insigni, quod taurinum caput armo inustum gerebat, seu quod de fronte ejus quædam corniculorum protuberabant minæ.* Solin. c. 45. Plin. VIII. 42. Hunc emptum *talentis tredecim* i. septem millibus octingentis aureis decit Gell. N. A. V. 2. *talentis sedecim* i. novem millibus sexcentis aureis Plinius. De illo plura *Rader. Prolus.* c. 8. *Lipsi. Epist. ad Belgas* III. 56. *Camerar. Subc.* I. 21. Quia enim *longe lateque pervagatum est, qualis in Alexandrum Bucephalus fuerit, propterea mihi nihil ad narrandum jucunditatis habere videtur.* Aelian. de anim. VI. 44.

26. *Pecudes* vocantur omnia animalia, præter hominem *bos* Virg. Ecl. III. 34. *ovis* Tibul. I. 3. 30. *pisces* Horat. Od. I. 2. 7. Lucret. II. 343. *apis* Virg. Georg. IV. 168. *equus* Curtio. V. *Non.* 11. 689.

le nec in dorso insidere suo patiebatur alium; & Regem, quum vellet adscendere, sponte sua genua submittens excipiebat, credebaturque sentire[27], 19 quem veheret. Majore ergo, quam decebat, ira simul ac dolore stimulatus, *equum vestigari* jubet; & per interpretem pronuntiari, *ni reddidissent, neminem esse victurum.* Hac denuntiatione territi, cum cæteris 20 donis equum adducunt. Sed ne sic quidem mitigatus, *cædi sylvas* jubet, *adgestaque humo e montibus, planitiem ramis impeditam exaggerari*[28]. Jam aliquantulum altitudinis opus creverat, quum barbari, desperato regionem, quam occupaverant, posse retineri, gentem suam dedidere. Rex, obsidibus ac- 22 ceptis, *Phradati tradere eos* jussit. Inde quinto die in stativa revertitur. Artabazum deinde, geminato honore[29], quem Darius habuerat ei, remittit domum. Jam ad urbem Hyrcaniæ[30], in qua regia Darii fuerat, ventum erat. Ibi Nabarzanes acce- 23 pta fide occurrit, dona ingentia ferens. Inter quę Bagoas[31]

27. *Sentire.* Ita de elephante Martial. Spectac. 17.

Quod pius, & supplex elephas te, Cæsar, adorat,
Hic modo, qui tauro jam metuendus erat:
Non facit hoc jussus, nulloque docente magistro;
Crede mihi, numen sentit & ipse tuum.

V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

28. *Exaggerari* i. congesta humo exæquari, obtectis ramis, qui prius eminentes iter impeditum reddiderant. V. *Freinshemium.*

29. *Geminato honore* i. geminatæ provinciis præfectum fuisse suspicatur *Raderus. In honore illum habuisse* dicit Arrian. III. 21. 7. *tum quod ex principibus Persicæ nationis esset, tum propter ejus erga Darium fidem.*

30. *Urbem Hyrcaniæ* i. *Hyrcaniam*, ut Virg. Aen. III. 293. *Buthroti urbem* i. Buthrotum. Multæ enim regiones communia habent nomina cum suis urbibus primariis, ut Babylonia, Bactra &c. Proinde *Hyrcaniam* hanc Ptolomæus metropolin appellat in *Hyrcania.* Arrianus eandem suo nomine proprio dictam ait III. 21. 6. *Zadracatta: Motis inde castris, in Hyrcaniam progressus, Zadracatta urbem petit*, & III. 22. 1. *Zeudracatta. His rebus peractis ad Zeudracatta maximam Hyrcaniæ urbem, ubi regia erat, exercitum duxit.* Ejus iterata mentio est apud *Justin.* XXXVIII. 3. 7. 9. A Scythis *Carizath* dicitur V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

31. *Ba-*

Bagoas[31] erat specie singulari[32] spado, atque in ipso flore pueritiæ; cui & Darius fuerat adsuetus, & mox Alexander adsuevit[33], ejusque maxime precibus motus Nabarzani ignovit. Erat, ut supra dictum est, 24 Hyrcaniæ finitima[34] gens Amazonum[35], circa Thermodoonta[36] amnem Themiscyræ[37] incolentium

31. *Bagoas* hic diversus fuit ab illo, de quo VI. 3. 12. 4. 10. is enim Olymp. 107. a. 3. Mentori Sidonis proditori collega additus rem in Aegypto gessit sub Artaxerxe Ocho. *Diodor.* XVI. 51. adeoque minimum annum quinquagesimum superasset: hic vero *in ipso fuit flore pueritiæ.* Idem vero sibi induit nomen, quod & eunuchus esset, & eunuchi Persis Bagoæ dicerentur. Plin. XIII. 4. *Clarissimæ omnium, quas regias appellavere ab honore, quoniam regibus tantum Persidis servabantur Babylone natæ in uno borto Bagoæ. Ita enim vocant spadones, qui apud eos regnavere.* Ubi Bagoæ genitivus Græcus est τῶ Βαγόου a Βαγόας. Sic Quintil. V. 12. *Bagoam aliquem* pro molli, & spadone dixit. Talis & Holopherni fuit, *Judith.* XII. 11. Noster X. 1. 35. V. *Raderum* & *Freinshemium.*

32. *Specie singulari* i. formosus.

33. *Adsuevit.* Athen. XIII. 609. *Dicæarchus Eunuchum Bagoum adeo ipsum deperisse scribit, ut resupinus in conspectu theatri totius cum suaviaretur: acclamante vero cum plausu spectatorum turba, & tanquam ad iteranda oscula invitante paruisse, atque rursum inflexa cervice basia congeminasse.*

34. *Finitima.* Negant hoc Geographi. Strabo a Caspiis portis usque ad Thermodoonta sex millia stadiorum numerat, milliaria germanica centum octoginta septem. Error natus est, ut puto, ex eo, quod Curtius legerat a quibusdam Amazones haud procul mari Caspio collocari: id autem cum & Hyrcanum dicatur, persuasit sibi, quæ Hyrcano mari finitimæ essent, easdem & juxta Hyrcaniam colere debere. V. *Raderum* & *Freinshemium.*

35. Amazones *dictæ sunt ab inustis infantum dexterioribus mammis, ne sagittarum jactus impediretur.* Justin. II. 4. 11. Ita & Serv. Aen. XI. 651. *Quas Titianus Uniammas vocat. Nam hoc est Amazon, quasi ἄνευ μαζῶν, sine mamma.* Diodor. II. 45. Quo alludit Plaut. Curc. III. 75.

Classiam Unomammiam subegit solus.

Has adhuc tempore Alexandri, aut etiam post superfuisse, quasi per saturam probat *Freinshemius.*

36. *Thermodoon* fluvius est Asiæ, *ab Armonio defluens monte, & Themiscyreos interlabens lucos, ad quos Amazonas quondam migrare necessitas subegerat.* V. Marcellin. XXII. 230. Strab. XII. 181.

37. Themiscyram, *amplam urbem ad ostia Thermodoontis posuit, regiaque celebri exornavit Amazonum regina.* Diodor. II. 45. Strab. XII. 181.

tium campos. Reginam habebant Thaleſtrim [38], omnibus inter Caucaſum [39] montem, & Phaſim [40], imperitantem. Hæc cupidine [41] viſendi Regis accenſa finibus regni ſui exceſſit; &, quum haud procul abeſſet, præmiſit indicantes, *veniſſe Reginam adeundi ejus, cognoſcendique avidam.* Protinus facta poteſtate veniendi, cæteris juſſis ſubſiſtere [42], ccc. feminarum comitata proceſſit. Atque, ut primum Rex in conſpectu fuit, equo ipſa deſiliit, duas lanceas [43] dextra præferens. Veſtis non toto Amazonum corpore obducitur [44], nam læva pars ad pectus eſt nuda, cætera deinde velantur. Nec tamen ſinus [45] veſtis, quem nodo [46] conligant, infra genua deſcendit. Altera papilla [47] intacta ſervatur, qua muliebris ſexus liberos [48] alant; aduritur dextra, ut arcus facilius intendant, & telavibrent. Interrito vultu Regem Thaleſtris intuebatur, habitum ejus haud quaquam rerum famę parem oculis perluſtrans [49]: quippe hominibus barbaris in corporum majeſtate veneratio eſt; magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt. Cæterum interrogata, *Num aliquid petere vellet*: haud dubitavit fateri, *ad communicandos* [50] *cum Rege liberos ſe veniſſe: dignam, ex qua ipſe regni generaret* [51] *hæredes: feminini ſexus ſe retenturam, marem redditurami patri.* Alexander, *an cum ipſo militare vellet?* interrogat: & illa, cauſata, *ſine cuſtode regnum reliquiſſe*, petere perſeverabat, *ne ſe inritam ſpei pateretur abire.* Acrior ad Venerem [52] feminę [53] cu-

38. *Thaleſtris* etiam *Minithæa* dicta *Juſtin.* XII. 3. 5. *Oroſ.* III. 18.

39. *Caucaſum* V. VII. 3. 19. §. 40.

40. Colet *ingens flumen illabitur Colchidem: ortum ex Armenia ducens, Glaucum in ſe recipit, atque Hippum e vicinis montibus cadentes.* V. *Strab.* XI. 101. *Procop. de Bell. Perſ.* I. 11.

41. *Cupidine* i. cupiditate. Cic. Tuſc. III. *Cupido me cepit.* Horat. Sat. I. 2. III. *Nonne cupidinibus ſtatuit natura modum.* Noſter *n.* 32.

42. *Subſiſtere* i. commorari. Cic. pro Mil. *Miloni ſubſiſtendum, aut commorandum fuit.* Noſter *n.* 32. III. II. 2. VI. 6. 19.

43. *Duas lanceas.* Ita Virgilius de Aenea I. 317. de Turn. XII. 165.

Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Ubi Lacerda: quia magnis ducibus datum, ut *haſtas binas* geſtarent, quem vide.

44. *Non obducitur*, wort niet aengetrocken i. non tegit corpus. Non. IV. 340. *Obducere*, tegere. *Virg. Bucol.* I. 4. *obducat paſcua junco.*

45. *Sinus* in veſtibus eſt curvitas, cavitasque illarum. *Euſtath. apud Lacerd. Aen.* I. 324. V. & *Turneb.* III. 26. *Ferrar. R. V.* I. 1. 6. *Salmaſ. Tertull. pall. p.* 373.

46. *Nodus* eſt cingulum, quo illigatur veſtis, & quod in *nodum* deſinit. Virg. Aen. I. 324.

Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluentes.

opknuppen. *Colligunt* vero veſtem, ne fluat ad imos pedes, & attingat tantum ſummum genu. Hoc *revocare in pectore ſinus* dicitur Livio Andronico apud Terentianum:

Baltheus & revocet volucres in pectore ſinus.

V. *Lacerdam in Virgilium.*

47. Papilla *eſt breve illud, unde lac trahitur: mamilla eſt omnis eminentia uberis.* Serv. XI. 803.

48. *Muliebris ſexus liberos* i. puellas, ut *n.* 30. Ita *ſexus virilis* eſt puer. Afran. in privigno. *Orbus virile ſexu adoptavit ſibi.*

Utrumque dixit Saluſt. Hiſt. II. *Undique virile, & muliebre ſexu per vias, & tecta omnium viſebatur. Sexus* eſt nota, qua mas & femina diſtinguuntur partibus, quæ ſedendo occultantur, quibus ſe aliter habet corpus maris, ac feminæ.

49. *Oculis perluſtrans* i. circumſpiciens. Cic. Tuſc. V. *Quum omnia colluſtrarem oculis, animadverti*, &c. V. Non. IV. 277. Quia enim *luſtratio* i. expiatio, fiebat ambiendo, hinc factum eſt, ut *luſtrare* μεταληπτικῶς ſignificet tum circumire, tum circumſpicere, ut docet & *Lomejerus de Luſtrat. c.* 1.

50. *Communicandos cum rege* i. ex rege concipiendos. Juſtin. XII. 3. 5. *ex Rege liberos quæſitura.* Diod. XVII. 77. *Cujus gratia venerit. Thaleſtrin interrogat: ad communicandos cum Rege liberos, illa fateri non erubeſcit. Illum enim rerum geſtarum magnitudine, ac claritate viros omnes ſupergreſſum: ſe autem corporis animique viribus feminas anteſtare. Bonam igitur ſpem eſſe; ſobolem e parentibus tam eximiis virtute cæteros mortales ſuperaturam.* Arriano vero VII. 469. *Juſſit reginæ nuntiari, ſe ad eam generandæ prolis cauſa profecturum.*

51. *Generaret* i. gigueret. Cic. LL. I. *Hominem generavit, & ornavit Deus.* Inde *generatores* ſunt parentes Cic. Div. *Qui noſſe generatores ſuos optime poterant.*

52. *Venerem* i. coitum venereum. Catul. LXVI. 18.

Eſtne novis nuptis odio Venus?

53. *Feminæ.* Tireſias electus arbiter ab Jove ac Junone de amoris quantitate contendentibus, tres amoris uncias in viro, novem in femina pronuntiavit. V. *Rhodig. Ant. Lect.* XIV. 14.

54. *Re-*

cupido, quam Regis [54], ut paucos dies subsisteret, perpulit. XIII. dies in obsequium desiderii ejus absumpti sunt. Tum [55] illa regnum suum, Rex Parthienen petiverunt.

54. *Regis*, qui *ob immodicam forte illam vini appetentiam, ad Venerem proclivis non fuit, quoniam, ut explicat Aristot. Quæst. Phys. 11. & 32. sect. 3. hominum ejusmodi genitura in aquam eliqueſcat.* V. *Athen.* x. 434.

55. Tum, *ut visa est uterum impleſſe.* Justin. XII. 3. 7. *donata honorificentissimis muneribus.* Diod. XVII. 77.

CAP. VI.

ARGUMENTUM.

Patrios mores mutat, &, ne in seditionem res verteretur, ad Bessum contendit, otium bello interpellaturus, Satibarzanem in fidem receptum, sed mox deficientem persequitur, Barbaros ex prærupta rupe dispellit, Artacacnam occupat, & supplemento auctus Drangas pervenit Alexander.

1 HIc [1] vero palam cupiditates suas solvit [2]; continentiamque & moderationem, in altissima quaque fortuna eminentia bona, in su-
2 perbiam, ac lasciviam, vertit. Patrios mores, disciplinamque Macedonum Regum salubriter temperatam, & civilem habitum, velut leviora magnitudine

Hic, quia *voti se compotem esse factum, & imperium sine æmulo tenere arbitrabatur.* V. *Diodor.* XVII. 77.

2. *Cupiditates solvit*, hy heeft sigh uytgelaeten.

3. *Lasciviam* i. incontinentiam animi, nec virtutem, nec probitatem reverentis, procacitateque se oblectantis. Ita *lasciviam* jocum petulantia & procacitate improbum vocat *Plin.* XXVI. Et *lascivire* est petulanter agere, ut equi indomiti solent, aut qui in otio diu fuerunt, qui aut calcitrare præter solitum, aut lusitare, exsultareque solent. Propterea Liv. II. 29. *Lascivire magis*

tudine sua ducens; Persicæ regiæ, par Deorum potentiæ fastigium æmulabatur. Jacere humi ve- 3
nerabundos pati cœpit: paulatimque servilibus ministeriis tot victores gentium imbuere [4], & captivis pares facere expetebat. Itaque purpureum diade- 4
ma distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit [5], vestemque Persicam [6] sumpsit [7]: ne omen quidem veritus, quod a victoris insignibus, in devicti transiret habitum. Et ille se quidem Persa- 5
rum spolia gestare dicebat: sed cum illis quoque mores [8] induerat; superbiamque habitus animi insolentia sequebatur [9]. Literas quoque, quas in Eu- 6
ro-

gis plebem, quam sævire i. nimio otio magis petulantem se præbere, quam veram seditionem meditari: aut ut solent viatores petulantes, qui, ut est apud Theoph. Hist. Plant. IV. *per lasciviam aliquid auferunt* i. ludum improbiorem, & noxium aliquid damni dant. V. *Bud. Annot. prior. in Pand. p.* 718. *poster. p.* 1478.

4. *Ministeriis imbuere* i. docere, ut subeant. Ita *mare imbuere cursu*, est illud docere pati navigationem. *Catul.* LXIV. 11. V. III. 8. 5. §. 10.

5. *Capiti circumdedit*, hy heeft opgeset, quia fascia.

6. *Vestem Persicam*, quam *pallam* vocat III. 3. 19. quia Persarum Reges fuerunt stolati, & usque ad talos demissam vestem purpuream gestarunt. Justin. XII. 3. 9. *Longam vestem auratam purpureamque sumere jubet.* Nep. Paus. III. 2. *Medicam vestem* vocat, quia apud Latinos sæpe *Medi* pro *Persis* ponuntur. Hujus vestis talaris usum Cyrus in *Persidem* induxit. Illum excogitasse Semiramidem memorat Diodorum Siculus: ad Medeam refert Strabo. Auro, & purpura fuit insignis, variis animalium, aviumque figuris distincta III. 3. 19. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 36. *Blanck. in Arrian. p.* 255. *Sarabara* vocat Tertull. de Pall. c. 4. *Vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste triumphalem cataphractam amolitus in captiva sarabara decessit* i. descendit in captivæ ac victæ gentis vestem ab illo suo triumphali habitu, in quo de Medis & Persis triumpharat. V. *Salmasium* & *Junium*, & ex Junio in Lexico *Vossium*.

7. *Sumpsit* i. induit. Prop. IV. 12. 37.

Nunquam mater lugubria sumpsit.

Hoc vero est *induere* Ovid. Met. XI. 669.

Surge age, da lacrymas, lugubriaque indue.

Noster *n.* 13. VII. 2. 19. X. 5. 19.

8. *Mores* superbos, barbaros, inhumanos, crudeles. Acerbe dictum hoc & satyrice. V. *Rademum.*

9. *Sequebatur.* Liv. XXIV. 5.

Hunc

ropam mitteret, veteris anuli gemma obſignabat: iis, quas in Aſiam ſcriberet, Darii anulus [10] imprimebatur; unum animum [11] duorum non capere
7 fortunam. Amicos vero & equites [12], cumque his principes militum aſpernantes quidem, ſed recuſare
8 non auſos, Perſicis ornaverat veſtibus. Pellices [13] ccc. & LX. totidem, quot Darii fuerant, regiam implebant; quas ſpadonum greges, & ipſi mulie-
9 bria pati adſueti [14], ſequebantur. Hæc luxu, & peregrinis infecta [15] moribus veteres Philippi milites, rudis natio ad voluptates, palam averſabantur; totisque caſtris unus omnium ſenſus, ac ſermo, erat;
10 *plus amiſſum victoria, quam bello eſſe quaſitum.* [16] *Tum maxime*

Hunc tam ſuperbum apparatum, habitumque convenientes ſequebantur mores.

10. *Anulo regio* reſcripta obſignabantur. Docet hoc *Eſth.* VIII. 8. & 10. Ejus rei ergo Rex anulum obſignatorium geſtabat, quem, ubi res poſcebat, digito detractum fido alicui ex amicis dabat, obſignandi cauſa. De Artaxerxe namque *Eſth.* III. 10. Regius annulus quale habuerit ἐπισφράγισμα, attigit Thucydidis interpres: *Sigillum Perſarum regis habuit juxta nonnullos Regis effigiem, juxta non nullos Cyri primi illorum regis, ſed juxta nonnullos Darii equum.* V. *Briſſon. de regn. Perſ.* I. 142. *Kirchman. de anul. c.* 6.

11. *Unum animum.* Tacit. Ann. I. 12. 4. *Unum eſſe reipublicæ corpus, atque unius animo regendum.*

12. *Amicos & equites.* Juſtin. XII. 3. 9. *Quæ ne invidioſius in ſe uno conſpicerentur, amicos quoque ſuos ſumere jubet. Peucestæ ſoli ex Macedonibus indulſiſſe Alexandrum, ut Perſicam geſtaret ſtolam* ſcribunt *Diod.* XIX. 14. & *Arrian.* VI. 440. Cui tamen *Hephæſtionem* addit *Plutarch. Alex. f.* 252.

13. Pellices, *prout Darius conſueverat, circumducere ſecum cœpit: quarum turba dierum numero haud inferior erat. Pulchritudine autem, utpote ex feminis per totam Aſiam præſtantiſſimis delectæ, eminebant. Hæ ſub unam quamque noctem Regis lectum circuibant, ut, quam liberet, ad concubitum Rex adoptaret.* Diodor. XVII. 77.

14. *Muliebria pati* dicuntur mares, qui patiuntur, quæ *mulieres pati* ſolent, & pudicitiam ſuam aliorum libidini præpoſteræ ſubſternunt. Auguſtin. de Civ. Dei VI. 8. *Viros muliebria pati non eſt ſecundum naturam, ſed contra naturam.*

15. *Infecta* i. corrupta, maculata. Cic. Tuſc. V. *Sed nos umbris, deliciis, otio, languore, deſidia animum inficimus. Inficere* eſt tingere. Cæſ. B. G. V. 14. 2. *Omnes ſe Britanni vitro inſiciunt.* Inde *infector*, tinctor. Cic. Fam. II. 16. *Dibaphum exſpectat, ſed infector illum morabitur.*

16. *Quæſitum* i. acquiſitum. Liv. I. 49. *Conſcius deinde male quærendi regni ab ſeipſo adverſus ſe exemplum capi poſſe. Quæſitus* vero luxus, ſuperbia, luxuria, cum amiſſa eſſet virtus, caſtimonia, ſobrietas, continentia. V. *Raderum.* Noſter VII. 8. 18.

17. *Pretium* eſt omne id, quo aliquid paratur, & quaſi emitur. *Pretium proditionis* Flor. I. 1. 12. *Pretium ſervitutis* Noſter *n.* 11. *pretium ſanguinis* Noſter *n.* 16.

18. *Captivo* i. eorum, qui ſunt victi. V. *Freinshemium.*

19. *Darii ſatrapen*, eſt militare convicium in Alexandrum, ex Rege Macedonię mancipium victi Regis Perſarum, quod in ejus mores, & vitia abiiſſet. V. *Raderum.*

20. *Liberalitate* i. largitionibus. Cic. de Offic. II. *Præclare in epiſtola quadam Alexandrum filium Philippus accuſat, quod largitione benevolentiam Macedonum conſectetur. Quæ te malum, inquit, ratio in iſtam ſpem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupiſſes.*

21. *Pretium ſervitutis.* Ita Tacit. Ann. II. 9. 4. *vilia ſervitii pretia* vocat *aucta ſtipendia, torquem, & coronam, aliaque militaria dona.*

22. *Artaxerxen adpellari ſe juſſerat*, ut titulus majeſtatem adderet perſonę. Nam Perſis moris fuit, cum ad regnum venirent, mutare nomen, præſertim non educatis in ſpem regni: ad delendam ſcilicet opinionem injuſte occupati regni, & abjectionis, vilitatisque. *Artaxerxis* nomen ante eum & Ochus adſumpſerat, apud Cteſiam. Et Codomannus *rex a populo conſtitutus, Darii nomine, ne quid regiæ majeſtati deeſſet, honoratur.* Juſtin. X. 3. 5. V. *Loccenium*, & *Freinshemium.*

23. *Tanais.* V. VII. 7. 3. §. 4.

24. *Satibarzanes Ariorum* fuit *ſatrapes.* V. *Arrian.* III. 220. Noſter *n.* 20.

25. *Luxu-*

maxime vinci ipſos, dedique alienis moribus, & externis: tanta morę pretium [17], *domos, quaſi in captivo* [18] *habitu, reverſuros. Pudere jam ſui, Regem victis, quam victoribus ſimiliorem, ex Macedonia Imperatore Darii Satrapen* [19] *factum.* Ille non ignarus, & principes ami- 11
corum, & exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate [20] donisque recuperare tentabat. Sed, opinor, liberis pretium ſervitutis [21] ingratum eſt. Igitur ne in ſeditionem res verteretur; otium inter- 12
pellandum erat bello; cujus materia opportune alebatur. Namque Beſſus veſte regia ſumpta, *Ar-* 13
taxerxen [22] *adpellari* ſe juſſerat; Scythasque & cæteros Tanais [23] accolas contrahebat. Hęc Satibarzanes [24] nun-

nuntiabat, quem receptum in fidem, regioni, quam
14 antea obtinuerat, præfecit. Et quum grave ſpoliis, adparatuque luxuriæ [25] agmen vix moveretur,
ſuas primum, deinde totius exercitus ſarcinas, exceptis ad-
15 *modum neceſſariis, conferri* juſſit *in medium*. Planities ſpatioſa erat, in quam vehicula onuſta perduxerant. Exſpectantibus cunctis, quid deinde eſſet imperaturus, *jumenta* juſſit *abduci*; *ſuisque primum ſarcinis* [26]
16 *face ſubdita, cæteras incendi* [27] præcepit. Flagrabant exurentibus dominis, quæ ut intacta ex urbibus hoſtium raperent, ſæpe flammas reſtinxerant; nullo ſanguinis pretium [28] audente deflere, quum regias
17 opes idem ignis exureret. Brevis deinde oratio mitigavit dolorem; habilesque [29] militiæ, & ad omnia parati, lætabantur, *ſarcinarum potius, quam diſciplinæ feciſſe jacturam*. Igitur Bactrianam regionem pe-
18 tebant. Sed Nicanor [30], Parmenionis filius, ſubita morte correptus [31], magno deſiderio ſui adfecerat
19 cunctos. Rex ante omnes mœſtus cupiebat quidem ſubſiſtere funeri adfuturus; ſed penuria commeatuum feſtinare cogebat. Itaque Philotas cum duobus millibus, & ſexcentis relictus, ut juſta pa-
20 tri perſolveret: ipſe contendit ad Beſſum. Iter facienti ei literæ adferuntur a finitimis Satraparum; e quibus cognoſcit, *Beſſum quidem hoſtili animo occurrere cum exercitu: cæterum Satibarzanem, quem Satrapen*

25. *Luxuriæ* exempla adfert *Aelian. Var. Hiſt.* IX. 3.

26. *Suis primum ſarcinis*. Plutarch. Aemil. c. 19. Sic apud Tacit. Ann. I. 67. 3. Cæcina legatorum tribunorumque equos fortiſſimo cuique bellatori diſtribuens, *orſus* legitur *a ſuis*. V. *Freinshemium*.

27. *Cæteras incendi*. Alexandrei hujus facti meminit & *Polyæn. Stratag.* IV. 3. Et bello Numantino Scipionis imperio, *ſcorta, calones, ſarcinæ, niſi ad-u-ſum neceſſariæ amputantur*. Flor. II. 18. 10. V. *Freinshemium* & *Raderum*.

28. *Sanguinis pretium*. Tacit. Ann. I. 17. 4. *Denis in diem aſſibus animam & corpus æſtimari*.

29. *Habiles* i. apti. Tacit. Ann. XV. 26. 1. *Parum habiles prælio videbantur. Habile aratrum* Tibul. I. 10. 4.

30. *Nicanor ſcutatorum* fuit *præfectus*. V. *Arrian.* III. 221.

31. *Subita morte correptus* i. ſubito mortuus. Flor. III. 17. 2. *Subita morte correptus hæreditarium bellum propogaret*.

32. *Arii* dicuntur & VI. 3. 2. ſed *Ariani* VII. 3. 1. Fuerunt Aſiatici, & Indis proximi. V. *Salmaſ. Exercit. Plin. f.* 1198. *Raderum* & ex illo *Freinshemium ad* VI. 3. 1.

33. *Eo* n. Alexandro, a quo, licet nuper primum in fidem & gratiam eſſet receptus, non ſolum defecit, ſed etiam Anaxippum, & equites jaculatores, quos quadraginta ei adjunxerat, ut cuſtodes locorum disponeret, ne Arii ab exercitu illac trauseunte damni aliquid acciperent, interfecit. V. *Arrian.* III. 220. 222. *Diodor.* XV. 78.

34. *Prævertere* i. omnibus rebus relictis ad hoc unum prius curandum ſeſe vertere. Plin. Epiſt. V. 15. *Prævertor ad ea, quæ me agentem hic nuntius deprehendit*. Plaut. Capt. II. 3. 100. *Ei rei primum præverti volo*.

35. *Tota nocte* feciſſe iter Alexandrum dicit *Curtius*, *Arrian.* III. 222. ex eo *biduum* facit, *noctem* forte cum die *biduum* interpretatus: & addit illo tempore *ſtadia ſexcenta* i. milliaria noſtra paulo amplius octodecim, *emenſum*. V. *Raderum*.

36. *Perennem fontem* i. perpetuum, non deſinentem inſtar torrentis. *Famam perennem* Virg. Aen. IX. 79. *Momentum perenne* Horat. Od. III. 30. 1. Noſter VIII. 1. 12. VII. 11. 17.

37. *Largæ* i. copioſæ, multæ. Cic. N. D. II. *Paſtum animantibus large, copioſe comparavit*. Noſter IX. 1. 11. IV. 7. 14.

38. *Triginta & duo ſtadia* i. milliare Germanicum.

39. *Herbidus* i. herbis plenus, *bewaßen*. Tacit. Hiſt. V. 3. 5. *Sequutus Moſes conjectura herbidi ſoli largas aquarum venas aperit*. Liv. IX. 1. *Jacet inter eos ſatis patens clauſus in medio campus herbidus*.

40. *Multitudinem imbellem* i. Co-con-

pen Ariorum [32] *ipſe præfeciſſet, defeciſſe ab eo* [33]. Itaque 21
quamquam Beſſo imminebat, tamen ad Satibarzanem opprimendum præverti [34] optimum ratus, levem armaturam, & equeſtres copias educit, totaque nocte [35] ſtrenue facto itinere, improviſus hoſti ſupervenit. Cujus cognito adventu Satibarzanes 22
cum duobus millibus equitum, (nec enim plures ſubito contrahi poterant) Bactra perfugit, cæteri proximos montes occupaverunt. Prærupta rupes 23
erat, qua ſpectat occidentem: eadem, qua vergit ad orientem, leniore ſubmiſſa faſtigio, multis arboribus obſita, perennem habet fontem, [36] ex quo largæ [37] aquæ manant. Circumitus ejus triginta & 24
duo ſtadia [38] comprehendit. In vertice herbidus [39] campus. *In hoc multitudinem imbellem* [40] *conſidere* jubent:

bent: ipsi, qua rupes erat [41], arborum truncos, &
25 saxa obmoliuntur [42]. XIII millia armata erant. In
horum obsidione Cratero relicto, ipse Satibarza-
nem sequi festinat. Et, quia longius eum abesse cog-
noverat; ad expugnandos [43] eos, qui edita mon-
26 tium occupaverant, redit. Ac primo *repurgari* [44] ju-
bet, *quidquid ingredi possent*: deinde ut occurrebant
inviæ [45] cotes, præruptæque rupes, inritus labor
27 videbatur obstante natura. Ille, ut erat animi sem-
per obluctantis difficultatibus; quum & progredi
arduum, & reverti periculosum esset, versabat se
ad omnes cogitationes, aliud atque aliud, ita ut fieri
solet, ubi prima quæque damnamus, subjiciente
animo. Hæsitanti, quod ratio non potuit, fortu-
28 na consilium subministravit. Vehemens Favonius [46]
erat, & multam materiam ceciderat miles, aditum
per saxa molitus. Hęc vapore torrida [47] inaruerat.
29 Ergo *adgeri alias arbores* jubet; *& igni dari alimenta* [48]:
celeriterque stipitibus cumulatis fastigium montis
30 æquatum est [49]. Tunc undique ignis injectus cun-
cta comprehendit: flammam in ora hostium ventus
fere-

conjuges, liberos, senes. Liv. XXXVIII. 21. *Ut ubi femineæ, puerique, & alia imbellis turba permista esset.*

41. *Qua rupes erat* i. qua aditus erat ad *rupem*, vel per totam undique *rupem*, & omnes ejus partes. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

42. *Obmoliuntur*, wentelen daer voor. Liv. XXXVII. 32. *Undique omnes ad munienda & obmolienda, quæ ruinis strata erant, concurrerunt.*

43. *Expugnandos* i. vincendos. Flor. II. 2. 16. *Omnes mari, terra Pœnos expugnavit.*

44. *Repurgari* i. exscindi sylvas, fruticeta. V. *Raderum.*

45. *Inviæ* i. quæ viam reddebant *inviam.*

46. *Favonius* Græce vocatur Ζέφυρος, flat adversus Eurum. V. *Cell. N. A.* II. 22. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 1244. *Sabin. Lect. Subc.* II. 5.

47. *Torrida* i. adusta, excalefacta. Virg. Ecl. VII. 48. *Jam venit æstas Torrida.*

48. *Alimenta* i. ligna, quibus *alitur* ignis. Supr. IV. 3. 4.

49. *Æquatum est*, quia ex arborum truncis, & stipitibus aggerem, qui montis verticem æquaret, circa rupem excitarat Alexander. V. *Raderum.*

50. *In ora hostium ferebat*, sloegh haer in 't aengesight.

51. *Ab-*

ferebat [50]; fumus ingens velut quadam nube absconderat [51] cœlum. Sonabant [52] incendio sylvæ; at- 31
que ea quoque, quę non incenderat miles, con-
cepto igne proxima quæque adurebant. Barbari
suppliciorum ultimum, si qua intermoreretur [53]
ignis, effugere tentabant; sed qua flamma dederat
locum, hostis obstabat. Varia igitur cæde consum- 32
pti sunt. Alii in medios ignes; alii in petras præcipi-
tavere sese; quidam manibus hostium se obtulerunt:
pauci semiustulati [54] venere in potestatem. Hinc 33
ad Craterum, qui Artacacnan [55] obsidebat, redit.
Ille, omnibus præparatis, Regis exspectabat adven-
tum, captæ urbis titulo, sicut par erat, cedens.
Igitur Alexander *turres admoveri* jubet; ipsoque ad- 34
spectu territi Barbari, e muris supinas [56] manus ten-
dentes, orare cœperunt, *iram in Satibarzanem de-
fectionis auctorem reservaret*; supplicibus semet de-
dentibus parceret. Rex data venia, non obsidio-
nem modo solvit, sed omnia sua incolis reddidit. Ab 35
hac

51. *Absconderat* i. occuluerat, texerat. Infr. VII. 4. 29.

52. *Sonabant*, kraekten. Ita apud Prop. IV. 10. 5. Cacus per tria ora dicitur dedisse *sonos* i. flammas *sonantes*, quas ore vomuit.

53. *Intermoreretur* i. deficeret, exstingueretur. Ut enim ignis *vivere* dicitur, ita & *mori*. Plaut. Aulul. I. 2. 15.

Nam si ignis vivet, tu exstingue extemplo.

Accius Meleagro apud Non. I. 15.

Eum suum vitæ finem, ac fati internecionem fore
Meleagro, ubi torris esset interfectus flammeus.

V. *Muret. V. L.* VII. 6. *Heins. in Ovid. Metam.* VII. 77.

54. *Semiustulati* i. leviter usti, *ten halven verbrand. Ustulare* idem quod urere. Catul. XXXVI. 8.

Infelicibus ustulanda lignis.

Inde *semiustulare* Cic. pro Mil. *Cadaver P. Clodii infelicissimis lignis semiustulatum.*

55. *Artacacnam* dicit & Plin. VI. 23. *Chortacanam* Diodor. XVII. 78. *Satibarzanes copias in Chortacana, nobilissimam illic terrarum urbem, naturaque insigniter munitam congregarat.* Arrian. III. 22. *Artacoanam. Satibarzanem Arios armare, & ad urbem Artacoana, in qua regia Ariorum erat, congregare.*

56. *Supinas* i. supplices. *Supinus* cœlum versus spectat. Unde & *supina mensa* est inversa Prop. I. 20. 4. Hic vero gestus est supplicum. Horat. Od. III. 23. 1.

Cœlo supinas si tuleris manus.

hac urbe digreſſo, 57 ſupplementum novorum militum occurrit. Zoilus quingentos equites ex Græcia adduxerat: tria millia ex Illyrico Antipater miſerat. Theſſali equites centum & triginta cum Philippo 58 erant. Ex Lydia duo millia, & ſexcenti peregrinus miles advenerant: trecenti equites gentis
36 ejusdem ſequebantur. Hac manu adjecta Drangas 59 pervenit. Bellicoſa natio eſt. Satrapes eras Barzaentes 60, ſceleris in Regem ſuum particeps Beſſo. Is ſuppliciorum, quæ meruerat, metu profugit in Indiam.

CAP.

57. *Digreſſo ab hac urbe*, non tamen jam capta, ſed in prima profectione, cujus meminit *n.* 25.

58. *Cum Philippo erant* i. remanſerant, ut interpretatur *Arrian.* III. 221. & ſponte hæſerant apud Philippum, quo tempore *Alexander, ubi in Ecbatana venit, Theſſalos equites, aliosque ſocios in maritimam oram remiſit, ac præter integrum ſtipendium duo millia talentum militibus donavit. Quicunque autem illorum viritim ſtipendia mereri vellent, conſcribi juſſit. Neque pauci nomen dederunt.* Arrian. III. 206. Tangit & noſter VI. 2. 17. Hi igitur, quia denuo nomen dederunt, ſacramento jam ſoluti, novos inter milites recenſentur. V. *Freinshemium.*

59. Drangæ *adjacent Arachotis, & Gedroſiis, uti Arii & ad aquilonem, & occidentem Drangis.* Strab. XV. 476. qui de his & XV. 470. *Craterus ab Hydaſpe movens per Arachotas & Drangas in Carmaniam profectus eſt.* Arrian. III. 223. vocat *Zarangæos*. V. *Popmam* & ex illo in Indice *Freinshemium.*

60. Barzaentes, *qui tum eam regionem obtinebat, unus ex iis, qui Darium in fuga oppreſſerant, cognito Alexandri adventu, ad Indos, qui cis Indum flumen incolunt, fugit, quem Indi comprehenſum ad Alexandrum miſerunt. Alexander illum ob perfidiam, qua erga Darium uſus fuerat, interfici juſſit.* Arrian. III. 224. V. & Noſtrum VIII. 13. 3.

Inteſtino

CAP. VII.

ARGUMENTUM.

Dymni, aliorumque in ſe conjuratione detecta, Philotam conjurationis ejusdem ſuſpectum in Regiam venire jubet Alexander.

JAm nonum diem ſtativa erant, quum externa 1 vi non interritus modo Rex, ſed invictus, inteſtino [1] facinore petebatur. Dymnus [2] modi- 2 cæ [3] apud Regem auctoritatis [4] & gratiæ [5], exoleti, cui *Nicomacho* erat nomen, amore flagrabat, obſequio [6] uni ſibi dediti corporis victus. Is, quod 3 ex vultu quoque perſpici poterat, ſimilis adtonito, remotis arbitris cum juvene ſeceſſit in templum, *arcana ſe & ſilenda adferre præfatus*: ſuspenſumque ex- 4 ſpectatione *per mutuam caritatem, & pignora utriusque animi* [7] rogat, *ut adſirmet jure jurando, quæ commiſiſſet*,

INteſtino i. domeſtico. Cic. ad Brut. 10. *Ingraveſcit enim indies inteſtinum malum.* Noſter IX. 6. 24. *Inteſtina* proprie ſunt corpora oblonga, rotunda, concava, varie circumgyrata, continuata cum pyloro usque ad podicem, pro chylo excipiendo, & excrementis primæ concoctionis. Cic. N. D. II. *Reliquiæ cibi depelluntur, tum adſit urgentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus.* V. & *Barthol. Anat.* I. 10.

2. *Dymnus.* Plutarch. Alex. f. 252. *Ea tempeſtate Macedo quidam ex Chalaſtra, nomine Dymnus, capitales Alexandro ſtruebat inſidias.* Quarum cauſam ſubobſcure indicat Diodor. XVII. 79. *Quidam familiarium Regis (Dymnus ei nomen) de re quapiam Regem incuſans, cum iræ nimium indulgeret, inſidias Regi comparat.*

3. *Modicæ* i. parvæ. Cic. Parad. IV. *Pecunia mea eſt ad vulgi opinionem mediocris, ad meam modica, ad tuam nulla.*

4. *Auctoritatis* i. exiſtimationis. Cic. de Senect. *Senectus honorata maximam habet auctoritatem.* Noſter VI. 10. 35. IX. 3. 17.

5. *Gratiæ* i. amicitiæ. Cic. Fam. I. 9. *Cum iſto mihi gratia magna eſt.* Ideo *quidam familiarium* modo Diodoro.

6. *Obſequium* antiquis dici ſolitum in rebus turpibus & nequam. Petron. c. 74. *Amici quærebat obſequium.* Noſter X. 1. 25.

7. *Pignora utriusque animi* i.

5 *set*, *silentio esse tecturum* [8]. Et ille ratus, nihil, quod etiam cum perjurio [9], detegendum [10] foret, incuca-
6 turum, *per præsentes Deos* [11] jurat. Tum Dymnus aperit, *in tertium diem insidias Regi comparatas*, *seque ejus consilii fortibus viris*, *& illustribus esse participem* [12].
7 Quibus juvenis auditis, *se vero fidem in parricidio dedisse* [13] *constanter* [14] *abnuit*, *nec ulla religione*, *ut sce-*
8 *lus tegat*, *posse constringi* [15]. Dymnus & amore, & metu amens, dextram exoleti complexus, & lacrymas, orare primum, *ut particeps consilii*, *operis-*
10 *que fieret*. *Si id sustinere* [16] *non posset*, *attamen ne proderet se*, *cujus erga ipsum benevolentiæ præter alia hoc quoque*

benevolentiam utrinque mutuis officiis testatam: *benevolentiæ pignus* infr. *n.* 9. V. *Freinshemium & Barth.* XXVII. 15.

8. *Silentio tectorum*, verswijgen soude. *Silentium habere* infr. VIII. 1. 23. *silentio premere* infr. VI. 8. 15.

9. *Perjurio* i. violato juris jurandi sacramento.

10. *Detegendum* i. *aperiendum* n. 6.

11. *Præsentes Deos* i. qui in illo templo, ad quod deductus erat, colebantur. Ita ferebat veterum consuetudo Macedonum, ut ducti ad templum tactis altaribus, & simulacris jurarent, quod erat *per præsentes Deos* jurare. Justin. XXIV. 2. 8. *Quo perducto in sanctissimum Jovis templum veterrimæ Macedonum religionis*, *Ptolomæus sumptis in manus altaribus contingens ipsa simulacra*, *& pulvinaria Deorum*, *inauditis*, *ultimisque exsecrationibus adjurat*, *se sincera fide matrimonium sororis petere*. Videtur & Ovidius ad formulam *per præsentes Deos* jurandi alludere, quamvis Augustum alloquatur de Trist. II. 53.

Per mare, *per terras*, *per tertia numina juro*,
Per te præsentem conspicuumque Deum.

V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*.

12. *Consilii fortibus viris esse participem*. Ratior loquendi modus: *sum tibi consilii particeps*; ita tamen Quintilian. Declam. III. quæ inscribitur: *Miles Marianus*: *Præclara priscis moribus mater*, *frigoribus ac solibus perusta*, *& in plerisque rusticis operibus marito particeps*. & Senec. Herc. Fur. II. 265.

Particeps regno veni.

13. *Fidem dedisse* n. silentii i. promisisse silentium. Terent. And. II. 3. 28. *Fidem hanc sibi ut darem*. Noster IV. 1. 9.

14. *Constanter* i. perseveranter n. 10. Cic. Tim. *Constanter manere in suo statu*.

15. *Constringi* i. obligari. Prop. III. 18. 5.

Hæc Amor ipse suo constringit pignora signo.

Noster VI. 8. 12.

16. *Sustinere*, over het herte brengen. Val. Max. VIII. 1. *Neque punire eam sustinuit*. Noster VII. 5. 12.

que haberet fortissimum pignus, *quod caput* [17] *suum permisisset fidei adhuc inexpertæ*. Ad ultimum aversari sce- 11
lus perseverantem metu mortis terret: *ab illo capite conjuratos* [18] *pulcherrimum facinus inchoaturos* [19]. Alias deinde *effeminatum*, *& muliebriter timidum*, alias *proditorem amatoris* adpellans, nunc ingentia promittens, interdumque regnum quoque, versabat animum tanto facinore procul abhorrentem. Strictum 12
deinde gladium modo illius, modo suo admovens jugulo [20]; supplex idem & infestus expressit tandem, *ut non solum silentium*, *sed etiam operam* polliceretur. Namque abunde constantis animi, & dignus, 13
qui pudicus [21] esset, nihil ex pristina voluntate mutaverat: sed *se captum Dymni amore* simulabat *nihil recusare*. Scisciatari [22] inde pergit, *cum quibus tanta* 14
rei societatem iisset. *Plurimum referre*, *quales viri tam memorabili operi admoturi manum essent*. Ille & amore, 15
& scelere male sanus [23], simul gratias agit, simul gratulatur, *quod fortissimus juvenum non dubitasset se jungere Demetrio corporis custodi*, *Peucolao*, *Nicanori*. *Adjicit his Aphœbelum*, *Dioxenum*, *Archepolim & Amyn-*

17. *Caput* i. vitam, salutem. Cic. Offic. III. *Ut si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris*. Noster VI. 9. 20.

18. *Conjuratos*. Serv. Aen. VIII. 5. *Notandum*, *de re bona conjurationem dici posse*. *Ergo conjuratio* ἢ ὤν μέσων *est*. *Sæpius tamen conjurare est jurare in alterius perniciem*. Cic. pro Mil. *Servos Milonis sibi confessos esse*, *de interficiendo Pompejo conjurasse*. Noster VI. 8. 20. VII. 1. 6.

19. *Inchoaturos* i. incepturos. Cic. pro Arch. *Quas res nos in consulatu nostro gessimus*, *attigit hic versibus*, *atque inchoavit*. Serv. Georg. III. 220. *Apud Latinos nullam verbum est*, *quod ante o finale habeat o*, *excepto inchoo*: *quod tamen majores aliter scribebant*, *aspirationem interponentes duabus vocalibus*, *& dicebant incoho*. V. & *Gell. N. A.* II. 3.

20. *Admovens jugulo*, op de keel settende.

21. *Pudicus* est, qui alterius libidinem non est passus. Fere ille est, qui muliebria non patitur. Catul. XXI. 12.

Quare desine, *dum licet pudico*.

22. *Scisciatari* i. interrogare. Plaut. Amph. IV. 5. 7.

Ibo adversum, *ut*, *si quid habent*, *sciscitet*.

23. *Male sanus* i. vix sanus.

16 *myntam.* Ab hoc sermone dimissus Nicomachus, ad fratrem, *Cebalino* erat nomen, quæ acceperat [24], defert. Placet *ipsum subsistere in tabernaculo* [25]; *ne si regiam* [26] *intrasset, non adsuetus adire Regem, conjura-*
17 *ti proditos se esse resciscerent* [27]. Ipse Cebalinus ante vestigium regiæ, neque enim propius aditus ei patebat [28], consistit; operiens aliquem ex prima cohorte [29] amicorum, quo introduceretur ad Regem.
18 Forte cæteris dimissis, unus Philotas Parmenionis filius, incertum quam ob causam, substiterat in regia. Huic Cebalinus ore confuso magnæ perturbationis notas præ se ferens, aperit, quæ ex fratre com-
19 pererat, & *sine cunctatione Regi nuntiari* jubet. Philotas laudato eo, protinus intrat ad Alexandrum: multoque invicem de aliis rebus consumpto sermone, nihil eorum, quæ ex Cebalino cognoverat, nun-
20 tiat [30]. Sub vesperam cum prodeuntem in vestibulo regiæ excipit [31] juvenis; *an mandatum exsequutus foret*,

Horat. Epist. 1. 19. 3.
Ut male sanos Adscripsit Liber.
Male sæpe idem, quod non, vix. Catul. XVI. 13.
Me male marem putatis.

24. *Acceperat* i. audiverat. Salust. Cat. c. 6. *Urbem Romam, sicut ego accepi.* Cic. Fam 1. 6. *Quæ geruntur, accipies ex Follione.* Noster IX. 9. 6. X. 1. 34. VIII. 8. 12.

25. *Tabernaculo* i. tentorio suo, donec vocaretur.

26. *Regiam* hic proprie dictam intelligo. Arrian. III. 223. docet Alexandrum venisse in Zarangæos, quos noster Drangas vocavit. VI. 6. 35. ubi *gentis illius regia erat.* Ut videatur, non in castris, & tabernaculo regio, quod & *regia* vocatur, sed ipsa principis urbis *regia* stativa habuisse, milite extra urbem in castris sedente. V. *Raderum.*

27. *Resciscere* proprie est rem, postquam gesta est, scire, quam nescichas, quum gereretur, præsertim ad te, tuosque pertinentem. Terent. Adelph. v. 3. 5.
Hem tibi, resciit omnem rem.
V. *Gell. N. A.* II. 19. *Vall. Eleg.* VI 23.

28. *Patebat*, quia non licebat, nisi certis e Rgum amicis per se Regem adire. V. *Raderum.*

29. *Prima cohorte.* Plures enim fuerunt amicorum cohortes, & quasi gradus. Senec. de Clem. I. 10. *Totam cohortem primam interioris admissionis ex adversariorum castris conscripsit.* V. *Freinshemium & Lipsium in Tac.* VI. 9. 2.

30. Nihil *eorum nuntiat, invidiosæne molitionis participatione, an negligentia, dubium.* Diodor. XVII. 79.

31. *Prodeuntem excipit* i. quem præ-

foret, requirens. Ille *non vacasse sermoni* [32] *suo Regem*, 21
causatus discessit. Postremo die Cebalinus venienti in regiam præsto est: intrantemque admonet *pridie communicatæ* [33] *cum ipso rei.* Illo *curæ sibi esse* respondit: ac ne tum quidem Regi, quæ audierat, aperit. Cœperat Cebalino esse suspectus. Itaque non ul- 22
tra interpellandum ratus, nobili juveni, *Metron* erat ei nomen, supra armamentarium [34] posito, quod scelus pararetur, indicat. Ille, Cebalino in 23
armamentario abscondito, protinus Regi, corpus forte curanti [35], *quid ei index detulisset*, ostendit. Rex, ad comprehendendum Dymmum missis sa- 24
tellitibus, armamentarium intrat. Ibi Cebalinus gaudio elatus, *habeo te*, inquit, *incolumem ex impiorum manibus ereptum.* Percontatus deinde Alexan- 25
der, quæ noscenda erat, ordine cuncta cognoscit. Rursusque instituit quærere, *quotus dies esset, ex quo Nicomachus ad eum detulisset indicium?* Atque illo fa- 26
tente, *jam tertium esse*; existimans, haud incorrupta fide tanto post deferre, quæ audierat, *vincire eum* jussit. Ille clamitare cœpit, *eodem temporis momento*, 27
quo audisset, ad Philotam decurrisse: ab eo percontaretur. Rex item quærens, *an Philotam adisset? an institis-* 28
set [36] *ei, ut perveniret ad se?* perseverante eo adfirmare

præstolatus fuerat, adpellat, & alloquitur. V. *Freinshemii Indicem.*

32. *Vacasse* i. excipiendo vacuum tempus habuisse Justr. VI. 8. 11.

33. *Communicatæ* i. de qua collocuti essent. Cic. Att. XI. 33. *Quod ad te scripseram, ut cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi scripsit, te cum eo loquutum.*

34. *Supra armamentarium positio* i. *armamentario* præposito. Isidor. XV. 5. *Armamentarium locus est, ubi tela armorum po-*
nuntur. Unde Juven:
Quicquid habent telorum armamentaria cœli.
het ammonitie huys. V. *Stewech. in Veget.* II. 14.

35. *Curanti* i. lavanti, ut docemur VI. 9. 9. & narrat *Diod.* XVII. 79. Serv. Georg. IV. 187. *Curare corpus si de hominibus dicimus, & de cibo, & de lavacro intelligitur, vel de utroque.* Noster VII. 5. 16: II. 20. V. *Loccenii Indicem.*

36. *Institisset ei*, hadde by hem aengedrongen. i. ursisset eum. Terent. Heaut. V. 1. 22.

re, quæ dixerat, manus ad cœlum tendens [37], manantibus lacrymis, *hanc sibi a cariſſimo quondam amicorum relatam gratiam* querebatur. Inter hæc Dymnus, haud ignarus quam ob cauſam arceſſeretur a Rege; gladio, quo forte erat cinctus, graviter ſe vulnerat [38], occurſuque ſatellitum inhibitus, perfertur in regiam. Quem intuens Rex, *Quod*, inquit, *in te, Dymne, tantum cogitavi* [39] *nefas; ut tibi Macedonum regno dignior Philotas me quoque ipſo videretur?* Illum jam defecerat vox [40]. Itaque edito gemitu, vultuque a conſpectu Regis averſo [41], ſubmiſſe collapſus exſtinguitur. Rex Philota *venire in regiam* juſſo, *Cebalinus*, inquit, *ultimum ſupplicium* [42] *meritus, ſi in caput meum præparatas inſidias biduo texit; hujus criminis reum* [43] *Philotam ſubſtituit* [44]: *ad quem protinus indicium detuliſſe ſe adfirmat. Quo propiore gradu amicitiæ me contingis* [45]; *hoc majus eſt diſſimulationis tuæ facinus; & ego Cebalino magis, quam Philotæ id convenire fateor. Faventem habes judicem, ſi, quod admitti non oportuit, ſaltem negari poteſt.* Ad hoc Philotas haud ſane

Magis unum etiam inſtare, ut hodie conficerentur nuptiæ.

37. *Manus ad cœlum tendens*, ritu precantis & teſtantis. Verba ſunt Alexandri contra Philotam. V. *Raderum.*

38. *Vulnerat*, ex quo vulnere deceſſit n. 30. Idem Diod. XVII. 79. *Dymnus ſua ſe manu confodit.* Plutarchus vero Alex. f. 252. ab eo, quem Alexander ad eum comprehendendum miſerat, dum ſe defenderet, interfectum ſcribit. V. *Raderum.*

39. *Cogitavi.* V. VI. 11. 37.

40. *Illum defecerat vox*, hy konde niet meer ſpreecken. Infr. VI. 11. 37. X. 5. 4.

41. *A Rege averſo*, propter atrocitatem facinoris non auſus Regem adſpicere. V. *Raderum.*

42. *Ultimum ſupplicium* i. mortem. Liv. III. 58. *Claudius ipſo remittente Virginio ultimam pœnam, dimiſſus*, &c. Suet. Jul. c. 14. *Senatu univerſo in ſocios facinoris ultimam ſtatuente pœnam.* V. *Cujac. Obſ.* III. 36.

43. Reos *appello*, *non eos modo, qui arguuntur, ſed omnes, quorum de re diſceptatur.* Cic. de Orat. II.

44. *Subſtituit.* Species eſt translationis, de qua auctor ad Herenn. I. 15. *Et translatione criminis cauſa conſtat, cum feciſſe nos non negamus, ſed aliorum peccatis coactos feciſſe dicimus.* Tacitus *ſubdere reum* dicit Annal. I. 6. 6. *Saluſtius Crispus metuens ne reus ſubderetur.* V. *Freinshemii Indicem.*

45. *Con-*

ſane trepidus, ſi animus vultu æſtimaretur: *Cebalinum quidem ſcorti* [46] *ſermonem ad ſe detuliſſe, ſed ipſum tam levi auctori nihil credidiſſe* reſpondit; veritum, ne jurgium [47] inter amatorem & exoletum [48] non ſine riſu aliorum detuliſſet. Quum Dymnus intereme- 34
rit ſe ipſum, qualiacunque erant, non fuiſſe reticenda [49]. Complexusque Regem [50] orare cœpit, *ut præteritam vitam potius, quam culpam, ſilentii tamen, non facti ullius* [51], *intueretur.* Haud facile dixerim, 35
crediderit ne Rex, an altius iram ſuppreſſerit [52]; dextram

45. *Contingis me* i. mihi es junctus. *Supr.* V. 3. 12. Infr. VII. 11. 20. X. 10. 19.

46. *Scorti* i. maris impudici. Liv. XXXIX. 42. *Inter cætera objecit ei: Philippum Pœnum, carum ac nobile ſcortum ab Roma in Galliam perductum.* Noſter VI. 10. 16. X. 1. 26. & 29. V. *Freinshemii Indicem.*

47. *Jurgium* eſt inter benevolos, aut propinquos diſſenſio, vel concertatio. Cic. de rep. IV. *Admiror nec rerum ſolum, ſed verborum etiam elegantiam. Si jurgant, inquit, benevolorum concertatio, non lis inimicorum, jurgium dicitur.* Noſter VI. 10. 16. VIII. 1. 40. V. *Non.* V. 34. Jctis etiam animorum contentio inter conjuges. Digeſt. XXIII. 4. §. 27. *Si liberis ſublatis, reverſæ poſt jurgium per diſſimulationem, mulier, veluti venali concordia, ne dotata ſit, conveniat.* &c. Juven. VI. 267.

Semper habet lites, alternaque jurgia lectus,
In quo nupta jacet.

48. *Inter amatorem.* Liv. XXXIX. 13. *Eam orare cœpit: ne mulieris libertinæ cum amatore ſermonem, in rem non ſeriam modo, ſed capitalem etiam, verti vellet.*

49. *Non fuiſſe reticenda.* Videtur Alexander Philotæ objeciſſe: indicium qualecunque & cujuscunque modi non fuiſſe contemnendum, cum Dymnus ſe ipſum interfecerit. Ad hanc objectionem reſpondet hic Philotas, verum eſſe, indicium non fuiſſe contemnendum, poſteaquam Dymnus ſe ipſum interfecerit, quod futurum ipſe neſcierit: nec ſe contempturum, ſed certo delaturum fuiſſe, cognita autem morte Dymni non potuiſſe, jam a Rege arceſſitum, & occupatum, antequam de morte cognoviſſet. Hanc eſſe veram hujus loci ſententiam, docemur VI. 10. 19.

50. *Regem* i. *Regis dexteram* VI. 10. 11.

51. *Facti ullius.* Diodor. XVII. 79. *Philotas, etſi negligentiæ culpam fatebatur, conjurationis tamen fedus inficiatione conſtanti a ſe repellebat.*

52. *Suppreſſerit* i. occultaverit, *preſſerit* VI. 9. 7. *Suppreſſiſſe* vero illam, docet VI. 8. 12. Ad eundem modum Tiberius apud Tacit. Ann. II. 28. 3. *Atque interim Libonem ornat prætura, convictibus adhibet, non vultu alienа-*

dextram reconciliatę[53] gratiæ pignus obtulit; & *contemptum magis, quam celatum indicium esse videri sibi*[54] dixit.

alienatus, non verbis commotior (adeo iram condiderat) &c.

53. *Reconciliatæ* i. restitutæ. Reconciliari est in gratiam restitui, quod fit, dum amici in pristinam redeunt benevolentiam, postquam interposita offensa ad tempus fuerunt inimici. Cic. Fam. III. 12. *Vetus nostra simulias antea stimulabat me, ut caverem, ne cui suspicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem.* Nostet VI. 10. II. X. 8. 12.

54. *Videri* rerum crimen admisisse, non admisisse judices apud Romanos in sententiis ferendis pronuntiabant. Plin. Nat. Hist. XIV. 13. *Cn. Domitius judex pronuntiavit mulierem videri plus vini bibisse, quam valetudinis causa.* Cicer. Acad. Quæst. II. *Quæque jurati judices cognovissent, ut ea non esse facta, sed ut videri pronuntiarent.* Nostet VI. 11. 34. V. & *Cujac. Observ.* III. 26.

CAP. VIII.

ARGUMENTUM.

Amicorum consilio Philotam conjurationis suspectum, cui pridie ignoverat, comprehendi, & comprehensum exercitui sisti jubet Alexander.

1 ADvocato tamen consilio amicorum, cui tum
2 Philotas adhibitus non est, *Nicomachum introduci* jubet. Is eadem, quæ detulerat ad Regem, ordine exposuit. Erat Craterus Regi charus[1] in paucis, & eo Philotæ ob æmulationem[2] digni-

REgi charus, adeo ut æquipararet eum Hephæstioni, quem quantum dilexerit, satis ostenditur X. 4. 11. De utroque Diodor. XVII. 114. *Donec Hephæstion vixit, majore in honore, quam omnes amicos ipsum habuit: quamvis Craterus amicitia eum eo certaret. Quum enim familiarium quispiam dixisset, Craterum in amore non inferiorem esse Hephæstione, subjecit: a Cratero Regem, ab Hephæstione Alexandrum amari.* Eadem Plutarch. Alex. f. 252. V. *Freinshemium.*

2. Æmulatio *est & ægritudo, si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat.* Cic. Tusc. IV

3. *Adversus* i. iniquus, infensus.

4. *Jactatione.* Plutarch. Alex. f. 252. *Antigonen captivam facie decora Philotas adsequutus, quum inter potandum, ut adolescens amicæ, multa rei familiaris magnifice gesta paulo liberius jactaret: quicquid strenue factum est, suum aut patris opus esse demonstravit. Alexandrum quoque, quem ille adolescentulum vocabat, per eos nomen tenuisse regium. Id ubi mulier amatori cuidam renuntiasset: ille alteri, ut fit, denique sermo manavit ad Craterum, qui mulierem adduxit ad Alexandrum. Qua audita, jubet illam cum Philota consueta facere: ex eo quicquid excusserit, ad se renuntiatum ire. Nescius Philotas hujuscemodi se circumventum insidiis, contubernium frequentabat Antigones, multa interim contra Regem verba per indignationem, atque jactantiam ineptissime profundens.*

5. *Contumaciæ suspecti* sunt, qui nimium popularitati student; hi enim facile plebis animos quo quo versum torquent ac rapiunt: quod libertatis avidi præsentem rempublicam contemnunt. Hos Tacitus vocat *turbidos* Ann. III. 38. 2. *violentos* Ann. II. 43. 6. *plus quam civilia agitantes* Ann. I. 12. 6. Livius *elatos supra modum hominis privati* IV. 13. Unde Tacitus de Drusо Ann. II. 82. 2. *displicere regnantibus civilia filiorum ingenia*, de Agrippina Ann. IV. 12. 5. *Igitur contumaciam ejus insectari, ut superbiam fœcunditate subnixam, popularibus studiis inhiare dominationi apud Cæsarem arguerent.* V. *Clapm. de arcan. Imp.* II. 17.

6. *Quantum*, salutem, famam, dignitatem, quæ omnia incolumia præstitisset Rex ignoranti, si compertam sibi conjurationem dissimulasset. V. *Freinshemium.*

7. *Potius de periculo suo, quam de tuo beneficio.* Ita C. Memmius apud Salust. Jugurth. c. 31. *Ad hoc, in republica multo præstat, beneficii, quam maleficii immemorem esse.* Nostet VII. 2. 8.

8. *Semper ignoscere*, quia si te per insidias interfecerit, sero igno-

dignitatis adversus[3]. Neque ignorabat, sæpe Alexandri auribus jactatione[4] virtutis, atque operæ gravem fuisse: & ob ea non quidem sceleris, sed contumaciæ tamen suspectum[5]. Non aliam premendi inimici occasionem aptiorem futuram ratus, odio suo pietatis præferens speciem: *Utinam*, inquit, *in principio quoque hujus rei nobiscum deliberasses. Suasissemus, si Philotæ velles ignoscere, patereris potius ignorare eum, quantum*[6] *deberet tibi; quam usque ad mortis metum adductum, cogeres potius de periculo suo*[7], *quam de tuo cogitare beneficio. Ille enim semper insidiari tibi poterit; tu non semper poteris Philotæ ignoscere*[8]. *Nec est, quod*
3 4 5 6

quod existimes eum, qui tantum facinus ausus est, venia posse mutari 9. *Scit eos, qui misericordiam consumpse-*
7 *runt, amplius sperare non posse. At ego; etiam si ipse vel pœnitentia, vel beneficio tuo victus quiescere* 10 *volet; patrem ejus Parmenionem, tanti ducem exercitus* 11, *& inveterata apud milites tuos auctoritate, haud multum infra magnitudinis tuæ fastigium positum, scio non æquo animo salutem filii sui debiturum tibi. Quædam beneficia* 12 *odi-*
8 *mus. Meruisse mortem confiteri pudet. Superest, ut malit videri injuriam* 13 *accepisse, quam vitam. Proin-*
9 *de scio, tibi cum illis de salute esse pugnandum* 14. *Satis hostium superest, ad quos persequendos ituri sumus: latus a domesticis* 15 *hostibus muni* 16. *Hos si submoves, nihil*
10 *metuo ab externo.* Hęc Craterus. Nec cæteri dubitabant, quin conjurationis indicium suppressurus non fuisset, nisi auctor aut particeps 17. Quem enim pium, & bonæ mentis 18, non amicum modo,

ignoscet. V. *Raderum.*

9. Venia *mutari, meritis mitigari* VII. 7. 20.

10. *Quiescere* i. nihil in Regem tentare. V. *Freinshemii Indicem.*

11. *Tanti exercitus.* Ita *r.* 18.

12. *Beneficia* n. quæ gravant capientem. Flor. IV. 2. 92. *Gravis erat liberis ipsa beneficiorum potentia.* Tacit. Ann. IV. 18. 3 *Beneficia eo usque læta sunt, dum videntur exsolvi posse; ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.* V. *Freinshemium & Lipsi. in Senec. de Benef.* II. 24.

13. *Injuriam*, n. si e medio tollatur.

14. *De salute cum illis esse pugnandum* i. te, nisi utrumque occideris, periisse. Nam Philotas dicet sibi innocenti impactam notam criminis læsæ majestatis, seque ad mortis metum redactum. Parmenio labem filio inustam non nisi sanguine suo diluet. V. *Raderum.*

15. *Domesticis* i. futuris tibi ex tua *domo* i. familia. *Domus*, familia. Sueton. August. c. 25. *Quam ut sua, aut domus suæ majestas postularet.* Noster X. 9. 6. III. 13. 14 Inde *domesticus*, qui est ex amicis nostris, ex familia nostra. Cic. Philip. XIV. *Quid hoc biduo timuerimus a domesticis hostibus.*

16. *Muni* i. rutum redde. Cic. Attic. IX. 8. *Hæc nova sit ratio vincendi, ut misericordia, & liberalitate nos muniamus.*

17. *Auctor, aut particeps.* Unde Dymnum *ministrum quendam, imo vero majoris instrumentum potentiæ* fuisse dicit *Plutarch. Alex. f.* 252.

18. *Bona mens* est, quæ optima quæque sectatur, quæ fugit vitia, & omne id, unde dedecore, & infamia possit augeri.

V.

do, sed ex ultima 19 plebe, auditis, quæ ad eum delata erant, non protinus ad Regem fuisse cursurum? Ne Cebalini quidem exemplo, qui ex fratre 11
comperta ipsi nuntiasset, Parmenionis filium, præfectum equitatus, omnium arcanorum Regis arbitrum? simulasse etiam, non vacasse sermoni suo Regem, ut index alium internuntium 20 quæreret. Nicomachum, religione quoque Deum adstrictum, 12
conscientiam suam exonerare properasse: Philotam, consumpto per ludum jocumque pene toto die, gravatum esse 21 pauca verba ad caput Regis pertinentia, tam longo & forsitan supervacuo inferre 22 sermoni. At enim non credidisse talia deferentibus 13
pueris: cur igitur extraxisset 23 biduum, tanquam indicio haberet fidem? Dimittendum fuisse Cebalinum, si delationem ejus damnabat. In suo quem- 14
que periculo magnum animum habere 24; quum de salute Regis timeretur, credulos 25 esse debere; *vana quoque deferentes admittere.* Omnes igitur *quæstio-* 15
nem de eo, ut participes sceleris indicare cogeretur, habendam esse 26 decernunt. Rex, admonitos, *ut consilium*

V. *Cuper. Observ.* II. 17.

19. *Ultima* V. IX. 2, 6.

20. *Internuntium* i. qui mandata ad Regem transferret, *Internuntius*, die van den eenen tot den anderen gaet, en yets overbrenght, quod *internuntiare* Livio dicitur. Plaut. Mil. IV. 1. 16.

Vah! egone ut ad te ab libertina esse auderem internuntius.

Noster VIII. 2. 29.

21. *Gravatum esse* i. illi grave fuisse. Cic. Fam. VII. 14. *Qui gravare literas ad me dare.*

22. *Inferere*, tusschen voegen. Ovid. Trist. II. 444.

Historiæ turpes inseruisse jocos.

Noster VII. 4. 13.

23. *Extraxisset* i. consumsisset, *laten heenen gaen.* Liv. XXII. 11. *extracta prope æstate per ludificationem hostis.* Cæs. B. C. I. 32. 3. *Catone acerrime repugnante, & pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente.* Noster VII. 8. 2. X. 2. 10. VIII. 2. 6.

24. *Magnum animum habere*, intellige, *debere*, ut in altero mox membro subjicitur. Quod omisit in priore, ne cogeretur eandem vocem in una periodo iterare. V. *Raderum.*

25. *Credulos esse* i. facile credere. Cic. Attic. XV. 16. *Meque libenter præbeo credulum.* Noster VII. 2. 37.

26. *Quæstionem de eo esse habendam*, men soude hem op de tortur brengen. Infr. VI. 10. 35: II. 11.

27. *In-*

lium silentio premerent, dimittit. *Pronuntiari* deinde *iter in posterum diem* jubet, ne qua novi initi consilii
16 daretur nota. Invitatus est [27] etiam Philotas ad ultimas ipsi epulas, & non cœnare modo, sed etiam familiariter conloqui cum eo, quem damnaverat,
17 sustinuit. Secunda deinde vigilia, luminibus exstinctis, cum paucis in regiam coeunt Hephæstion, & Craterus, & Cœnus, & Erigyus: hi ex amicis, ex armigeris autem Perdiccas & Leonnatus. Per hos imperatum, *ut qui ad prætorium excubabant, armati*
18 *vigilarent*. Jam ad omnes aditus dispositi milites; *equites quoque itinera obsidere* jussi; ne quis ad Parmenionem, qui tum Mediæ [28] magnisque copiis præ-
19 erat, occultus evaderet. Artarras [29] autem cum trecentis armatis intraverat regiam: huic decem satellites traduntur, quorum singulos deni [30] armigeri seque-
20 bantur. Ii ad alios conjuratos comprehendendos distributi sunt. Artarras cum trecentis ad Philotam missus, clausum aditum domus moliebatur [31], quinquaginta juvenum promptissimis stipatus. Nam cæteros cingere undique domum jusserat, ne occulto
21 aditu Philotas posset elabi. Illum, sive securitate animi, sive fatigatione resolutum [32], somnus oppres-

27. *Invitatus est*, ne quicquam de mutato Regis animo suspicaretur. Sueton. Domit. c. 11. *Actorem summarum pridie quam crucifigeretur, in cubiculum vocavit: assidere in toro juxta coegit, securum hilaremque dimisit, paribus etiam de cœna dignatus est.* V. *Raderum* & *Freinshemium*.

28. *Mediæ*. Diodor. XVII. 80. *Mediæ is præfectus erat, Regisque thesauros, qui* 180. *millia talentum continebant, fidei suæ concreditas habebat.* Noster VI. 9. 11.

29. *Artarras*, præfectus prætorii. Hunc *Tarriam Dinomenis filium* appellat *Plutarch. de fort. Alex.* II.

30. *Deni*, eleganter. Aliud est *decem*, aliud *deni*; *decem* non plures unquam significat: *deni* possunt esse viginti, triginta, centum, mille & amplius in *denos* divisi. Hic pro centum vox sumitur. *Decem* erant satellites, quasi duces, quibus singulis *deni* armigeri additi sunt, qui efficiunt centum. V. *Raderum*.

31. *Moliebatur*, brack op. V. III. II. 15. §. 68.

32. *Resolvunt* membra, qui reclinant ea dormituri. Petron. c. 91. *Premebat illa resoluta marmoreis*

pressérat; quem Artarras torpentem adhuc occupat. 22
Tandem ei sopore [33] discusso [34] quum injicerentur catenæ; *Vicit*, inquit, *bonitatem* [35] *tuam, Rex, inimicorum acerbitas* [36]. Nec plura loquutum capite velato [37] in regiam adducunt. Postero die Rex 23
edixit, *omnes armati coirent*. Sex millia [38] fere militum venerant: præterea turba lixarum calonumque impleverant regiam. Philotam armigeri agmi- 24
ne suo tegebant, ne ante conspici posset a vulgo, quam Rex alloquutus milites esset. De capitalibus 25
rebus

moreis cervicibus aureum torum. Virg. VI. 422.

Immania terga resolvit.
Fusus humi, totoque ingens extenditur antro.

Somno enim membra *solvuntur*. Ovid. Metam. XI. 612.

Quo cubat ipse Deus membris languore solutis.

Noster IV. 16. 13.

33. *Sopore* i. somno altiore. Plin. XXI. 18. *Hujus semine somnum allici; sed modum servandum, ne sopor fiat.* Inde *sopor altus* VII. 11. 18. *sopor gravis* VI. 10. 13. *soporatus dolor*. VII. 1. 7.

34. *Discusso* i. remoto. Somniculosi cum nituntur surgere, somnum *discutiunt*. Inde *somnum tibi discute* i. expergiscere *Prop.* III. 8. 7. Et ipse somnus apud *Ovid. Metam.* XI. 618-621.

Tardaque Deus gravitate jacentes.
Vix oculos tollens, iterumque iterumque relabens,
Summaque percutiens nutanti pectora mento,
Excussit tandem sibi se.

Noster VIII. 6. 26.

35. *Vicit bonitatem*. Flor. IV. 2. 92. *Clementiam principis vicit invidia.*

36. *Acerbitas* i. odiorum atrocitas, ut non ante desiterint calumniari, quam Regem, quamquam optimum, & clementissimum in Philotæ perniciem impellerent. Sic *acerbitates* pro inimicorum odiis, contumeliisque legis apud *Tacit. Ann.* II. 71. 3. V. *Freinshemii Indicem*.

37. *Capite velato*, non ex more quodam, sed ne agnitus nondum comperta causa, cur comprehensus esset, vulgi cæterorumque consternationem concitaret. Capitolin. Pertinac. c. 11. *Hoc cognito, Pertinax Lætum præfectum prætorii ad eos misit. Sed ille declinatis militibus per porticus egressus, adoperto capite, domum se contulit.* Vel etiam injuriam suam queri videretur, quod fecit apud Liv. XXIII. 10. Decius Magius. *Hæc vociferanti, quum movere vulgus videretur, obvolutum caput est.* V. *Freinshemium*.

38. *Sex millia*. Quid ita? *sex millia* tantum habuit sub signis Alexander, cum VI. 6. 35. plures *sex millibus* in supplementum Zoilo duce acceperit. Præceperat quidem Rex, *ut omnes armati convenirent*; sed intelligendi

rebus vetuſto Macedonum modo inquirebat exercitus [39]: in pace [40], erat vulgi. Nihil poteſtas Re-
26 gum valebat; niſi prius valuiſſet auctoritas [41]. Igitur primum Dymni cadaver infertur, plerisque, quid patraſſet, quove caſu exſtinctus eſſet, ignaris.

CAP.

ſunt Macedones potiſſimum, quorum judicio ſtabant rei: lege enim Macedonica judicati ſunt, non aliorum Græcorum, nec peregrinorum militum, aut mercede conductorum. Interfuere tamen alii, præſertim ex ducibus, ut VI. 9. 35. Philotas ipſe teſtatur. Rex ipſe Macedones judicaturos adfirmat VI. 9. 34. eoque rogat Philotam, qua lingua uti velit in dicenda cauſa. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*.

39. *Inquirebat excercitus.* Nep. Eum. V. 1. *Hic, qui deſeruerant, exercitu ſuffragium ferente, capitis abſentes damnantur. In his Eumenes.* V. & *Grot. de jur. bel. & pac.* I. 3. 20. 4.

40. *In pace* i. pacis tempore erat vulgi judicare in capitali cauſa. Idem enim eſt, ac ſi dixiſſet: *id in pace erat vulgi. Id* i. ea res. Illam tamen voculam pro more ſuo omiſit. V. *Freinshemium*.

41. *Valuiſſet auctoritas* i. populo approbaſſet ſententiam: prius enim Rex pro poteſtate necem reo inferre non poterat. Cic. de Offic. III. *Cujus cum valuiſſet auctoritas* i. cum perſuaſiſſet patribus ita faciendum. Sic apud Sulpit. Sever. Hiſt. Sacræ II. hæc opponuntur: *poteſtate regis uſuri, ubi auctoritate ſua parum valuiſſent.* Oppoſitio etiam horum vocabulorum fit a Liv. I. 7. *Euander tum ea, profugus ex Peloponneſo, auctoritate magis, quam imperio regebat loca. Auctoritas* vero eſt eminentia quædam ſingularis, virtutibus honoribusque adepta, unde dictis factisque plurimum defertur. Apud Ciceronem & Tacitum *auctoritas* plerumque ſenatui tribuitur, apud Plinium etiam principi. Sic & in inſcriptione Brixienſi: *EX SENATUS CONSULTO, ET EX AUCTORITATE CÆSARIS.* V. *Freinshemium* & *Blanckardum*.

Adtonitum

CAP. IX.

ARGUMENTUM.

Philotam conjurationis accuſat Alexander, & in eundem milites ad commiſerationem motos concitant Amyntas & Cœnos.

REx deinde in concionem procedit, vultu præ- 1
ferens dolorem animi. Amicorum quoque mœſtitia exſpectationem haud parvam rei fecerat. Diu Rex, demiſſo in terram vultu, adtonito ſtupentique [1] ſimilis ſtetit. Tandem recepto animo; *Pene*, inquit, *milites paucorum hominum ſcelere vobis ereptus ſum. Deum providentia & miſericordia vivo: Conſpectusque veſtri* [2] *venerabilis cogit, ut vehementius parricidis iraſcerer; quoniam ſpiritus, imo unus vitæ meæ fructus eſt, ut fortiſſimis viris, & de me optime meritis, referre adhuc gratiam poſſe.* Interrupit oratio- 3
nem militum gemitus, obortæque ſunt omnibus lacrymæ. Tum Rex, *Quanto*, inquit, *majorem in animis veſtris motum excitabo, quum tanti ſceleris auctores oſtendero, quorum mentionem adhuc reformido; & tanquam ſalvi eſſe poſſint, nominibus abſtineo* [3]. *Sed vincen-* 4
da eſt memoria priſtinæ caritatis, & conjuratio impiorum civium detegenda. Quomodo autem tantum nefas fileam?

ADtonitum ſtuporem ſunt qui Latine dicant, quam Græci ἀποπληξίαν vocant. *In apoplexiis*, inquit Galenus, *totum corpus ſenſu privatur, ac motu, ſolus reſtat anhelitus, qui ſi & ipſe prohibeatur, maxima eſt & acutiſſima apoplexia. Si vero reciprocatio adſit quidem, ſed vi magna, fortis, vehementque ſit ſtupor.* V. *Rhod. A. L.* VI. 8.

2. *Conſpectus veſtri*, ut Plin. Epiſt. IX. 19. *Memoria noſtri durabit, ſi vitam meruimus.* In quibus *veſtri*, *noſtri* genitivi ſunt plurales a nominativo plurali *nos*, *vos*. Unde & IV. 12. 8. maluit dicere *origini ſui*, quam *originem ſuam*. V. *Freinshemium* & *Gell. N. A.* XX. 6.

3. *Nominibus abſtineo* i. reorum nomina taceo.

ans? illa ætate, tot meis, tot parentis mei meritis devinctus 5, *omnibus nobis amicorum vetustissimus, ducem se tanto sceleri præbuit* 6. *Minister ejus Philotas Peucolaum, & Demetrium, & hunc Dymnum, cujus corpus adspectis, cæterosque ejus amentiæ in caput meum subornavit* 7.

6 Fremitus 8 undique indignantium, querentiumque tota concione obstrepebat: qualis solet esse multitudi-
7 nis, & maxime militaris; ubi aut studio agitur, aut ira. Nicomachus deinde, & Metron, & Cebalinus producti, quæ quisque detulerat, exponunt. Nullius eorum indicio Philotas particeps sceleris destinabatur 9. Itaque indignatione pressa vox indicum silentio excepta
8 est. Tum Rex, *Qualis*, inquit, *ergo animi vobis videtur, qui hujus rei delatum indicium ad ipsum suppressit?*
9 *Quod non fuisse vanum, Dymni exitus declarat. Incertam rem deferens, tormenta non timuit Cebalinus: Metron ne momentum quidem temporis distulit exonerare se, ut eo,*
10 *ubi lavabar, inrumperet. Philotas solus* 10 *nihil timuit, nihil credidit. O magni animi virum! Iste si Regis periculo*

4. *Civium* i. subjectorum, ut *n.* 23. VIII. 14. 16.

5. *Devinctus* i. qui alteri debet, *obligatus* infr. VII. 5. 23. Cic. Fam. VI. 11. *Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram: nec enim acciderat mihi opus esse: & ille mihi debebat. Nunc tanto sum devinctus ejus beneficio.*

6. *Ducem se præbuit* i. *dux fuit* VI. 11. 28. *princeps fuit* VI. 10. 6. *ducatum sceleri præbuit.* Flor. III. 21. 2. *Sceleris auctor fuit* Senec. Med. n. 979.

7. *Subornavit* i. instigavit. Justin. IX. 7. 7. *Olympias fratrem suum Alexandrum Epiri Regem in bellum subornabat.*

8. *Fremere* in concione dicitur populus, quoties aliquid vel non approbat, Val. Max. VI. 2. 3. *Totius fori frementis ora clauserunt.* Cic. Orat. de Aruſp. resp. *Responsum de fremitu in concione recitavit.* vel approbat. Liv. VI. 6. *Erecti gaudio fremunt.* Virg. Aen. VIII. 717.

Lætitia, ludisque viæ, plausuque fremebant.

Unde Noſter addit: *qualis solet esse multitudinis.* &c. Utrumque docet Serv. Aen. I. 60. *Fremunt i. imperia recusant, ut apud Cassium in Annalibus: Ne quis regnum occuparet, si plebs nostra fremere imperia cœpisset. Nonnunquam etiam fremere velle significat, ut* VII. 460. *Arma amens fremit.*

9. *Destinabatur* i. intelligebatur, designabatur. V. *Freinshemii Indicem.*

10. *Solus.* Invidiose hoc, & acerbe. Cato apud *Salust. Catil.* c. 52.

culo commoveretur, vultum non mutaret? indicem tantæ rei solicitus non audiret? Subest nimirum silentio facinus, 11
& avida spes 11 *regni præcipitem animum* 12 *ad ultimum nefas* 13 *impulit* 14. *Pater Mediæ præest. Ipse apud multos copiarum duces meis præpotens* 15 *viribus majora, quam capit, spirat* 16. *Orbitas* 17 *quoque mea, quod sine libe-* 12
ris sum, spernitur. Sed errat Philotas. In vobis 18 *liberos, parentes, consanguineos habeo: Vobis salvis, orbus esse non possum.* Epistolam deinde Parmenionis inter- 13
ceptam, quam ad filios Nicanorem & Philotam scripserat, recitat; haud sane indicium gravioris consilii 19 præferentem. Namque summa 20 ejus hæc 14
erat: *Primum vestri curam agite: deinde vestrorum: sic enim, quæ destinavimus, efficiemus.* Adjecitque Rex, 15
sic esse scriptam, ut sive ad filios pervenisset; a conscius posset intelligi: sive intercepta esset, falleret ignaros. At enim 16
Dymnus, quum cæteros participes sceleris indicaret, Philotam non nominavit. Hoc quidem illius non innocentiæ, sed potentiæ indicium est, quod sic ab iis timetur etiam, a qui-

c. 52. in Cæsarem: *Sin in tanto omnium metu solus non timet, eo magis refert, me mihi, atque vobis timere.* V. *Freinshemium.*

11. *Avida spes regni.* Videtur Curtius ante oculos habuisse illud Salustii: *Natura mortalium avida imperii, & præceps ad explendam animi libidinem.* V. *Loccenium.*

12. *Præcipitem* i. inconsideratum, subito ruentem. Cicero Phil. V. *Homo amentissimus, atque omnibus consiliis præceps & devius.*

13. *Ultimum nefas* i. insidias in Regem. Ita *ultimum facinus* infr. VIII. 8. 2.

14. *Impulit.* V. VI. 10. 6.

15. *Præpotens.* Cum tamen *communis regni, Regisque tutela sit, non ad unum omnia deferre.* Aristot. Polit. V. 11.

16. *Majora spirat.* Prop. II. 12. 27.

Qui nunc magnum spiramus amantes.

Imitatione Græcorum, qui μέγα πνέειν. Noſter VII. 8. 13.

17. *Orbitas*, quæ contempta, & injuriæ obnoxia, tanquam nullo vindice. Sueton. Galb. c. 17. *Despectui esse non tam senectam suam, quam orbitatem ratus.* Ut contra liberi *subsidia* sunt *dominationis* ut vocantur Tacit. *Ann.* I. 3. I. V. *Freinshemium.*

18. *In vobis.* Sic Clearchus ad suos milites: *Vos ego mihi patriam, vos amicos, vos socios duco; vobiscum, ubicunque fuero, honoratum me fore existimo.* Xenoph. Exped. I. V. *Freinshemium.*

19. *Gravioris consilii* i. conjurationis.

quibus prodi poteſt, ut quum de ſe fateantur, illum tamen
17 *celent. Cæterum Philotam ipſius indicat vita. Hic Amyntæ*[21], *qui mihi conſobrinus*[22] *fuit, & in Macedonia capiti meo impias comparavit inſidias, ſocium ſe & con-*
18 *ſcium adjunxit. Hic Attalo*[23], *quo graviorem*[24] *inimicum non habui, ſororem ſuam in matrimonium dedit. Hic, quum*

20. *Summa* i. argumentum, Infr. VI. II. 12. Sententia VI. 4. 8.

21. *Amyntas* filius fuit Perdiccæ, VI. 10. 24.

22. *Conſobrinum* dicunt quoque *Juſtin.* XII. 6. 14. *Oroſ.* III. 18. Ponitur vero *conſobrinus* pro patruele; quod a plerisque, & Trebatio factum teſtatur *in l.* 10. *de gradibus*, *Paulus*, quomodo & *Eutrop.* VI. M. Lucullum Lucii *conſobrinum* vocat. Hic fuit ſub tutela Philippi patris: & filiæ nuptiis ab eo honoratus, Alexandro ſucceſſori vitæ inſidias parat, cæde ejus regnum ad ſe tracturus. Quibus detectis, pœnas ſcelerati conatus luit, & in amicum Philotam Parmenionis filium occultum Regis odium concitat. *Polyæn.* VIII. 59. V. *Freinshemium.*

23. *Attali* hujus ſororem Philippus pater, expulſa cum filio Olympiade, in matrimonium accepit. *Plutarch. Alex. f.* 245. non ſororem Attali, ſed ſororis filiam Cleopatram ductam ait, ita ut Attalus Cleopatræ avunculus fuerit. Odium autem Alexandri in Attalum inde exarſit, uti tradit *Plutarchus*: In nuptiis Cleopatræ, quam Olympiadi ſuperinduxit, Attalus in epulo nuptiali cum vino incaluiſſet, hortatus eſt Macedones, ut juſtum a Diis ex Philippo, & Cleopatra regni expoſcerent hæredem, & ſucceſſorem: quo dicto non immerito inflammatus Alexander: *Quid*, inquit, *ſcelus, nos tibi ſpurii videmur*? ſimulque cum dicto craterem in os Attali jaculatus eſt. Qua re incenſus ipſe Philippus, filium ſtricto ferro inſequutus eſt, ſed felici per iram, & vinum caſu, pede offenſo prolapſus Alexandro ſpatium dedit ſe ſubducendi, qui interim in patrem jocatus: *Hic*, inquit, *Macedones parabat ex Europa in Aſiam transmittere, qui e lecto in lectum ſine lapſu transire non potuit.* Indeque cum matre patria exceſſit, & Olympiadem in Epiro collocavit, ille in Illyricum ſe contulit. A Philippi vero interitu, Attalus ſtatim ad res novandas ſe convertit, jamque fedus cum Athenienſibus, ad oppugnandum communi opera Alexandrum, inierat. Sed Hecatæus Attalum juſſu Regis per dolum obtruncavit. *Diodor.* XVII. 2-5. quem occidendi miniſtro uſum fuiſſe Parmenione Alexandrum dicit Noſter VII. 1. 3. VIII. 7. 5. Hecatæi nimirum opera, Parmenionis conſilio. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

24. *Graviorem* i. magis nocentem. Virg. Ecl. X. 76.

Solet eſſe gravis cantantibus umbra.
Juniperi gravis umbra.

25. *Pa-*

quum ſcripſiſſem ei, pro jure tam familiaris uſus[25] *atque amicitiæ, qualis ſors edita eſſet Jovis Hammonis oraculo, ſuſtinuit reſcribere mihi:* Se quidem gratulari, quod in numerum Deorum receptus eſſem: cæterum miſereri eorum, quibus vivendum eſſet ſub eo, qui mo-
19 *dum hominis excederet*[26]. *Hæc ſunt etiam animi pri-*
dem alienati a me, & invidentis gloriæ meæ indicia: quæ quidem, milites, quamdiu licuit, in animo meo preſſi. Videbar enim mihi partem viſcerum meorum abrumpere: ſi, in quos tam magna contuleram, viliores[27] *mihi face-*
20 *rem. Sed jam non verba punienda ſunt; linguæ temeri-*
tas pervenit ad gladios. Hos, ſi mihi creditis, Philotas in me acuit. Id ſi ipſe admiſit, quo me conferam, milites? cui caput meum credam? Equitatui[28], *optimæ exer-*
21 *citus parti, principibus nobiliſſimæ juventutis*[29] *unum*[30] *præ-*

25. *Familiaris uſus* i. familiaritatis, conſuetudinis. Cic. Fam. XIII. 52. *Conjunctus magno uſu familiaritatis.* Noſter VI. 11. 22.

26. *Excederet* i. transgrederetur, *overſtappen.* Sueton. Tib. c. 23. *Prope exceſſerat humanitatis modum.* Noſter IX. 2. 8. VIII. 14. 13.

27. *Viliores mihi facerem*, niets achtede. Ita Saluſt. Iucert. III. 3. *Si Deos penates meos, patriamque & ſummum imperium vilia habeo.* Ovid. Heroid. III. 41.

Qua merui culpa fieri tibi vilis, Achille?

XII. 187. *Si tibi ſum vilis, communes reſpice natos.*

Cicero *vilem caro* opponit pro Flacc. *Etiamſi honor noſter vobis vilior fuiſſet, ſalutem certe caram futuram.* V. *Freinshemii Indicem.*

28. *Equitatui præfeci*, generaal over de Cavallerye.

29. *Principibus juventutis*, quos dum dicit Curtius, inducit Alexandrum de Philota loquentem Romano more, quo nomen *principis juventutis*, ſeu Ἐφηβάρχου, ut vocatur Arriano, nobiliſſimis adoleſcentibus equeſtris ordinis libera adhuc republica concedebatur. Liv. XLII. 61. *Equites enim illis principes juventutis.* Cicer. Famil. III. 11. *Alterum, quod Pompeji, Brutique fidem, benevolentiamque miriſice laudas. Lætor virtute & officio, cum ....tum maxime alterius omnium ſeculorum & gentium principis: Alterius jampridem juventutis. Principes equitum* dicuntur Juven. Sat. IV. 32.

Jam princeps equitum, magnæ qui voce ſolebat.

Signiferi juventutis Cicer. pro Sylla: *Cum Torquatus eſſet ſignifer juventutis.* V. quoque *Spanhem. de præſtant. & uſu numismatum Diſſert.* VII.

30. *Unum*:

præfeci: salutem, spem, victoriam meam fidei ejus, tu-
22 *telaque commisi. Patrem in idem fastigium, in quo me ipsi posuistis* 31, *admovi* 32: *Mediam, qua nulla opulentior regio est; tot civium sociorumque millia imperio ejus, ditionique subjeci. Unde præsidium petieram, periculum*
23 *exstitit. Quam feliciter in acie occidissem, potius hostis præda, quam civis victima? nunc servatus ex periculis* 33, *quæ sola timui, in hæc* 34 *incidi, quæ timere non debui. Soletis idemtidem a me, milites, petere, ut saluti meæ parcam. Ipsi mihi præstare* 35 *potestis, quod suadeis, faciam. Ad vestras manus, ad vestra arma confugio: invitis vobis salvus esse nolo; volentibus, non possum, nisi vin-*
25 *dicor* 36. Tum *Philotam*, religatis post tergum manibus, obsoleto 37 amiculo velatum jussit *induci*. Facile adparebat, motos esse tam miserabili habitu,
26 non sine invidia paulo ante conspecti. Ducem equitatus pridie viderant; sciebant, Regis interfuisse con-

30. *Unum*: Hujus negotio monitus nolebat post ejus interitum in unius deinceps manu tantam esse vim copiarum, ut si movere quid vellet, Regi posset esse formidabilis. Docet hoc unus, quod sciam, Arrian. III. 227. *Post hæc Alexander equitatui duos ex amicis Hephæstionem Amyntoris filium, & Clitum Dropidis præfecit, divisitque in duas partes amicorum copias (neque enim quemquam amicorum volebat unum tot equitibus, solum præfectum esse) ad eos pervenit, qui olim* &c. V. *Freinshemium*.

31. *In quo me ipsi posuistis*. Hoc gratiæ causa dicit, quasi militum studiis ad regnum Macedoniæ primum, deinde Persarum evectus esset. Non memini Macedonum Reges suffragatione populari creatos, jure stirpis Regiæ succedebant. V. *Raderum*.

32. *Admovi* i. extuli, produxi. Sueton. Tiber c. 10. *M. Marcello ad munera publica admoto*.

33. *Nunc servatus ex periculis*. Eodem plane modo apud Senec. de Clem. I. 9 Augustus Cæsar: *Ergo non dabit pœnas, qui tot civilibus bellis frustra petitum caput, tot pedestribus prœliis incolume, postquam terra marique pax parta est, non occidere constituat, sed immolare?*

34. *In hæc* n. domestica quum tamen inter cives me salvum fore crediderim.

35. *Præstare*, me ab insidiis domesticorum vindicando.

36. *Vindicor* i. pœnæ ob me læsum de tanti sceleris auctoribus sumuntur. *Vindicare pudicitiam* Flor. I. 9. 1: 26. 5. est punire illos, qui pudicitiam Lucretiæ, & Virginiæ imminuerant. Nostet IV. 8. 10.

37. *Obsoleto* i. quo ab longo tem-

convivio. Repente non reum modo, sed etiam damnatum 38, imo vinctum 39, intuebantur. Sub- 27
ibat animos 40 Parmenionis quoque, tanti ducis, tam clari civis, fortuna: qui modo duobus filiis, Hectore & Nicanore, orbatus, cum eo, quem reliquum calamitas fecerat, absens diceret causam 41. Itaque Amyntas, Regis prætor, inclinatam ad mi- 28
sericordiam concionem rursus aspera in Philotam oratione commovit: *Proditos eos esse Barbaris: neminem ad conjugem suam, neminem in patriam, & ad parentes fuisse redditurum: velut truncum corpus dempto capite, sine spiritu, sine nomine aliena terra ludibrium hostis futuros.* Haudquaquam pro spe ipsius Amyntæ ora- 29
tio grata Regi fuit, quod conjugum, quod patriæ admonitos, pigriores ad cætera munia 42 exsequenda feciſſet. Tunc Cœnus, quamquam Philotæ so- 30
rorem matrimonio secum conjunxerat; tamen acri-

us

tempore quis usus est. V. *Voss. Gramm.* VI. 13. Ne splendor vestium priorem Majestatem in memoriam revocaret militi, eumque ad misericordiam inclinaret. V. *Raderum*.

38. *Damnatum* privato judicio amicorum Alexandri, quod præjudicii loco fuit. V. *Raderum*.

39. *Vinctum*, quod aliquanto amplius est, quam damnatum. Damnati enim demum *vinciebatur* exsecutionis gratia, si soluti causam dixissent. Unde intelliges VI. 10. 4. VII. 1. 20. Plaut. Trucul. IV. 3. 62.

Callicles, vide quæso, mihi ne facias injuriam,
Reus solutus causam dicit.

Sæpe tamen & ex *vinculis* causam dicebant, præsertim in gravioribus criminibus, & ubi suspicio subesset, ne fugeret reus, aut per vim eximeretur. Sueton. Ner. c. 36. *Conjurati e vinculis triplicium catenarum dixere causam*. Ita Paulus ex vinculis causam dixit Actor. XXVI. 29. V. *Freinshemium*.

40. *Subibat animos* i. veniebat in mentem. VIII. 2. 6.

41. *Diceret causam* i. reus esset. *Causam dicere* interdum est reum esse, & criminis alicujus publici postulatum. Liv. XXIX. 19. *Pleminium legatum vinctum Romam deportari placere, & ex vinculis causam dicere* i. interim dum quæstio criminis peragitur, in carcere vinctum esse. Plin. VII. 27. *Itaque sit proprium Catonis quater & quadragies causam dixisse, nec quemquam sæpius postulatum, & semper absolutum. Causam dixisse* vocavit inter reos receptum esse. Nostet VI. 10. 8. V. *Bud. Annot. post. in Pand. p.* 32.

42. *Munia* i. officia, onera. Cic. pro Mur. *Hæc sunt officia necessa-*

us, quam quisquam [43] in Philotam invectus est [44], parricidam esse Regis, patriæ, exercitus clamitans: 31 saxumque, quod forte ante pedes jacebat, arripuit, emissurus in eum; ut plerique credidere, tormentis subtrahere [45] cupiens. Sed Rex manum ejus inhibuit, *dicendi prius causam* [46] *debere fieri potestatem* 32 *reo, nec aliter judicari passurum se* adfirmans. Tum dicere jussus Philotas, sive conscientia sceleris, sive periculi magnitudine amens & adtonitus; non ad- 33 tollere oculos, non hiscere [47] audebat. Lacrymis deinde manantibus, linguente animo, in eum, a quo tenebatur, incubuit [48]: absterstsque amiculo ejus oculis, paulatim recipiens spiritum ac vocem, 34 dicturus videbatur. Jamque Rex intuens cum, *Macedones*, inquit, *de te judicaturi sunt: quæro, an* 35 *patrio sermone* [49] *sis apud eos usurus.* Tum Philotas; *præ-*

ceſſariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. Noster IX. 1. 1. VIII. 6. 2. X. 3. 9.

43. *Acrius quam quisquam*, ne ob affinitatem aliquam contraheret conjurationis suspicionem. V. *Raderum.*

44. *Invectus est*, is tegen hem uytgevaaren.

45. *Tormentis subtrahere*, sive ipsius Philotæ miseratione, ne quæstionibus subjectus acerbissimos cruciatus sustinere cogeretur: sive ne tormentorum cruciatu victus plures, & forte Cœnum quoque ipsum nominaret, quomodo apud Tacit. Ann. II. 68. 3. *Remmius evocatus priori custodiæ Regis adpositus, quasi per iram gladio eum transigit. Unde major fides, conscientia sceleris, & metu indicii, mortem Vononi inlatam.* V. *Freinshemium.*

46. *Dicendi causam*, om sigh te verantwoorden. Noster VI. 1. 20. Ita modo *Plautus.*

47. *Hiscere*, den mond open doen. Serv. Aen. I. 127. *Hiscere, aperire, verbum frequentativum ab hiatu. Hiscere* conatum loquendi magis significat, quam loqui. Virg. Aen. III. 314.

Vix pauca furenti.
Subjicio, & raris turbatus vocibus hisco.

48. *Incubuit.* V. VII. 5. 18.

49. *Patrio* i. Macedonico, qui sine dubitatione Græcus fuit, sed propriam dialectum, & idioma habuit, multumque recedebat ab Attica, qua omnes literarum cultores propter elegantiam utebantur. Et ferme eadem ratio fuit inter Græciæ populos, qualis hodie inter Germanos, qui pro nationum varietate variis dialectis utuntur, adeo ut ægre se mutuos intelligant, qui nunquam e patria excesserunt, & repente in peregrinos incidunt. Habent enim suam quodam modo linguam Helvetii, habent Suevi, Bavari, Austrii, Saxones, Francones: omnes tamen Germanica utuntur. Ita & inter Græcos multæ fuerunt dialecti, quamvis omnes interim Græce loquerentur. Præcipuæ tamen fuerunt Attica, Ionica, Dorica, Aeolica, communis quæ omnes inter proprie Græce loquentes habebantur. Reliquæ, Macedonica, &c. inter barbaras recensebantur. V. *Raderum.*

Præter Macedonas, inquit, *plerique adsunt, quos facilius, quæ dicam, percepturos arbitror, si eadem lingua fuero usus, qua tu* [50] *egisti, non ob aliud, credo, quam ut oratio tua intelligi posset a pluribus.* Tum Rex, *ec-* 36 *quid videtis, odio etiam patrii sermonis Philotam teneri* [51]*? Solus quippe fastidit eum dicere. Sed dicat sane, utcunque* [52] *cordi est; dum memineritis, æque illum a nostro more, atque sermone abhorrere.* Atque ita concione excessit.

50. *Qua tu.* Aequam certe rationem adfert Philotas, cur Græce pure, & non Macedonice velit loqui, quod & Rex ipse Græce dixerit, & ob eam causam dixerit, ut a pluribus intelligeretur. V. *Raderum.*

51. *Odio teneri* i. odisse. Cum tamen patrii sermonis usum diligenter retineri ex dignitate populorum sit, ut ostendit *Clapmar. de arcan. rerump.* III. 22.

52. *Utcunque* i. quomodocunque. Plaut. Bacch. IV. 4. 13.

Utcunque res sit, ita animum habeat.

CAP. X.

ARGUMENTUM.

Causam suam agit, & Alexandri argumenta, quibus conjurationis accusatus est, diluit Philotas.

TUm Philotas: *Verba*, inquit, *innocenti repe-* 1 *rire facile est; modum verborum misero tenere* [1] *difficile. Itaque inter optimam conscientiam, & in-* 2 *quissi-*

Modum tenere difficile. Tacit. Ann. IV. 69. 3. *Quando mœsta semel prorupere, difficilius re-*

ticentur. Ovid. Metam. XIII. 228. *Dolor ipse disertum fecerat.*

2. *Ini-*

quissimam [2] *fortunam destitutus, ignoro, quomodo & animo meo, & tempori paream* [3]. *Abest* [4] *quidem optimus causa meæ judex: qui cur me ipse audire noluerit, non me hercule excogito; quum illi utrimque* [5] *cognita* [6] *causa tam damnare me liceat, quam absolvere* [7]; *non cognita vero liberari ab absente non possum, qui a præsente damnatus sum.* [4] *Sed quamquam vincti* [8] *hominis non supervacua* [9] *solum, sed etiam invisa* [10] *defensio est, quæ judicem non*

2. *Iniquissimam* i. malevolam. Cic. Fam. II. 15. *Dicerent iniqui me non plane post annum ex provincia decessisse.* Paterc. II. 119. 2. *Exercitus iniquitate fortunæ circumventus.* Noster VII. 1. 34. 5. 25. & *temporis iniquitas* est injuria, qua homo in illo afficitur VII. 7. 6.

3. *Paream animo* i. satisfaciam, obtemperem, *voldoe. Paream tempori* i. me accommodem, *my daar in schicke.* Cic in Varin. *Si in tanto hominis de me optime meriti periculo & temporibus, & voluntati parere voluissem. Parere naturæ* Nep. Attic. XVII. 3. est ejus ductum sequi.

4. *Abest.* Plutarch. Alex. f. 252. *Philotas in quæstionibus habitus præsentibus amicis, extrinsecus autem e tabernaculo audiente Alexandro.* Eodem modo apud Tacit. Ann. XIII. 5. 2. *abditis a tergo foribus velo discreta adstitit Agrippina, quod visum arceret, auditum non adimeret.*

5. *Utrimque* i. ex accusatione, & defensione.

6. *Cognita* i. examinata. *Cognoscere* est sedere pro tribunali, & litigantes audire. Sueton. Claud c. 33. *Cognoscens quondam in Augusti foro.*

7. *Absolvere* i. liberare a crimine, quo accusor. Cic. Verr VI. *Servus ille innocens omnibus sententiis absolvitur.* Noster VII. 2. 8.

8. *Vincti*, quia illi *vinculis* non parum detrahitur honoris, & famæ. *Alligati vinculis sine dedecore in publico comparere non possunt*, ait Ulpian. in l. 10. ex quib. caus. maj. *Quantum autem de honestate & auctoritate ejus, qui arguitur, detractum est, tantum de facultate totius defensionis est diminutum*, ut loquitur Tull. de Invent. II. V. *Loccenium.*

9. *Supervacua*, quia *sera post damnationem innocentiæ defensio est*, ut ait *Quintil. Decl.* 372.

10. *Invisa* i. odiosa. *Invisum* veteri, & primo significatu dictum fuit, quod minime videretur, propterea, quod aut absens oculis non subjiceretur, aut eorum potestati nequaquam obnoxium esset, cujusmodi sunt res corpore carentes, corporaque ipsa, sed translucida: omnino vero quæcumque nullo colore illustrarentur. Cic. de Arusp. resp. *Non invisa solum, sed etiam inaudita sacra.* Promoti deinde, molliori loquendi consuetudine, fines hujusce significationis, ut quoniam ea, quæ videre nollemus nos, de rerum natura ut tollerentur, expeteremus, animi ejusmodi motum atque affectum

non docere videtur, sed arguere [11]; *tamen utcunque licet dicere, memet ipse non deseram* [12], *nec committam, ne damnatus etiam mea sententia* [13] *videar. Equidem cujus* [5] *criminis reus sim, non video. Inter conjuratos nemo me nominat: de me Nicomachus nihil dixit: Cebalinus plus, quam audierat, scire non potuit. Atqui conjurationis ca-* [6] *put me fuisse credit Rex. Potuit ergo Dymnus eum præterire, quem sequebatur? præsertim quum quærenti socios, vel falso* [14] *fuerim nominandus: quo facilius, qui verebatur* [15], *posset impelli* [16]. *Non enim detecto facinore no-* [7] *men meum præteriit, ut posset videri socio peperciisse; sed Nicomacho, quem taciturum arcana de semetipso credebat, confessus, aliis nominatis, me unum subtrahebat. Quæso, commilitones, si Cebalinus me non adisset, nihil* [8] *me de conjuratis scire voluisset, num hodie dicerem causam nullo me nominante! Dymnus sane & vivat adhuc, & ve-* [9] *lit mihi parcere. Quid cæteri? Qui de se confitebuntur, me*

ctum sequutus est novus usus significandi. Scribenti itaque ad Brutum Ciceroni, oblatæ erant oculis res, quas propterea abs se *visas* esse dicebat, quæ tamen cum non sine stomacho videri possent, jocatus est in ambiguo, easque quasi contrario sensu simul *visas invisasque* vocavit, quoniam odiosæ, atque non videndæ viderentur. V. *Scalig. Orat. 1. contr. Erasmum. p.* 21.

11. *Arguere* n. injustitiæ, si prædamnavit indicta causa, qui innocentiam suam docere potest. V. *Freinshemium.* Proprie *arguere* est ostendere. Agrætius: *Arguere, ostendere & patefacere.* Horat. Epist. I. 19. 6.

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.

12. *Deserere* i. non tueri. *Desertorem Asiæ*, quam defendere, & tueri debuisset Aeneas, Aeneam vocat Turnus apud *Virg. Ann.* XII. 15. & *deseruisse* se Alphenum Jctum, qui ejus causam in foro agere debuisset, queritur *Catullus* XXX. 5.

13. *Mea sententia:* quod erat futurum, si adgnosceret crimen, nam *confessus quodammodo sua sententia damnatur* I. 1. de confess. Is αὐτοκατάκριτος est S. Paulo *Tit.* III. 11. Apud Marcell. XVII. Sarmatæ *minus criminis æstimabant, alienis viribus potius, quam conscientiæ suæ judicio vinci.* V. *Freinshemium.*

14. *Falso.* Sic Catilina *nominat socios: præterea multos cujusque generis innoxios, quo legatis animus amplior esset.* V. *Freinshemium.*

15. *Verebatur* i. dubitabat, metuebat se jungere.

16. *Impelli* i. moveri, persuaderi. *Impelluntur* proprie, quæ ex præcipiti loco detruduntur. Cic. pro Cluent. *Præcipitantem impel-*

centia mea; deinde dextra tua obtulerant: non timui, ne plus alienæ crudelitati apud te liceret, quam clementiæ tuæ.
15 *Sed ne te mihi credidisse pœnitebat, res ad me deferebatur a puero, qui non testem, non pignus indicii exhibere* [31] *po-*
16 *terat, impleturus omnes metu, si cœpisset audiri. Amatoris, & scorti jurgio interponi aures meas credidi infelix, & fidem ejus suspectam habui, quod non ipse deferret, sed*
17 *fratrem potius subornaret. Timui, ne negaret mandasse se Cebalino; & ego viderer multis amicorum Regis fuisse*
18 *periculi causa. Sic quoque quum laserim neminem, inveni, qui mallet perire me, quam incolumem esse. Quid*
19 *inimicitiarum creditis excepturum* [32] *fuisse, si insontes* [33] *lacessissem? At Dymnus se occidit? num igitur facturum eum divinare potui? minime. Ita, quod solum indicio fidem fecit, id me, quum a Cebalino interpellatus sum, mo-*
20 *vere non poterat. At hercule, si conscius Dymno tanti sceleris fuissem, biduo illo proditos esse nos, dissimulare non debui; Cebalinus ipse tolli de medio* [34] *nullo negotio potuit.*
21 *Denique* [35] *post delatum indicium, quo perituros eram, cubiculum Regis solus intravi, ferro quidem cinctus. Cur distuli facinus? an sine Dymno non sum ausus? Ille igitur*
22 *princeps conjurationis fuit. Sub illius umbra* [36] *Philotas latebam, qui regnum Macedonicum adfecto. Et quis e vobis*

31. *Exhibere* i. præbere, producere, *by brengen.* Plaut. Mil. II. 6. 65. *Herum exhibeas volo.* Infr. VII. 2. 12.

32. *Quid inimicitiarum excepturum*, hoc veel vyanden soude ick my gemaeckt hebben. Nep. Datam. V. 2. *Non minorem invidiam aulicorum excepit.*

33. *Insontes* i. innocentes. Plaut. Amph. III. 1. 9.

Quam vir insontem probri Amphitruo accusat.

Festus: *Insons, extra culpam.* Et. *Sons, nocens, ut ex contrario, insons, innocens.*

34. *Tolli de medio* i. interfici. Cic. pro Rosc. Amer. *Tollere aliquem de medio.* Inde ambiguum dictum Ciceronis apud Patere. II. 62. 6. *Hoc est illud tempus, quo Cicero insito amore Pompejanarum partium, Cæsarem laudandum, & tollendum censebat; cum aliud diceret, aliud intelligi vellet.*

35. *Denique* i. ut paucis multa dicam, ut uno argumento præ omnibus utar. Solet ex abrupto inferri. Flor. I. 16. 3. *Denique his floribus vernat.* Noster VII. 1. 36. V. *Salmas. Exercit. Plin. f.* 382.

36. *Umbra* i. tutela. Virg. Ecl. I 4.

Tu Tityre lentus in umbra.

Ubi Servius: *Allegorice sub tutela Imperatoris Augusti.* Lucretio est *aer spoliatus lumine* IV. 369.

Nam nihil esse potest aliud nisi lumine cassus
Aer, id quod nos umbram perhibere solemus.

37. *Donis*: quod certe solent solenniter, qui res novas moliuntur. Id Pisoni objectum Tacit. Ann. III. 13. 3. refert: *Rerum novarum studio, Pisonem vulgus militum per licentiam, & sociorum injurias eo usque corrupisse, ut parens legionum a deterrimis appellaretur.*

38. *Impensum* est, in quod multum, & magna cum jactura impenditur. *Impenso pretio parare* Cæsari, Ciceroni, Livio, magno precio est emere. Horat. Sat. II. 3. 245.

Luscinias soliti impenso prandere coempras.

39. *Dedignor* i. me indignum judico. Virg. Aen. IV. 536.

Quos ego jam toties sum dedignata maritos.

Noster VI. 11. 23. X. 3. 11. Contra ea *dignari* infr. *n.* 28.

40. *Nativus* i. in patria usitatus.

41. *Defendere* i. idoneis causis demonstrare. Supra *n.* 4. & infr. VII. 1. 21. V. *Barth.* XXVIII. 6.

42. *Fratrem* n. patruelem, Amyntam. V. *Freinshemium.*

43. *Regi, non de Rege* i. ad Regem, non ad alium de Rege. V. *Freinshemium.*

vobis corruptus est donis [37]; *quem ducem, quem præfectum impensius* [38] *colui? Mihi quidem objicitur, quod* 23
societatem patrii sermonis asperner, quod Macedonum mores fastidiam. Sic ego imperio, quod dedignor [39], *immineo. Jam pridem nativus* [40] *ille sermo commercio aliarum gentium exolevit; tam victoribus, quam victis peregrina lingua discenda est. Non me hercule ista me magis lædunt,* 24
quam Amyntas, Perdiccæ filius, insidiatus est Regi; cum quo quod amicitia fuerit mihi, non recuso defendere [41], *si fratrem* [42] *Regis non oportuit diligi a nobis. Sin autem in* 25
in illo fortunæ gradu positum etiam venerari necesse erat; utrum, quæso, quod non divinavi, reus sum? an impiorum amicis insontibus quoque moriendum est? Quod si æquum est, cur tamdiu vivo? si injustum, cur nunc demum occidor? At enim scripsi, misereri me eorum, 26
quibus vivendum esset sub eo, qui se Jovis filium crederet. Fides amicitiæ, veri consilii periculosa libertas, vos me decepistis! vos, quæ sentiebam, ne reticerem, impulistis! Scripsisse me hæc fateor Regi, non de Rege [43] *scripsisse. Non* 27
enim faciebam [44] *invidiam, sed pro eo timebam. Dignior*

37. *Donis*: quod certe solent solenniter, qui res novas moliuntur. Id Pisoni objectum Tacit. Ann. III. 13. 3. refert: *Rerum novarum studio, Pisonem vulgus militum per licentiam, & sociorum injurias eo usque corrupisse, ut parens legionum a deterrimis appellaretur.*

38. *Impensum* est, in quod multum, & magna cum jactura impenditur. *Impenso pretio parare* Cæsari, Ciceroni, Livio, magno precio est emere. Horat. Sat. II. 3. 245.

Luscinias soliti impenso prandere coempras.

39. *Dedignor* i. me indignum judico. Virg. Aen. IV. 536.

Quos ego jam toties sum dedignata maritos.

Noster VI. 11. 23. X. 3. 11. Contra ea *dignari* infr. *n.* 28.

40. *Nativus* i. in patria usitatus.

41. *Defendere* i. idoneis causis demonstrare. Supra *n.* 4. & infr. VII. 1. 21. V. *Barth.* XXVIII. 6.

42. *Fratrem* n. patruelem, Amyntam. V. *Freinshemium.*

43. *Regi, non de Rege* i. ad Regem, non ad alium de Rege. V. *Freinshemium.*

gnior mihi Alexander videbatur, qui Jovis ſtirpem [45] ta-
28 citus agnoſceret, quam qui prædicatione jactaret [46]. Sed
quoniam oraculi fides certa eſt, ſit Deus cauſa meæ teſtis.
Retinete me in vinculis, dum conſulitur Hammon in ar-
canum, & occultum ſcelus. Interim, qui Regem no-
ſtrum dignatus eſt filium, neminem eorum, qui ſtirpi ſuæ
29 inſidiati ſunt, latere patietur. Si certiora oraculis credi-
tis eſſe tormenta, ne hanc quidem exhibendæ [47] veritatis
30 fidem deprecor. Solent rei capitis adhibere vobis paren-
tes [48]. Duos fratres ego nuper amiſi; Patrem nec oſten-
dere poſſum, nec invocare audeo; quum & ipſe tanti cri-
31 minis reus ſit. Parum eſt, tot modo liberorum parentem,
in unico filio adquieſcentem [49] eo quoque orbari, ni ipſe in
32 rogum meum imponitur [50]. Ergo cariſſime pater, & pro-
pter me morieris, & mecum. Ego tibi vitam adimo, ego
ſenectutem tuam exſtinguo! Quid enim me procreabas in-
felicem adverſantibus Diis? an ut hos ex me fructus perci-
33 peres, qui te manent [51]? Neſcio, adoleſcentia mea miſe-
rior ſit, an ſenectus tua. Ego in ipſo robore ætatis eripior,
tibi carnifex ſpiritum adimet, quem ſi fortuna exſpectare
34 voluiſſet, natura reposcebat [52]. Admonuit me patris mei
mentio, quam timide & cunctanter, quæ Cebalinus de-
tulerat ad me, indicare debuerim. Parmenio enim cum
audiſſet, venenum a Philippo medico Regi parari, deter-
rere

44. *Faciebam* i. excitabam VIII. 8. 22.

45. *Stirpem* i. nomen filii.

46. *Prædicatione jactaret*, daar ſeer op roemde. Cic. pro Cœl. *Deforme eſt de ſeipſo prædicare falſa præſertim.*

47. *Exhibendæ*, voor den dagh brengen.

48. *Parentes* i. cognatos. Liv. XXX. 4. *Jube vinctos produci, ut miſeri parentes, quos falſo lugent, vivere ſciant.* Petron. c. 72. *Cruciarii parentes detraxere nocte pendentem.*

49. *Adquieſcentem* i. unicum hoc ſolatium habentem. V. *Freinshemii Indicem.*

50. *In rogum meum imponitur* i. meum moritur. *Rogum* appellabant ſtruem illam lignorum, ad comburendum cadaver paratam. De *rogo* plura *Kirchm. de Fun.* III. 1. *Guther. de jur. Man.* 1. 28.

51. *Manent* i. exſpectant, tibi parata ſunt, imminent. Tibul. IV. 1. 149.

Te manet invictus Romano Marte Britannus.

Noſter VII. 1. 19: 4. 9. IX. 4. 18.

52. *Re-*

rere eum voluit epiſtola ſcripta, quo minus medicamen-
tum [53] *biberet, quod medicus dare conſtituerat. Num* 35
creditum eſt patri? num ullam auctoritatem ejus literæ ha-
buerunt? Ego ipſe, quoties, quæ audieram, detuli, cum
ludibrio credulitatis repulſus ſum [54]. *Si & quum indica-*
mus, inviſi, & quum tacemus, ſuſpecti ſumus; quid
facere nos oportet? Quumque unus e circumſtantium 36
turba exclamaſſet, *Bene meritis non inſidiari:* Philo-
tas, *Recte*, inquit, *quisquis es* [55], *dicis. Itaque ſi inſi-* 37
diatus ſum, pœnam non deprecor: & finem facio dicendi,
quoniam ultima verba gravia ſunt [56] *viſa auribus veſtris.*
Abducitur deinde ab iis, qui cuſtodiebant eum.

52. *Reposcebat*, quippe ſeptuaginta annos nati.

53. *Medicamentum* i. *medicatam potionem* III. 6. 2.

54. *Repulſus ſum*, ben afgeweſen.

55. *Quisquis es.* Sic appellabant ignotos. Virg. Aen. II. 148. *Quisquis es, amiſſos hinc jam obliviſcere Grajos.*

V. *Briſſon. Form.* VIII. 744.

56. *Gravia ſunt.* Liv. XXXVIII. 33. *Objecti multitudini iratæ, quum averſis auribus pauca loquuti eſſent, damnati omnes, & traditi ſunt ad ſupplicium.*

CAP. XI.

ARGUMENTUM.

Concione a Belone duce accenſa, omnibus crudelitatis inſtrumentis laceratur, ſcelus cum Parmenione patre initum fatetur, & ſaxis obruitur Philotas.

ERat inter duces manu ſtrenuus, Belon qui- 1
dam, pacis artium [1] & civilis habitus [2] rudis, ve-
tus miles, ab humili ordine, ad eum gradum,
in quo tunc erat, promotus: qui tacentibus cæte-
ris,

Pacis artes ſunt literæ, ſtudium ſapientiæ, pingendi, fingendique artificia, aliaque opificia a caſtris abhorrentia. V. *Raderum.*

2. *Civilis habitus* i. eloquentiæ,

ris, stolida audacia ferox[3], admonere eos cœpit, *Quoties quisque diversoriis*[4], *quæ occupassent, proturbatus esset, ut purgamenta*[5] *servorum Philotæ reciperentur eo, unde commilitones expulisset: auro, argentoque vehicula ejus onusta totis vicis stetisse: ac ne in vicinia quidem diversorii*[6] *quemquam commilitonum receptum esse: sed per dispositos, quos ad somnum*[7] *habebat, omnes procul relegatos, ne femina*[8] *illa murmurantium*[9] *inter se, silentio verius, quam sono, excitaretur. Ludibrio ei fuisse rusticos*[10] *homines, Phrygasque*[11] *& Paphlagonas*[12] *appellatos, qui non erubesceret, Macedo natus, homines linguæ*

tiæ, fori, judiciorum, magistratuum civilium. V. *Raderum.*

3. *Ferox*, trors. Cic. Fam. IV. 9. *Victoria, etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores, impotentioresque reddit.* Noster VII. 4. 3.

4. *Diversoriis*, uyt haar quartier *n.* 12 VII. 2. 22.

5. *Purgamenta.* V. VIII. 5. 8.

6. *Vicina diversorii*, omtrent het quartier.

7. *Ad somnum* quos appellat Curtius, illi affines sunt *silentiariis. Silentiarii* vero fuerunt Eunuchi. *Quietis ministros* dixillet Procopius. Conservis autem silentium commendabant. V. *Pignor. de serv.* 370.

8. *Femina* i. homo effeminatus. Sueton. Jul. c. 22. *Negante quodam: facile hoc ulli feminæ fore.* V. VIII. 1. 37.

9. *Murmurantium* i. tacite colloquentium. Plaut. Aulul. 1. 1. 13. *At ut sceleste sola secum murmurat.* Ita *murmurare* dicuntur meditabundi, dum secum inter studendum tacite loquuntur. Stat. Sylv. III. 5. 38.

Tu procurrentia primis
Carmina nostra sonis, totasque
in murmure noctes
Aure rapis vigili.

10. *Rusticos* i. rudes, agrestes, negligentes illas artes, quibus studemus aliis placere. *Civilis habitus rudes* n. 1. Virg. Ecl. II. 56.

Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis.

11. *Phrygas* i. stolidos, stupidos. Unde notissima, quæ de Phrygibus circumfertur, paræmia: *Sero sapiunt Phryges*, de qua *Erasm. Adag. f.* 635.

12. *Paphlagonas*, vlegels. Erant enim Phrygibus, ut terra, sic ingeniis vicini, bardi, barbari, insani, furiosi. Apud Athenienses *Paphlagonem* appellari, convitium erat, Suida teste. *Paphlagon* dicebatur ἀπὸ τῆς παφλάζειν, quod est lingua offendere, hærere, & iterare verbum. Unde Cleonem *Paphlagonem* Aristophanes, tota Comœdia, quæ *Equites* dicitur, exagitavit. Erat enim ille peregrinus Athenis, & hospes, & barbarus. Unde convitium in *Paphlagonas* natum est. Rhetores quoque clamosi, &

linguæ suæ[13] *per interpretem*[14] *audire. Cur Hammonem consuli vellet? eundem Jovis arguisse mendacium, Alexandrum filium agnoscentis: scilicet veritum ne invidiosum esset, quod Dii offerrent. Quum insidiaretur capiti Regis & amici, non consuluisse eum Jovem: nunc ad oracula mittere, dum pater ejus solicitaretur, qui præsit in Media*[15]*; & pecunia, cujus custodia commissa sit, perditos*[16] *homines ad societatem sceleris impellat. Ipsos missuros ad oracula, non qui Jovem interrogent, quod ex Rege cognoverint; sed qui gratias agant, qui vota pro incolumitate Regis optimi*[17] *persolvant.* Tum vero universa concio accensa est; & a corporis custodibus initium factum, clamantibus, *discerpendum esse parricidam manibus eorum.* Id quidem Philotas, qui graviora supplicia metueret, haud sane iniquo animo audiebat. Rex in concionem reversus, sive ut in custodia quoque torqueretur, sive ut diligentius cuncta cognosceret, concilium in posterum diem distulit: & quamquam in vesperam inclinabat dies, tamen *amicos convocari* jubet: & cæteris[18] quidem placebat, *Macedonum more obrui saxis.* Hephæstion autem & Craterus & Cœnus *tormentis veritatem exprimendam esse* dixerunt: & illi quoque, qui aliud suaserant, in horum sententiam trans-

& insulsi dicti *Paphlagones*, ut Eustathius docet ad Homer. Iliad. II. 851. V. *Raderum* & ex illo in Indice *Freinshemium.*

13. *Linguæ suæ*, die met hem eene tale spraacken.

14. *Per interpretem*, quasi patriam linguam vel nesciret, vel fastidiret, quod magnopere ad superbiam, insolentiam & invidiam Philotæ pertinet. V. *Raderum.* Similis Pallantis superbia notatur Tacit. Ann. XIII. 23. 3. *Nec tam gratia Pallantis innocentia, quam gravis superbia fuit: quippe nominatis libertis, ... quos conscios haberet, respondit: nihil unquam se domi, nisi nutu, aut manu significasse, vel si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret.* Philotam tamen excusare annititur *Paschal. Legat. c.* 49.

15. *In Media* i. Medis. Supr. VI. 8. 18.

16. *Perditos* i. desperatos. Flor. II. 15. 15. *Nova perditorum hominum manus.*

17. *Optimi* cognomen apud Romanos senatus populique judicio meruisse ex Plinii Panegyrico primum Trajanum docet

11 transeunt. Concilio ergo dimisso, Hephæstion
cum Cratero & Cœno ad quæstionem de Philota ha-
12 bendam consurgunt. Rex Cratero arcessito, &
sermone habito, cujus summa non edita est [19]; in
intimam diversorii partem secessit, & remotis arbi-
tris in multam noctem [20] quæstionis exspectavit e-
13 ventum. Tortores in conspectu [21] Philotæ omnia
14 crudelitatis instrumenta [22] proponunt. Et ille ul-
tro, *Quid cessatis*, inquit, *Regis inimicum, interfecto-
rem, confitentem occidere. Quid quæstione opus est? co-
gitavi, volui.* Craterus exigere, *ut, quæ confiteretur,*
15 *in tormentis quoque diceret.* Dum corripitur, dum
obligantur oculi [23], dum vestis exuitur, *Deos patrios,
gentium jura*, nequidquam apud surdas aures invo-
cabat. Per ultimos [24] deinde cruciatus, utpote
damnatus, & inimicis in gratiam Regis torquenti-
16 bus, laceratur [25]. Ac primo, quamquam hinc ignis [26], illinc

Brisson. de form. VIII. 734.

18. *Cæteris*, Erigyo, Perdic-
cæ, & Leonnato.

19. *Non edita est*, is niet rugt-
baar geworden.

20. *In multam noctem*, laet
inde naght.

21. *In conspectu*, ut reus ap-
paratu tam atroci territus, tor-
mentorum cruciatus spontanea
confessione præveniat. V. *Freins-
hemium.*

22. *Crudelitatis instrumenta*,
ardentes faces, laminas candentes, ungulas ferreas, flagra,
equuleos, stimulos, hastas, quibus oculos etiam fodicarent. V.
Raderum.

23. *Obligantur oculi*, geblin-
det worden, ut feralibus istis te-
nebris magis etiam angeretur,
& admota crudelitatis tormenta,
quanto inopinata, vehementius
paveseeret. Joseph. Bell. Jud.
VII. 14. *Is eum revinctis post ter-
gæ manibus, o ulisque fascia ob-
structis, in conspectum Romano-
rum, veluti capite cæsurus, pro-
duxit.* V. *Freinshemium.*

24. *Ultimos* i. summos, ex-
quisitissimos. Tacit. Agric. 11.
3. *Sicut vetus ætas vidit, quid
ultimum in libertate esset, ita nos
quid in servitute.* &c. Noster VII.
2. 32.

25. *Laceratur* n. verberibus
n. 16. Ungulis etiam *laceratos*
fuisse Christianos docet *Herald.
ad Arnob. p.* 25.

26. *Igni*, & laminis *igneis*
propius admotis tentabantur ad
veritatem eruendam illi, de qui-
bus quæstio habebatur; quod vel
hic Curtii locus abunde docet.
Senec. de ira III. 19. *Torserat
per omnia, quæ in rerum naturæ
tristissima sunt, fidiculis, tabu-
laribus, equuleo, igni, vultu
suo.*

illinc verbera [27], jam non ad quæstionem, sed
ad pœnam ingerebantur; non vocem modo, sed
etiam gemitus habuit in potestate [28]: Sed postquam 17
intumescens corpus ulceribus [29] flagellorum [30] ictus
nudis ossibus incussos ferre non poterat; *si tormentis
adhibituri modum* [31] *essent, dicturum se, quæ scire expe-
terent, pollicetur. Sed finem quæstioni fore, jurare eos* 18
per Alexandri salutem [32] volebat, removerique tor-
tores. Et utroque impetrato, Cratero inquit,
Dic, quid me velis dicere. Illo indignante, *ludificari eum,* 19
rursusque revocante tortores; *tempus petere* cœpit, *dum
reciperet spiritum cuncta, quæ, sciret, indicaturus.* Interim 20
equites, nobilissimus quisque, & ii maxime, qui
Parmenionem propinqua cognatione contingebant,
post-

suo. V. *Herald. ad Arnob. p.* 26.

27. *Verbera* licet pro *verbera-
tione* accipiantur, tamen rem
corpoream proprie significant, ut
flagella, quæ sunt proprie sum-
mitates sarmentorum. Quintilia-
nus: *Ignes ex proximo raptos,
verberaque, quæ casus obtulerat.*
V. *Vall. Eleg.* VI. 47.

28. *Habuit in potestate*, ut
nec clamaret, nec ingemisceret,
ff. l. 48. tit. 18. de quæst. *Fleri-
que patientia, sive duritia tor-
menta contemnunt, ut exprimi
eis veritas nullo modo possit.* His
plane contraria scripsit Plutarch.
Alex. f. 252. *Quo tempore Alexandrum dixisse ajunt, cum mi-
serandis, & abjectis vocibus, precibusque Philotas Hephæstio-
nem compellaret; adeone mollis tu Philota, & effeminatus tan-
tas res moliebare.* Sed dici potest, primum tormenta fortiter a Philota exantlata, dein lacerato, & exulcerato corpore ad preces descendisse. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

29. *Ulceribus* i. vulneribus.

30. *Flagellorum* i. virgarum. Serv. Aen. v. 579. *Flagello, virga, quæ sonat in morem flagelli.* Proprie *flagella*, ut idem Georg. II. 299. *dicuntur summæ arbo-
rum partes.* Varr. R. R. I. 31. *Vitem minorem vocant flagellum, majorem etiam, unde uvæ nascuntur, palmam.* Hinc *flagella*, virgæ, quia usus *flagellorum* in cædendo est.

31. *Modum* i. *finem* n. 18. Cic. Verr. IV. *Nos modum aliquem, & finem orationis nostræ faciamus.*

32. *Per salutem* principis Christiani, per genium seu τυχὴν Regis, aut Cæsaris jurabant veteres pagani. Docet prius Apolog. c. 32. Tertullianus. Imperatores Arcadius & Honorius in l. si quis major. 41. C. de Transact. *Eos etiam hujus legis, vel facturæ dignos esse jubemus, vel munere, qui nomina nostra placitis inferentes salutem principum confirmationem initarum juraverint esse pactionum.* Ita Theodosius minor Eudociam conjugem suam

postquam Philotam torqueri fama vulgaverat, legem Macedonum [33] veriti, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui Regi insidiati erant, cum ipsis necarentur; alii se interficiunt; alii in devios montes, vastasque solitudines fugiunt: ingenti per tota castra terrore diffuso, donec Rex, tumultu cognito, *legem se supplicio conjunctis fontium remittere* [34]
21 edixit. Philotas, verone an mendacio liberare se a cruciatu voluerit, anceps conjectura est, quoniam & vera confessis, & falsa dicentibus, idem doloris
22 finis ostenditur. Cæterum, *Pater*, inquit, *meus Hegelocho quam familiariter usus sit, non ignoratis. Illum dico Hegelochum, qui in acie* [35] *cecidit: ille omnium ma-*
23 *lorum nobis causa fuit. Nam quum primum* Jovis filium *se salutari jussit Rex, id indigne ferens ille*, hunc igitur Regem agnoscimus, *inquit*, qui Philippum dedignatur Patrem? Actum est de nobis, si ista perpeti pos-
24 sumus. Non homines solum, sed etiam Deos despicit, qui postulat Deus credi. Amisimus Alexandrum, amisimus Regem: incidimus in superbiam, nec Diis, quibus se exæquat, nec hominibus, qui-
25 bus se eximit, tolerabilem. Nostrone sanguine Deum fecimus, qui nos fastidiat? qui gravetur mortalium adire concilium? Credite mihi, & nos,
26 si viri sumus [36], a Diis adoptabimur [37]. Quis proavum

suam adegit, ut per *salutem suam* juraret se comedisse pomum. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*.

33. *Legis* hujus etiam apud Persas usitatæ meminere Marcell. XXIII. 280. *Leges apud eos impendio formidatæ: inter quas diritate exsuperant latæ contra ingratos, & desertores, & abominandæ aliæ, per quas ob noxam unius omnis propinquitas perit.* Herod. III. 276. *Darius Intaphernem comprehendit, ejusque liberos, atque omnem familiam, quod janitori & qui a responsis erat introire illum ad Regem rei uxoriæ operam dantem introire non sinentibus aures & nares præcidisset.* Justin. X. 2. 6. Esther. VIII. 7. & 11. & apud Macedones institutæ Noster VIII. 8. 28. V. & *Prisson. de regn. Pers.* II. 268. & ex illo *Raderum*.

34. *Remittere*, quod gloriatur VIII. 8. 18.

35. *In acie* ad Gaugamela. V. *Raderum*.

36. *Si viri sumus*, indien wy ons manlijck houden. Salust. Catil.

vum [38] hujus Alexandrum [39], quis deinde Archelaum [40], quis Perdiccam [41] occisos ultus est? Hic quidem interfectoribus [42] patris ignovit. *Hæc He-* 27
gelochus dixit super cœnam [43]: *& postera die prima luce a patre arcessor. Tristis erat, & me mœstum videbat. Audieramus enim, quæ solicitudinem incuterent. Itaque ut experire-* 28
mur, utrumne vino gravatus [44] *effudisset illa, an altiore concepta*

til. c. 40. *At ego vobis, simodo viri esse vultis, rationem ostendam, qua tanta ista mala effugiatis.* Liv. I. 58. *Si vos viri essis.* Alludit vero dictum, quod Alexandro tribuit Plutarch. f. 249. *Cunctorum esse quidem mortalium Deum communem parentem, sed peculiariter sibi adoptare optimum quemque.* V. *Freinshemium*, ejusque *Indicem*.

37. *Adoptio* est actus legitimus, imitans naturam, juventus ad solatium illorum, qui liberos non habent. V. *Jctos & Gell. N. A.* V. 19.

38. *Proavum* appellat *Curtius*, qui illi fuit abavus. Nihil tamen mirum aut insolens facit. Confundi enim solent cognationum vocabula. Eadem plane videtur esse causa *Libanii Declam.* 16. qui eum Alexandrum, quem noster *proavum* vocat Curtius *avum Philippi* appellat, πρόγονον. Hæc enim vox etiam pro ulterioris gradus *avis* accipi potest, quomodo & Latina apud Juven. VIII. 134.

De quocunque voles proavum
tibi sumito libro.

V. *Freinshemium*.

39. *Alexandrum*, cognomento *Divitem*, qui & *Philellen*. V. *Freinshemium*.

40. *Archelaum*, qui *venationi indulgens a Cratero, quem in deliciis habebat, imprudenter sauciatus, vitam cum morte commutavit.* V. *Diodor.* XIX. 38.

41. *Perdiccam*, de cujus nece diversa sentiunt Auctores, quos vide in Reineccii regno Macedonico. *Freinshemius*.

42. *Interfectoribus* non omnibus, sed soli Alexandro Lynceste ignovit Alexander Magnus. Justin. XI. 2. 1. *Prima illi curæ paternarum exsequiarum fuit: in quibus ante omnia, cædis conscios ad tumulum patris occidi jussit: soli Alexandro Lynceſtarum fratri pepercit.* Quamvis *omnes Philippi interfectores luisse supplicium* dixerit Noster & IV. 7. 27.

43. *Super cœnam* i. cœnæ tempore, inter cœnandum, dum cœnatur, *over maaltyd*. Sueton. Ner. c. 22. *A quibusdam ex his rogatus, ut caniaret super cœnam.* Juven. XV. 14.

Tale super cœnam facinus narraret Ulysses.

Ita Stat. Theb. V. 136. *super somnos* i. dum dormio. Noster VII. 4. 7. VIII. 12. 17. 4. 30.

44. *Vino gravatus* i. valde ebrius. Quæ vero in *vino* dicuntur, aguntur, scribuntur, in *vino* relinquenda, & cum *vino* sepelienda sunt. Nec ebria pro seriis accipienda, sed dicta pro indictis, facta pro infectis habenda. Martial. I. 28. 5.

cepta consilio 45; *arcessiri cum placuit. Venit: eodem-*
que sermone ultro repetito adjecit, se, sive auderemus duces esse, proximas a nobis partes vindicaturum: sive deesset animus, consilium silentio esse tecturum.
29 *Parmenioni* vivo adhuc Dario, intempestiva res videbatur; non enim sibi 46, sed hosti esse occisuros Alexandrum: Darium vero sublato, præmium Regis occisi Asiam, & totum Orientem interfectoribus esse cessurum. *Adprobatoque* 47 *consilio, in hæc fides*
30 *data est & accepta. Quod ad Dymnum pertinet, nihil*
scio; & hæc confessus intelligo non prodesse mihi, quod pror-
31 *sus sceleris expers sum.* Illi rursus tormentis admotis 48, quum ipsi quoque hastis os, oculosque ejus everberarent; ut hoc quoque crimen confiteretur,
32 expressere. Exigentibus deinde, ut *ordinem cogitati sceleris* 49 *exponeret, quum diu Bactra retentura Regem viderentur, timuisse* respondit, *ne pater* LXX. *natus annos, tanti exercitus dux, tantæ pecuniæ custos, interim exstingueretur, ipsique, spoliato tantis viribus, occidendi*
33 *Regis causa non esset. Festinasse ergo se, dum præmium haberet in manibus* 50. *Repræsentasse* 51 *consilium, cujus patrem fuisse auctorem nisi crederent, tormenta quamquam tolerare*

Et non sobria verba subnotasti; Exemplo nimium periculoso: Μισῶ μνήμονα συμπότην, *Procille.*

x. 28. 24. *Nec facient quemquam pocula nostra reum.* V. *Raderum.*

45. *Altiore consilio concepta* i. imo pectore inita. Cic. de Orat. *Altius quid cogitare*, dieper overleggen.

46. *Sibi* i. in suos usus. Flor. 1. 16. 2. *Bellum Samniticum populus Romanus sibi gessit.* Plaut. Men. IV. 2. 83.

Huic surrepta est, non tibi. i. in hujus, non tuum usum.

47. *Adprobato* voor goet gekeurt. *Adprobant* opus perfectum susceptores, vel redemptores *probantibus* censoribus, qui id locaverant. Appul. VI. *Ante istam vesperam opus expeditum adprobato mihi.* Huc respicit Phædr. IV. 24. 11. *Opus adprobavit.* V. *Gronov. in Plaut. Amph. Prol. n.* 13.

48. *Tormenta rursus admovere*, weer tot de tortur brengen.

49. *Ordinem sceleris*, hoe het soude in 't werck gestelt worden.

50. *In manibus* i. in potestate. Plaut. Merc. II. 3. 117.

Quia illi suam rem esse æquum est in manu.

51. *Repræsentasse.* V. X. 1. 39.

52. *Demetrius* unus e custodibus corporis, in cujus interfecti locum suffectus est Ptolomæus ille, qui post Alexandri mortem in Aegypto regnavit. V. *Raderum.*

53. *Proximi* i. nuper agitati. *Proximum triennium*, quod *proxime* præcessit. *Nep. Hann.* III. 2.

54. *Adfirmatione* i. *adjeveratione* Tacit. Ann. 2. 2. *Scipiones hæc, & Silani, & Cassii adjeveratione multa censebant.*

55. *Cogitatum esse.* V. VIII. 6. 30.

56. *Vox sanguisque defecerant*, scilicet *claudente noxarum conscientia linguam*, ut de Chonodomario loquitur Marcell. XVI. & de Zizai, XVII. *amisso vocis officio præ timore.* Noster VII. 1. 8: 7. 26.

57. *Inquinare* i. maculare, polluere. Cic. pro Dejot. *Ut domestica tua inhumanitate nostræ civitatis humanitatem inquinares.* Sic *uva inquinat pedes pressantes* Prop. III. 15. 9. quos dum premitur, maculat, & sordidos efficit.

58. *More patrio* i. Macedonico *n.* 10.

59. *Saxis obruerunt*, V. III. 4. 11. §. 66. jaculis confossos dicit *Arrian.* III. 223. supplicium capitale subivisse *Diod.* XVII. 80. Lapidationem Macedonibus fuisse usitatam docet & Hermolai exemplum apud Arrian. IV. 272.

tolerare non posset, tamen non recusare. Illi conlocuti 34
satis quæsitum videri; ad Regem reverturtur: qui postero die, &, *quæ confessus erat Philotas, recitari; &*
ipsum, quia ingredi non poterat, jussit *adferri.* Omnia 35
agnoscente eodem; Demetrius 52, qui proximi 53 sceleris particeps esse arguebatur, producitur: multa adfirmatione 54, animique pariter constantia, & vultu abnuens, *quidquam sibi in Regem cogitatum esse* 55, *tormenta etiam* deposcebat *in semetipsum.* Quum 36
Philotas circumlatis oculis, incideret in Calin quendam, haud procul stantem, *propius eum* jussit *accedere.* Illo perturbato, & recusante transire ad eum,
Patieris, inquit, *Demetrium mentiri, rursusque me excruciari?* Calin vox, sanguisque defecerant 56; & 37
Macedones Philotam inquinare 57 innoxios velle suspicabantur: quia nec a Nicomacho, nec ab ipso Philota, quum torqueretur, nominatus esset adolescens. Qui, ut præfectos Regis circumstantes se vidit, *Demetrium, & semetipsum id facinus cogitasse* confessus est. Omnes ergo a Nicomacho nominatos, 38
more patrio 58, dato signo, saxis obruerunt 59. Magno 39

gno non modo salutis, sed etiam vitæ [60] periculo liberatus erat Alexander: quippe Parmenio, & Philotas, principes amicorum, nisi palam fontes, sine indignatione totius exercitus non potuissent damnari. Itaque anceps quæstio fuit: dum inficiatus est [61] facinus, crudeliter torqueri videbatur, post confessionem, Philotas ne amicorum quidem misericordiam meruit.

Q. CUR-

Tum Hermolaum, & cæteros comprehensos a circumstantibus lapidibus obrutos fuisse.

60. *Salutis*, de præsenti dicitur conjuratione. *Vitæ*, de eo tempore, quod post eam victurus erat Alexander. Itaque ait Curtius, non solum in præsens saluti Regis, sed vitæ etiam postvivendæ palam damnato, & convicto hoc pari consultum fuisse. V. *Barthium Adverss.* XXVIII. 6.

61. *Inficiatus est* i. negavit. Flor. I. 22. 2. *Posthumium inficiantem, quas promiserat prædas, lapidavit.* Liv. VI. 40. *Quorum alterum neque nego, neque inficias eo.* Noster VII. 1. 26: 7. 25. qui *inficias ire* infr. VII. 1. 35.

Recentibus



Q. CURTII RUFI DE REBUS ALEXANDRI MAGNI, REGIS MACEDONUM,

LIBER VII.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Militem Philotam interemptum desiderantem ad concionem vocat, Alexandrum Lynceſten interfici curat, Amyntam & Simmian conjurationis cum Philota initæ suspectos, innocentiam suam gravi oratione dum tuentur, audit Alexander.

PHilotam sicut recentibus [1] sceleris ejus vestigiis jure adfectum supplicio censuerant milites; ita, postquam desierat esse [2], quem odissent, invidia in misericordiam [3] vertit [4]. Moverat & claritas [1]

Recentibus i. non ita pridem visis, *die onlanghs gebleecken waren. Recens ira*, modo orta *Prop.* II. 4. 5. *recens res*, recenter & non ita pridem, quæ Segulio obvenerat. *Cic. Fam.* XI. 21. *Recens* proprie est renovatum. Inde *recentari* est renovari Cneo Matio in Mimiambis apud *Non.* II. 751. & *Gell. N. A.* XV. 25.

Jam jam albicassit Phœbus, & recentatus
Commune lumen hominibus, voluptasque.

2. *Esse* i. vivere. Plaut. Capt. III. 3. 1.

Nunc illud est, quum me fuisse, quam esse mavelim.

Nep. Timoth. IV. 1. *Hujus post mortem cum populum judicii sui pœniteret.*

3. *Misericordiam.* Affine est illud Liv. XXIX. 22. *Jam senescente invidia, molliebatur ira.* V. *Freinshemium.*

4. *Vertit* præterito tempore dictum. V. *Freinshemium* & *Mod. Novant. Lect.* 99. 7.

5. Se-

ritas juvenis; & patris ejus senectus [5] atque orbitas [6].
3 Primus Asiam aperuerat [7] Regi, omnium periculorum ejus particeps; semper alterum in acie cornu defenderat: Philippo [8] quoque ante omnes amicus; & ipsi Alexandro tam fidus, ut occidendi Attalum
4 non alio [9] ministro uti mallet. Horum cogitatio subibat exercitum [10]; seditiosæque [11] voces referebantur ad Regem: queis ille haud sane motus, satisque prudens [12], Otii vitia negotio discuti [13], edicit,
5 *ut omnes in vestibulo regia præsto adforent.* Quos ubi frequentes adesse cognovit; in concionem processit. Haud dubie ex composito [14] Apharias postulare cœpit, *ut Lynceστes* [15] *Alexander, qui multo, antequam Philotum* i. exercitus recordabatur.

5. Senectus, *natus erat septuagesimo annos* VII. 2. 33.

6. *Orbitas*, quia tres amisit filios, *Hectorem* IV. 8. 8. *Nicanorem* VI. 6. 18. *Philotam* VI. 11. 38.

7. *Aperuerat* missu Philippi patris Alexandri. Diodor. XVI. 92. *Hoc anno Philippus, summus belli dux a Græcis factus, bellum Persicum inchoavit, ac statim Attalum & Parmenionem, cum parte copiarum, & mandatis, ut urbes ibi Græcas liberarent, in Asiam præmisit.* Eadem Justin. IX. 5. 8. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*.

8. *Philippus* quanti fecerit Parmenionem, docet in Apophthegmatis Plutarch. c. 29. *Philippus Atheniensium laudabat fortunam, qui quotannis decem Imperatorum deligendorum copiam haberent: se dicebat intra multos annos unum modo ducem reperisse Parmenionem.* V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*.

9. *Non alio*, quam Parmenione. V. VI. 9. 17. §. 23.

10. *Cogitatio subibat exercitum* i. exercitus recordabatur.

11. *Seditiosæ* i. turbulentæ, die nae oproer smaecken. Cic. de Invent. 1. *Seditiosa, & tumultuosa vita.* Noster IX. 4. 16. Non. I. 96. *Seditionis proprietas a M. Tullio manifesta est de rep.* VI. *Eaque dissensione civium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur.* V. & *Vall. Eleg.* IV. 63.

12. *Prudens* i. intelligens, sciens. Nep. Con. 1. 2. *Nam prudens rei militaris erat.*

13. *Otii vitia negotio discuti.* Senec. Epist 56. *Magni Imperatores cum male parere militem vident, aliquo labore compescunt, & expeditionibus detinent: nunquam vacat lascivire districtis, nihilque tam certum est, quam otii vita negotio discuti.*

14. *Composito*, het was daar op aengeleyt. Virg. Aen II. 129. *Compositorum rumpit vocem.* Vis huic voci ineat fraudis, & dolosi alicujus pacti. Noster IX. 7. 24. *Ex compacto* Liv. V. 11. Cic. Attic. X. 14. Plaut. Capt. III. 1. 24.

15. *Lynceστes*. i. *Lynceστarum frater*

Philotas Regem, voluisset occidere, exhiberetur [16]. A duo- 6
bus indicibus [17] sicut supra diximus [18], delatus, tertium jam annum custodiebatur in vinculis. Eundem in Philippi cædem quoque conjurasse cum Pausania [19], pro comperto fuit: sed quia primus [20] Alexandrum *Regem* salutaverat, supplicio magis, quam crimini [21] fuerat exemptus. Tum quoque Antipatri soceri 7
ejus preces justam Regis iram morabantur. Cæterum recruduit [22] soporatus dolor: quippe veteris periculi memoriam præsentis cura renovabat. Igi- 8
tur Alexander ex custodia educitur, jussusque dicere, quam toto triennio [23] meditatus erat

frater Justin. XI. 2. 2. *filium Aeropi, qui tum temporis Thessalico equitatui præfuit.* Arrian. I. 70. *gener Antipatri, qui præpositus Macedoniæ erat* Justin. XI. 7. 1. & Noster n. 7.

16. *Exhiberetur* i. e *custodia produceretur* n. 8.

17. *Duobus indicibus*; *indicio captivi* Just. XI. 7. 1.

18. *Supra dictum* libro primo, vel secundo, qui interciderunt.

19. Pausanias *nobilis ex Macedonibus adolescens Philippum in transitu obtruncat, quia primis pubertatis annis stuprum per injuriam passus ab Attalo fuerat, & querelam Philippo sæpe detulerat, sed variis frustrationibus non sine risu dilatus, honoratum insuper ducatu adversarium viderat.* Justin. IX. 6.

20. *Primus.* Arrian. I. 70. *Et tum quidem in culpa quum esset, Alexander eum dimiserat, quod primus amicorum post Philippi obitum ad se venisset, & thorace indutus eum in regiam comitatus esset, servans in eo auspicium dignitatis suæ*, ut addit Just. XI. 2. 2.

21. *Supplicio magis, quam crimini.* Sic apud Liv. XXXVI. 35. Epirotis *responsum datum est, quo veniam impetrasse, non causam probasse videri possent.* Justin. XXXII. 1. *Demetrius veniam patri, non jure defensionis, sed patrocinio pudoris obtinuit: quod ipsum decreto senatus significatum est, ut appareret, non tam absolutum Regem, quam donatum filio patrem.* V. *Freinshemium*.

22. *Recruduit* i. novas vires, novum sensum accepit, denuo iritatus est. Cic. Fam. IV. 6. *Nunc autem accepto hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quæ consenuisse videbantur, recrudescunt*, weder op breecken. *Crudum* est incoctum. Plaut. Aul. III. 2. 16. *Uxum crudum, an coctum edim.* Mart. III. 13. 3. *tanquam omnia cruda Attulerit.* Inde *cruda poma*, immatura Cicer. de Senect. *crudi lateres* nostro VII. 10. 25. non cocti: *crudus amor*, recens, nondum temporis longinquitate firmatus Stat. Theb. II. 341. *crudum vulnus*, recens acceptum Plin. Epist. V. 16.

23. *Toto triennio*, si computes simul annum currentem, nec dum

rat [24], defensionem, hesitans & trepidus pauca ex iis, quę
composuerat [25], protulit: ad ultimum non memoria
solum, sed etiam mens eum destituit [26]. Nulli erat du-
9 bium, quin trepidatio conscientiæ indicium esset [27],
non memoriæ vitium. Itaque ex iis, qui proxime
adstiterant, obluctantem adhuc oblivioni lanceis [28]
confoderunt. Cujus corpore sublato, Rex *intro-*
10 *duci jussit Amyntam* [29] & *Simmiam:* nam Polemon,
minimus ex fratribus, quum Philotam torqueri com-
perisset, profugerat [30]. Omnium Philotę amicorum
11 hi carissimi fuerant: ad magna & honorata minis-
teria,

dum exactum. Ita & Diodor. XVII. 80. *Is jam triennium in custodia detentus fuerat.* At VIII. 8. 6. *per biennium dilatus* dicitur, nimirum non computatis mensibus, qui excedebant. Eadem conciliat supr. n. 6.

24. *Meditatus erat* i. excogitaverat, mente perpenderat. Non. IV. 319. *Meditari, excogitare.* Terent. Andr. II. 4. 3.

Venit meditatus alicunde ex solo loco.

Verbum est Poetarum, & Oratorum. Virg. Ecl. I. 2.

Silvestrem tenui Musam meditaris avena.

Horat. Epist. II. 2. 76.

Nunc, & versus tecum meditare canoros.

25. *Composuerat*, hadde by een gebracht. In *utroque sermone verba componuntur.* Cic. Fam. X. 22. *Ne nostro arbitratu componeretur senatus consultum.*

26. *Destituit*, het heeft hem gemanqueert.

27. *Trepidatio, Conscientia indicium.* Tacit. Hist. III. 10. 4. *Id ipsum apud infensos incitamentum erat, tanquam nimius pavor conscientiam arguret.*

28. *Lanceis.* Marcellin. XXIX. 430. *Frisco more militiæ dedit occidendos.* Ubi *Lindenbrogius:* Is mos talis erat. Accepto fuste tribunus vix tantum adtingebat damnatum: quod ubi factum, omnes qui in castris erant, cædendo feriendoque gladiis, lapidibusque damnatum porro conficiebant, uti id ex Polybio, Tacito, Lampridio constat. Et in nostra quoque militia similis pœna observatur: castrensique vocabulo Theotisce dicunt, *durch die spiesse lauffen.* V. & *Lipsi de Mil. Rom.* V. 18.

29. Amyntam *Andromenis filium ferunt quoque eodem tempore in judicium vocatum, & cum eo Polemonem, Attalum, Simmiamque, Amyntæ fratres, tanquam & ipse insidiarum adversus Alexandrum conscii fuissent.* Arrian. III. 226.

30. *Profugerat*, quod suspicionem criminis, & conscientiæ movet. Ideo Senatus consulti Syllaniani interpretibus placuit, ut *qui ante quæstionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inveniantur*, multo duriore

ria, illius maxime suffragatione [31] producti [32]: me-
mineratque Rex, summo studio ab eo conciliatos [33]
sibi. Nec dubitabat *hujus quoque ultimi consilii fuisse*
participes. Igitur, *olim esse sibi suspectos matris suæ lite-* 12
ris, quibus esset admonitus, ut ab his salutem suam tueretur. Caterum se invitum deteriora credentem, nunc manifestis indiciis victum, jussisse vinciri. Nam pridie quam 13
detegeretur Philotæ scelus, quin in secreto cum ipso fuissent, non posse dubitari. Fratrem vero, qui profugerit, quum Philotas torqueretur, aperuisse causam [34]. *Nuper præter* 14
consuetudinem, officii specie, amotis longius cæteris, admovisse [35] *semetipsos lateri suo, nulla probabili* [36] *causa: seque mirantem, quod non vice sua* [37] *tali fungerentur officio; & ipsa trepidatione eorum perterritum, strenuo ad armigeros, qui proximi sequebantur, recessisse. Ad hoc ac-* 15
cedere, quod quum Antiphanes, scriba [38] *equitum, Amyntæ denuntiasset, pridie quam Philotæ scelus deprehensum esset*, ut ex suis equis more solito [39] daret iis, qui amissent

riore conditione causam dicant, quam si non fugissent. l. 25. §. 1. ad SC. Syllan. V. *Freinshemium.*

31. *Suffragatione* i. commendatione. *Suffragari* proprie est commendare aliquem apud illos, qui *suffragia* sunt daturi. Sueton Claud. c. 40. *Inter causas suæ suffragationis posuit* &c. V. *Voss. Lex.*

32. *Producti* i. promoti, provecti. Sueton. Claud. c. 4. *Quin per eosdem articulos & gradus producendus sit.* Cic. Fin. III. *προηγμένα* i. *producta nominantur, quæ vel ita appellamus, id erit verbum e verbo, vel promota*, &c.

33. *Conciliatos* i. amicos reddidos. Cic. de Orat. II. *Ut conciliemus nobis eos, qui audiunt.* Scalig. Conject. in Varr. p. 82. *conciliare verbum est fullonium,*

a ciliis, quæ Græce κιλίκια dicuntur. Ex iis coacta vestimenta vulgo, feltra vocamus, nempe τὰ ἐκ τριχῶν συντιθέμενα. Noster VII. 9. 19.

34. *Causam* n. secreti, & quicquid ibi actum sit, & se, suosque fratres in eodem cum Philota consilio fuisse. V. *Freinshemium.*

35. *Admovisse* i. junxisse.

36. Probabile *est id, quod vere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hoc quandam similitudinem, sive id falsum est, sive verum.* Cic. de Invent. I. Noster X. 9. 11.

37. *Vice sua*, in haar beurte.

38. *Scriba* V. VII. 3. 4. §. 7.

39. *More solito*; duces enim atque legati plures equos alere consueverunt, quos usus militiæ poposcit, ut iis, qui suos amisis-

amississent suos; *superbe respondisse*, nisi incepto de-
16 sisteret, brevi sciturum, quis ipse esset. *Jam linguæ violentiam*, temeritatemque verborum, quæ in semet jacularentur, nihil aliud esse, quam scelesti animi indicem ac testem: quæ si vera essent, idem meruisse eos, quod Philotam; si falsa, exigere ipsum,
17 ut refellant[40]. Productus deinde Antiphanes, *de equis non traditis, & adjectis etiam superbe minis*, indi-
18 cat. Tum Amyntas, facta dicendi potestate; *si nihil*, inquit, *interest Regis*[41]: *peto, ut, dum dico, vinculis liberer.* Rex *solvi utrumque* jubet: desideranti-
que Amyntę, *ut habitus*[42] *quoque redderetur armige-*
19 *ri*, *lanceam*[43] *dari* jussit. Quam ut læva comprehendit, evitato eo loco, in quo Alexandri corpus paulo ante jacuerat; *Qualiscunque*, inquit, *exitus nos*

sent, darent. Cæs. B. G. VII. 65. 5. *Eorum adventu, quod minus idoneis equis utebantur, a tribunis militum, reliquisque, sed & equitibus Romanis, atque evocatis equos sumit, Germanisque distribuit.* Tacit. Ann. I. 67. 3. *Equoš dehinc, orsus a suis, legatorum tribunorumque nulla ambitione, fortissimo cuique bellatori tradit.* Ubi V. *Freinshemium.*

40. *Refellant* i. refutent, falsa esse convincant. Donat. Terent. Phorm. I. 2. 82. *Refelles, refutabis, redargues. Nam prorsus refellere est redarguere falsitatem.* Serv. Aen. IV. 380. *Refello, vel retardo, vel falsa esse convinco: refello enim ab eo, quod est fallo, venit.*

41. *Interest Regis* i. nihil demitur, additurque Regis auctoritati, dignitati, majestati, quo habitu dicam, mea vero plurimum interfit, quo ore, vultu, cultuque respondeam, quod ex his notis conscientia quodammodo deprehendi possit; V. *Raderum.*

42. *Habitus*, n. *quo Alexandrum comitari solebat*; n. 20. Est itaque hic *habitus*, modus, seu forma, ut in illis Marcell. XVII *Quem habitum caput porci simplicitas militaris appellat.* V. *Freinshemium.*

43. *Lanceam* armigerorum insigne, vel, ut Noster vocat, *habitum* fuisse hinc discimus. Idem etiam ex aliquot hujus auctoris locis claret. Ita VI. 11. 31. amici Regis Philotæ *os, oculosque hastis everberant*; quod de his *lanceis* intelligo, quæ perpetuo ipsis ad manum. Modo *n.* 9. Alexandrum Lyncesten, *qui proxime adstiterant, Lanceis confoderunt*: quos autem putamus proximos adstitisse, nisi hos, qui haud dubie produxerunt eum in concionem, ut VI. 8. 24. Philotam. Reliqui enim milites phalangitæ *lanceas* non habebant, sed

nos manet, Rex: confitemur, prosperum[44] *eventum tibi debituros; tristiorem*[45] *fortunæ imputaturos*[46]. *Sine præ-* 20
judicio[47] *dicimus causam*[48], *liberis corporibus, animisque. Habitum etiam, quo te comitari solemus, reddidisti.*
Causam non possumus; fortunam timere desinemus. Te 21
quæso, permittas mihi id primum defendere, quod a te ultimum objectum est. Nos, Rex, sermonis adversus majestatem tuam habiti nullius conscii sumus nobis. Dicerem jampridem, vicisse te invidiam[49], *nisi periculum esset, ne alia maligna*[50] *dicta crederes blanda oratione purgari. Cæ-* 22
terum, etiamsi militis[51] *tui in agmine deficientis, & fatigati, vel in acie periclitantis*[52], *vel in tabernaculo ægri &*

sed sarissas. V. *Freinshemium.*

44. *Prosperum*, si absolvamur:

45. *Tristiorem*, si condemnemur. V. *Raderum.*

46. *Imputaturos* i. adscripturos. Tacit. Hist. IV. 14. 8. *Cujus ambiguam fortunam Vespasiano imputaturos.* Noster *n.* 22.

47. *Sine præjudicio* i. ab nullo ante nec publice, nec privatim damnati. *Potestati enim*, ut Augustin. Epist. 137. *sub cujus examine causa pendet, facit injuriam, qui illius judicium suo vult judicio prævenire.*

48. *Dicimus causam* i. respondemus criminibus objectis. *Dicere causam* aliquando est defendi vel per se, vel per patronum, & *causæ dictio* est apologia. Cæs. Bell. Gall. I. 4. 1. *Helvetii moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt: damnatum pœnam sequi oportebat, ut igni cremaretur; die constituta causæ dictionis, Orgetorix ad judicium omnem suam familiam, ad hominum millia decem, undique coegit; & omnes clientes, obæratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit: per eos, ne causam diceret, se eripuit.* Noster VII. 2. 9. V. *Bud. Annot. post. in Pand. p.* 33.

49. *Vicisse te invidiam* i. te majorem esse *invidia*, nullius amplius te invidia posse lædi; omnes enim mortales virtutibus tuis regiis multis partibus superasti. V. *Raderum.*

50. *Maligne dicta* i. atrocia in te jactata verba. Non. IV. 299. *Malignum significat consuetudine malevolum.*

51. *Militis* non omnia dicta sunt statim examinanda, sed sæpius dissimulanda. Ita Antigonus apud Senec. de ira III. 22. *Quid facilius fuit Antigono, quam duos manipulares duci jubere, qui incumbentes regio tabernaculo facerent, quod homines & periculosissime & libentissime faciunt, de Rege suo male existimant? Audierat omnia Antigonus, utpote cum inter dicentes, & audientem palla interesset: quam ille leviter commovit, &, longius, inquit, discedite, ne vos Rex audiat.*

52. *Periclitantis* i. in periculo

& vulnera curantis; aliqua vox asperior esset accepta [53]; meruceramus fortibus factis, ut malles ea tempori nostro imputare, quam animo. Quum quid accidit tristius [54], omnes rei sunt: corporibus nostris, quæ utique non odimus [55], infestas admovemus manus; parentes liberis si occurrant [56], & ingrati, & invisi sunt. Quum donis honoramur, quum præmiis onusti revertimur, quis ferre nos potest? quis illam animorum alacritatem continere? Militantium nec indignatio, nec lætitia moderata est. Ad omnes adfectus [57] impetu rapimur. Vituperamus [58], laudamus, miseremur, irascimur, utcunque præsens movit adfectio. Modo Indiam adire, & Oceanum libet; modo conjugum & liberorum patriæque memoria occurrit [59]. Sed has cogitationes, has inter se conloquentium voces, signum tuba datum finit: in suos ordines quisque currimus, & quidquid irarum in tabernaculo conceptum est, in hostium [60] effunditur capita. Utinam Philotas quoque intra verba peccasset [61]. Proinde

versantis. Cic. de Inv. II. Periclitari omnium jura. Noster VII. 2. 5.

53. *Accepta* i. audita, infr. IX. 9. 6. X. 1. 34.

54. *Tristius.* Ita Petron. c. 20. *Si quid tristius paras.*

55. *Non odimus.* Paul. Eph. v. 29. *Nemo unquam suam ipsius carnem odio habuit.*

56. *Liberis occurrant* i. liberorum licentiæ se opponant, eosque castigent. Prop. I. 20. 2.

Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.

V. *Loccenii Indicem.*

57. *Adfectus* voce veteres quemvis animi motum, sive bonus, sive malus, sive denique ἀδιάφορον ille esset, designarunt. Cic. Tusc. V. *Sic enim princeps ille Philosophiæ disserebat, qualis cujusque animi affectus esset, talem esse hominem: qualis autem ipse homo esset, talem esse orationem; orationi autem facta similia, factis vitam. Affectus autem animi in bono viro laudabilis.* V. *Vorst. de Latin. mer. susp. c. 14. Sciop. Infam. Famian. p. 7.*

58. *Vituperamus* i. *vitium rei paramus* Donato Andr. prol. v. 15. *Quod vituperabile est per seipsum, id eo ipso vitium nominatum puto, vel etiam a vitio dictum vituperari.* Cic. de Fin. III.

59. *Memoria occurrit*, ita & VI. 3. 1. *Inoritur* Tac. Ann. XI. 23. 4. *Quid si memoria eorum inoriretur, qui &c.*

60. *In hostium capita.* Sic Germanicus post seditionem militarem precatur Deos suos; *eluant hanc maculam, irasque civiles in exitium hostibus vertant*; Tacit. Ann. I. 43. 3. V. *Freinshemium.*

61. *Intra verba peccasset* i. verbis solis deliquisset, *ad rem ea non contulisset*, uc loquitur Terent. Eun.

inde ad id revertar, propter quod rei sumus. Amicitiam [62], *quæ nobis cum Philota fuit, adeo non eo inficias, ut expetisse confitear. An vero Parmenionis, quem tibi proximum esse voluisti, filium, omnes pene amicos tuos dignatione* [63] *vincentem, cultum esse nobis miraris? Tu hercule, si verum audire vis, Rex, hujus nobis periculi causa es. Quis enim alius effecit, ut ad Philotam decurrerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi* [64] *ad hunc gradum amicitiæ tuæ adscendimus. Is apud te fuit, cujus gratiam expetere, & iram timere possemus. Annon propemodum in tua verba* [65], *tui omnes te præeunte juravimus*, eosdem nos inimicos amicosque [66] habituros esse, quos tu haberes?

Eun. IV. 6. 4. Tacit. Hist. I. 18. 3. *Non ultra verba, ac voces errare.* Cels. de re med. III. 11. *Intra verba decipiunt.* V. *Loccenii Indicem.*

62. *Amicitiam.* Ita Tacit. VI. 8. 2. *Fatebor & fuisse me Sejano amicum, & ut essem, expetisse, & postquam adeptus eram, lætatum.* &c. Quem ex Curtio membra aliquot in M. Terentii sermonem transtulisse putat ad hunc locum *Lipsius.*

63. *Dignatione* i. dignitate, gratia. In l. 2. §. 36. de Orig. jur. Qui eorum maximæ dignationis apud populum Romanum fuerunt. V. *Loccenii Indicem.* hooger gehouden worden Justin. XXVIII. 4. 10. *Diu in summa dignatione Regis vixit.* Sueton. Jul. c. 4. *Non sine summa dignatione*, ut legit *Casaubonus.*

64. *Traditi* i. commendati. Horat. Sat. I. 9. 47. *Hunc hominem velles si tradere.* Cic. Fam. VII. 5. *Totum denique hominem tibi trado de manu (ut ajunt) in manum.*

65. *In tua verba.* Paterc. II. 20. 4. *Is cum universus in verba ejus jurasset.* Apud tribunos enim militum nominatim citabantur, & dicebantur jurare in verba summi ducis. Liv. XXVIII. 29. *Citati nominatim milites apud tribunos militum in verba P. Scipionis jurant.* Quo alludit Ovid. Art. I. 687.

Jurabant omnes in læsi verba mariti.

Dicebantur etiam *jurare in nomen* ducis. Sueton. Claud. c. 10. *Armatos pro concione jurare in suum nomen passus* est. Marcell. XXI. 198. *Jussique universi in ejus nomen jurare.* V. *Schel. in Hygin. f.* 173.

66. *Eosdem inimicos, amicosque habituros se esse*, verba sunt cocundis federibus solemnia. Liv. XXIX. 23. *Societas inter populum Carthaginensem, Regemque, data ultro citroque fide, eosdem amicos, inimicosque habituros, jure jurando adfirmatur.* Hæc vero, quia hic de amicitia erat sermo Amyntæ, paulo violentius ad militare sacramentum traxit Curtius. V. *Freinshemium. Demster. A. R. X. 3.*

res? *hoc sacramento*[67] *pietatis obstricti*[68] *aversaremur*
30 *scilicet, quem tu omnibus præferebas. Igitur si hoc crimen est; tu paucos innocentes habes: imo hercule neminem. Omnes enim Philotæ amici esse voluerunt: sed totidem, quot volebant esse, non poterant. Ita*[69] *si a conscijs*[70] *amicos non dividis; nec ab amicis quidem*
31 *separabis illos, qui idem esse voluerunt. Quod igitur conscientiæ adfertur indicium*[71]*? ut opinor, quia pridie familiariter, & sine arbitris loquutus est nobiscum? At ego purgare non possem, si pridie quidquam ex vetere vita ac more mutassem. Nunc vero, si, ut omnibus diebus, illo quo-*
32 *que, qui suspectus est, fecimus, consuetudo diluet crimen. Sed equos Antiphani non dedimus? & pridie quam Philotas detectus est, hæc mihi cum Antiphane res erat? qui suspectos*[72] *facere vult, quod illo die equos non dederimus; semet ipsum, quod eos desideraverit, purgare non poterit.*
33 *Anceps enim est crimen inter retinentem & exigentem; nisi quod melior est causa*[73] *suum non tradentis, quam poscentis*

67. *Sacramentum* militare est jusjurandum, in quod miles, qui nomen suum dabat, adigebatur. Formulam exhibent *Gell. N. A.* XVI. 4. *Stewech. in Veget.* II. 5. *Demster. A. R.* X. 3.

68. *Obstricti* i. obligati, dediti, *verplight*. Cic. pro Cæl. *Hunc addictum, deditum, obstrictum habetis.* Noster VIII. 12. 17.

69. *Ita* valet hic, ex eo consequitur, inde fit. V. *Freinshemium.*

70. *Si a conscijs amicos non dividis* i. nisi a conjuratis separaveris amicos, non poteris amicos separare ab iis, qui amici Philotæ esse voluerunt; idem enim crimen, *esse amicum*, & *velle esse*, quamvis non possis. Sicut eadem virtus est, velle pro rege in prælio, vel periculo regis occumbere, & occumbere. V. *Raderum.*

71. *Conscientiæ indicium* i. aliæ notæ, & signa conjurationis. V. *Raderum.*

72. *Suspectos*, quod pro spe magnatum opum, quas occiso Rege, ex amicitia Philotæ habituri essent, jam tum ferociissent: eam enim superbiam pro argumento habebant plusquam civilia cogitantes. Et cum Amyntas regerit crimen, *suspectam* facere conatur, Antiphanem, quod esset ipse, *homo superbissimus, certe iniquissimus* n. 34. V. *Freinshemium.*

73. *Causa* i. conditio, status. Cic. Fam. VI. 3. *Neque ea mea erat causa atque fortuna, ut, cui ipsi omnia deessent, alterum confirmarem.* Adfertur illud l. 9. ff. de Publ. in rem act. *melior est causa possidentis, quam petentis.* V. *Vorst. de Latin. merit. susp.* c. 3.

74. *Ina-*

tis, quam poscentis alienum. Caterum, Rex, equos de- 34
cem habui, e queis Antiphanes octo jam distribuerat iis, qui amiserant suos. Omnino duos ipse habebam: quos quum vellet abducere homo superbissimus, certe iniquissimus, nisi pedes militare vellem, retinere cogebar. Nec inficias eo, 35
liberi hominis animo loquutum esse me cum ignavissimo; & hoc unum militiæ suæ usurpante, ut alienos equos pugnaturis distribuat. Huc enim malorum ventum est, ut verba mea eodem tempore, & Alexandro excusem, & Antiphani. At hercule mater de nobis inimicis tuis scripsit. Uti- 36
nam prudentius esset solicita pro filio, & non inanes quoque species[74] *anxio animo figuraret*[75]*! Quare enim non adscribit metus sui causam? Denique non ostendit auctorem, quo facto dictove nostro mota tam trepidas tibi literas scripsit. O miseram conditionem meam, cui forsitan non pe-* 37
riculosius est tacere[76]*, quam dicere*[77]*. Sed utcunque cessura res est*[78]*, malo tibi defensionem meam displicere, quam causam. Agnosces autem, quæ dicturus sum; quippe meministi, quum me ad perducendos ex Macedonia milites mitteres, dixisse te,* multos[79] juvenes in domo tuæ matris abscondi[80]. *Præcepisti igitur mihi,* ne 38
quem præter te intuerer[81]; sed detrectantes militiam perducerem ad te. *Quod equidem feci, & liberius, quam expediebat mihi, exsequutus sum imperium tuum.*

74. *Inanes species*, inbeeldingen. Cic. N. D. I. *Objiciuntur sæpe formæ, quæ reipsa nullæ sunt, speciem autem offerunt.* De reipsa Senec. Epist. 13. *Nonnunquam apparentibus signis, quæ mali aliquid pronuntient, animus sibi falsas imagines fingit.*

75. *Figuraret* i. exprimeret, effingeret. Cic. Timæo: *Deus mundum ea forma figuravit.*

76. *Tacere*, sic enim reum se fateretur. V. *Raderum.*

77. *Dicere*, sic enim læderet filium accusatorem.

78. *Utcunque* cessura res est, *hoe het oock magh uytvallen* i. quomodocunque. Cic. in Orator. *Utcunque animum audientis moveri vellet.* Noster VII. 4. 16.

79. *Integros*, versch, nieuw. Sic *integrum bellum* IX. 4. 16. *recentes* III. 7. 9.

80. *Abscondi* i. versari, esse, ne ad militiam pertrahantur, ut Achilles latitavit in Scyro insula.

81. *Intuerer* i. observarem. Nep. Chabr. IV. 1. *Omnes* eum adspiciebant i. reverebantur, & ut Catul. XI. 6. respectabant. V. *Sciop. Infam. Famian. p.* 40.

tuum. Gorgian [82], *Hecataeum* [83], *& Gorgatam, quo-*
39 *rum bona opera uteris, inde perduxi. Quid igitur iniquius est, quam me, qui, si tibi non paruissem, jure daturus fui poenas; nunc perire, quia parui* [84]? *Neque enim ulla alia matri tuae persequendi nos causa est, quam quod*
40 *utilitatem tuam muliebri praeposuimus gratiae. Sex millia Macedonum peditum, & sexcentos equites adduxi, quorum pars sequutura me non erat, si militiam detrectantibus indulgere voluissem. Sequitur ergo, ut, quia illa propter hanc causam irascitur nobis, tu mitiges matrem, qui irae ejus nos obtulisti* [85].

CAP.

82. *Gorgiae*, ut opinor, mentio est apud *Arrian.* v. 333. Ubi in pugna adversus Porum inter copiarum duces nominatur. Recensetur a *Justin.* XII. 12. 8. inter senes dimissos, quod *Curtio* non bene consonat, nisi sic capias, ut Justinus senioribus hunc etiam adjecerit, quamvis forte alia ex causa dimissum. V. *Freinshemii Indicem.*

83. *Hecataeum* esse eundem, de quo ex *Diodoro* diximus VI. 9. §. 23. putat in *Indice Freinshemius*: ejus fuisse filium vult *Raderus.*

84. *Quia parui.* Ejusdem argumenti defensio est apud Senec. Contr. 3. *Ergo nihil interest, venenum domino aliquis dederit, an negaverit?* V. *Freinshemium.*

85. *Ob ulisti* i. objecisti, exposuisti, dedisti occasionem, ut nobis irasceretur.

Supervenerunt,

CAP. II.

ARGUMENTUM.

Polemonem reprehensum, ejusque fratres Amyntam, & Simmiam in gratiam recipit, & Polydamanta in Mediam ad Parmenionem e medio tollendum mittit Alexander.

DUm haec Amyntas agit, forte supervenerunt, 1
qui [1] fratrem ejus Polemonem, de quo ante dictum est, fugientem consequuti vinctum reducebant. Infesta concio vix inhiberi potuit; quin protinus suo more saxa in eum jaceret. Atque ille 2
sane interritus, *Nihil*, inquit, *pro me deprecor; modo ne fratrum innocentiae fuga imputetur mea. Haec si defendi non potest, meum crimen sit. Horum ob id ipsum melior est causa, quod ego, qui profugi* [2], *suspectus sum.* At haec eloquuto universa concio adsensa est. La- 3
crymae deinde omnibus manare coeperunt, adeo in contrarium repente mutatis; ut solum [3] pro eo esset, quod maxime laeserat. Juvenis erat primo aeta- 4
tis flore pubescens, quem inter equites tormentis Philotae conturbatos alienus terror abstulerat [4]. Desertum

SUpervenerunt, qui &c. Aliter Arrian. III. 227. *At quum Amyntas cum fratribus actionem publicam sustinuisset, causamque suam strenue apud Macedones dixisset, ab ea crimitatione absolutus est: statimque post absolutionem in concilio factum, potestatem sibi fieri petiit eundi ad fratrem, ut eum ad Alexandrum reduceret. Quod quum a Macedonibus illi concessum esset, abiit, eodemque die Polemonem reduxit.*

2. *Profugi.* Ergo illi suspecti non debent esse, qui non *fugerunt.* V. *Freinshemium.*

3. *Solum pro eo esset, quod maxime laeserat* i. ipsum crimen, quod ei intendebatur, fuga nimirum, quae ut in juvene, cui justus fuisset metus, ut primo ira, sic deinceps per misericordiam accepta est. V. *Freinshemium.*

4. *Quem terror abstulerat* i. qui conterritus fuerat. Ita Virg. Ecl. VIII. 41. *abstulit error* i. erravi. *Terruerat* vero illum Philotae

sertum eum a comitibus, & hæsitantem inter revertendi, fugiendique consilium, qui sequuti erant, occupaverunt. Is tum flere cœpit, & os suum converberare[5]; mœstus, non suam vicem[6]; sed propter ipsum periclitantium fratrum. Moveratque jam Regem, non concionem modo: sed unus erat implacabilis[7] frater, qui terribili vultu intuens eum; *Tum*, ait, *lacrymare*[8] *debueras, quum equo calcaria subderes, fratrum desertor, & desertorum comes. Miser quo*[9]*, & unde*[10] *fugiebas? Effecisti, ut reus capitis, accusatoriis uterer verbis*[11]. Ille *peccasse se, sed gravius in fratres, quam in semet ipsum*, fatebatur. Tum vero neque lacrymis, neque adclamationibus, quibus studia sua multitudo profitetur[12], temperaverunt[13]. Una vox erat pari emissa consensu, *ut insontibus*,

torti rumor, ut & equitum aliorum fortasse conscorum fuga, quibus impulsus existimavit, se, quod Philotæ familiaris esset, quoque ad supplicia raptum iri.

5. *Os converberare* est dolentium. Prop. II. 7. 24.

Nec non examinam amplectens
Briseis Achillem
Candida vesana verberat ora manu.

Noster VIII. 2. 5.

6. *Suam vicem*, pro *sua vice*. Est antiptosis, qua casus pro casu ponitur, accusativus pro ablativo, quemadmodum Atticis pro dativo non raro usurpatur. Vel est ellipsis præpositionis *ob*. V. *Vechner. Hellen.* I. 2. 16. *Voss. Gramm.* VII. 13.

7. *Implacabilis* i. qui non vult *placari* i. exorari. *Placare* est iratum lenire, & exorare. Dii proprie sanguine victimarum *placantur*. Cic. pro Font. *Galli humanis hostiis Deos placant*. L. L. II. *Impius ne audeto placare donis iram Deorum.*

8. *Tum lacrymare*. Sic apud Liv XXX. 44. *Hannibal* suos cives castigat de intempestivo fletu: *Vestræ illæ absurdæ, atque abhorrentes lacrymæ sunt. Tunc flere decuit, quum adempta nobis arma, incensæ naves, interdictum externis bellis. Illo enim vulnere concidimus*. V. *Freinshemium.*

9. *Quo?* ad hostes.

10. *Unde?* ab amicis.

11. *Accusatoriis uterer verbis*, i. accusator fierem. Ita Liv. II. 61. *accusatorium* dicit *spiritum. Semel causam dixit, quo semper agere omnia solitus erat, accusatorio spiritu.* XLV. 10. *accusatoriam vocem. Vir asper ingenio augebat atrocitatem, eorum quæ dicerentur, vultu cruci & accusatoria voce.*

12. *Profitetur* i. libere fatetur. Cic. pro Rabir. *Fateor, atque etiam profiteor, & præ me fero, hanc a me actionem esse sublatam.* Noster VII. 7. 24. X. 2. 13.

13. *Temperaverunt* i. abstinuerunt. *Temperare* cum dativo significat moderate uti, parcere. Cic. Verr. II. *Superatis hostibus temperavit.* Noster IX. 3. 2.

sontibus, & fortibus viris parceret. Amici quoque, data misericordiæ occasione consurgunt, flentesque Regem deprecantur. Ille silentio facto, *Et ipse*, inquit, *Amyntam mea sententia, fratresque ejus absolvo. Vos autem, juvenes, malo beneficii mei*[14] *oblivisci, quam periculi vestri*[15] *meminisse. Eadem fide*[16] *redite in gratiam mecum; qua ipse vobiscum revertor. Nisi, quæ delata essent, excussissem*[17]; *valde dissimulatio mea suspecta*[18] *esse potuisset. Sed satius est purgatos esse, quam suspectos. Cogitate, neminem absolvi posse, nisi qui dixerit causam. Tu Amynta ignosce fratri tuo. Erit simpliciter etiam mihi reconciliati animi tui pignus.* Concione deinde dimissa, *Polydamanta vocari* jubet. Longe acceptissimus Parmenioni erat, proximus lateri in acie stare solitus. Et quamquam conscientia fretus, in regiam venerat; tamen ut jussus est *fratres suos exhibere* admodum juvenes, & Regi ignotos ob ætatem: fiducia[19] in solicitudinem versa trepidare cœpit, sæpius quæ nocere possent, quam quibus dilueret, reputans. Jam armigeri, quibus imperatum erat, producerant eos; quum exsanguem metu Polydamanta *propius accedere* jubet: submotisque omnibus, *scelere*, inquit, *Parmenionis omnes pariter adpetiti sumus, maxime*

14. *Beneficii mei*, dum vos absolvi.

15. *Periculi vestri*, dum causam dicere debuistis.

16. *Eadem fide* n. ea, quæ acciderunt, oblivisendo. Senec. de Clement. I. 9. *Contendamus, utrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu debeas.*

17. *Excussissem* i. probe examinavissem. Cic. Rull. II. *Decemviri, qui nostros Imperatores excutiant.*

18. *Dissimulatio suspecta*. Ita Tacit. Hist. II. 29. 6. *Ille ne dissimulans suspectior foret, paucos incusavit.*

19. *Fiducia in solicitudinem versa*. Curtii mens perspicua: Fiducia, inquit, bonæ causæ ante audacia munita, postea in solicitudinem versa trepidare cœpit, reputans sæpius, quid nocere sibi, vicibus scilicet rerum humanarum incertis, quam quibus causam suam quantumvis bonam defendere, & obtinere posset. Cicero eadem sententia in oratione pro P. Quintio: *Omnes, quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant, quid possit is, cujus*

maxime ego ac tu[20], *quos amicitiæ specie fefellit: ad quem*
14 *persequendum puniendumque (vide, quantum fidei tuæ credam) te ministro uti statui. Obsides, dum hoc peragis,*
15 *erunt fratres tui. Proficiscere in Mediam, & ad præfectos*[21] *meos literas scriptas manu mea*[22] *perfer. Velocitate opus est*[23], *qua celeritatem famæ*[24] *antecedas. Noctu pervenire illuc te volo, postero die, quæ scripta erunt,*
16 *exsequi. Ad Parmenionem quoque epistolas feres; unam a me, alteram Philotæ nomine scriptam. Signum annuli ejus in potestate mea est. Sic pater credens a filio impressum,*
17 *quum te viderit, nihil metuet*[25]. Polydamas tanto liberatus metu, impensius etiam, quam exigebatur, promittit operam: conlaudatusque, & promissis
18 oneratus, deposita veste, quam habebat[26], Arabica induitur. Duo Arabes, quorum interim conjuges ac liberi, vinculum fidei obsides apud Regem erant, dati comites. Per deserta etiam ob siccitatem loca camelis, undecimo die[27], quo destinaverant, per-
19 veniunt. Et prius quam ipsius nuntiaretur adventus, rursus Polydamas vestem Macedonicam sumit, & in tabernaculum Cleandri (prætor hic regius erat)

cujus in ditione, ac potestate sunt, quam quid debeat facere. V. *Loccenium.*

20. *Tu*, qui, ut mihi fidissimus, me sublato, non minus periclitaberis. Solent enim fere in Regum cædibus involvi & illi, ex quibus conjurati periculum, & ultionem metuunt. V. *Freinshemium.*

21. *Præfectos*, qui fuerunt Cleander, Sitalces, Menides, Agathon, & Heracon. *Arrian.* III. 225. Noster X. 1. 1. qui de iisdem & *n.* 20. 23.

22. *Manu mea* eleganter dicit Curtius, quod vulgo *manu propria*. Ita Cicero, & alii principes Latii sunt loquuti. V. *Radevium.*

23. *Velocitate opus est.* Paterc. II. 88. 3. *Mira celeritate, nullaque cum perturbatione aut rerum, aut hominum oppresso Lepido.*

24. *Famæ* n. Philotæ filii interitum nuntiaturæ.

25. *Nihil metuet* ab insidiis.

26. *Veste, quam habebat* n. Macedonica *n.* 19. Ita Alexandrum Lyncesten comprehendi curavit Alexander. Arrian. I. 72. *Amphoterus, patrio atque adsueto illi regioni habitu assumpto, ne in itinere agnosceretur, clam ad Parmenionem pervenit, ac nihil quidem ab Alexandro literarum adfert, sed verbis mandata exponit. Atque ita Alexander hic capitur, & custodiæ traditur.*

27. *Undecimo die.* Strab. XX. 476. *Dicunt eos camelis dromedariis 30. 40. ve dierum itinere in diebus undecim peracto rem confecisse.*

erat) quarta vigilia[28] pervenit. Redditis deinde 20
literis, constituerunt prima luce ad Parmenionem
coire. Namque cæteris quoque literas Regis adtu-
lerat. Jam ad eum venturi erant, quum Parmenio-
ni *Polydamanta venisse* nuntiaverunt. Qui dum læ- 21
tatur adventu amici, simulque noscendi, quę Rex
ageret, avidus (quippe longo intervallo nullam ab
eo epistolam acceperat) *Polydamanta requiri* jubet. 22
Diversoria regionis illius magnos recessus[29] ha-
bent, amœnosque, nemoribus manu consitis; ea
præcipue Regum satraparumque voluptas erat. Spa- 23
tiabatur in nemore Parmenion medius inter duces,
quibus erat imperatum literis Regis, ut occiderent.
Agendæ autem rei[30] constituerant tempus, *quum*
Parmenion a Polydamante literas traditas legere cœpisset.
Polydamas procul veniens, ut a Parmenione con- 24
spectus est, vultu lætitię speciem præferente[31], ad
complectendum eum[32] cucurrit: mutuaque gra-
tulatione functi[33] Polydamas epistolam a Rege scri-
ptam ei tradidit. Parmenion vinculum[34] epistolæ 25
solvens, *Quidnam Rex ageret?* requirebat. Ille *ex*
ipsis literis cognituruin esse, respondit. Quibus Par- 26
menion lectis; *Rex*, inquit, *expeditionem parat*[35] *in*
Arachosios. Strenuum hominem, & nunquam cessantem.
Sed

28. *Quarta vigilia* i. tribus horis ante lucem.

29. *Recessus* i. loca, in quæ recedimus, & digredimur, *een afgangh.* Virg. Aen. VIII. 193. *Hic spelunca fuit vasto submota recessu.* Noster VII. II. 3.

30. *Agendæ rei.* ut Virg. Aen. V. 638. *nunc tempus agi res.* Stat. Theb. V. 140. *Dum tempus agit rem.*

31. *Lætitiam præferente*, ut infestum animum celaret.

32. *Ad complectendum eum*, om hem t'embarasseren. Tali modo perierunt Hamasa 2. Sam. XX. 9. 10. D. Jesus Matth. XXVI. 49.

33. *Functi* afgeleyt hebbende.

34. *Vinculum* erat linum, quo epistola obligata, & cui signum impositum, impressumque. Nec aperire epistolam fuit, nisi illo soluto, quod apud Cicer. Catil. III. *incidere linum.* Nep. Paus. IV. 1. *vincula epistolæ laxare, & signum detrahere.* V. *Lipsi. Inst. Epist. c. 4. Kirchm. de annul. t. 7.*

35. *ex-*

Sed tempus, saluti suæ, tanta jam parta gloria, parcere.
27 Alteram deinde epistolam, Philotæ nomine scriptam [36], lætus [37], quod ex vultu notari poterat, legebat. Tum ejus latus gladio haurit [38] Cleander, deinde jugulum ferit [39]; cæteri exanimem quoque
28 confodiunt. Et armigeri, qui ad aditum nemoris [40] adstiterant; cognita cæde, cujus causa ignorabatur, in castra [41] perveniunt; & tumultuoso [42]
29 nuntio milites concitant. Illi armati ad nemus, in quo perpetrata cædes erat, coeunt: & *ni Polydamas, ceterique ejusdem noxæ participes dedantur, murum circumdatum nemori eversuros* denuntiant, *omniumque sanguine duci parentaturos.* Cleander *primores* [43] *eorum intromitti* jubet: literasque Regis scriptas ad milites recitat, quibus *insidiæ Parmenionis in Regem, precesque,*
31 *ut ipsum vindicarent*, continebantur. Igitur cognita Regis voluntate, non quidem indignatio; sed tamen seditio compressa est. Dilapsis pluribus pauci remanserunt, qui saltem, ut corpus ipsius sepelire per-
32 mitterent, precabantur. Diu id negatum est Cleandri metu, ne offenderet Regem. Pertinacius deinde precantibus, materiem consternationis subtrahen-

35. *Expeditionem parat*, heeft een marsch voor.

36. *Scriptam* n. manu imitatrice.

37. *Lætus*, quia de industria quid insertum de conjuratione, ejusque arcanis. V. *Raderum.*

38. *Haurit* quia sanguis exit, metaphora ab utribus & doliis, e quibus vinum extrahitur facto foramine. Virg. Aen. x. 314. *latus haurit apertum.* Tacit. Hist. 1. 41. 4. *Camurium impresso gladio jugulum ejus hausisse.* Noster IX. 5. 11. V. & *Scalig. Poet.* IV. 16.

39. *Ferit* i. percutit. Enn. ap. Cic. pro Cornel. *Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.* Noster VIII. 6. 7: 11. 14.

40. *Ad aditum nemoris*, dubites extra vel intra nemus. & murum steterint. Judico intra: quomodo enim cædem excluſi cognovissent? V. *Raderum.*

41. *In castris* Parmenionis *erant sex millia Macedonum, & ducenti nobiles, quinque millia Græcorum, equites sexcenti, robur omnium virium Regis.* VII 3. 4.

42. *Tumultuoso* i. *tumultum* concitante. Cicer. Fam. 11. 12. *Tumultuosæ conciones afferebantur.* Noster x. 2. 13.

53. *Primores* i. præcipuos. Liv. XXIX. 14. *Matrona primores civitatis.* Noster VIII. 1. 9.

44. *Exitus* i. vitæ finis. Liv. VI. 20. *Hunc exitum habuit vir, nisi in libera civitate natus esset, memorabilis.* Noster X. 1. 38.

45. *Militiæ, domique* sunt genitivi adverbialiter positi. Cic. Tusc. v. *Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita.*

46. *Sine Rege.* Elegans formula. Cicer. pro Mur. *Hic multas res, & magnas sine Imperatore gesserat, nullam sine hoc Imperator.* V. *Freinshemium.*

47. *Juvenis.* Talis describitur Pompejus apud Plutarch. c. 105. *Sicut juvenis exercitationes obibat. Magnum enim erat ad animos excitandos momentum, Pompejum Magnum videre annos duodesexaginta natum in armis certantem peditem, inde in equo.* &c.

48. *Gregarii*, een slecht soldaat. Tacit. Hist. v. 1. 2. *gregario militi mixtus.* Noster VIII. 4. 15.

49. *Acer consilio* i. acuus, perspicax.

50. *Unam cohortem.* Justin. XII. 5. 8. *In unam cohortem eos, qui de Rege durius opinati fuerant, contribuit, aut consumpturus eos, aut in ultimis terris in colonias distributurus.* Illam *extraordinarium* vocavit. Diodor. XVII. 80. *Hos in unam cohortem, quam extraordinariam nominabat, separatos collegit, ne vocibus intempestivis, & immoderata sermonis libertate, reliquam Macedonum turbam simul corrumperent.*

51. *Ex-*

hendam ratus, capite decisо, truncum humare permisit. Ad Regem caput missum est. Hic exitus [44] 33
Parmenionis fuit, militiæ domique [45] clari viri. Multa sine Rege [46] prospere; Rex sine illo nihil magnæ rei gesserat. Felicissimo Regi, & omnia ad fortunæ suæ exigenti modum satisfecit. LXX. natus annos, juvenis ducis [47] & sæpe etiam gregarii [48] militis munia explevit: acer consilio [49]; manu strenuus; carus principibus; vulgo militum acceptior. Hæc impulerint illum ad regni cupiditatem; an tantum suspectum fecerint, ambigi potest, quia Phi- 34
lotas ultimis cruciatibus victus, verane dixerit, quæ facta probari non poterant; an falsis tormentorum petierit finem, re quoque recenti, cum magis posset liquere, dubitatum est. Alexander, quos mortem 35
Parmenionis conquestos esse compererat, separandos a cætero exercitu; in unam cohortem [50] secrevit, ducemque his Leonidam dedit, & ipsum Parmenioni quondam intima familiaritate conjunctum. Fere iidem erant, quos alioqui Rex habue- 36
rat

rat invisos. Nam quum experiri 51 vellet militum animos; admonuit, *qui literas in Macedoniam ad suos scripsissent, iis, quos ipse mittebat, perlaturis cum fide traderet.* Simpliciter ad necessarios 52 suos quisque scripserat, quæ sentiebat. Aliis gravis erat; plerisque
37 non ingrata 53 militia. Ita & agentium gratias; & querentium literæ exceptæ sunt 54. Et qui forte tædium laboris per literas erant questi, *hanc seorsum* 55 *cohortem a cæteris tendere ignominiæ* 56 *causa* jubet: fortitudine usurus in bello, libertatem linguę ab auribus credulis 57 remoturus. Et consilium temerarium forsitan (quippe fortissimi juvenes contumeliis inritati erant) sicut omnia alia, felicitas Regis
38 excepit 58. Nihil illis ad bella promptius fuit. Incita-

51. *Experiri* i. tentare, *cognoscere de se singulorum judicium.* Justin. XII. 5. 8. & *frui sui fama*, ut loquitur Tacit. Ann. II. 13. 1.

52. Necessarii *sunt, ut Gallus Aelius ait, qui aut cognati, aut affines sunt, in quos necessaria officia conferuntur præter cæteros.* Festus. Val. Max. II. 1. 8. *Cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: ut si qua inter necessarios querela esset orta.* &c.

53. *Non ingratam plerisque militiam* fuisse affirmant, quæ sequuntur: *agentium gratias literæ exceptæ*, qui enim egissent, nisi quibus *non ingrata militia?* plerosque autem hoc fecisse, adverso alterius partis exemplo constat, quos in singularem cohortem contribuit, ignominiaque affecit, nec facturus, nec ausurus, si adeo fuissent multi. V. *Freinshemium* & *Barth.* XXVII. 15.

54. *Exceptæ sunt.* Justin. XII. 5. 7. *Datos fasces epistolarum tacite ad se deferri jubet.* Modum tradit Polyæn. Stratag. IV. 3. *Quum tabellarii tres stathmos abessent, revocatis iis literas recognavit.*

55. *Seorsum a cæteris.* Ita extra vallum tendere, *donec bina hostium spolia singuli referrent, jussit senatus eos, qui a Pyrrho rege Epirotarum capti, & postea remissi erant.* Frontin. Stratag. IV. 1. 19. apud quem *n.* 20. & 22. idem factitasse legimus Otacilium Crassum & Domitium Corbulonem.

56. Ignominia *est nominis nota. Tull. de rep.* IV. *Censoris judicium nihil ferre damnato nisi ruborem. Itaque ut omnis ea judicatio versatur tantum modo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est.* Non. I. 39.

57. *Auribus credulis.* Tacit. Hist. I. 23. 2. *Inserendo sæpius querelas, & ambiguos de Galba sermones, quæque alia turbamenta vulgi.*

58. *Felicitas excepit* i. ut feliciter

citabat virtutem & ignominiæ demendæ 59 cupido; & quia fortiora facta in paucis latere non possunt.

citer caderet. V. *Freinshemii Indicem.*

59. *Ignominiam demere* strenuitate solent homines erectioris animi. Liv. VII. 13. *Equidem si cubi loco cessum, si terga dat hosti, si signa fœde amissa objici nobis possent, tamen hoc a te impetrari æquum censerem, ut nos virtute culpam nostram corrigere, & abolere flagitii memoriam nova gloria paterere.*

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Agriaspas, sive Euergetas, Arachosios, Parapamisadas subigit, Caucasum superat, & in montis radicibus Alexandriam condit Alexander.

HIs ita compositis, Alexander Arianorum satrapę 1 constituto, *iter pronuntiari* jubet in *Agriaspas* 2, quos jam tunc mutato nomine *Euergetas* 3 appellabant; ex quo frigore, victusque penuria

SAtrapes, n. Arsace Persa. *Arrian.* III. 223. quem *in Mediam mittit, ut* Oxidates inde discederet. VIII. 3. 17.

2. *Agriaspas* etiam vocat Arrian. III. 228. Sed puto *Ariaspas* vocatos, ab urbe *Ariaspa*, quam in Drangiana locat Ptolomæus. Drangiana autem Arachosiæ ad Orientem vicina. Urbs autem *Ariaspa* sita in confinio Drangianæ, & Arachosiæ. V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 1175. & *Blanck. in Arrian. p.* 228.

3. *Euergetas* appellavit Cyrus. Nominis ratio hæc est. *Cyrus, qui primus a Medis imperium ad Persas transtulit, in expeditione quadam, cum propter victus penuriam in locis incultis ad extremum redactus esset discrimen, adeo quidem, ut miles militis carne famem mitigare cogeretur, tum Arimaspi* CC100. CC100. CC100. *plaustris frumentum advexere. Rex itaque quum secus, quam speraverat, periculum evasisset, non vectigalibus modo gentem exsolvit: sed aliis insuper muneribus adfecit, pristinoque nomine abrogato, Euergetas nuncupavit.* V. *Diodor.* XVII. 81. *Arrian.*

nuria Cyri exercitum adfectum [4], tectis & commeatibus juverant. Quintus dies erat, ut in eam regionem pervenerat: cognoscit, *Satibarzanem, qui ad Bessum defecerat, cum equitum manu inrupisse rursus in Arios.* Itaque Caranum [5] & Erigyum cum Artabazo, & Andronico, & sex millibus Græcorum peditum sexcenti equites sequebantur. Ipse sexaginta diebus gentem Euergetarum ordinavit, magna pecunia ob egregiam in Cyrum fidem donata. Relicto deinde; qui iis præesset [6], Amenide (scriba [7] is Darii fuerat,) Arachosios, quorum Regio ad Ponticum mare [8] pertinet, subegit. Ibi exercitum, qui sub Parmenione fuerat, occupavit. Sex millia Macedonum erant, & ducenti nobiles, & quinque millia Græcorum cum equitibus sexcentis; haud dubie robur omnium virium Regis. Arachosiis datus Menon prætor, quatuor millibus peditum, & sexcentis equitibus in præsidium relictis. Ipse Rex natio-

2 3 4 5

III. 228. *Strabon.* XV. 477. i. beneficos, seu Persica lingua *Orosangas.* Quod cognomentum apud Persas iis tribui solitum esse, qui Regem, regnumve insigni aliquo beneficio demeruissent; & ne cujusquam meriti memoria intercideret, Orosangarum seu beneficorum nomina in regios commentarios relata fuisse clarum est ex *Esther.* VI. 2. 3. *Joseph. Ant. Jud.* XI. 6. *Herod.* VIII. 624. *Aelian. V. H.* XII. 40. *Xenoph. Pæd.* VIII. V. *Bernegg.* XII. 5. 9. & *Rhodig. A. L.* VIII. 2.

4. *Adfectum* i. ad extremum periculum adductum. V. *Festum.* Instr. VII. 11. 17.

5. *Caranum* & Arrian. III. 229. & Noster VII. 4. 32. *Stataneorem* Justin. XIII. 4. 22. Oros. III. 23. Diod. XVII. 81. qui & *Stasanorem Solium* illum vocat XVIII. 3. ut & Strab. XIV. 409. *cole Solii dicuntur. Hinc fuit Stasanor, Alexandri sodalis:* & Noster VIII. 3. 17.

6. *Relicto, qui iis præesset:* liberos esse dimissos dicit *Arrian.* III. 228.

7. *Scribas* habebant Persarum Reges, quos γραμματιστὰς βασιλήως vocat Herod. III. γραμματισεῖς vocantur Esdr. I. 4. Esth. VIII. 9. Hujusmodi *scribæ* præliis interfuerunt, ut ea describerent. Per hos edicta, & rescripta conscribebantur, & ad provinciarum præsides dirigebantur. Esth. III. 12. Noster VIII. 5. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 139.

8. *Ad Ponticum mare* pertinere Arachosiorum regionem dum scribit Curtius, nescio quid, aut quem sequutus sit. Forte in Gro-

nationem, ne finitimis quidem satis notam [9], nullo commercio [10] colentem mutuos usus, cum exercitu intravit. Parapamisadæ [11] adpellantur, agreste [12] hominum genus, & inter barbaros [13] maxime inconditum. Locorum asperitas [14] hominum quoque ingenia duraverat [15]. Gelidissimum [16] septemtrionis axem [17] ex magna parte spectant; Bactrianis

6 7

co scriptore legerat, μέχρι πόντου παρήκειν regionem Arachosiorum, qui de *mari Indico* intelligebat. Ille πόντον speciali adpellatione pro *mari Pontico* accepit. Arrianus sæpe πόντον vocat *Indicum mare.* V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 1176.

9. *Ne finitimis satis notam.* Ita & Senec. Epist 59. *Alexander, cum jam in India vagaretur, & gentes, ne finitimis quidem satis notas, bello vastaret.* Noster III. 2. 9.

10. *Nullo commercio,* ut IX. 10. 8. V. *Mod. Novant.* 8. *Palmer. Spicil.* 2.

11. *Parapamisadæ* nomen a monte *Parapamiso* traxere, ad cujus radices colunt. *Parapamisus* autem mons est totius orbis altissimus, Caucasi pars, & supremus Caucasi vertex. V. *Raderum.*

12. *Agreste* i. rude, ferum, horridum. Cic. Tusc. v. *Quæ barbaria India vastior, aut agrestior.* Noster VIII. 9. 31.

13. *Inter barbaros.* Videtur dicere, ipsis etiam *barbaris* fuisse *pro barbaris*, ut de Mysis Flor. IV. 12. 13. *Mysi quam feri, quam truces fuerint, quam ipsorum etiam barbari barbarorum, horribile dictu est.* V. *Freinshemium.*

14. *Locorum asperitas.* Positio enim *cæli corporibus habitum dedit* Tacit. Agric. XI. 4. Unde Cicero de Fato: *Athenis tenue cælum, ex quo acutiores etiam censentur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani, & valentes.* Horat. Epist. II. 1. 244.

Bœotum in crasso jurares aere natum.

V. *Alex. Gen.* IV. 13.

15. *Duraverat* i. induraverat, dura fecerat.

16. *Gelidissimum*, quia regiones Arcto subjectæ perpetuis fere frigoribus rigent. Manil. Astron. I. 315.

Proxima frigentes Arctos, Boreamque rigentem
Nixa venit species genibus sibi conscia causæ.

V. *Raderum.*

17. *Axis* linea recta est per centrum mundi transiens, & utramque sphæræ circumferentiam contingens, circa quam mundus assidua, rapidissimaque vertigine volvitur, de quo Manil. Astron. I. 279.

Aera per gelidum tenuis deducitur axis
Libratumque regit diverso cardine mundum,
Sideream circa medium quem volvitur orbis,
Aethereosque rotat cursus immotus: at ille

nis ad occidentem conjuncti sunt: Meridiana[18] re-
8 gio ad mare Indicum vergit. Tuguria latere[19] primo[20] struunt, & quia sterilis est terra materiæ[21], in nudo etiam[22] montis dorso, usque ad summum
9 ædificiorum fastigium eodem laterculo utuntur. Cæterum structura latior ab imo[23], paulatim incremento operis in arctius cogitur: ad ultimum in carinæ[24] maxime modum coit[25]. Ibi foramine relicto
10 superne, lumen accipiunt ad medium[26]. Vites & arbores, si quę in tanto terræ rigore durare potuerunt, obruunt penitus[27], hyeme defossæ latent. Quum nive discussa[28] aperiri[29] humus cœpit, cœlo

In binas arctos magni per inania mundi,
Perque ipsum terræ directus conspicit orbem.

V. *Pompam.* Hæc, & quæ sequuntur, maximam partem, desumpsit ex *Diodor.* XVII. 82.

18. *Meridiana* i. ad *meridiem* spectans. Flor. IV. 12. 40. *Sub meridiano tumultuatum magis, quam bellatum.*

19. Laterarias *ac domos constituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis: antea specus erant pro domibus.* Plin. VII. 56.

20. Primo, *ab imo* n. 9.

21. *Sterilis materiæ* i. non alit ligna. Infr. VII. 5. 17.

22. *Etiam* ostendit totam illam regionem caruisse arboribus, non *jacentia* solum, sed *etiam* ipsos montes, in quibus tamen fere lætius proveniunt sylvæ. V. *Freinshemium.*

23. *Ab imo* i. ex ipso fundamento. Infr. VII. 5. 33.

24. *Carinæ.* Sallust. Jugurth. c. 18. *Sed Persæ intra Oceanum magis: hique alveos navium inversos pro tugurüs habuere.* Et: *Cæterum adhuc ædificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ sunt.* Sulpitius Severus: *Parvum tugurium inter arenas conspicio, cujus tectum, sicut Sallustius ait, quasi carina navis erat.*

25. *Coit* i. conjungitur, & ex latiore spatio in angustius contrahitur. V. *Freinshemium*, & v. 1. 1. 4. §. 43.

26. *Ad medium:* quia *in medio foramen luci excipiundæ est relictum, per quod & fumus emittitur.* V. *Diodor.* XVII. 82.

27. *Obruunt penitus* i. tegunt totas, ut plane conspici nequeant, *aggesta tellure operiunt*, Diod. XVII. 82.

28. *Discussit* i. ubi evanuit, soluta est. Phrases plurimas ad *Virg. Georg.* I. 44. collegit *Lacerda.*

29. *Aperiri*, quia per hyemem frigore clauditur. Unde *Aprili* nomen inditum est, quod terræ, quæ ante æquinoctium vernum aut aqua, aut pruina, aut nivibus contegantur, verno i. hoc mense *aperiantur*, arbo-

lo Solique redduntur[30]. Cæterum adeo altæ nives 11
premunt terram, gelu, & perpetuo pene rigore constrictæ[31], ut ne avium quidem, feræve ullius vestigium exstet. Obscura cœli verius umbra, quam lux, nocti similis premit terram[32]: vix ut, quæ prope sunt, conspici possint. In hac tamen omnis humani cultus solitudine destitutus exercitus, quidquid 12
malorum tolerari potest, pertulit; inopiam, frigus, lassitudinem, desperationem. Multos exani- 13
mavit rigor insolitus nivis; multorum adustis[33] pedes: plurimorum oculis præcipue perniciabilis[34] fuit: fatigati quippe in ipso gelu deficientia corpora sternebant[35]; quæ, quum moveri desissent, vis frigoris ita adstringebat, ut rursus ad surgendum conniti non possent. A commilitonibus torpentes ex- 14
citabantur, neque aliud remedium erat, quam ut ingredi cogerentur. Tum demum vitali calore moto, membris aliquis redibat vigor. Si qui tuguria 15
bar-

resque, & quæ continet terra *aperire* se in germen incipiant. V. *Macrob. Saturn.* I. 12.

30. *Cœlo, Solique redduntur* i. deteguntur, *regesta terra iterum nudantur.* Diodor. XVII. 82.

31. *Altæ nives premunt terram constrictæ*, op eenen diepen sneeuw vriest het seer sterck. Justin. II. 1. 7. *Ut neque hyberna frigora, &c. incolas ejus premerent.*

32. *Umbra cœli premit terram*, het is soo doncker. *Premere* est inniti rei alicui cum pondere. Virg. Georg. IV. 140.

Spumantia cogere pressis
Mella favis.

33. *Urere* dicitur frigus non tantum terram, & ejus plantas, sed & hominem. Justin. II. 2. 9. *Quamquam continuis frigoribus urantur.* Tacit. Ann. III. 53. 5. *Ambusti multorum artus vi frigoris.* Causam tradunt *Mag. Misc.* I. 17. *Becman. Orig. in Boreas. Brod. Misc.* II. 8.

34. *Perniciabilis* est nix oculis, dum fulgor nivis a Sole splendescentis repercussu suo visum offendit. Scal. Exerc. Exot. 73. *Lædunt rerum candidarum species visum, propterea quod multa cum luce visui offeruntur: præsertim repentina illata luce iis, qui diu in tenebris commorati sunt.* Xenoph. Expedit. IV. *Relicti de nostris multi sunt, qui oculos ex perpetuo nivium adspectu amiserunt. Multi item, quibus gelu pedum digiti obstupuerant. Hic unicum erat oculis præsidium, si quid ante eos nigri prætendissent: pedibus, si corpus assidue moverent.* V. *Loccenii Indicem.*

35. *Sternebant* i. in terram extendebant. Virg. Aen. V. 481.

Sternitur, exanimisque tre-

barbarorum adire potuerunt, celeriter refecti sunt. Sed tanta caligo erat, ut ædificia nulla alia res, quam
16 fumus [36] ostenderet. Illi nunquam ante in terris suis advena viso, quum armatos repente conspicerent; exanimati metu, quidquid in tuguriis erat, adferebant: *ut corporibus ipsorum parceretur*, orantes.
17 Rex agmen circumibat pedes, jacentes quosdam erigens, & alios, quum ægre [37] sequerentur, adminiculo [38] corporis sui excipiens: nunc ad prima signa; nunc in medium; nunc in ultimo agmine
18 itineris multiplicato labore aderat. Tandem ad cultiora perventum loca est, commeatuque largo recreatus [39] exercitus: simul & qui consequi non po-
19 tuerant, in illa castra venerunt. Inde agmen processit ad Caucasum [40] montem, cujus dorsum Asiam

mens procumbit humi bos. Noster VII. 11. 18.

36. *Fumus.* Diodor. XVII. 82. *Nihil ex intervallo perspicue videri poterat: nisi quod fumus tantum pagos indicabat: quod pro signo adstantium foco incolarum Macedones accipiebant.* Quod in Bactris accidisse narrat Aelian. V. H. XII. 37. *In regione vero Bactrianorum milites ipsos vicos ceperunt ex fumo inhabitari conjicientes, & nivem a foribus auferentes.*

37. *Aegre* i. difficulter, vix. *Aegri* enim vix, vel saltem cum difficultate se movent. Cic. de Senect. *Omnis conglutinatio recens ægre, inveterata facile divellitur.* Noster VIII. 7. 8.

38. *Adminiculo* i. fulcro, sustentaculo, *haar onderstuttende.* Infr. VIII. 2. 39: 4. 7. *Adminiculum* est fulcrum, cui vites, aut aliæ arbores incumbunt, *een stutte. Vites claviculis adminicula tanquam manibus apprehendunt.* Cic. N. D. II. *Adminiculandæ, jugandæque vineæ cura.* Colum. IV. Inde *adminiculare positum pro adjuvare* dicit *Non.* II. 72. a Varrone de liberis educandis: *Quoad potui, adminiculavi tuam voluntatem scribendo.*

39. *Recreari* dicitur corpus, cum accessione novæ carnis instauratur. Plinius: *Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur.* V. *Parrhas. Lamp. Crit.* I. 827.

40. *Caucasum* eleganter describit *Solin. c.* 38. Sed quæ hoc capite, aliisque sequentibus scripsit Curtius, dubitare non sinunt, quin per hunc *Caucasum* ad quem jam agmen pervenit, intelligendus sit *Parapamisus.* Idque diserte tradit Arrian. V. 321. *Taurus* &c. *Parapamiso monti committitur, quem Macedones Alexandro militantes Caucasum appellabant, studio (ut fertur) Alexandri res gestas amplificandi: quasi Caucasum continuata victo-*

siam [41] perpetuo jugo dividit: hinc simul, quod Ciliciam subit, illinc Caspium fretum, & amnem Araxem, aliaque regionis Scythiæ deserta spectat. Taurus secundæ magnitudinis [42] mons committi- 20
tur [43] Caucaso, a Cappadocia se adtollens [44] Ciliciam præterit, Armeniæque montibus jungitur. Sic 21
inter se tot juga velut serie cohærentia perpetuum habent dorsum: ex quo Asiæ omnia fere flumina, alia in Rubrum, alia in Caspium mare, alia in Hyrcanum & Ponticum decidunt. Septendecim die- 22
rum [45] spatio Caucasum superavit exercitus. Rupes in eo decem in circumitu stadia complectitur, quatuor in altitudinem excedit [46], in qua *vinctum Promethea* [47] fuisse Antiquitas tradit. Condendæ in 23
radi-

victoria Alexander superasset. Fieri autem potest, ut hic ipse mons cum altero Scytharum Caucaso coeat, quemadmodum Taurus cum hoc. Strab. XI. p. 116. *Qui ea finxere, magis adulationi inservierunt, quam veritati, quemadmodum de Caucaso in Indicos montes, & in vicinum illis mare translato ab ulterioribus Colchorum, & Euxini montibus, quos Græci etiam Caucasum nominarunt: cum Caucasus supra triginta millia stadiorum distet ab India, atque ibi de Prometheo, & ejus vinculis fabulas confinxerunt. Eos enim tunc ultimos norant orientem versus.* V. *Freinshemium.*

41. *Asiam* dividi duobus maximis montibus, Caucaso & Tauro, priva & peculiaris Curtii est sententia. Alii enim de solo Tauro hoc tradidere. V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 789.

42. *Secundæ magnitudinis*, quia primæ est Caucasus.

43. *Committitur*, stoot daar aan.

44. *Adtollens* i. erigens, surgens. Ita enim describit Taurum montem Procop de bell. Pers. I. 7. *Taurus Cilicum mons primo quidem Cappadocas, & Armenios circuit, terram quoque Persameniorum vocatorum, insuper Albanos, Iberos, & quascunque alias gentes suo nomine vocatas, Persis alioquin subjectas, circa habitantes. Extenditur in regiones multas, procedenti quoque montis hujus & latitudo, & altitudo in immensum protrahitur.* describit & eundem Solin. c. 38.

45. *Septemdecim dierum.* Diod. XVII. 83. *Hunc, qua latitudo ejus tenditur, intra dies sedecim transgressus.*

46. *Quatuor in altitudinem excedit* i. altior est quatuor stadiis. Diodor. XVII. 83. *Inmedio Caucasi petra est decem stadiorum ambitu, & altitudine quatuor.*

47. *Prometheus* quid commiserit, docent passim mythologi, maxime *Hygin. fab.* 144. & *Astron.* II. 15. *Phornut. de nat. Deor. c.* 17. *Fulgent. Myth.* II.

radicibus montis urbi ſedes electa eſt. Septem millibus ſeniorum Macedonum, & præterea militibus, quorum opera uti deſiſſet, permiſſum, in novam urbem conſidere. Hanc quoque *Alexandriam* [48] incolæ adpellaverunt.

9. prolixius, quam ut hisce inſeri chartæ ratio admittat. Caucaſum vero, in quo *Prometheus* vinctus fingitur, non Indicum, ſed Scythicum fuiſſe, modo docuit *Strabo*.

48. *Alexandriam oppidum Alexandri* appellat, & *ſub ipſo Caucaſo eſſe poſitam* dicit *Plin.* VI. 17. Indico nimirum, ſive Parapamiſo, ut docet §. 40. V. *Freinshemium*.

CAP. IV.

ARGUMENTUM.

Inter epulas de bello conſultat, Cobaris de deditione conſilium non admittit, a Bactrianis deſertus in Sogdianis novas copias contrahit Beſſus. Summa difficultate rei frumentariæ afficitur exercitus Alexandri, cui in Bactrianis ſtativa habenti nuntiantur tum Peloponnenſium Laconumque defectio, tum Erigyi cum Satibarzane monomachia.

1 AT Beſſus, Alexandri celeritate perterritus, Diis patriis ſacrificio rite facto; ſicut illis gentibus mos eſt [1], cum amicis, ducibusque co-
2 piarum inter epulas [2] de bello conſultabat. Graves mero *ſuas vires* extollere: *hoſtium* nunc *temeritatem*;
3 nunc *paucitatem* ſpernere. Præcipue Beſſus ferox ver-

Morem hunc ex variis auctoribus docet *Briſſon. de regn. Perſ.* II, 219.

2. *Inter epulas* Perſæ de rebus maxime ſeriis deliberabant: quod autem conſultantibus placebat, id die poſtero ædium præfectus jejunus proponebat: quod ſi jejunis etiam placeret, tunc id perficiebant, ſin minus, omittebant. Rurſus vero, ſi quid ſobrii propoſuiſſent, ebrii decernebant,

verbis, & parto per ſcelus regno ſuperbus, ac vix potens mentis [3] dicere: *Socordia* [4] *Darii creviſſe* [5] *hoſtium famam. Occurriſſe enim in Ciliciæ anguſtiſſimis faucibus; quum retrocedendo* [6] *poſſet perducere incautos in loca naturæ ſitu invia, tot fluminibus* [7] *objectis, tot montium* [8] *latebris, inter quas deprehenſus hoſtis, ne fugæ quidem, nedum reſiſtendi occaſionem fuerit habiturus. Sibi* 5 *placere in Sogdianos* [9] *recedere, Oxum* [10] *amnem velut murum objecturum hoſti; dum* [11] *ex finitimis gentibus valida auxilia concurrerent. Venturos autem Choraſmios* [12], 6 *& Dahas, Sacasque & Indos, & ultra Tanaim* [13] *amnem colentes Scythas; quorum neminem adeo humilem* [14] *eſſe,*

nebant, ut Herodotus, Athenæus & Suidas tradunt. V. *Popmam.*

3. *Potens mentis.* Sic Ovid. Triſt. II. 193.

Nulla quidem ſano gravior, mentiſque potenti
Pœna eſt.

Noſter *n.* 19.

4. *Socordia* i. negligentia. Terent Adelp. IV 5. 61.

Nolim cæterarum rerum te ſocordem modo.

5. *Creſcere famam* dicit & Ovid. Metam. XII. 58.

Menſuraque ficti
Creſcit, & auditis aliquid novus adjicit auctor.

6. *Retrocedendo.* Hoc Dario ſuaſerat Thymodes III. 8. 1.

7. *Fluminibus*, Euphrate, Tigri, Araxe, aliis.

8. *Montium*, Gordyæorum, & Armeniæ, & Suſiorum.

9. *Sogdianos* i. Sogdianorum regionem, *n.* 21. III. 2. 9.

10. Oxus *fluvius e monte Caucaſo fluit, omnium Aſiæ fluminum, quotquot Alexander cum exercitu adiit, maximum, Indorum fluminibus exceptis. Influit in mare magnum juxta Hyrcaniam.* V. *Arrian.* III. 232.

11. *Dum* i. quousque, donec. Cic. Brut. Epiſt. 6. *Noli exſpectare, dum tibi gratias agam.*

12. *Choraſmios* poſt Sogdianos ponit Dionyſius. *Choraſmuſinos* vocat Strab. XI. 125. *Ex Maſſagetarum & Sacarum gente ſunt Attaſii & Choraſmuſini, ad quos e Bactrianis, & Sogdianis fugit Spitamenes, unus e Perſis.*

13. *Tanaim.* V. VII. 7. 3.

14. *Humilem* n. ſtatura, *kort van gewas. Humile* proprie eſt, quod *humo* proximum eſt, nec multum ab illa ſurgit. Horat. Od. III. 1. 22. *humiles domos.* Virg. Ecl. II. 29. *humiles caſas.* Cic. Tuſc. v. *Vites, & ea, quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere a terra alius poſſunt. Humiliatum*, kort by de gront. Cic. N. D. II. *Animalia humiliata, ut cibum terreſtrem facile roſtris contingant.* Hinc transfertur ad ſtatum, & conditionem hominis, & *humile* eſt vile, abjectum, obſcurum. Cic. Phil. II. *Quis unquam apparitor tam humilis, tam abjectus?* Noſter III. 13. 7.

esse, ut humeri ejus non possent Macedonis militis verticem
7 *æquare* [15]. Conclamant temulenti, *unam hanc sententiam salubrem esse*: & Bessus *circumferri merum* [16] *largius* jubet, debellaturus super mensam [17] Alexan-
8 drum. Erat in eo convivio Cobares [18] natione Medus [19], sed magicæ artis [20] (si modo ars est, non vanissimi [21] cujusque ludibrium [22]) magis professione [23], quam scientia celeber, alioqui moderatus,
9 & probus. Is quum præfatus esset, *scire, servo esse utilius*

VII. 6. 11. V. *Vorst. de Latin. merit. susp.* c. 12. Proceritate vero hostium terreri milites docemur *Num.* XIII. 31. & variis de præliis contra Cyclopas, Titanas, Gigantes alios gestis historiis.

15. *Humeri æquant verticem*, sy raecken met de schouders aan het hooft.

16. *Circumferri* i. in orbem præberi, *laten ommegaan*. Plaut. Pers. v. 2. 40. *Age circumfer mulsum*. Varro L. L. IV. *Pateris etiam nunc in publico convivia antiquitatis retinendæ causa, cum magistri fiunt, potio circumfertur.*

17. *Super mensam*. Ita solent ignavi. Fortiores enim sunt *in mensa*, quam acie. Terent. Heaut. II. 1. 8.

Is mihi, ubi adhibit plus paulo, sua quæ narrat facinora.

18. *Cobares*, *Bagodaras* dicitur *Diodor.* XVII. 83.

19. *Medi* cum Persis magiæ repertores traduntur, credo, quod *Medea*, a qua gens nomen accepit, magiæ disciplinam suis tradiderit. *Suidas. Justin.* I. 1. 9. *Oros.* I. 4. *August. de civ. Dei* XXI. 14. tamen Zoroastri Bactrianorum Regi magiæ inventionem adscribunt. V. *Raderum.*

20. *Magicam artem*, qualis apud Persas fuerat, i. mixtam ex naturali, & præstigiatrice, intelligit Noster. V. *Freinshemium.*

21. *Vanos* vulgari appellatione appellatos fuisse magos atque circulatores docemur verbis *Capitol. M. Antonini* c. 13. Sic enim ille: *Vano cuidam, qui diripiendæ urbis occasionem requirens. Magicas vanitates* legimus apud Plin. XXX. 1. *Magicas vanitates sæpius coarguimus, detegemusque etiamnum: in paucis tamen digna res est, de qua plura dicantur, vel eo ipso, quod fraudulentissima artium plurimum in toto terrarum orbe valuit.* V. *Herald. in Arnob. p.* 41. & *Freinshemium.*

22. *Ludibrium*, proprie. *Ludere* enim dicuntur magi. Tertull. Apolog. c. 33. *Si multa miracula circulatoriis præstigiis ludunt.* Arnob. I. *Dæmonum fuere præstigiæ, & magicarum artium ludi.* V. *Herald. in Arnob. p.* 41. *Ouzel. in Minuc. p.* 155.

23. *Professione*, dat hy sigh daar voor uytgaf. Cicer. Tusc. II. *Ut enim grammaticum se professus quisquam si barbare loquatur.* Noster VIII. 5. 17.

24. *Utilius parere dicto*. Ita Paleutrio apud Plaut. Mil. II. 5. 77.

Plus oportet scire servum, quam loqui.

M. Terentius Tiberio Imperatori apud Tacit. Ann. VI. 8. 5. *Tibi summum rerum judicium Dii dedere, nobis obsequii gloria relicta est.*

25. *Idem, quod cæteros, maneat* i. commune omnibus periculum sit exspectandum. V. *Raderum.*

26. *Proprium periculum*. Maximus apud Capitol. in ejus vita c. 2. *Habetis sen entiam P. C. mihi forte periculosiorem, quam vobis.* V. *Freinshemium.*

27. *Ei tradidit*, Cobari Bessus.

28. *Quo accepto Cobares*. Nescio annon interpretandum hoc sit de more, qui & apud Græcos fuit, ut in symposiis audiretur ille, qui haberet calicem. Unde Demosthenes apud *Plutarch.* c. 35. cum calice insignis cælaturæ, aliisque donis ab Harpalo acceptis male audiret, seque purgare volentem *non audiret populus, exsurgens quidem falsæ ait: non audietis Athenienses istum, qui calicem habet?* Ubi Stephanus hoc subnectit scholium: *Nam in compotationibus qui calicem habebant, canebant scolia quæ appellantur.* Plato in convivio: *Ecquid agimus Alcibiades? ita, neque dicimus quicquam super calicem, neque canimus?* *Scolia* vero erant Cantiunculæ potatoriæ, quales inter vinum cani solent, de quibus *Casaub. in Athen.* XV. 14. V. *Freinshemium.*

lius parere dicto [24], *quam adferre consilium; quum illos, qui pareant, idem quod cæteros maneat* [25]: *qui vero suadeant, proprium periculum* [26]: poculum ei, quod ha- 10
bebat in manu, tradidit [27]. quo accepto [28] Cobares: *Natura*, inquit, *mortalium hoc quoque nomine* [29] *prava* [30] *& sinistra* [31] *dici potest; quod in suo quisque negotio* [32] *hebetior* [33] *est, quam in alieno. Turbida* [34] *sunt* 11
con-

29. *Hoc quoque nomine*, ook daarom, hac de causa. Cic. Fam. IV. 5. *Quid est, quod tu, aut illa cum fortuna hoc nomine queri possis.*

30. *Prava* i. perversa. Cic. in Vatin. *Quæ tanta pravitas mentis te tenuit! Pravum* proprie est distortum, obliquum. Cic. Fin. V. *Si qua in membris prava, aut debilitata, aut imminuta sunt.* Utriusque significationis, & propriæ & translatæ exempla ex *Horatio, Livio, Cicerone, Varrone, Cæsare, Seneca, Tacito, Plinio, Columella* petita suppeditabit ibi *Gronov. ad Liv.* IV. 26.

31. *Sinistra* i. adversa, inimica. Phædr. II. 10. 16.

Sinistra quos in lucem naturæ edidit.

Sueton. Tib. c. 23. *Sinistra fortuna Cajum & Lucium mihi eripuit.* Translatum ab avibus, quæ *sinistræ* infaustæ sunt.

32. *In suo negotio*. Senec. de tranq. c. 1. *Familiariter domestica adspicimus, & semper judicio favor officit.* Terent. Heaut. III. 1. 97-100.

Ita comparatam esse hominum na-

consilia eorum, qui sibi suadent. Obstat metus; aliis cupiditas, nonnunquam naturalis eorum, quæ cogitaveris 36, *amor. Nam in te superbia* 37 *non cadit. Expertus es unumquemque, quod ipse repererit, aut solum, aut*
12 *optimum ducere. Magnum onus* 38 *sustines capite, regium insigne* 39. *Hoc aut moderate perferendum est* 40, *aut, quod abominor* 41, *in te ruet. Consilio, non impetu* 42 *opus*

naturam omnium
Aliena ut melius videant, & dijudicent,
Quam sua? an eo sit, qui in re nostra, aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine.

33. *Hebetior* i. tardior, minus exercitatus. Salust. Jugurth. c. 54. *Cogebat exercitum hebetem, infimumque*, Cic. Divin. II. *Epicurus, quem hebetem, & rudem dicere solent Stoici.* Proprie *hebes* est corporum minus acutorum, sed crassorum. *Hebes machæra* Plaut. Mil. I. 1. 53. *hebetia tela* Nostro IV. 16. 18. IX. 3. 10. quibus sua vis deerat. Ita de talibus Liv. VIII. 38. *Jam viris vires, jam ferro sua vis deerat.* XXII. 59. *Ferrum, & vires hostem defecerunt.* Cui VIII. 10. *hastas hebetasse triarii* dicuntur.

34. *Turbida* i. confusa. Cic. Tusc. IV. *Turbidi animorum, concitatique motus.*

35. *Aliis*: sententia satis perfecta, licet *aliis* non repetatur. Ita enim solent non nunquam brevius veteres. Liv. III. 37. *Et jam ne tergo quidem abstinebatur: virgis cædi, alii se uri subjici*, q. d. cædebantur virgis, non nulli etiam secuti feriebantur: ubi ex *Livio, Cæsare, Sallustio, Suetonio, Silio* plurima talia collegit *Gronovius.*

36. *Cogitaveris* i. ipse inveneris. Phædr. III. 1. 39. *Et cogitavi plura, quam reliquerat.* Liv. II. 55. *Aliud agendum, ac cogitandum; quomodo restituatur patribus.*

37. *Superbia non cadit.* Quid ergo adegit Bessum, ut Darium occideret, & diadema sumeret? V. *Raderum.*

38. *Magnum onus* i. magni oneris indicium. Varro L. L. IV. §. 10. *Dictum onus est honos, qui sustinet rempublicam.* Unde *Antigonus Rex ad vetulam quandam, quæ felicitatem ejus extollebat: si nosses, dixit, o mater, quantis malis hic panniculus esset plenus (ostenso diademate) ne in sterquilinio jacentem tolleres.* Stob. Serm. 47. Val. Max. VII. 2. 5. ext.

39. *Regium* insigne V. VII. 5. 24.

40. *Moderate perferendum est.* Schickard. de jur. reg. Hebr. IV. 12. *Diadema stulis comparo, quibus ancillæ aquam in capite gestant. Ut enim sub illis subsilire non licet, nisi ab aquarum mole opprimi velint, & totæ conspergi: sic Regis coronam censeo tale onus esse, quod, nisi moderate feratur, ipsum gestantem, & quotquot in propinquo sunt, ruina sua graviter ferire queat.*

41. *Quod*

opus est. Adjicit deinde, quod apud Bactrianos vul- 13
go usurpabant: *canem timidum vehementius latrare, quam mordere* 43. *altissima quæque flumina minimo sono labi* 44. quæ inserui, ut qualiscunque inter Barbaros potuit esse prudentia, traderetur. Ut his audi- 14
entes suspenderat exspectatione sui 45, tum consilium aperit 46, utilius Besso, quam gratius: *In vestibulo* 47, inquit, *regiæ tuæ velocissimus consistit Rex. Ante ille agmen, quam tu mensam istam* 48 *movebis. Nunc ab Tanai exercitum arcesses* 49, *& armis flumina* 15
oppones: scilicet qua tu fugiturus es, hostis sequi non potest? iter utrique commune est; victori tutius. Licet strenuum 50 *metum putes esse, velocior tamen spes est. Quin* 16
validioris occupas gratiam, dedisque te, utcunque cesserit,

41. *Quod abominor*, formula erat usitata veterum, qua mala respuebant, detestabantur, aversabantur: cujus exempla exhibet. *Brisson. Form.* I. 93.

42. *Impetu* i. precipitantia, temeritate inconsulta. Paterc. II. 31. 4. *Consilia impetu victa sunt.*

43. *Canem timidum vehementius latrare, quam mordere* i. hominem ignavum verbis, quam verberibus acriorem esse. Tacit. Ann. XIV. 49. 2. *A. Vitellius optimum quemque jurgio lacessens, & respondenti reticens, ut pavida ingenia solent.* Cic. pro Rosc. *Alii vestrum anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere non possunt: alii canes, qui & latrare, & mordere possunt.* Noster IX. 1. 31.

44. *Altissima flumina minimo sono labi*, stille wateren hebben diepe gronden. Cato Distich. IV. 27. *Qua flumen placidum est, forsan latet altius unda.*

45. *Suspenderat exspectatione sui* i. anxios, dubios tenuerat. Plin. Epist. II. 20. *Nisi ut diu miseram exspectatione suspendat.* Noster VI. 7. 4. IX. 7. 20. V. *Loccenii Indicem.*

46. *Aperit* i. exponit. Exponendo, & declarando *aperiuntur*, quæ non intelliguntur, & quasi tecta videntur. Cic. de Fin. II. *Aperiendum est igitur, quid sit voluptas; aliter enim explicari, quod quæritur, non potest.*

47. *In vestibulo consistit* i. prope adest, in proximo est. Plutarchus: *Cum febris in foribus adest.* Sic & orbis opifex in arcanis literis ad Cain fratricidam: *Sin male egeris, præ foribus est peccatum.* V. *Erasm. Adag. f.* 237.

48. *Quam tu mensam istam* i. celerrime.

49. *Ab Tanai exercitum arcesses*, ac si diceret: sero vocabis in auxilium Scythas, priusquam ad Tanaim accedas, Alexander supra caput erit, & jugulo tuo hærebit. V. *Raderum.*

50. *Strenuum*, quia homines ex metu fiunt *strenuissimi* & velocissimi. Virg. Aen. VIII. 224. *Pedibus timor addidit alas.* Ovid.

rit, meliorem fortunam deditus, quam hostis habiturus?
17 *Alienum*[51] *habes regnum, quo facilius eo careas. Incipies forsitan justus esse Rex, quum ipse fecerit, qui tibi &*
18 *dare potest regnum & eripere. Consilium habes fidele, quod diutius exsequi supervacuum est. Nobilis equus umbra quoque virgæ*[52] *regitur: ignavus ne calcari quidem*
19 *concitari potest.* Bessus & ingenio, & multo mero ferox, adeo exarsit[53], ut vix ab amicis, quo minus occideret eum, (nam strinxerat quoque acinacem) contineretur. Certe e convivio prosilivit haud quaquam potens mentis. Cobares inter tumultum elapsus,
20 ad Alexandrum transfugit. Octo millia Bactrianorum habebat armata Bessus, quæ quamdiu propter cœli intemperiem[54] Indiam potius Macedonas petituros crediderant, obedienter imperata fecerunt: postquam adventare Alexandrum compertum est: in suos quisque vicos dilapsi, Bessum reli-
21 querunt. Ille cum clientium[55] manu, qui non muta-

Ovid. Trist. 1. 3. 106. *Audaces cogimur esse metu.* Unde *audax metus* Stat. Theb. VI. 393.

51. *Alienum*, quod antea Darii fuit, nunc Alexandri est victo Dario. V. *Raderum.*

52. *Virga* equos regunt Massyli, seu Numidæ. Mart. IX. 23. 4.

Et Massylæum virga gubernet equum.

Claudian. de bell. Gildon. II. 439.

Cætera nudus eques, sonipes ignarus habenæ,
Virga regit.

Unde *infreni* dicuntur Virg. Aen. IV. 41. ut equis majorem adderent impetum, & ferocitatem. Liv. IV. 33. *Magister equitum, frenos ut detrahant equis, imperat: & ipse princeps calcaribus subditis evectus effreno equo in medios ignes infertur: & alii concitati equi libero cursu ferunt equitem in hostem.* V. *Lipsi. Epist. ad Belg.* III. 56. *Lacerd. in Virgilium.*

53. *Exarsit* i. iratus est. Plenius *exardescere iracundia* Cic. Verr. IV. *Homo exarsit iracundia, & stomacho.*

54 *Cœli intemperiem*, quam perperam, docetur VII. 3. 12.

55. *Clientes* erant, qui propius magnatibus devincti, magna beneficia fere perpetua fide præstabant, ne in extremis quidem patronos suos deserentes. Ergo olim stante re Romana, *ut quisque opibus, domo, paratu speciosus, per nomen & clientelas illustrior habebatur.* Tacit. Ann. III. 55. 2. Proin apud eundem XIII. 37. 1. maxima Tiridatis erat vis *in propriis clientelis.* Et Pompeji filio graviter inculcat *clientelas a patre relictas*, Cato apud Hirtium de bell. Afric. c. 22. V. *Freinshemium.*

mutaverant[56] fidem, Oxo amne superato, exustisque navigiis, quibus transierat, ne iisdem hostis uteretur, novas copias in Sogdianis contrahebat. Alexander Caucasum quidem, ut supra dictum est, 22
transierat; sed inopia frumenti prope ad famem ventum erat. Succo[57] ex sesama[58] expresso, haud 23
secus quam oleo, artus perungebant[59]. Sed hujus succi ducenis quadragenis denariis[60] amphoræ singulæ[61]; mellis, denariis tricenis nonagenis[62]; trecenis

56. *Mutaverant* i. violaverant, fregerant. Tacit. Hist. III. 30. 4. *Si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandam fidem traherentur.*

57. *Succo* i. liquore, quem ex sesama exprimere norunt Indi. V. *Plin.* VI. 28. XV. 7. XVIII. 10.

58. *Sesamam* & Plinius nominat, & est illi æstivum in India frumentum. XVII. 10. *Æstiva frumenta diximus, sesamam, milium, panicum. Sesama ab Indis venit. Sesamum* Plaut. Pœn. I. 2. 113. *Nihil nisi laterculos, sesamum.* Petron. Satyr c. 1. *Quasi papavere, & sesamo sparsa.* Germanis, ut docet *Raderus*, & ex illo *Freinshemius* spuria voce dicitur *Leindotter*, aut *flachsdotter.* Principem locum inter bellaria obtinuisse docent *Casaub. in Athen.* III. 27. *Turneb.* XIX. 6. *Muret. V. L.* XVII. 15.

59. *Perungebant* ad mitigandum frigus, quod uncta membra commodius ferunt: tum quia oleum habet colorem, quem corpori communicat: tum etiam quod eo obliti pori facilius excludunt externum frigus. Ea ratione Hannibal ad Trebiam vicisse Romanos legitur apud Flor. II. 6. 12. *Hostes frigidum, & nivalem nacti diem, quum se ignibus prius, oleoque fovissent, &c. nostra nos byeme viceruni.* V. *Freinshemium.*

60. *Ducenis quadragenis denariis* i. quatuor & viginti philippicis numis: ita ut Philippicus viginti victoriatis, seu quadraginta sestertiis numis æstimaretur i. argenteo, qui octoginta cruciferis, seu viginti baziis, seu 40. Stuferis, ut vulgo appellantur, constabat. Denarius octo staurophoris seu cruciferis permutatur: qui decem assibus olim respondebat. Interim observa loquendi modum Curtii, qui dixit non *ducentis quadraginta*, sed *ducenis quadragenis*, uti mox ex numeris sequentibus legendum: *mellis amphoræ singula trecenis nonagenis*, non *trecentis nonaginta*, & *vini trecenis*, singulæ enim cum singulis comparantur, & semper in toto numero sunt plures, quam unus. V. *Raderum.*

61. *Amphora* vulgaris continebat quadraginta octo sextarios, qui efficiunt hodie quatuor & viginti mensuras nostrates. V. *Raderum. Bud. de asse* v. 511. 512. *Polit. Epist.* X. 13.

62. *Tricenis nonagenis* i. triginta

cenis[63] vini æstimabantur: tritici nihil aut admo-
24 dum exiguum reperiebatur. *Siros*[64] vocabant barbari: quos ita solerter abscondunt, ut, nisi qui defoderunt, invenire non possint. In iis conditæ fruges erant. In quarum penuria milites fluviatili[65] pi-
25 sce, & herbis sustinebantur[66]. Jamque hæc ipsa alimenta defecerant; quum jumenta[67], quibus onera portabant, cædere[68] jussi sunt; horum carne[69], dum in Bactrianos perventum, traxere[70] vi-
26 tam. Bactrianæ terræ multiplex, & varia natura est. Alibi multa arbor & vitis largos mitesque fructus alit. Solum pingue crebri fontes rigant: quæ mitiora sunt, frumento conseruntur, cætera
27 armentorum pabulo[71] cedunt. Magnam deinde partem

ginta novem Philippicis:

63. *Trecenis* i. triginta Philippicis. V. *Raderum.*

64. *Siri* fuerunt scrobes subterraneæ, vel speluncæ, vel cryptæ, vel putei, in quibus triticum etiam ad quinquaginta annos poterat incorruptum servari. In illis condebant barbari frumentum, ne ab exteris, vel vicinis etiam reperiretur, & auferretur. De illis *Varr. R. R.* 1. 57. *Vitruv.* VI. 8. *Colum.* 1. 6. *Plin.* XVIII. 30. Marcell. XXXI. *conditoria frugum occulta* sunt. V. *Raderum*, *ex illo Freinshemium: Casaub. Athen.* IV. 3. *Philandrum in Vitruvium.*

65. *Fluviatili*, distinguitur a marino, & lacustri.

66. *Sustinebantur*, i. alebantur, vivebant. Cicer. Verr. V. *Hæc provincia alimur, & sustinemur.*

67. *Jumenta, quibus onera portabant* i. animalia dorsuaria. Ab illis secludit *boves* Ulpian. *Digest.* XXI. 1. n. 38. §. 4. *equos* Noster X. 10. 12. quamvis *jumentorum* nomine *equos* intelligant *Nep. Eum.* V. 4. *Phædr.* IV. 4. 24. *Colum.* 1. 6. Camelos Persepolis gazam vecturos *jumentis* jungit Noster V. 6. 9. qui & mulis juncti Regis pecuniam velant III. 3. 24. De illis Senec. Epist. 76. *Quare fortia dorso jumenta sunt quæris? quia eorum hic unus est usus, farcinam ferre.*

68. *Cædere* i. mactare. Tacit. Ann. II. 75. 3. *Quo intemperanter accepto cædit victimas.*

69. *Carne.* De hoc itinere Strab. XV. 477. Aelian. XII. 37. *Via erat nuda arborum, nisi quod rari aderant terebinthi frutices, summa alimenti inopia, ut jumentorum carnibus vescerentur, atque iis crudis propter lignorum penuriam.* V. & V. 6. 17. §. 36.

70. *Traxere* i. sustentavere, toleravere. Tacit. Annal. XIV. 48. 6. *Quo longius vitam fontem traxisset, eo privatim miserior.*

71. *Pabulum* est pecudum quidem,

partem ejusdem terræ steriles arenę tenent[72]: Squalida siccitate regio non hominem, non frugem alit: quum vero venti a Pontico mari spirant[73], quidquid fabuli in campis jacet, converrunt[74]. quod ubi cumulatum est, magnorum collium procul species est, omniaque pristini itineris vestigia[75] intereunt. Itaque, qui transeunt campos, navigantium 28
modo noctu sidera observant[76], ad quorum cursum iter dirigunt: & propemodum clarior est noctis umbra, quam lux. Ergo interdiu invia[77] est regio, 29
quia nec vestigium, quod sequantur, inveniunt, & nitor siderum caligine absconditur. Cæterum, si quos ille ventus, qui a mari exoritur, deprehendit, arena obruit[78]. Sed qua mitior terra est, in- 30
gens hominum, equorumque multitudo gignitur. Ipsa

dem, & tamen aliorum quoque brutorum, quantumque ego sentio, magis cibus herbaceus, fœniceusque ac paleaceus, & stramentitius, similiumque, quam ex seminibus. *Vall. Eleg.* IV. 53. Adde *Frontonem.* Inde *petere pabulum*, foragereu VII. 6. 1.

72. *Arenæ tenent magnam partem terræ* i. magna pars terræ est arenosa. Sic VII. 10. 1. *solitudines tenent tot stadia* i. tot stadia istius regionis sunt sola & deserta.

73. *Spirant* i. flant. Unde *spiritus* i. ventus Just. IV. 1. 4. *Spiritu cum igne luctante*, & *spiramenta* IV. 1. 6. & 15. sunt pori, & meatus, per quos *spiritus* i. venti emittuntur.

74. *Converrunt* i. cumulant, *jagen op malkanderen. Converrere* proprie est *verrendo* cumulare Colum. VII. *Diligens pastor quotidie stabulum converrit.* Serv. Aen. 1. 63. *Verrere est trahere, a rati, quod verriculum dicitur.*

75. *Itineris vestigia intereunt.* Ita de Ammonitide Arrian. III. 160. *Quotiescunque Auster ea in regione spirat, magna vi arenæ viam obruit, ita ut omnia viarum vestigia obducantur, & perinde ut in pelago, qua eundum sit, cerni præ arena non possit. Neque enim ulla signa sive notæ ad viam exstant, non collis, non arbor, non certi tumuli, &c.*

76. *Sidera observant.* Plin. V. 4. *Æterna* (sic legit *Freinshemius*) *siderum observatione per deserta arenis, perque serpentes iter est.* Flor. III. 5. 28. *Iter, tanquam in mari, stellis sequuntur.*

77. *Interdiu invia.* Silius. III. 663.

Namque dies confundit iter.

78. *Arena obruit.* Ita Alexandri iter ad Ammonem dum describit Plutarch. Alex. f. 248. *Si procellosus in alto, & vasto fabulo progredientes auster occupaverit, ut quondam dicitur Cambysis exercitui accidisse, quum arenæ ingentem cumulum excitavit, volvitque per campum fluctus,*

ipsa Bactra, regionis ejus caput [79], sita sunt sub monte Parapamiso. Bactrus amnis præterit mœnia. Is urbi, & regioni dedit nomen. Hic Regi stativa habenti nuntiatur ex Græcia *Peloponnensium, Lacedæmoniorumque defectio.* Nondum [80] enim victi erant, quum proficiscerentur tumultus ejus principia nuntiaturi; & alius præsens terror adfertur [81]; *Scythas, qui ultra Tanaim amnem colunt, adventare Bessо ferentes opem.* Eodem tempore, *quæ in gente Ariorum Caranus & Erigyus gesserant*, perferuntur. Commissum erat prælium inter Macedones, Ariosque. Transfuga Satibarzanes barbaris præerat; qui quum pugnam segnem [82] utrimque æquis viribus stare vidisset; in primos ordines adequitavit, demptaque galea, inhibitis, qui tela jaciebant; si quis *viritim* [83] *dimicare vellet*, provocavit ad pugnam [84], *nudum se caput in certamine habiturum.* Non tulit ferociam barbari dux exercitus Erigyus, gravis quidem ætate [85]; sed & animi, & corporis robore nulli juvenum postferendus. Is galea dempta [86] canitiem ostentans; *Venit*, inquit, *dies, quo aut victoria, aut morte honestissima: quales amicos & milites Alexander habeat, ostendam.* Nec plura eloquutus, equum in hostem egit. Crederes imperatum, ut acies utraque tela cohiberent. Protinus certe recesserunt dato libero spatio, intenti in eventum, non duorum modo, sed etiam suæ sortis [87], quippe alienum discrimen sequuturi. Prior barbarus emisit hastam, quam Erigyus modica capitis declinatione vitavit. At ipse infestam sarissam [88] equo calcaribus concito in medio barbari gutture ita fixit, ut per cervicem emineret. Præcipitatus ex equo barbarus adhuc tamen repugnabat. Sed ille extractam ex vulnere hastam rursus in os dirigit. Satibarzanes, hastam manu complexus, quo maturius interiret, ictum hostis adjuvit [89]: & barbari, duce amisso, quem magis necessitate, quam sponte sequuti erant [90], tunc haud immemores meritorum Alexandri, arma Erigyo tradunt [91]. Rex his quidem lætus, de Spartanis haudquaquam securus,

31 32 33 34 35 36 37 38 39

ut quinquaginta millia capitum obruerit oppresseritque.

79. *Bactra regionis caput*, ut Prop. III. 9. 13.

Jussit & imperio surgere Bactra caput.

V. v. 4. 31. § 71.

80. *Nondum enim victi erant*, &c. His verbis se ipsum explicat Curtius, se loqui de bello Spartano, quod initio libri sexti descripserat. Ejus autem eventum nondum sciebat Alexander, sed tantum qui principia motus ejus nuntiarent, per tanta terrarum spatia demum ad eum pervenerunt. V. *Freinshemium.*

81. *Adfertur* i. nuntiatur.

82. *Segnem* i. tarde se moventem. Flor. III. 3. 6. *Nec segnius, quam minati fuerant, ferebantur.* Inde *segnipedes equi* Juven. VIII. 66. qui tarde incedunt.

83. *Viritim dimicare*, in duell komen.

84. *Pugnam* n. singularem. Flor. II. 17. 11. *Singulari certamine cum Rex fuisset provocatus.*

85. *Ætate gravis* i. senex. Plaut. Men. IV. 2. 5.

Consitus sum
Senectute: onustum gero corpus.

Liv. II. 19. *Tarquinius Superbus ætate gravior.* Noster v. 2. 16. Hinc proverbii speciem habet: *Dares Entellum provocas*, cujus meminit Hieronymus Epistola ad Augustinum: *Memento Daretis & Entelli.* Conveniet uti, si quando quispiam juvenili temeritate lacesset aliquem, non perinde promptum ad suscipiendum certamen, verum intolerandum, si semel inierit. Quisenum ferme mos, ut libenter suffugiant negotia, suscepta pertinaciter gerant. Sumptum est ex *Æn.* v. 368-472. V. *Erasm. Adag. f.* 486.

86. *Galea dempta*; caput enim nudavit Erigyus, accepta barbari conditione, qui sic obtulerat certamen, ostentandæ virtutis causa. Ita *spectatus & Sacrovir intecto capite pugnam pro Romanis ciens, ostentandæ, ut ferebat, virtutis.* Tacit. Ann. III. 41. 4. Ita minor *Cyrus nudo capite pugnam exspectans constitit. Ajunt cæteros etiam Persas capitibus nudis aleam prælii subire.* Xenoph. Ἀνάβ. I. Ut ita hic quoque Satibarzanes eam observarit consuetudinem, hostique provocante morem gesserit Erigyus, ne deterior virtute, vel periculi metuentior videretur. V. *Freinshemium.*

87. *Suæ sortis*: videbant enim futurum, ut a cujus parte dux cecidisset, illa vinceretur, altera triumpharet. V. *Raderum.*

88. *Sarissam. Jaculo faciem transfossum* dicit *Arrian.* III. 230. V. IV. 15. 13.

89. *Ictum adjuvit*, hy heeft mede aangedouwt.

90. *Necessitate magis, quam sponte sequuti.* Marcellin. XXI. *Residui omnes abierunt innoxii, quos in certaminum rabiem necessitas egerat, non voluntas.* V. *Freinshemium.*

91. *Arma tradunt*, quod deditionis non signum modo, sed pignus. Idem aliquoties reperias apud *Livium*, ut XXIX. 3. XL. 41. 16.

rus, magno tamen animo defectionem eorum tulit; dicens; *non ante ansos consilia nudare* 92, *quam ipsum ad fines Indiæ perveniße cognoviſſent* 93. Ipſe, Beſſum perſequens copias movit: cui Erigyus ſpolia barbari, ceu opimum belli decus, præferens occurrit.

7. apud *Juſtin.* XXIV. 5. 3. V. *Freinshemium.*

92. *Nudare*, entdecken. Liv. XLII. 63. *Fama equeſtris pugnæ vulgata per Græciam nudavit voluntates hominum.*

93. *Cognoviſſent ad fines Indiæ perveniße.* Quod ita dicentem Curtius facit Alexandrum, non quod revera ſic eſſet, nec enim principio motus ſui Lacones cognoſcere poterant, ubi futurus eſſet Alexander, quum ejus rei nuntius ad eum perveniret: ſed quia tum primum de defectione diu ante facta audit, tanquam de re nova, & quæ modo accidiſſet, ex communi hominum more pronuntiat. V. *Freinshemium.*

CAP. V.

ARGUMENTUM.

Sitim patienter tolerat, Oxum induſtrie trajicit, veteranos dimittit, Branchidas ad unum cædit, Beſſum a Spitamene adductum Oxathris Darii fratri cruci adfigendum tradit Alexander.

1 IGitur Bactrianorum regione Artabazo tradita, ſarcinas & impedimenta ibi cum præſidio relinquit. Ipſe cum expedito agmine loca deſerta Sogdianorum intrat, nocturno itinere [1] exercitum 2 ducens. Aquarum, ut ante dictum eſt, penuria, prius deſperatione, quam deſiderio bibendi ſitim accendit. Per quadringenta ſtadia [2] ne modicus quidem

Nocturno itinere. Ita in Gadroſias copias moventes *noctu iter, quod ante auroram conficiendum erat, inierunt, quod, quum mane ad aliquam aquam venirent, non usque adeo vehementer gravarentur.* Arrian. VI. 25.

2. *Quadringenta ſtadia* efficiunt duodecim milliaria Germanica: Italica octo & quadraginta, ſi quatuor ponas pro uno; ſexaginta ſi quinque. V. *Raderum.*

3. *Matutino* tempore cur majus ſit frigus, quam nocte, quum tamen Sol ſit mane propinquior, cauſam triplicem adfero. I. An quia tunc majus eſt tempus abſentiæ Solis, unde magis refrigerata eſt terra? Quum enim Sol ſui præſentia terram calefaciat & aerem, abſentia certe longiore Solis, majus frigus exoritur, diutius autem abfuit a nobis Sol mane, quam media nocte. Licet ergo in aurora rurſus Sol accedat, tamen calorem ſuum tam cito non poteſt aeri communicare. II. An quia die appetente ros & pruina cadit? hæc autem natura frigida ſunt, & aerem frigidiorem reddunt. III. An quia concocti jam ſunt cibi, & ſtomachus mane vacuus? quo autem inaniores ſumus, eo magis perſentiſcimus frigus ambiens. Ariſtot. Probl. VIII. 17. V. *Forer. Probl. Philoſ. viridar.* 17. & illo *Raderum* & *Freinshemium.*

4. *Repreſſit* i. reſtinxit, *heeft geleſcht.*

5. *Vini oleique.* Non hoc, ſed illud, quod apud *Valer. Max.* VII. 6 1. *ext.* legitur, mirum eſt. Illic legitur de Cretenſibus, quod *obſidione Metelli ad ultimam usque penuriam compulſi, ſuâ, jumentorumque ſuorum urina ſitim torſerunt, juſtius dixerim, quam ſuſtentarunt.*

dem humor exiſtit. Arenas vapor æſtivi Solis accen- 3
dit, quæ ubi flagrare cœperunt, haud ſecus quam continenti incendio cuncta torrentur. Caligo deinde 4
immodico terræ fervore excitata, lucem tegit: camporumque non alia, quam vaſti, & profundi æquoris ſpecies eſt. Nocturnum iter tolerabile videba- 5
tur, quia rore, & matutino frigore [3] corpora levabantur. Cæterum, cum ipſa luce æſtus oritur, omnemque naturalem abſorbet humorem ſiccitas, ora, viſceraque penitus uruntur. Itaque primum 6
animi; deinde corpora deficere cœperunt. Pigebat & conſiſtere, & progredi. Pauci a peritis re- 7
gionis admoniti præpararant aquam. Hæc paulisper repreſſit [4] ſitim, deinde creſcente æſtu, rurſum deſiderium humoris accenſum eſt. Ergo quicquid vini oleique [5] erat, hominibus ingerebatur, tantaque dulcedo bibendi fuit, ut in poſterum ſitis non timeretur. Graves deinde hauſto humore non ſuſtinere 8
arma; non ingredi poterant; & feliciores videbantur, quos aqua [6] defecerat, quum ipſi ſine modo

9 do 7 infusam vomitu cogerentur egerere 8. Anxium Regem tantis malis 9, circumfusi amici, *ut meminisset sui*, orabant; *animi sui magnitudinem* 10 *unicum remedium deficientis exercitus esse*: quum ex iis, qui præcesserant ad capiendum locum castris 11, duo occurrunt utribus aquam gestantes, ut filiis suis, quos in eodem agmine esse, & ægre pati sitim non ignora-
11 bant, occurrerent: qui quum in Regem incidissent, alter ex iis, utre resoluto, vas 12, quod simul ferebat, implet, porrigens Regi. Ille accipit: per contatus, *quibus aquam portarent, filiis ferre* cognoscit.
12 Tunc poculo pleno, sicut oblatum est, reddito 13: *Nec solus*, inquit, *bibere sustineo; nec tam exiguum dividere omnibus possum. Vos currite, & liberis vestris, quod propter*
13 *illos adtulistis, date.* Tandem ad flumem Oxum ipse pervenit prima fere vespera. Sed exercitus magna pars non potuerat consequi. *In edito monte ignes* jubet *fieri, ut ii, qui ægre sequebantur, haud procul castris se abesse cognosce-*
14 *rent.* Eos autem, *qui primi agminis erant, mature cibo ac potione*

6. *Aqua* pro omni potione accipitur. V. *Raderum*.

7. *Sine modo* i. immodice, modo *avide*. n. 15. *intemperantius*. Flor. IV. 10. 8. *Non minor ex aqua postea, qua ab hostibus clades. Infesta primum sitî regio. Tum quibusdam Salmacidis fluviis infestior. Novissimeque jam ab invalidis & avide hauriebatur: quum noxiæ etiam dulces fuere.* Contra ea

Gratior est modicis hausibus unda sitî.

Rutil. Itiner. II. 3.

8. *Vomitu egerere* i. revomere. Cic. N. D. II. *Hæc avis conchis scribitur se solere implere, easque cum stomachi calore concoxerit, evomere.*

9. *Malis* militum suorum deficientium.

10. *Animi magnitudinem*. Veget. III. 9. *Desperantibus crescit audacia adhortatione ducis, & si nihil ipse timere videatur.*

11. *Ad capiendum locum castris*, om quartieren te maaken.

12. *Vas, poculum* n. 12. V. III. 13. 10. §. 32.

13. *Pleno reddito*. Errat ergo *Sozomenus*, qui Theodosium juniorem Imperatorem vicisse Alexandrum dum vult, scribit *præfat. dedicat.* Alexandrum *a suis laudatoribus memoratum est, quum per locum aridum una cum Macedonibus transiret, & miles quidam diligens, & officiosus de aqua, quam forte offenderat, hausisset, eique attulisset, neutiquam bibisse; sed eam in terram effudisse.* Quem errorem etiam erravit *Frontin. Stratag.* I. 7. 3.

tione firmatos 14 *implere alios utres, alios vasa, quibuscumque aqua possit portari*, jussit, *ac suis opem ferre*. Sed 15 qui intemperantius hauserant, intercluso spiritu exstincti sunt 15: multoque major horum numerus fuit, quam ullo amiserat prælio. At ille thoracem 16 16 adhuc indutus, nec aut cibo refectus aut potu; qua veniebat exercitus, constitit: nec ante ad curandum opus recessit, quam præterierant, qui agmen sequebantur: totamque eam noctem cum magno animi motu perpetuis vigiliis egit. Nec postero die 17 lætior erat, quia nec navigia habebat; nec pons erigi poterat circum amnem nudo solo, & materiæ maxime sterili. Consilium igitur, quod unum neces- 18 sitas subjecerat 17, init. Utres 18 quam plurimos stramentis refertos dividit. His incubantes 19 transnavere amnem: quique primi transierant, in statione erant, dum trajicerent cæteri. Hoc modo sexto demum die in ulteriore ripa totum exercitum exposuit. Jamque ad persequendum Bellum statuerat 19 progredi; quum ea, quæ in Sogdianis erant, cognoscit,

14. *Firmatos, refectos* n. 6.

15. *Exstincti sunt* per ἀντιπερίστασιν caloris interioris, qui primum æstu diffusus, repente per frigidum humorem, & aquam copiosius hausta opprimitur, & exstinguitur, non secus ac si ignem infusa largius unda suffoces. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*.

16. *Thorax* munimentum fuit pectoris, een borstharnasch. Virg: X. 337.

Thoraca simul cum pectore rumpit.

Ex ære factorum meminit *Virg.* VII. 633. XI. 487. Noster VII. 8. 3.

17. *Subjecerat* i. dictaverat, suggesserat. Ter. Phorm. II. 3. 40. *Si meministi id, quod olim dictum est, subjice.* Prop. I. 7. 10.

Nec tibi subjiciet carmina serus amor.

18. *Utres*. Arrian. III. 233. *Collectis itaque pellibus, sub quibus milites in tentoriis degebant, sarmentis quam maxime siccis eas impleri, accurateque vinciri, & consui jubet, ne aquam alicunde ex parte admittere possent: quibus ita impletis & consutis, exercitum quinque dierum spatio traduxit.* De qua fluminum trajiciendorum ratione V. *Lipsi. Poliorc.* II. 5. *Stewech. ad Veget.* III. 7. *Casaub. in Sueton. Jul.* c. 57.

19. *Incubantes*, *innixos* dicit Suet. Jul. c. 57. *Incubare*, te-

ter hæc Rex, quibus matura erat missio[38], electis nongentis[39] fere, equiti bina talenta[40] dedit; peditи terna denarium millia[41]: monitosque, *ut liberos*[42] *generarent*, remisit domum. Cæteris gratiæ actę, quod *ad reliqua belli navaturos*[43] *operam* pollice-
28 bantur. Dum Bessus perducitur, perventum erat in parvulum oppidum, Branchidæ[44] ejus incolæ erant. Mileto quondam jussu Xerxis, quum e Græcia rediret, transierant & in ea sede constiterant, quia templum, quod Didymæon[45] adpellatur, in gra-

38. *Missio* n. honesta, qua emeritis stipendiis, & legitimo militiæ tempore expleto dimissi *missionis* commodo donabantur. De *missione* quadruplici *Alex. Gen.* VI. 22. *Lipsi. Mil. Rom.* V. 19. *Stewech. in Veget.* II. 3.

39. *Electis*. Arrian. III. 233. *Antequam vero flumen trajiceret, seligens ex Macedonibus, qui aut præ ætate & aut vulneribus inepti erant, & ex Thessalis, qui voluntarii remanserant, in domos suas remisit.*

40. *Bina talenta* i. millenos ducenos Philippeos.

41. *Terna denarium millia* i trecenos Philippeos.

42. *Liberos*, quibus venturi Reges uterentur.

43. *Navaturos* i. studiose conaturos, exhibituros. Cic. Fam. X. 25. *Si interest reipublicæ, te navare operam.*

44. *Branchidæ* fuerunt, non populus aliquis, aut civitas, sed familia Milesia, cui creditum erat templi illius sacerdotium, ut Paphii Cinyradibus apud *Tacit. Hist.* II. 3. 3. ita dicta a *Brancho* generis auctore. Strab. IX. 767. *At Macharæi cognatus exstitisse fertur Branchus, delubri in Didymis præsul.* Inde templum hoc Stat. Theb. VIII. 198. vocat

Intonsi penetralia Branchi.
III. 478.

Patrioque æqualis honori
Branchus.

V. *Freinshemium* & *Rhodig. A. L.* IV. 23.

45. *Didymæon* i. templum Apollinis *Didymæi*, quod ab urbe Mileto unius fere diei itinere conlocat Plin. V. 29. *In Ionia primus sinus Basilicus, Posideum promontorium & oppidum, oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis, a littore stadiorum viginti. Et inde centum octoginta Miletus.* Unde Sueton. Calig. c. 21. *Destinaverat Mileti Didymæum peragere*, quod in ditione & territorio Mileti esset. Apollo cur *Didymæus* sit appellatus, docet Macrob. Saturn. I. 17. Ἀπόλλωνα Διδυμαῖον vocant, *quod geminam speciem sui numinis præfert ipse, illuminando formandoque Lunam. Etenim ex uno fonte lucis, gemino sidere spatia diei & noctis illustrat. Unde & Romani Solem sub nomine & specie Jani, Didymæi Apollinis appellatione venerantur.* V. *Raderum* & *Freinshemium.*

46. *Vio-*

gratium Xerxis violaverant[46]. Mores patrii[47] non- 29
dum exoleverant, sed jam bilingues[48] erant, paulatim a domestico, externoque sermone degeneres. Magno igitur gaudio Regem excipiunt, urbem seque dedentes. Ille *Milesios, qui apud ipsum militarent*[49], *convocari* jubet. Vetus odium Milesii gerebant in 30
Branchidarum gentem. Proditis ergo, *sive injuriæ*[50] *sive originis*[51], *meminisse mallent, liberum de Branchidis permittit arbitrium.* Variantibus[52] deinde 31
sententiis; *Seipsum consideratum*[53] *quod optimum factu esset*, ostendit[54]. Postero die occurrentibus[55] *Branchidas secum procedere* jubet. Quumque ad urbem

46. *Violaverant* Strab. XI. 130. *pecuniam Dei & donaria prodidisse* XIV. 327. *Dei thesauros Persæ tradidisse*. XVII. 580. *templum ab illis spoliatum fuisse* dicit.

47. *Mores patrii* i. mores Græciæ.

48. *Bilingues* sunt, qui geminas in ore versant linguas, quales Taprobanæ insulæ incolas describit Diod. II. 56. *In lingua ipsorum quiddam peculiare est, partim a natura datum, partim ingenii solertia adscitum. Linguam enim quadantenus habent geminam, & intrinsecus divisam, ut duplex ad radicem usque existat.* Hinc *bilingues* duplici sermone utentes. Tales Celonæ. Bœotorum progenies apud Diod. XVII. 110. Tales Branchidæ, qui barbare, & Græce loquebantur. V. *Freinshemii Indicem.*

49. *Militarent* rectius, quam *militabant*, loquitur enim tanquam ex verbis Regis: convocate Milesios, qui militant, mihi: quæ referens alter vix recte narret, quam: *jussit Milesios, qui militarent, convocari.* V. *Freinshemium.*

50. *Injuriæ* i. templi Apollinis Xerxi proditi vindicandi.

51. *Originis* n. Græcæ, quia Ionies fuerunt, cujus memoria impulsi olim popularibus parcerent.

52. *Variantibus*, quum rectius sentientes dicerent, parcendum innoxiis; non luendum posteris, quod majores peccavissent. Alii contra, delendos esse malos corvos, ex malis ovis natos, perfidiam nulla gratia dignam, ut quæ nullis beneficiis emendetur. V. *Raderum.*

53. *Consideraturum* i. examinaturum, inspecturum, *soude besien.* Petron. Satyr. c. 12. *Rusticus propius accessit, ac diligentius considerare pallium cœpit. Considerare* astrologorum est verbum. Festus: *Considerare a contemplatione siderum videtur appellari.*

54. *Ostendit* i. dicit. Cic. Fam. V. 12. *Quum mihi sæpe ostenderis, te accuratissime nostrorum temporum consilia, & eventus literis mandaturum.* V. *Græv. Lect. Hesiod.* c. 12.

55. *Occurrentibus* Milesiis ad audien-

bem ventum esset, ipse cum cum expedita manu [56]
32 portam intrat. Phalanx *mœnia oppidi circumire* jussa; & *dato signo diripere urbem, proditorum receptaculum,*
33 *ipsosque ad unum cædere.* Illi inermes passim trucidantur, nec aut commercio linguæ, aut supplicum velamentis [57] precibusque inhiberi crudelitas potest. Tandem, ut dejicerent [58] fundamenta murorum, ab imo moliuntur, ne quod urbis vestigium
34 exstaret. Nec mora, lucos quoque sacros [59] non cædunt modo; sed etiam exstirpant [60]: ut vasta solitudo, & sterilis humus, excussis etiam radicibus,
35 linqueretur. Quæ si in ipsos proditionis auctores excogitata essent; justa ultio esse, non crudelitas videretur: nunc culpam majorum posteri luere, qui ne viderant quidem Miletum, adeo Xerxi
36 non [61] potuerant prodere. Inde processit ad Tanaim

audiendam sententiam. V. *Raderum.*

56. *Expedita manu*, cum equitatu. Phalanx autem pedestris erat. V. *Raderum.*

57. *Velamentis* i. infulis, quæ erant latiores fasciæ, lanea & albæ, quæ ambiunt eam capitis partem, quæ capillo tegitur, ab uno tempore pertingentes ad alterum, utrinque adstricta ac dependentia. Hisce pacem exposcere solebant. Justin. XI. 10. 6. *Tunc in Syriam proficiscitur: ubi obvios cum infulis multos Orientis Reges habebat.* Cæs. B. C. II. 12. 1. *Urbis direptione perterriti inermes cum infulis sese porta foras universi proripiunt.* Infulas & velamenta jungunt *Liv.* XXV. 25. & *Tacit. Hist.* I. 66. I. III. 31. 4. V. *Paschal. de Coron.* IV. 22. *Jun. Anim.* II. 11.

58. *Ut dejicerent.* Construe, *tandem, ut dejicerent fundamenta murorum, ab imo* (ea scilicet) *moliuntur.* Ut ne fundamenta quidem urbis superessent, adeoque tota solo æquaretur, ea fundamenta ab imo moliuntur. V. *Freinshemium.* V. III. 10. 7. §. 36.

59. *Luci* pluribus gentibus fuerunt pro templis: *Romanis.* Plin. XII. 1. Arbores *fuere numinum templa, priscoque ritu simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Neque magis auro fulgentia, atque ebore simulacra, quam lucos, & in iis silentia ipsa adoramus. Germanis*: Tacit. Germ. IX. 4. *Lucos ac nemora consecrant, Deorumque nominibus adpellant secretum illud, quod sola reverentia vident. Naharvalis*: Tacit. Germ. XLIII. 5. *Apud Naharvalos antiquæ religionis lucus ostenditur. Præsidet sacerdos muliebri ornatu*, &c. Nostet VIII. 9. 34.

60. *Exstirpant* V. VII. 8. 14. §. 21.

61. *Adeo*

naim [62] amnem: quo perductus est Bessus non vinctus modo; sed etiam omni velamento [63] corporis spoliatus. Spitamenes eum tenebat collo inserta catena; quod [64] tam Barbaris, quam Macedonibus gratum spectaculum. Tum Spitamenes, *Et te* [65], 37
inquit, *Darium* [66] *Reges meos ultus, interfectorem domini sui adduxi, eo modo captum* [67], *cujus ipse fecit exemplum* [68]. *Aperiat ad hoc spectaculum oculos Darius. Exsistat ab inferis, qui illo supplicio indignus fuit, & hoc solatio dignus est.* Alexander multum conlaudato Spi- 38
tamene conversus ad Bessum: *Cujus*, inquit, *fera* [69] *rabies occupavit animum tuum, quum Regem de te optime meritum prius vincire, deinde occidere sustinuisti? Sed hujus parricidii mercedem falso Regis nomine* [70] *persolvisti.* Ibi ille facinus purgare non ausus; *Regis titu-* 39
lum se usurpare dixit, ut gentem suam [71] *tradere ipsi possit: qui si cessasset, alium fuisse regnum occupaturum.* At 40
Alexander Oxathrem fratrem Darii, quem inter corporis custodes habebat, *propius* jussit *accedere*; tradique

61. *Adeo non potuerant* i. tantum abest, ut potuerint.

62. *Tanaim* V. VII. 7. 2. §. 4.

63. *Velamentum* est omne id, quo velamur, aut tegimur. Justin. II. 1. 6. *Triusquam adversus calorem, vel frigus velamenta corporis invenirentur.* Illo spoliatus est in majorem contumeliam Bessus. Ipse D. Jesus nudus in majorem procul dubio ignominiam in cruce pependit. Saltem apud Persas hoc valde fuit ignominiosum, quia apud illos nudum conspicere hominem, ac si immane scelus admissum foret, capite lui solebat. V. *Alex. Gen.* II. 25.

64. *Tenebat catena.* Arrian. III. 235. *Alexander nudum capistro alligatum adduci jubit, & ad dextrum viæ latus, qua sibi cum exercitu transeundum fuit.*

65. *Te*, in quem Bessus arma sumpsit:

66. *Darium*, quem vinctum occidit:

67. *Eo modo captum* i. catenis vinctum:

68. *Exemplum* n. in Dario vinciendo. V. *Raderum.*

69. *Feram* Bessus immanem & vinctus, & capistro frenatus nudus referebat, & revera omnem humanitatem exuerat, *ferasque* omnes, quæ parentibus suis parcunt, superarat, Rege suo, a quo nunquam læsus, multis etiam honoribus & opibus auctus fuerat, occiso. V. *Raderum.*

70. *Falso Regis nomine*, quia diadema alienum contra jus & fas sumpsisti. Ita *Regem verum* dicit *Flor.* II. 14. 4.

71. *Gentem suam.* Arrian. III. 235.

dique Beſſum ei[72], ut cruci adfixum[73] mutilatis[74] auribus, naribusque[75] ſagittis configerent Barbari; adſervarentque corpus, ut ne aves[76] quidem contingerent. Oxathres *cæteræ ſibi curæ fore pollicetur. Aves non ab alio, quam a Catene poſſe prohiberi* adjicit; eximiam ejus artem cupiens oſtendere. Namque adeo certo ictu deſtinata[77] feriebat, ut aves quoque excipe-

41

235. *Cui Beſſus: non ex ſuo unius conſilio id factum fuiſſe, ſed omnium, qui tum temporis Dario adfuerant, uti ea ratione ſalutem ſibi apud Alexandrum invenirent.*

72. *Tradi Beſſum ei* n. in ſolatium. Ita *nobiliſſimos Pænorum captivos liberis Reguli a ſenatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo deſtitutos, eademque inſomnia cruciatos interiiſſe* narrat *Gell. N. A.* VI. 4.

73. *Cruci adfixum.* De Beſſi nece variant ſcriptores. *Morte multatum* Arrian. IV. 255. *excruciatum* Juſtin. XII. 5. 11. *reclinatis duabus arboribus proceris alligatum, quas canto concitatas impetu remitti juſſerit Alexander: ut laniata paſſim membra diſjecerint.* Plutarch. Alex. f. 251. *minutatim conciſum, & particulas huc illuc fundis diſjectas* fuiſſe docet Diodor. XVII. 83. V. *Popmam* & ex illo *Freinshemium.*

74. *Mutilatis* i. truncatis, reciſis. *Mutilare* eſt partem adimere: *Mutilus*, cui pars deeſt, parte aliqua imminutus. Donat. Hecyr. I. 1. 8. *Mutilare, aliquid detrahere, ſine quo res eſſe non poſſit. Mutiles, imminuas: unde mutili dicti ſunt boves, aut capri ſine cornibus.* Noſter IX. 2. 19.

75. *Auribus, naribusque* mutilatum deſcribit Deiphobum Virgil. Aen. VI. 494-497.

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Ora, manuſque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhonẽſto vulnere nares.

Quod genus lacerationis ut contumelioſum, ita valde crudele. Ita & Pleminium *legatum a ſuis interemptum & ſectiſſum* feroces recenti victoria milites *hoſtiliter lacerant, & prope exſanguem naſo, auribusque mutilatis relinquunt* apud Liv. XXIX. 9. & Calliſthenem *truncatis crudeliter omnibus membris, abſciſſisque auribus ac naſo, labiisque deforme ac miſerandum ſpectaculum reddidit* Alexander apud Juſtin. XV. 3. 4. Noſter V. 5. 6.

76. *Ne aves quidem contingerent*, ut in cruce contabeſceret, & putreſceret. V. *Raderum.*

77. *Deſtinata* i. quæ quis deſtinaverit, ſive propoſuerit. Savaro in Sidon. p. 15. *deſtinantis* i. ſagittantis ad metam. Gloſſ. vet. ἀπόσκλημα, *deſtinatio miſſile.* Lucan. Paneg. Piſon. n. 130. *Nec ſemper Gnoſius arcu Deſtinat.* Donat. Aen. XI. 580. *Noverat in illa ætate deſtinata percutere.* Acron. Horat. Art. n. 350. *Non ſemper ſagittarii deſtinata jaculantur.*

ciperet. Nam etſi forſitan ſagittandi[78] tam celebri[79] uſu minus admirabilis videri hæc ars poſſit; tamen ingens viſentibus miraculum, magnoque honori Cateni fuit. Dona deinde omnibus, qui Beſſum adduxerat, data ſunt. Cæterum ſupplicium ejus diſtulit, *ut eo loco*[80], *in quo Darium ipſe occiderat, necaretur.*

42

43

lantur. Noſter VIII. 6. 7 V. *Freinshemii Indicem.*

78. *Sagittandi* i. *ſagittas* mittendi. Juſtin. XII. 2. 5. *Hos & equitare, & ſagittare magna induſtria docent.* Solin. c. 19. *Facilius obvios ſe præbent ſagittantibus.* Nemo itaque de hujus verbi Latinitate dubitet. V. *Briſſon. de regn. Perſ.* II. 201. *Voſſ. de vit. ſerm.* I. 23. *Vorſt. de Latin. merit. ſuſp.* c. 2.

79. *Celebri* i. tam crebro, ut exterorum quoque fama celebretur. Inde *celeber* pro crebro reperitur, ut *celebritas viæ*, pro frequentia apud *Tacit. Hiſt.* II. 64. 1. V. *Freinshemii Indicem.*

80. *Eo loco* n. in ſolatium cognatorum Darii. Ulpian. Digeſt. XLVIII. tit. 19. n. 28. §. 15. *Famoſos latrones in his locis, ubi graſſati ſunt, figendos, compluribus placuit, ut & conſpectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus: & ſolatio ſit cognatis, & adfinibus interemptorum eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia feciſſent.* V. *Freinshemium.*

CAP. VI.

ARGUMENTUM.

Pabulatores a barbaris oppreſſos vindicat, & vulneratur, Maracanda, Cyropolin, & Memacenam occupat, Scythas audit, & Alexandriam ad Tanain ponit Alexander.

INterea Macedones ad petendum pabulum incompoſito agmine egreſſi, a barbaris[1], qui de proximis montibus[2] decurrerunt, opprimuntur, pluresque capti ſunt, quam occiſi. Barbari autem capti- 1 2

1. *Barbaris* n. Sogdianis.

2. *Montibus*, in quos Alexandrum fugientes ſe contulerant.

3. *Mon-*

unt; liberi, ex quo[23] decesserat Cyrus; tum imperatura facturi. Justissimos[24] barbarorum constabat. Armis abstinebant, nisi lacessiti. Libertatis modico, & æquali usu[25], principibus humilio-
12 res pares fecerant. Hos benigne adloquutus, ad eos Scythas, qui Europam incolunt, Penidam[26] quendam misit ex amicis, qui denuntiaret eis, *ne Tanaim amnem*[27] *regionis injussu Regis transirent.* Eidem mandatum, *ut contemplaretur locorum situm*[28], *& illos quoque Scythas, qui super Bosphoro incolunt, vi-*
13 *seret. Condendæ urbi sedem super ripam Tanais elegerat: claustrum etiam perdomitorum, & quos deinde adire decreverat.* Sed consilium[29] distulit *Sogdianorum* nuntiata *defectio*, quæ Bactrianos quoque traxit[30]. Se- 14
ptem millia equitum erant, quorum auctoritatem[31] cæteri sequebantur. Alexander *Spitamenem, & Catenem*, a quibus ei traditus erat Bessus, haud dubius, quin eorum opera[32] redigi possent in potestatem, qui novaverant res, jussit arcessiri. At illi defectio- 15
nis[33], ad quam coërcendam evocabantur, auctores, vulgaverant famam: *Bactrianos equites a Rege omnes, ut occiderentur, arcessiri: idque imperatum ipsis, non sustinuisse tamen exsequi, ne inexpiabile in populares facinus admitterent. Non magis Alexandri sævitiam; quam Bessi parricidium ferre potuisse.* Itaque sua sponte jam motos, metu pœnæ haud difficulter concitaverunt ad arma. Alexander transfugarum[34] defectione 16
comperta, *Craterum obsidere Cyropolim*[35] jubet: ipse aliam

Eustath. Homer. XIII. 6.

23. *Ex quo* n. tempore, ut VII. 7. 18.

24. *Justissimos.* Arrian. IV. 239. *Legati veniunt a Scythis, quos Abios vocant, quos & Homerus justissimos mortalium appellans in suo opere laudat. Hi Asiam incolunt, nullis legibus subjecti, ob paupertatem nimirum cum justitia conjunctam.* Carmen Homeri exstat Iliad. XIII. 6. & est hoc:

Γλακτοφάγων Ἀβίων τε
δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Lacte vescentium Abiorum, justissimorum hominum.

quo respexisse videtur Curtius. *Pruissimum genus, & calcare cuncta mortalia consuetum.* Marcellinus.

25. *Libertatis æquali usu. Æquabilitatem juris* vocat Cic. Offic. I. *In liberis populis, & juris æquabilitate exercenda etiam est facilitas.* Inde *æquas leges* Phædr. I. 3. 1. *quæ cives reddebant æquales.*

26. *Penidas*, Berdes appellatur VIII. 1. 7.

27. *Tanaim amnem*, quia fere ubivis amnes cujusque regionis termini. Tacit. Ann. I. 9. 5. *Mari Oceano, aut amnibus longinquis septum imperium.* Fit id aut natura, aut, mutuo consensu. Hujus meminerunt *Diodor.* XVI. 83. *Tacit.* XI. 10. 3. *Liv.* I. 3. Alterius mentio apud *Herod.* VI. 108. *Polyb.* XV. 6. Ex quibus intelligimus, cur Alexander Magnus legatum miserit ad Scythas Europæos, *qui denuntiaret eis, ne Tanaim amnem transirent.* Voluit enim, abstinerent terris Macedonum, causam belli adversus Scythas Europæos quæsiturus. Intellige vero Sitin, seu Jaxartem, ut docebimus VII. 7. 2. §. 4. Videsis *Freinshemium* & *Raderum.*

28. *Contemplaretur locorum situm.* Arrian. IV. 240. *Cum his redeuntibus Alexander quosdam ex amicis mittit, prætextu quidem amicitiæ per legationem componendæ: re autem vera non alio spectabat hæc missio, quam ut naturam Scythicæ regionis specularentur, & quanta esset incolarum multitudo, qui mores, quave armatura utentes in pugnam prodirent, cognoscerent.*

29. *Consilium* urbis condendæ, quæ conditur demum n. 25.

30. *Traxit* i. in societatem impulit. Flor. II. 13. 1. *Macedonici belli contagio traxit Illyrios.*

31. *Auctoritatem sequebantur* i. illis se adplicabant. Cæs. B. C. I. 35. 1. *Debere eos Italiæ totius auctoritatem sequi.* Noster IX. 3. 7. *Auctor* dicitur, cujus consilium sequuti sumus. In *auctoris* nomine dignitas ac potestas consideratur, cum aut *Patres auctores fiunt*, ut sæpe de senatu Livius: aut tutor pro pupillo, aut pro uxore maritus, quorum nempe sine *auctoritate* nihil gerere illi possint. Item cum *auctore Prætore* quid factum dicimus. Unde natum puto elegantem illum loquendi modum, cum *non defugere auctoritatem* dicebant, pro non recusare *auctorem* sequi aliquem, apud *Cicer. pro Sulla. Terent. Eun.* II. 3. 97. *Plaut. Pœn.* I. 1. 19. de quo V. *Torrent. in Suet. Tib. c.* 27. *Victor. V. L. V.* 22. *Brisson. Form.* V. 402. *Muretum in Eunuchum.*

32. *Eorum opera* i. per eos. Nep. Lys. I. 3. *Ejus opera in maximum odium Græciæ Lacedæmonii pervenerunt.*

33. *Defectionis* hujus causas narrat has fuisse Arrian. IV. 241. *Sive, quod Alexandrum timerent, sive, quod Alexander præsidum illius provinciæ conventus ad Zariaspa urbem maximam indixisset, e quo quidem conventu nihil boni ipsis sperandum videbatur.*

34. *Transfugarum:* Spitamenis & Catenis.

35. *Cyropoleos* meminerunt *Marcell.* XXIII. 273. & *Aelian. de anim.* XVI. 3, quamvis hic perperam in India collocet, V. VII. 8. 19. §. 32. ille ad Mediam transferat Sogdianorum urbem.

aliam urbem [39] regionis ejusdem corona capit; signoque, ut puberes [37] interficerentur, dato, reliqui [38] in prædam cessere victoris [39]. urbs diruta est, 17 ut cæteri cladis exemplo continerentur. Memaceni [40] valida gens obsidionem, non ut honestiorem modo, sed etiam ut tutiorem [41] ferre decreverant. Ad quorum pertinaciam mitigandam Rex quinquaginta equites [42] præmisit, qui *clementiam ipsius in deditos, simulque inexorabilem animum in devictos*, osten- 18 derent. Illi *nec de fide, nec de potentia Regis ipsos dubitare* respondent; equitesque *tendere* [43] *extra munimenta urbis* jubent. Hospitaliter deinde exceptos, gravesque epulis & somno, intempesta nocte adorti 19 interfecerunt. Alexander haud secus, quam par erat, motus, urbem corona circumdedit; munitiorem, quam ut primo impetu capi posset. Itaque Meleagrum & Perdiccam in obsidione [44] jungit, Cyro-

Cyreschata Stephano, & Straboni dicitur, & *Scyra* Jun. Nomenel. c. 51. De hac urbe contra Ptolomæum disputantem vide *Salmas. Exercit. Plinian. f.* 1193. Illam *obsidere* jussit Craterum, *ut omnium urbium maximam, & in quam plurimi barbarorum se receperant.* V. *Arrian.* IV. 241.

36. *Aliam urbem* ἀνώνυμον. Arrian IV. 241. *Ipseque ad primam ab exercitu urbem (Cazæ nomen erat) cum copiis tendit. Nam in septem oppida barbari ejus regionis confugisse ferebantur.*

37. *Puberes* i. juvenes, illi qui jam arma ferre poterant. Virg. Aen. VIII. 518.

Arcadas huic equites, bis centum robora pubis
Lecta dabo.

Ubi inhorrescunt pili, *pubes* dicitur. Hinc *puberes*, qui annum quintum, & decimum, vel ultra nati sunt. V. *Rhodig. A. L.* IV. 6. XIX. 22. Ita etiam *Numidæ puberes interficiuntur* apud *Salust. Jugurth. c.* 54. & 91.

38. *Reliqui*, i. impuberes, feminæ, virgines.

39. *In prædam victoris.* Ita capto Volando castello puberibus trucidatis *imbelle vulgus sub corona venundatum: reliqua præda victoribus cessit.* Tacit. Ann. XII. 39. 7.

40. *Memacenorum*, quantum vis valida fuerit gens, nomen nullius vel auctoritate, vel tibicine extra Curtium nititur, vel fulcitur. V. *Raderum.*

41. *Honestiorem & tutiorem.* Ita Tacit. Agric. XXXIII. 11. *Incolumitas & decus eodem loco sita sunt.* Cui Hist. I. 33. 4. *intuta sunt, quæ indecora.*

42. *Equites*, ut præcursores. V. *Freinshemium.*

43. *Tendere*, quartier nemen.

44. *In obsidione*, intercederunt forte: *ejus relinquit: ipse cum reliquis profectus Crateri quoque copias suis.* V. *Freinshemium.*

45. *Infestos*. sive ob exantlatos in obsidione labores, & pericula; sive ob scelus etiam Memacenorum: fieri enim solet, ut unius oppidi, imo singulorum interdum hominum facinora toti nationi imputentur. V. *Freinshemium.*

46. *Ad Meleagrum, & Perdiccam redit*, quos reliquerat in obsidione Memacenorum *n.* 19.

47. *Non alia urbs*, quam Memacenorum.

48. *Fortius*, desperatione scilicet veniæ, ob facinus admissum. *n.* 18.

Cyropolim, ut ante dictum est, obsidentes. Sta- 20 tuerat autem parcere urbi conditæ a Cyro; quippe non alium gentium illarum magis admiratus est, quam hunc Regem, & Semiramin, in queis *& magnitudinem animi, & claritatem rerum longe emicuisse* credebat. Cæterum pertinacia oppidanorum ejus iram 21 accendit. Itaque *captam urbem diripere jussit delectos Macedones*, haud injuria infestos [45]; & ad Meleagrum, & ad Perdiccam redit [46]. Sed non alia urbs [47] 22 fortius [48] obsidionem tulit: quippe & militum promptissimi cecidere; & ipse Rex ad ultimum periculum venit. Namque cervix ejus saxo ita icta est [49], ut oculis caligine offusa [50] conlaberetur, ne mentis quidem compos. Exercitus certe velut erepto eo ingemuit. Sed invictus adversus ea, quæ cæteros 23 terrent, nondum percurato vulnere acrius obsidioni institit [51], naturalem celeritatem ira concitante. Cuniculo ergo suffossa mœnia, ingens nudavere spatium; per quod inrupit, victorque urbem dirui jussit. Hinc Menedemum [52] cum tribus millibus pe- 24 ditum,

49. *Icta est.* Ad Cyropolin hoc accidisse narrat Arrian. IV. 244. *Ad maximam illorum urbem Cyropolin contendit. Tum barbari ubi captam jam urbem senserunt, nihilominus tamen in Alexandri milites conversi saxum capite, & cervice excepit.* In Hyrcania Plutar. de fort. Alex. II. 21. nulla civitatis mentione facta. *In Hyrcania oblæso lapide collo, quo ictu tenebris ob oculos offusis, ad dies multos cæcitatem timuit.*

50. *Oculis caligine offusa*, het wierde hem doncker voor de oogen. *Offusam caliginem* dicit & *Liv.* XXXIII. 7.

51. *Institit*, heeft voortgeset, daar op aangedrongen. Tacit. Hist. III. 77. 6. *An perdomanda Campaniæ insistere juberet.*

ditum, & octingentis equitibus ad urbem Maracanda misit. Spitamenes transfuga præsidio Macedonum inde dejecto 53, muris urbis ejus incluserat se: haud oppidanis consilium defectionis adprobantibus. Sequi tamen videbantur, quia prohibere non pote-
25 rant. Interim Alexander ad Tanaim amnem redit, & quantum soli occupaverant castris, muro circumdedit 54. Sexaginta stadiorum 55 urbis murus fuit, hanc quoque urbem Alexandriam 56 adpellari jussit.
26 Opus tanta celeritate perfectum est, ut decimo septimo die, quo munimenta excitata erant, tecta quoque urbis absolverentur. Ingens militum certamen inter ipsos fuerat, ut suum quisque munus
27 (nam divisum erat) primus ostenderet. Incolæ novæ urbi dati captivi 57, quos reddito pretio dominis liberavit, quorum posteri nunc quoque nondum apud eos tam longa ætate 58 propter memoriam Alexandri exoleverunt.

CAP.

52. *Menedemum*, cui Andromachum, Caranum, & Pharnuchem jungit *Arrian.* IV. 245. Interitum *Menedemi* describit Noster VII. 7. 31-37.

53. *Dejecto* i. pulso, fugato. Cic. Phil. VIII. *Cujus præsidium Claterna dejecit Hirtius.*

54. *Circumdedit* i. cinxit, *in een muer begrepen.* Arrian. IV. 245. *muro complexus*; περιβαλὼν.

55. *Sexaginta stadia* efficiunt duo milliaria Germanica, minus quatuor stadiis. V. *Raderum.*

56. Alexandria *oppidum in ultimis Sogdianorum finibus, ab Alexandro Magno conditum.* V. *Plin.* VI. 16. *Justin.* XII. 5. 12. *Oros.* III. 18. *Arrian.* IV. 245. Hanc esse eam, quam *Exopolim* appellat Ptolomæus, putat *Bonfin. Decad.* I. 1. V. *Freinshemium.*

57. Captivi *dati incolæ*: *Græcos mercenarios, & finitimos barbaros, quibus sua sponte eo commigrandi voluntas fuit, nonnullos etiam Macedones, qui inepti bello erant*, Arrian. IV. 245. *Trium civitatum populos, quas Cyrus condiderat*, eo translatos fuisse docet Justin. XII. 5. 12.

58. *Longa ætate*, quadringentis & amplius annis. V. *Raderum.*

Rex

CAP. VII.

ARGUMENTUM.

De bello Scythis, quos describit Auctor, inferendo cum suis consilium init adhuc ex vulnere æger, Aristandrum exta, quia priora fuerant tristiora, altera vice spectare, & rerum eventum explorare jubet, copiarum ad Maracanda sub Menedemo missarum, & a Spitamene deletarum res male gestas nuntiantibus, si acta vulgassent, mortem denuntiat Alexander.

REx Scytharum 1, cujus tum ultra Tanaim im- 1
perium erat, ratus eam urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositam esse cervicibus 2; fratrem Cartasim, nomine cum magna equitum manu misit *ad diruendam eam, proculque amne submovendas Macedonum copias.* Bactria- 2
nos Tanais 4 ab Scythis, quos Europæos, vocant, dividit.

Rex Scytharum i. ille ex Regibus Scytharum, &c. Tota enim Scytharum gens non uni paruit Regi, quia in multos dividebatur populos. Unde Noster II. 17. *Unus adhuc hujus gentis exercitus venit, cæteri exspectantur.*

2. *Impositam cervicibus* i. tanquam frenum, aut onus sibi impositum, ne quassare cervicem, & erecta vertice viribus suis uti posset. Inde *freni domitarum gentium* dicuntur VII 10. 16. & *obstare res novare cupientibus* infr. X. 2. 8. & *claustrum jam perdomitorum, & quos deinde adire decreverat* supr. VII. 6. 13. Unde *in cervice stare* alicujus *n.* II. ye-mandt op den hals leggen, quod *faucibus incubare* Flor. I. 10. 2.

3. *Cartasim.* Arrian. IV. 248. unum ex ducibus Scytharum, *Satracen* occisum refert. Is an hic *Cartasis* incertum.

4. *Tanaim* rerum Moschobiticarum scriptores ex lacu quodam in Rhezania, Ressiæ regione, Moschorum principi subjecta, deducunt. Lacum *Juvanorum* appellant, patria lingua Iezierum. *Tanais*, Moschis *Don* dictus, recta primum in Orientem tendit, deinde septemtrionem versus flectitur, rursum contrario cursu reflexus meridiem petit, &

dividit. Idem Asiam & Europam finis interfluit.
3 Cæterum Scytharum gens[6] haud procul Thracia[7] sita, ab Oriente ad Septemtrionem se vertit, Sarmatarumque non, ut quidam credidere[8], finitima,
4 sed pars est. Recta deinde regione[9] in aliam ultra Istrum[10] jacentem[11] coit[12]: ultima Asiæ, qua Bactra

in Mæotidem paludem exonerat. V. *Raderum*. Dicitur a *Tanai*, ut docet *de fluminibus Plutarchus*, filio Berossi & Lysippæ Amazonis, qui continens, muliebris sexus osor, Martis solius cultor, matrimonium dedecoris & ignominiæ loco habuit. Et quum œstris Veneris incitatus, quibus diu reluctatus fuerat, sibi tandem necessitate cedendum esse intelligeret, proposita sui tenax, semetipsum in hunc fluvium præcipitavit. *Europam & Asiam medius interfluit* supr. VI. 2. 14. & Lucan. III. 285.

Adiæque, & terminus idem
Europæ mediæ dirimens confinia terræ.

Unde *terminus gentium* dicitur Flor. III. 4. 6. & nostro *finis inter Asiam & Europam interfluere*. De hoc Noster IV. 5. 5. VI. 2. 14. VII. 4. 6. Alexandri milites Jaxartem adpellavere *Tanaim*. Plin. VI. 16. *Finis omnium illorum ductus ab illa parte terrarum, includente flumine Jaxarte, quod Scythæ Silyn vocant: Alexander, militesque ejus Tanaim putavere esse*. Hunc intelligit Noster VII. 6. 12: 5. 36: 7. 1. & 2. dum docet *Tanain ab Scythis, quos Europæos vocant, dividere Bactrianos*.

5. *Europæos*. Scythiam in Asiaticam & Europæam dividi docuit Noster VI. 2. 13. docent quoque *Plin.* IV. 12. & 17. *Solin. c.* 19. *Strab.* II. 132. XI. 115.

6. Scythia *in Orientem porrecta, includitur ab uno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis: a tergo Asia & Phasi flumine. Multum in longitudinem & latitudinem patet*. Just. II. 2. 1. n. *quatuor millia stadiorum*, ut Herod. IV. 320. i. viginti quinque milliaria Germanica. Ejus sedes delineat & Noster VI. 2. 13. illamque describunt *Plinius, Mela, Strabo, Solinus, Diodorus, Marcellinus*.

7. *Haud procul Thracia sitam* esse Scytharum gentem docent ipsi VII. 8. 30.

8. *Ut quidam credidere*, credidit hoc *Strab.* XI. 115. dicit enim *continuos* esse *Scythas & Sarmatas*.

9. *Recta regione* i. perpetuo, & in longum porrecto tractu. Utitur hac phrasi Noster & VII. 10. 1. V. *Freinshemium*.

10. *Ultra Istrum* colunt Sarmatæ, Moschi seu Moschovitæ, Getæ, & germani Scythæ. V. *Raderum*.

11. *Jacentem* i. sitam. Flor. III. 5. 1. *Pontica gentes ad septemtrionem in mare finistrum jacent*.

12. *Coit* i. in unum continuatur cum illa Scythia, quæ ultra Istrum est. V. *Freinshemium*.

13. *Strin-*

Bactra sunt, stringit[13], quæ Septemtrioni proxima[14] sunt. Profundæ[15] inde[16] sylvæ[17], vastæ solitudines excipiunt. Rursus quæ ad Tanaim & Bactra spectant, humano cultu haud disparia sunt.
5 Primus cum hac gente non provisum[18] bellum Alexander gesturus, quum in conspectu ejus obequitaret hostis, adhuc æger ex vulnere, præcipue voce deficiens[19], quam & modicus cibus, & cervicis extenuabat[20] dolor, *amicos*[21] *in consilium advocari* jubet. Terrebat eum non hostis, sed iniquitas tem-
6 poris. Bactriani defecerant: Scythæ etiam lacessebant[22]: ipse non insistere in terra[23]; non equo vehi, non docere[24], non hortari suos poterat. An-
7 cipiti

13. *Stringit*, stoot daar aan. *Stringere ripas* dicuntur Tiberis *Virg. Aen.* VIII. 63. & Ismenon *Stat. Theb.* I. 39. quas prætereunt, & prætereundo lambunt, & quasi abradunt. Et *stringere latus currus* dicitur alter currus, quod prætereundo contingit. *Prop.* III. 9. 12.

14. *Septemtrioni proxima sunt* i. Bactra ex omnibus Asiæ partibus proxime accedunt ad septemtrionem V. *Freinshemium*.

15. *Profundæ* i. magnæ, altæ. Isidor. XIV. 9. *Profundum* abusive vel sursum, vel deorsum dicitur, ut Virg. Aen. I. 62.

Maria, ac terras, cœlumque profundum.

Tacit. Agric. XXV. 2. *Sylvarum, & montium profunda*.

16. *Inde* i. penitus, & remotius a Bactris. V. *Freinshemium*.

17. *Sylvæ*, quod docent & Scytharum legati VII. 8. 13. & 16.

18. *Non provisum* i. quod antea non providerat, nec statuerat, sicut contra Darium, Bessum, & in Græcia Illyricum, Thracium, Thebanum consilio suscepit. Sed cum Tanaim, seu Jaxartem urbem condere statuisset, & Scythæ obniterentur, coactus est ex *improviso* movere in Scythas. V. *Raderum*.

19. *Voce deficiens*, het manqueerde hem aen de sprake. Ita *n.* 20.

20. *Extenuabat* i. tenuem, exilem reddebat.

21. *Amicos*, Hephæstionem, Craterum, Erigyum, & corporis custodes *n.* 9.

22. *Lacessebant*, I. obequitando *n.* 5. II. probra in illum jaciendo: *nimirum non audere Alexandrum cum Scythis congredi aut, si faciat, experturum, quantum inter Scythas & barbaros Asiaticos interfit*. V. *Arrian.* IV. 246.

23. *Insistere in terra* i. terram pedibus tangere, *pedibus ingredi* n. 18.

24. *Docere* i. præcipere, quid in quoque casu faciundum esset. Quod non poterat commode fieri, si ipse non interesset agmini. Quandoque enim subitum con-

cipiti periculo implicitus [25], sed Deos quoque incusans querebatur, *se jacere segnem* [26], *cujus velocitatem nemo antea voluisset effugere. Vix suos credere non simu-*
8 *lari valetudinem.* Itaque qui post Darium victum ariolos [27] & vates consulere [28] desierat; rursus ad superstitionem, humanarum mentium ludibria [29], revolutus, *Aristandrum*, cui credulitatem suam addixerat [30], *explorare eventum rerum sacrificiis* jubet. Mos erat aruspicibus, exta [31] sine Rege [32] spectare [33]; &, quæ

consilium res poscebat, ut in illo Panico tumultu IV. 12. 16. V. *Freinshemium.*

25. *Periculo implicitus* i. conjectus in periculum. Nep. Paus. IV. 6. *Tantisque implicitum rebus sublevasset.*

26. *Segnem* i. fere immobilem. Ita *telluris jegne pondus* Virg. Aetn. *v.* 130. Ubi Scaliger: *Apte dixit segni pondere. Nam jegnis igne, sine, ut fecors, sine corde. Segnis ergo, ut, calor naturalis decessit. Ergo immobilis.*

27. *Ariolus* &, *qui divina mente vaticinatur.* Donat. Phorm. IV. 4. 27. *Aruspex* modo dicetur.

28. *Consulere* i. consilium rogare. *Consuli* dicebantur aruspices, & *consulti* respondere. Suet. Tiber. c. 63. *Aruspices secreto, ac sine testibus consuli vetuit.* Virg. Georg. III. 492.

Nec responsa potest consultus reddere vates,

Ubi *vatis* nomine aruspex procul dubio est intelligendus. V. *Brisson. Form. p.* 125.

29. *Ludibria*, *Superstitiosas ariolationes*, *& furibundas prædictiones* appellat *Cic. de Divin.* 1.

30. *Addixerat* i. adjudicaverat, & propriam quasi dederat. *Addicere* verbum erat prætoris. Unde Plaut. Pœn. v. 6. 24.

Quin egomet tibi me addico. quid prætore opus est?

cum rem alicui, ut ejus fieret, pro potestate attribuebat. Causam enim sic dicebat actor: *Ajo fundum Tusculanum, quem possides, meum esse ex jure Quiritium.* Et cum causa dicta erat, lis ei æstimabatur, ut victo. Solebatque, cum aliquid vindicaretur, prætor rem interrogare, an contra vindicaret, i. an aliqua instructus esset exceptione, qua injuste rem vindicari docere posset. Negante, vel tacente, rem, de qua causa dicta erat, actori vindicanti *addicebat* prætor. Plaut. Pœn. 4. 1. 58.

Ubi in jus venerit,
Addicet prætor familiam totam tibi.

V. *Ravard. Protribun. c.* 6.

31. *Exta* sunt *pecorum viscera*, Serv. Virg. Georg. 1. 484. *quæ maxime exstant*, *eminentque*, ut dicit Festus. Illa denarrat hisce Alex. Gen. v. 25. *In extis continentur cor, cerebrum, pulmo, stomachus, lien, hepar, sive jecur.*

32. *Sine Rege* i. Rege absente, cui absenti *exta nuntiare* dicebatur aruspex. Sueton. Jul. c. 77. *Aruspice tristia*, *& sine corde exta sacro quodam nuntiante.*

33. *Spe-*

quæ portenderentur, referre. Inter hæc Rex, dum 9
fibris [34] pecudum exploratur eventus latentium rerum, *propius ipsum considere amicos* jubet, *ne contentione vocis* [35] *cicatricem infirmam* [36] *adhuc rumperet.* Hephæstion, Craterus, & Erigyus erant cum custodibus in tabernaculum admissi. *Discrimen*, inquit, 10
me occupavit meliore hostium, quam meo [37] *tempore. Sed necessitas ante rationem* [38] *est: maxime in bello, quo raro permittitur tempora eligere. Defecere Bactriani, in* 11
quorum cervicibus stamus; & quantum in nobis animi sit, alieno Marte [39] *experiuntur. Haud dubie, si omiserimus* [40] *Scythas ultro arma inferentes, contempti ad illos, qui defecerunt, revertemur. Si vero Tanaim transierimus, &* 12
ubi jue invictos esse nos, Scytharum pernicie, ac sanguine [41] *osten derimus, quis dubitabit patere etiam Europam victoribus? Fallitur, qui terminos gloriæ nostræ metitur spatio,* 13
quod

33. *Spectare* i. inspicere. Senec. Thyest. IV. 1. 134.

At ille fibras tractat, & fata inspicit.

Credebant enim pravis erroribus imbuti, esse in extis aliquam vim, quæ declararet futura, ex eorumque habitu, colore, & notis pericula vel commoda significari, denuntiari, & ostendi. Illorum interpretes ex Etruria primum acciti *extispices*, & eorum divinationes *extispicia*, ab *extis inspiciendis* nominabantur. V. *Brisson. Form. p.* 19.

34. *Fibris* i. jecorum extremitatibus. Serv. Georg. 1. 120. *Fibras propie dicunt rei cujusque extremitates, sicut Cicero in Gabinium: fibræ cincinnorum mademes. Et in Tusculanis: non solum ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras evellere. Unde & jocineris extremæ partes fibræ a nonnullis adpellantur.* V. & *Alex. Gen.* v. 25. *Isidor.* XI. 1.

35. *Contentione vocis*, met hart te roepen. Cic. pro Ligar. *Quantum potero, voce contendam, ut hoc populus Romanus exaudiat.*

36. *Infirmam* i. quæ nondum satis coaluit.

37. *Meliore hostium, quam meo*, quia illis favet, mihi iniquum est. V. *Raderum.*

38. *Ante rationem*, Græcismus est, πρὸ τοῦ λόγου, potior ratione. Salust. Bell. Catil. c. 53. *Gloria belli ante Romanos fuisse.* Tacit. Ann. XIII. 54. 5. *Nullos mortalium armis, aut fide ante Germanos esse.* Liv. XXIX. 23. *Ante omnes barbaros effusi in Venerem* i. magis, quam omnes barbari. V. *Loccenium*, ejusque *Indicem.*

39. *Alieno Marte* i. bello mihi cum Scythis gerendo.

40. *Si omiserimus*, indien wy met vreden laten.

41. *Sanguine* i. cæde, exitio. Cic.

quod transituri ſumus. Unus amnis interfluit, quem ſi
14 *trajicimus, in Europam arma proferimus* 42. *Et quanti*
æſtimandum eſt, dum alium 43 *ſubigimus, in alio quo-*
dammodo orbe 44 *tropæa ſtatuere* 45: *& quæ tam longe in-*
tervallo natura videtur diremiſſe, una victoria ſubito com-
15 *mittere* 46? *At Hercule, ſi paululum ceſſaverimus, in ter-*
gis noſtris Scythæ hærebunt. An ſoli ſumus, qui flumina
transnare poſſumus? Multa in nosmetipſos recident, qui-
16 *bus adhuc vicimus. Fortuna belli artem victos quoque do-*
cet 47. *Utribus amnem trajiciendi exemplum fecimus* 48
nuper: hoc, ut 49 *Scythæ imitari neſciant, Bactriani doce-*
bunt

Cic. pro Ligar. *Scio vos non petere ſanguinem.*

42. *Proferimus* i. promovemus, *wy ſetten voort.* Tacit. Ann. XIV. 29. 1. *Quin ultra bellum proferret, morte prohibitus eſt.*

43. *Alium* n. orbem i. Aſiam.

44. *In alio orbe* i. Europa.

45. *Tropæa ſtatuere* i. vincere, & victoriæ ſigna conlocare. Quo in loco enim hoſtes eſſent ſuperati, *tropæa* i. victoriæ ablatę ſigna figere mos erat. *Tropæum* nihil aliud fuit, quam ſtipes quernus, abſciſſis penitus ramis infirmioribus, & firmis modice detruncatis, ut aſſerculi transverſi hinc inde exſtantes crucis formam referrent. Virg. Aen. XI. 5-11.

Ingentem quercum deciſis undique ramis
Conſtituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias, &c.

Unde *trunca tropæa* dicit Juven. X. 133.

Bellorum exuviæ, truncis affixa tropæis
Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens.

Primi hoſtibus domitis victoriam exprobraverunt *Domitius Aenobarbus*, & *Fabius Maximus*. Flor. III. 2. 6. *Utriusque victoriæ quod, quantumque gaudium fuerit, vel hinc exiſtimari poteſt, quod & Domitius Aenobarbus, & Fabius Maximus, ipſis, quibus dimicaverant in locis, ſaxeas erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus tropæa fixere: quum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquam enim populus Romanus hoſtibus domitis victoriam ſuam exprobravit.* V. & *Serv. Aen.* X. 775. *Non.* I. 271. *Iſid.* XVIII. 2. An Macedones *tropæa* ſtatuere ſint ſoliti, disquirit *Freinshem.* III. 12. 27.

46. *Committere* i. Aſiam Europæ conjungere. Flor. II. 2. 2. *Ut quatenus nec mole jungi, nec pontibus poſſet, armis, belloque jungenda, & ad continentem ſuum revocanda bello videretur.*

47. *Belli artem victos docet.* Tacit. Hiſt. V. 12. 2. *A Pompejo expugnatus metus atque uſus pleraque monſtravere.*

48. *Exemplum fecimus*, dat hebben wy opgebragt.

49. *Ut*

bunt 50. *Præterea unus gentis hujus adhuc exercitus ve-* 17
nit, cæteri exſpectantur. Ita bellum vitando alemus 51;
& quod inferre poſſemus, accipere cogemur. Manife-
ſta 52 *eſt conſilii mei ratio. Sed an permiſſuri ſint Mace-* 18
dones animo uti meo 53, *dubito: quia ex quo hoc vulnus*
accepi, non equo vectus ſum, non pedibus ingreſſus. Sed 19
ſi me ſequi vultis, valeo, amici. Satis virium eſt ad to-
leranda iſta. Aut ſi jam adeſt vitæ meæ finis, in quo tandem
opere melius exſtinguar. Hæc quaſi 54 adhuc voce ſub- 20
deficiens 55 vix proximis exaudientibus dixerat, quum omnes a tam præcipiti conſilio Regem deterrere cœperunt. Erigyus maxime: qui haud ſane 21
auctoritate proficiens 56 apud obſtinatum animum, ſuperſtitionem, cujus potens non erat Rex, incutere tentavit; dicendo *Deos quoque obſtare conſilio; magnumque periculum, ſi flumen tranſiſſet, oſtendi.* In- 22
tranti Erigyo tabernaculum Regis Ariſtander occur-

49. *Ut* i. quamvis. Cic. Attic. XII. 22. *Nam quid de me dicam, cui ut omnia contingant, quæ volo, levari non poſſum.* Noſter VII. 8. 21.

50. *Docebunt*, quia adfuerunt, quum Oxum trajiceremus. V. *Raderum.*

51. *Vitando alemur.* Tacit. Ann. III. 41. 5. *Tiberius aluit dubitatione bellum.* Sic & Liv. XXXI. 15. judicio Attalus Rhodiique *gaudentes, utcunque compoſita cum Philippo pace bellum aluere.* V. *Freinshemium.*

52. *Manifeſta* i. tam clara, ut manibus tangi quaſi poſſet. Plaut. Moſt. III. 1. 8. *Manifeſta res eſt.*

53. *Uti animo meo*, na mijnen ſin te doen. *Herodis filii ingenio uſum eſſe Odenatum, quicquid concubinarum regalium, quicquid divitiarum, gemmarumque ceperat, illi tradendo* dicit *Trebellius Pollio Tyrann. c.* 17.

54. *Subdeficienti* i. aliquo modo *deficiens, deficere* incipiens. Ita *ſubrefectum* dicit Auguſtum, cui graviter jacenti ſupervenit Tiberius, & quem, cum morbus iſte Auguſto letalis fuerit, *refectum* dicere non potuit Paterc. II. 123. 3. *Subrefectus primo conſpectu, alloquioque cariſſimi ſibi ſpiritus.... Subinfluentes aquas* Senec. N. Q. III. 30. *Undique erunt cauſæ diluvio, cum aliæ aquæ ſubinfluant terras, aliæ circumfluant. Subexhibere.* Arnob. adverſus gentes VI. p. m. 195. *Præſentiam vobis quandam his numinum ſubexhiberi ſimulacris.*

55. *Quaſſa voce* met een gebroken ſtem.

56. *Haud ſane auctoritate proficiens* i. quamvis ſumma eſſet auctoritate, dignitate, & exſtimatione, tamen apud Alexandrum nihil proficiebat, vel auctoritate,

currerat, *tristia* 57 *exta fuisse* significans. Hæc ex
23 vate comperta Erigyus nuntiabat. Quo inhibito 58, Alexander, non ira solum, sed etiam pudore confusus, quod superstitio, quam celaverat 59, detegebatur; *Aristandrum vocari* jubet. Qui ut venit, intuens eum; *Non Rex*, inquit, *sed privatus sum. Sacrificium ut faceres, mandavi. Quid eo portenderetur, cur apud alium, quam apud me professus es? Erigyus arcana mea & secreta te prodente cognovit. Quem certum*
25 *me hercule habeo* 60 *extorum interprete uti metu suo* 61. *Tibi autem, quam potest* 62, *denuntio, ipse mihi indices, quid ex extis cognoveris, ne possis inficiari dixisse, quæ di-*
26 *xeris.* Ille exsanguis, adtonitoque similis stabat, per metum etiam voce suppressa 63: tandemque eodem

te, vel ætate, vel existimatione, quod Rex omnino dimicare cum Scythis cuperet. V. *Raderum.*

57. *Tristia* exta habebantur, si *cor* deesset, vel *jecur* sine capite inveniretur. Paulus: *Pestifera auspicia dicebantur esse, cum cor in extis, aut caput in jecinore non fuit.* Si *jecur* quoque lividum esset, aut vitiosum, vel si in coquendo distabesceret, aut sanies purulenta effluereret, caputve fibrarum pustulas haberet, piaculare esse, & magna facere infortunia, constans opinio fuit. Plenas, integras, & graphice expressas *tristium extorum* descriptiones exhibent Lucan. 1. 619-633. Senec. Oedip. 11. 2. 64-81. Dicebantur etiam *minacia.* Unde *fibras minaces* dixit Virg. Georg. 1. 484. *venas minaces* Lucan. 1. 622. *Minari* vero dicebant exta, quæ malum aliquod impendere imminereque significabant. Cic. Divin. 1. *Ut primis minentur extis. Triste* quoque *minax* interdum significare, Nonius Marcellus notat 1Y. 455. V. *Alex. Gen.* v. 25. *Brisson. de Form.* 1. 22.

58. *Inhibito* i. silere jusso.

59. *Celaverat*, quia illum timoris arguebat.

60. *Certum habeo* i. certo scio. Tacit. Orat. xxxii. 12. *Qui si forte hoc audirent, certum habeo dicturos* &c. Noster vii. 11. 12.

61. *Interprete uti metu suo* i. interpretari, & explicare, uti metus illi dictaverit. Ita *malum rerum interpretem metum* dixit Claudian. Bell. Get. *v.* 262.

Sed malus interpres rerum metus, omne trahebat
Augurium pejore via.

Noster 1v. 10. 10.

62. *Quam potest* i. quantum potest. Plaut. Men. v. 9. 4.

Tua est imago, tam similis est, quam potest.

Catul. xvii. 20.

Tantundem omnia sentiens, quam si nulla sit usquam.

63. *Per metum voce suppressa.* Ita & Tacit. Ann. iii. 67. 2. *Orandi nescius, proprio in metu, qui*

eodem metu stimulante 64, ne Regis exspectationem moraretur 65; *Magni*, inquit, *laboris, non inriti, discrimen instare prædixi. Nec mea ars* 66, *quam benevolen-* 27
tia 67, *me perturbat* 68. *Infirmitatem valetudinis tuæ video, & quantum in te uno sit, scio. Vereor, ne præsenti fortunæ tuæ sufficere possis.* Rex jussum *considere felici-* 28
tati suæ remisit 69. *Sibi & alia ad gloriam concedere Deos.* Consultanti deinde cum iisdem 70, *quonam* 29
modo flumen transirent? supervenit 71 Aristander, *non alias lætiora* 72 *exta vidisse se* adfirmans: *utique prioribus longe diversa. Tum solicitudinis causas* 73 *apparuisse* 74; *nunc prorsus egregie* 75 *litatum esse* 76. Cæterum, quę 30
sub-

qui exercitam quoque eloquentiam debilitat. Vocem supprimere dicit etiam Celsus.

64. *Stimulante*, ne se reum ostenderet, si nihil omnino responderet. V. *Raderum.*

65. *Exspectationem moraretur.* Cupiebat enim scire, quæ monstra in extis apparuissent. Haud procul vero abludunt illa Tacit. Ann. iii. 67. 3. *Ac sæpe etiam consitendum erat, ne frustra quæsivisset.* V. *Raderum* & *Freinshemium.*

66. *Ars mea* i. exta, tristia quælibet indicantia ex *arte mea.*

67. *Benevolentia* i. studium tuæ salutis.

68. *Perturbat*; Ellipsis est comparativi *magis*, frequens Plaut. Rud. iv. 4. 70. Terent. Eun. prol. *v.* 1. Tacit. Ann. i. 58. 2. alios. V. *Lipsi. Epist. Quæst.* v. 23. & in *Tacit. Hist.* iii. 8. 1. *Vechner. Hellen.* 1. 2. 5. *Voss. Gramm.* vii. 61. & ipsis Sctis. V. *Schott. Observ. Human.* v. 34.

69. *Remisit* ad sacrificium iterandum.

70. *Iisdem* n. amicis. *n.* 9.

71. *Supervenit* ab iterato sacrificio reversus.

72. *Lætiora* exta dicebantur, quæ splendida, bene colorata, integra, plena, solida, & absque ulla labe, macula, & vitio erant: ut si in jecore extremum, quod fibra dicitur, ita locaretur, ut ab ima fibra jecinora intrinsecus replicata essent, aut si geminum jecur foret, aut cum jecinoris caput duplex, vel geminum esset. Dicebantur etiam *bona.* Cic. de Divin. ii. *Aut tanta inter eos dissensio, sæpe etiam inter proximos, ut Apollinis exta bona sint, Dianæ non bona & felicia.* Tibul. 11. 1. 13.

Eventura precor, viden ut fe-
licibus extis
Significet placidos nuntia fi-
bra Deos?

V. *Alex. Gen.* v. 25. *Brisson. de Form.* 1. 22.

73. *Solicitudinis causas* n. morbum, hostium insultantium audaciam, amicorum Regis, & suam ipsius curam. V. *Raderum.*

74. *Apparuisse* n. in extis. V. *Freinshemium.*

75. *Egregie.* Ita Liv. ix 14. *Auspicia secunda esse? Tarentini, pulla-*

subinde 77 nuntiata sunt Regi, continuæ felicitati rerum ejus imposuerant labem 78. Menedemum, ut supra dictum est, miserat ad obsidendum Spitamenem Bactrianæ defectionis auctorem. Qui comperto hostis adventu, ne muris urbis includeretur; simul

pullarius nuntiat. *Litatum præterea est egregie.* VIII. 9. *Alioqui acceptam Diis hostiam esse: Manlium egregie litasse.*

76. *Litatum esse* dicebant, cum bona exta nuntiata Deos placatos, & propitiatos significabant, promittebantque iis propitiis bene, & feliciter eventurum, quod adgrediebantur, seu in animo habebant, qui sacrificaverant. *Litare* enim Macrob. Sat. III. 5. explicat *sacrificio facto placare numen.* Unde & *litationem propitiationis* dicit in somn. Scip. I. 8. Non. v. 12. *inter sacrificare, & litare hoc interest: sacrificare est veniam petere: litare est propitiate & votum impetrare. Virg. Aen.* IV. 50.

Tu modo posce Deos veniam, sacrisque litatis.

i. impetratis. Plaut. Pœn. II. 42

Tumme Jupiter
Faciat, ut semper sacrificem, & nunquam litem.

Antiqui *lutare* dicebant, quod frequentativa forma ἀπὸ τοῦ *luere* factum. Sic *optumus, maxumus, lunter*, quæ postea per iota scripta sunt. *Litare* est solvere. Non. II. 482. *Lutavi pro lui. Varro* Ἑκατόμβη ἢ περὶ θυσιῶν. *Habes qui, & cujus rei causa fecerim hecatomben: in quo ego, ut puto, quoniam est luere, solvere, lutavi.* Homines enim tanquam debitores censentur natura Diis vel lege, vel ex voto proprio, quos propterea quasi omnium bonorum datores, ac creditores suis sacrificiis placant, ac propitiant. Hinc *ceremoniarum debita confitere* Arnobio. Quoniam autem, quod in solutum datur a debitore, ut solutio sit, in acceptum ferri debet a creditore, ita nulla *lutatio* est, sive *litatio* i. sacrorum solutio, nisi Diis grata, & accepta habeant, quæ ab hominibus offeruntur. Catul. XXXVI. 16.

Acceptum face, redditumque votum.

Litant igitur homines Diis, ut debitores creditoribus solvunt. *Litantur* hostiæ, & sacrificia Diis, ut debitum solvitur creditoribus. *Litari* i. placari Dii dicuntur, ut creditores liberari dicuntur. Nam creditorem liberare in jure dicitur, qui se liberat a creditore, eumque placat. V. *Brisson. de Form.* I. 28. *Salmas. Exerc. Plin.* f. II. *Turneb.* XVIII. 20. *Stuck. de Sacrif. f.* 152. *Camer. Hor. Subs.* I. 58. *Lomejer. de Lustrat. c.* 14.

77. *Subinde* i. deinde. Liv. VIII. 27. *Aliud subinde bellum cum alterius oræ Græcis exortum.* V. *Freinshemii Indicem.*

78. *Labem* i. ignominiam, dedecus. Cic. pro Cœl. *Ne prorum castis, labes integris, infamia bonis inferatur.* Festus: *Labes, macula in vestimento dicitur, & deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos.* Quo alludit forte Cic.

simul fretus excipi 79 posse; qua venturum sciebat, consedit occultus. Sylvestre iter 80 aptum insidiis 32
tegendis erat: ibi Dahas condidit. Equi binos armatos vehunt, quorum invicem singuli repente desiliunt: equestris pugnę ordinem turbant. Equo- 33
rum velocitati par est hominum pernicitas 81. Hos Spitamenes saltum circumire jussos pariter & a lateribus, & a fronte, & a tergo hosti ostendit. Me- 34
nedemus undique inclusus, ne numero quidem par, diu tamen restitit, clamitans, *nihil aliud superesse locorum fraude deceptis, quam honestæ mortis solatium ex hostium cæde.* Ipsum prævalens equus vehebat, quo 35
sæpius in cuneos barbarorum effusis 82 habenis evectus, magna strage eos fuderat. Sed quum unum 36
omnes peterent, multis vulneribus exsanguis Hypsidem quendam ex amicis hortatus est, *ut in equum suum adscenderet, & se fuga eriperet.* Hæc ajentem anima defecit 83, corpusque ex equo defluxit in terram. Hypsides poterat quidem effugere; 37
sed amisso amico mori statuit. Una erat cura, ne inultus occideret. Itaque subditis calcaribus equo in medios hostes se immisit, & memorabili edita pugna obrutus est telis. Quod ubi videre, qui cædi 38
supererant; tumulum paulo quam cætera editiorem capiunt; quos Spitamenes fame in deditionem subacturus

Cic. LL. II. *Animi labes nec diuturnitate evanescere, nec ullis manibus elui potest.*

79. *Excipi* i. capi, intercipi. V. VIII. I. 16.

80. *Sylvestre iter aptum insidiis.* Veget. III. 22. *Multi cum ab hoste discedunt, si per sylvas ituri sunt, præmittunt, qui angusta, vel abrupta occupent loca, ne ibidem patiantur insidias.*

81. *Pernicitas.* Serv. Aen. IV. 180. *Convertit rerum epitheta; nam pernix pedum est, ut* XI. 718. *celeritas pennarum, ut* III. 243. Idem XI. 718. *Pernix modo velox, modo perseverans, quia nitè interdum laboris est, interdum incessus. Inde perniti, & pernix.* Liv. IX. 16. *Præcipua pedum pernicitas erat.*

82. *Effusis* i. immissis. Liv. XXXVII. 20. *Effusissimis habenis stationem hostium invadit.*

83. *Hæc ajentem anima defecit* i. cum hęc diceret, mortuus est. Nepoti anima reliquit Eum. IV. 2. *Non prius distracti sunt, quam alterum anima relinqueret.* Noster *ultimus spiritus defice-*

39 acturus obsedit. Cecidere eo prælio peditum duo millia, trecenti equites [84]. Quam cladem Alexander solerti consilio texit [85], morte denuntiata [86] iis, qui ex prælio venerant, si acta vulgasſent.

ret infr. IX. 5. 12.

84. *Defluxit*, is gesoncken. Liv. II. 20. *Moribundus Romanus labentibus super corpus armis, ad terram defluxit.*

85. Peditum *duo millia, trecenti equites. Omnes interfectos esse, ut equites quadraginta tantum, pedites trecenti evaserint*, narrat *Arrian.* IV. 251.

86. *Texit*, ne miles perculsus imperium detrectaret.

87. *Morte denuntiata*, hy dreygde met de dood.

CAP. VIII.

ARGUMENTUM.

Noctem vigilando & consultando sine arbitris consumit, bellum in Scythas pronuntiat, & Scytharum legatos pacem petentes audit Alexander.

1 Cæterum quum animo disparem vultum [1] diutius ferre non posſet, in tabernaculum super ripam fluminis de industria locatum [2] secessit.
2 Ibi sine arbitris singula [3] animi consulta pensando, noctem vigiliis extraxit, sæpe pellibus [4] tabernaculi adlevatis, ut conspiceret hostium ignes, e quibus conjectare poterat, quanta hominum multitudo esſet.

Disparem vultum animo, quod spem & alacritatem *vultu* præ se tulerit, & ingentes interim curas *animo* volveret, tum propter Menedemi cædem, tum propter Scythas sibi insultantes. V. *Raderum*.

2. *Locatum* i. positum, constitutum. Cic. Attic. VI. 1. *Civitatem in Catonis, & in ipsius Bruti fide locatam*, &c. Noſter VIII. 11. 24.

3. *Singula* I. Scythas imminentes. II. Spitamenem crescentem. III. Militem suum adhuc arma Scythica horrentem. V. *Raderum*.

4. *Pellibus*, ex quibus tabernacula faciebant. Factitatum id ipsum a Græcis, ut de Alexandro

esset. Jam lux adparebat, quum thoracem [5] indutus 3
procedit ad milites, tum primum post vulnus proxime acceptum. Tanta erat apud eos veneratio Re- 4
gis; ut facile periculi, quod horrebat [6], cogitationem præsentia ejus excuteret. Læti ergo, & ma- 5
nantibus præ gaudio [7] lacrymis, consalutant eum; & quod ante recusaverant bellum, feroces [8] depo- 6
scunt. Ille *se ratibus equitem, phalangemque transportaturum esse* pronuntiat; *super utres* jubet *nare levius armatos*. Plura nec dici Rex desideravit [9]; nec Rex 7
dicere per valetudinem potuit. Cæterum tanta ala- 8
critate militum rates junctæ [10] sunt, ut in triduum ad duodecim millia effectæ sint. Jamque ad transeundum omnia aptaverant; quum legati Scytharum [11] viginti, more gentis per castra equis vecti [12], *nuntiari* jubent *Regi, velle ipsos ad eum mandata perferre*.

Addro Macedone hoc loco docet *Curtius*, & aliquoties tradit *Arrianus*. Ab illis vero Romani, ut pleraque alia, sunt mutuati. V. *Demster. A. R.* V. 31. *Lipsius Mil. Rom.* V. 5.

5. *Thoracem* nunc induit Alexander ad spem militis intendendam, si videret Regem jam laboribus bellicis parem esse. Non enim nisi rogatu amicorum corporis munimenta alioqui sumere solebat. IV. 13. 25. V. *Freinshemium*.

6. *Horrebant*, daar sy voor schrickten. Cic. Fam. VII. 3. *In oratione ita crudeles, ut ipsam victoriam horrerem*. Noſter IX. 2. 33.

7. *Præ gaudio lacrymis*. Paterc. II. 104. 5. *At vero militum conspectu ejus elicitæ gaudio lacrymæ, alacritasque, & salutationis nova quædam exsultatio, & contingendi manum cupiditas*. Senec. Epist. 99. *Tunc oculi velut in gaudio relaxantur*.

8. *Feroces* i. audaces, fortes. Liv. III. 47. *Non alium virum esse, cujus strenue, ac fortiter facta in bello plura memorari possunt*. Noſter VII. 9. 18. IX. 4. 12.

9. *Desideravit* i. exegit. Cic. Attic. V. 16. *Dum hæc, quæ longiorem desiderant orationem, summatim tibi perscriberem*.

10. *Junctæ* i. factæ, *t'samen gestagen*. Tac. Ann. XIII. 7. 2. *Simul pontes per amnem Euphratem jungi*.

11. *Scytharum* legatos hos, ipsosque *Scythas*, & gentem, Germanos Orientem spectantes fuisse scribit Aventin. I. 32. *Adfuerunt*, inquit, & *Germanorum orientalium (quos Sarmatas, & Scythas scriptores rerum, nos Venedos, ipsi se Sclavos vocant) oratores*. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*.

12. *Per castra equis vectos* quod addit, non temere est factum.

9 Admissi in tabernaculum, jussique *considere*, in vultu Regis defixerant oculos [13]; credo, quia magnitudine corporis animum æstimantibus modicus haud
10 quaquam famæ par videbatur. Scythis autem non, ut cæteris barbaris [14], rudis & inconditus sensus est: quidam eorum sapientiam [15] capere dicuntur, quan-
11 tamcunque gens capit semper armata. Si, quę loquutos esse apud Regem memoriæ proditum est, abhorrent forsitan moribus nostris, & tempora, & ingenia cultiora sortitis [16]; sed ut possit oratio eorum [17] sperni, tamen fides nostra non debet, qui utcumque
12 tradita [18] incorrupta perferemus. Igitur unum ex his

ctum. Romanis enim moribus hoc non permittebatur, ut docet exemplum Tigranis apud Plutarchum in Pompejo. V. *Freinshemium.*

13. *Defigebant oculos* i. defixis & immobilibus oculis intuebantur, *ἦν ἀτενοόμενοι.* Virg. Aen. I. 499.

Obtutuque hæret defixus in uno.

Proprie *defigere* est in terram demittere. Virg. Georg. II. 290.

Altius, ac penitus terræ defigitur arbos.

Noster VII. II. 13. & 15. IX. 3. 2.

14. *Cæteris Barbaris.* De qua re insigne testimonium Herodot. IV. 46. quem credo respicit Noster: *Pontus Euxinus nationes exhibet omnium imperitissimas, Scythica duntaxat excepta.* V. *Freinshemium.*

15. *Sapientiam.* Ita Anacharsidis Scythæ *sapientiam* laudant Phædr. III. I. 52.

Si Phryx Æsopus potuit, Anacharsis Scytha
Æternam famam condere ingenio suo.

Strab. VII. 554. *Ephorus Anacharsidem sapientem cum appellat, ex hoc genere esse dicit, unumque e septem sapientibus censendum cum moderatione, & prudentia perfecta, & intellectu.*

16. *Sortitus* i. quibus talia ingenia veluti *sortito* obtigerunt, Prop. III. 2. 17.

Diversæque novem sortitæ jura puellæ.

Translatum est de hæreditatibus, quas qui *sorte* consequebantur, *consortes* dicebantur X. 7. 2 vel de *sortibus*, quas inter se judices ducebant, de quibus *Bud. Comm. L. G. f.* 10. Noster VIII. I. 35.

17. *Oratio* Scytharum apud Græcos in proverbium cessit, ut rudis, inculta, & nihil præ se ferens humanitatis. Ad id respexit Curtius. Originem hujus referunt, quod Scythæ Dario Persarum Regi postulanti, ut sibi, parerent, nihil aliud responderint, quam χλάειν i. ploraret: ut etiam nos plorare jubeamus, quos contemnimus. V. *Popmam*, ex illo *Freinshemium* & *Erasm. Adag. f.* 71. §. 18.

18. *Utcumque tradita.* Sic de se

his maximum natu ita loquutum accepimus: *Si Dii habitum corporis tui aviditati animi parem esse voluissent; orbis te non caperet: altera manu Orientem, altera Occidentem contingeres* [19]. *Et hoc adsequutus scire velles, ubi tanti Numinis* [20] *fulgor conderetur. Sic quoque* [21] *concu-* 13
piscis, quæ non capis. Ab Europa petis Asiam; ex Asia transis in Europam: deinde si humanum genus omne superaveris, cum sylvis, & nivibus, & fluminibus, ferisque bestiis gesturus es bellum. Quid tu ignoras; arbores ma- 14
gnas diu crescere; una hora exstirpari [22]*? Stultus est, qui fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Vide ne dum ad cacumen pervenire contendis; cum ipsis ramis, quos comprehenderis, decidas. Leo quoque aliquando mini-* 15
marum avium [23] *pabulum fuit: & ferrum rubigo* [24] *consumit.*

se Tacit. Ann. XV. 53. 5. *Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit.*

19. *Altera manu Orientem* &c. *Respicit forte orator* fabulam, quam de Typhone Tartari & Terræ filio tradit *Apollod. Biblioth.* I. p. 16. hisce verbis: *Sed & ejusdem manuum altera ad Hesperium usque, & altera ad Orientem pertinebant.*

20. *Numinis tanti* i. Solis, quo vicario verbo Curtii mentem explicavit Aventinus. Solem enim a Scythis cultum vel ex *Herod.* I. 128. satis constat. Et, nisi fallor, his verborum involucris Oceanum designant, quem & ipsum studiosa cura lustrare mox cepit Alexander. Ibi enim condi Solem veteres crediderunt. Ut autem Oceano Gaditano occasum Solis, ita Indico ortum tribuerunt, qui uterque locus est, ubi *tanti numinis fulgor* ipsorum opinione condebatur. Hic sensus inest illis Alexandri: *Pervenimus ad Solis ortum Oceanum, nisi obstat ignavia.* Id autem Scythis absurdum, vanumque videbatur; fortassis & impium. Nam & *Flor.* II. 17. 12. ait D. Brutum *cadentem in maria Solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sacrilegii metu, & horrore deprehendisse.* V. *Freinshemium.*

21. *Sic quoque* i. etsi corpore modicus. V. *Freinshemii Indicem.*

22. *Exstirpari* i. radicitus evelli, ut VII. 5. 34.

23. *Minimarum avium*, etiam culicum, a quibus consumuntur, vel cœcantur in Mesopotamia hoc modo, ut narrat Marcellin. XVIII. 137. *Inter harundineta vagantur innumeri leones, clementia hyemis ibi mollissime semper innocui. At ubi Solis radiis exarserit tempus, in regionibus æstu ambustis, vapore sideris, & magnitudine culicum agitantur, quorum examinibus per eas terras referta sunt omnia. Et quoniam oculos quasi humida, & lucentia*

sumit. Nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam
16 *ab invalido*[25]. *Quid nobis tecum est? nunquam terram*
tuam adtigimus. Qui sis, unde venias, licetne ignorare
in vastis sylvis viventibus? Nec servire ulli possumus; nec
17 *imperare desideramus. Dona*[26] *nobis data sunt, ne Scy-*
tharum gentem ignores, jugum boum aratorum[27], *& sa-*
gitta, & patera. His utimur & cum amicis, & adver-
18 *sus inimicos. Fruges amicis damus boum. Labore quæsitas:*
Patera, cum his vinum Diis libamus: Inimicos[28] *sagit-*
ta

membra eædem appetunt volucres, palpebrarum libramentis mordicum insidentes, iidem leones cruciati diutius, aut fluminibus mersi sorbentur, ad quæ remedii causa confugiunt, aut amissis oculis, quos unguibus crebro lacerantes effodiunt, immanius efferascunt. Quod ex Agatharcide apud Photium ad hunc locum observat *Lindenbrogius.*

24. *Rubigo* vitium est, quod situ contrahunt metalla, & quo consumuntur, ut, præter Curtium, docent Ovid. de Pont. 1. 1. 17.

Roditur ut scabra positum rubigine ferrum.

& Prop. 11. 19. 28.

Sed tamen obscura teritur rubigine mucro
Ferreus.

V. & *Plin.* XXXIV. 14. *Proprie rubigo est (ut Varro dicit) vitium obscœnæ libidinis, quod ulcus vocatur: id autem abundantia, & superfluitate humoris solet nasci, quæ Græce σαπυρίασις dicitur.* Serv. Georg. 1. 151.

25. *Ab invalido.* Plin. VIII. 29. *Nec minus clara exitii documenta sunt etiam ex contemnendis animalibus. M. Varro auctor est, a cuniculis fossum in Hispania oppidum, a talpis in Thessalia, ab ranis civitatem in Gallia palsam, ab locustis in Africa, ex Gyaro Cycladum insula incolas a muribus fugatos.* Adde *Justin.* XV. 2. 1.

26. *Donorum* horum originem aperit Herodotus Melpomene, ubi refert olim cœlo in Scythiam demissa, puto, ut ancile Romanorum: *Scythæ gentem suam omnium novissimam esse ajunt, idque hoc modo exstitisse. Virum quemdam in hac terra cum deserta esset, primum fuisse, nomine Targitaum. Targitai vero parentes dicunt Jovem, & Borysthenis filiam (quod quidem mihi non sit verosimile) ejusque tres liberos fuisse, Lipoxain, Arpoxain, & novissime Colaxain. His regnantibus demissa cœlitus in Scythicam regionem ex auro facta, aratrum, jugum, securim, phialam.* Hanc historiam, vel verius fabulam hic tangit Curtius. V. *Loccenium*, ejusque *Indicem* & *Paschal. Legat. c. 5.*

27. *Boum aratorum* Ita *taurus arator* Ovid. Fast. 1. 698.

Cedebat taurus arator equo.

& *boves aratores* Tibul 1. 11. 23. ut *Præcid. c. 5.* ejus carmen ex Lipsii codice legit *Douza*:

Duxit aratores sub juga curva boves.

28. *Ini-*

ta eminus; hasta cominus petimus. Sic Syriæ Regem[29], *& postea Persarum, Medorumque*[30] *superavimus; pa-*
tuitque nobis iter usque in Aegyptum[31]. *At tu, qui te* 19
gloriaris ad latrones persequendos venire, omnium gentium,
quas adisti, latro es[32]. *Lydiam cepisti: Syriam occupa-*
sti: Persidem tenes: Bactrianos habes in potestate: In-
dos

28. *Inimici* diversi sunt ab hostibus VII. 10. 8. Hostes enim dicuntur apud Jctos, qui nobis, vel quibus nos publice bellum indicimus, cæteri prædones & latrones. *Inimicitia* proprie inter privatos, & cives, qui dicuntur *inimici*. Sed hæc nomina a scriptoribus sæpe confunduntur, & alterum pro altero etiam a Cicerone & aliis usurpantur & permutantur. Litigatores enim etiam *hostes*, & hostes *inimici* dicuntur. Sogdiani juvenes testantur VII. 10. 8. se privatim singulos nunquam fuisse Alexandro inimicos, hostes tum demum, cum ab illo bello publico essent lacessiti: neque priores lacessisse se, sed provocatos pugnasse. V. *Raderum* VII. 10. 8. & ex illo in indice *Freinshemium.*

29. *Syriæ Regem.* Idam Tyrsus Scytharum Rex sibi, & successoribus suis per mille. & quingentos annos vectigalem Asiam fecisse traditur. V. *Justin.* II. 3. 17. Scythæque persequentes gentem Cimmeriam, ingressi Asiam abrogarunt imperio Medos, qui ante ipsorum adventum Asiam obtinuerunt, ut *Herodotus lib.* 1. & 7. refert. V. *Pompam.*

30. *Persarum, Medorumque. Cyrum* enim, *exercitu Persarum profligato, & concisо, in acie captum cruci affixit Scytharum regina*, ut narrat *Diodor.* II. 44. ut vero *Justin.* 1. 8. 13. tradit, *ducenta millia Persarum cum ipso Rege trucidavit, & caput Cyri amputatum, in utrem humano sanguine repletum conjici jussit, cum hac exprobratione crudelitatis: satia te sanguine, quem sitisti, cujusque insatiabilis semper fuisti. Darium* quoque Histaspis filium *turpi ab Scythia submoverunt fuga, & illo fugiente octoginta hominum millia in Europa relicta interfecerunt.* Justin. 11. 3. 2. VII. 3. 1. Ctesias Persic. p. m. 739.

31. *In Aegyptum.* Justin. II, 3-13. *Primus Scythis bellum indixit Vexoris Rex Aegyptius, missis primo lenonibus, qui hostibus parendi legem dicerent. Sed Scythæ legatis respondent, non exspectaturos Scythas, dum ad se veniatur, cum tanto sibi plura in hoste concupiscenda sint; ultroque prædæ ituros obviam. Nec dicta res morata: quos cum tanta celeritate venire Rex addidicisset, in fugam vertitur, exercituque cum omni apparatu belli relicto, in regnum se recepit.* Eadem hæc narrat, & anno ante urbem conditam 480. accidisse tradit *Oros.* 1. 14.

32. *Latrones.* Hoc ut de omnibus gentibus ab Alexandro subactis dici forte forte non conveniat, ita posse de plerisque, pro comperto habeo. Idem *Lucani*

dos 33 *petisti: jam etiam ad pecora nostra avaras, & in-*
stabiles 34 *manus porrigis* 35. *Quid tibi divitiis opus est,*
quæ te esurire cogunt 36? *Primus omnium satietate parasti*
famem; ut quo plura haberes, acrius, quæ non habes,
cuperes 37. *Non succurrit tibi, quamdiu circum Bactra* 38
hæreas?

sensus fuit x. 20. cui *terrarum felix prædo* vocatur: idem *Senecæ de Benef.* I. 13. & *Epist.* 94. Pari autem audacia respondit Alexandro, quisquis fuit, pirata: ex quo cum quæsivisset, *quo scelere impulsus mare haberet infestum? eodem, inquit, quo tu orbem terræ.* Cicer. de Rep. III. *Sed quia id ego exiguo navigio facio, latro vocor: quia tu magna classe, Imperator*, ut addit: *eleganterque & veraciter Alexandro responsum* esse dicit *August. de Civ. Dei* IV. 4. V. *Freinshemium.*

33. *Indiæ* nomen per exaggerationem propinquis regionibus tribui crediderim, ut & VII. II. 8. ubi iterum *Indiam* jam tum accessam narrat. Sic enim Sogdianorum terram *Indiæ* nomine intellexisse *Aelian. de anim.* XVI. 3. notavimus VII. 6. 16. §. 35. Curtius sane *Indiæ* proprie sic dictæ nondum meminit, quasi Alexander eam fuerit ingressus: sed quæ de frigore tolerato jactat, aperte referenda sunt ad iter per Parapamisadas, de quo VII. 3. 6. V. *Freinshemium.* Quam late *Indiæ* patuerit nomen, & qui olim populi *Indorum* venerint nomine, per satyram docet *Cuper. Observ.* IV. 7.

34. *Instabiles manus* notant Alexandri morem passim in quosvis incurrendi, & in explebilem vagamque rapacitatem, qua nullo fine contentus, loco nullo constans, ex aliis alia subinde invadebat. Atque huc respiciunt eorundem II. 13. *Ab Europa petis Asiam; ex Asia transis in Europam.* V. *Freinshemium.*

35. *Manus porrigis* i. rapis. *ghy staat de handen daar aan.* Nep. Dion. VII. 2. Neque, *quo manus porrigeret, suppetebat. Tendere manus* Senec. Epist. 119. *Ad proxima quæque tendatur manus: ipsa mihi commendabit, quodcumque comprehendero.*

36. *Esurire te cogunt divitiæ.* Hanc Scytharum γνώμην illustrat Senec. de Clement. I. 1. *Facit quidem avidos nimia felicitas, nec tam temperatæ cupiditates sunt unquam, ut in eo, quod contingit, desinant: gradus a magnis ad majora fit: & spes improbissimas complectuntur insperata assequuti.* Nec minus in præfatione Livius: *Quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. Nuper divitiæ avaritiam, & abundantes voluptates desiderium per luxum atque libidinem pereundi, perdendique omnia invexere.*

37. *Acrius, quæ non habes, cuperes.* Senec. Epist. 119. *Nunquam parum, quod satis est: nunquam multum est, quod satis non est. Post Darium & Indos pauper est Alexander Macedo: quærit, quod suum faciat, scrutatur maria ignota, in Oceanum classes mittit novas, &, ut ita dicam, mundi claustra perrumpit. Quod naturæ satis est, homini non est. Inven-*

hæreas? dum illos subigis, Sogdiani rebellare cœperunt.
Bellum tibi ex victoria nascitur. Nam ut major, fortiorque sis quam quisquam; tamen alienigenam 39 *dominum*
pati nemo vult. Transi modo Tanaim: scies, quam late 22
pateant, nunquam tamen consequeris 40 *Scythas. Paupertas*
nostra velocior 41 *erit, quam exercitus tuus; qui prædam*
tot nationum vehit 42. *Rursus quum procul abesse nos cre-* 23
des, videbis in tuis castris. Eadem velocitate & sequimur & 24
fugimus. Scytharum solitudines 43 *Græcis etiam proverbiis audio eludi. At nos deserta & humano cultu vacua,*
magis quam urbes, & opulentos agros 44 *sequimur. Pro-*
inde fortunam tuam pressis 45 *manibus tene* 46. *Lubrica*
est,

Inventus est, qui concupisceret aliquid post omnia.

38. *Bactriani & Sogdiani* subacti iterum, atque iterum defecerunt. VII. 6. 13: 7. 11.

39. *Alienigenam.* Tacit. Ann. II. 1. 2. *Parthi petitum, acceptumque Regem, quamvis gentis Arsacidarum, ut externum aspernabantur.*

40. *Consequeris* i. fugientes assequeris.

41. *Velocior* nullis onusta sarcinis, nullis impedimentis retardata. V. *Raderum.*

42. *Prædam vehit* i. spoliis onustus, & impeditus est. V. *Raderum.*

43. *Scytharum solitudo* Græcorum est proverbium, inde natum, quod *Scythæ* in vastis sylvis viventes, nullis certis sedibus utantur, sed per deserta, & humano cultu vacua loca vagi in plaustris ferantur. Aristophanes Acharn. II. 6.

Ἐξολέσθαι συμπλακέντα τῇ Σκυθῶν ἐρημίᾳ.

Impeditum deperire Scythicæ solitudini.

Usurpant & Plutarchus de Stoicis contrarietatibus, & Curtius. V. *Popmam & Erasm. Adag. f.* 663.

44. *Urbes & agros* olim coluisse, & vesci pane solitos, sed victos a Thracibus mores immutasse, omnibusque diris se devovisse, ubi vel ædes exædificassent, vel aratro terram proscidissent, aut urbes condidissent, aut opes, agrumve possedissent. Plostra igitur sibi comparasse, ferinam in cibum adhibuisse, lac potasse: jumentis duntaxat illis solis usus, quibus veherentur, & quæ terras terris commutantes sequerentur, docet Arrianus apud *Eustathium ad Periegetem p.* 91. V. *Freinshemium.*

45. *Pressis* i. tenacibus, hærentibus, compressis. *Lentas* dicit Petron. c. 26. *Me quoque ad idem spectaculum lenta manu traxit.*

46. *Tenere* dicimur rem fugacem, quam quasi manu prehendimus, & retrahimus. Suet. Jul. c. 59. *Prolapsus etiam in egressu navis, verso ad melius omine, Teneo te, inquit, Africa.* Et sane aptissime accommodatur fortunæ, cujus ita vaga, incerta, at-

est, nec invita teneri potest. Salubre consilium sequens, quam præsens tempus ostendet melius. Impone felicitati tuæ
25 *frenos* 47, *facilius illam reges. Nostri sine pedibus* 48 *dicunt esse Fortunam, quæ manus & pennas* 49 *tantum habet; quum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non*
26 *sinit. Denique si Deus es, tribuere mortalibus beneficia* 50 *debes; non sua eripere: sin autem homo es; id quod es, semper esse te cogita* 51. *Stultum est eorum* 52 *meminisse,*
27 *propter quæ tui obliviscaris. Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris uti. Nam & firmissima est inter pares* 53 *ami-*

que instabilis ratio est, ut a nemine teneri possit, nisi a solo sapiente. Senec. Epist. 101. *Nihil sibi quisquam de futuro debet promittere: id quoque, quod tenetur, per manus exit.* V. *Popm. Conj. Varron. p.* 165.

47. *Frenos.* Respexit forte Curtius ad Pythagoræ, quod circumfertur, dictum: *Nec equos sine freno, nec fortunam absque prudentia gubernari posse.* V. *Loccenium.*

48. *Sine pedibus* fortunam exsculpsisse quosdam docet quoque *Alex. Gen.* I. 13. Picta vero est *sine pedibus*, quod consistere nequeat, & volucrem ejus levitatem doceri debeamus. Senec. Epist. 42. *Meministi, cum quendam adfirmares esse in tua potestate, dixisse me, volaticum esse ac levem, & te non pedem ejus tenere, sed pennam. Mentitus sum: pluma tenebatur, quam remisit, & fugit.* V. *Loccenium.*

49. *Pennatam* esse fortunam docet & Horat. Od. III. 29. 53.

Si celeres quatit
Pennas, resigno, quæ dedit.

50. *Beneficia tribuere debes*; hoc enim est maxime divinum. Unde *Deus dictus est, quia omnia commoda hominibus dat.* Festus. Et *Pythagoras dicebat, hæc duo divinitus hominibus data esse longe pulcherrima: veritatem amplecti, & aliis benefacere: & addebat; utrumque cum Deorum immortalium operibus comparari posse.* V. *Aelian. V. H.* XII. 59.

51. *Cogitabat* se hominem esse Alexandri pater Philippus: *quare puero delegavit hoc officium, qui ei quotidie mane hoc in memoriam revocaret, quod esset homo. Neque ipse prodibat antea, sicut fertur, neque quisquam, qui eum convenire vellet, prius ad eum introibat, quam singulis diebus puer hoc ter ei proclamasset, dicens: Philippe, homo es.* V. Aelian. V. H. VIII. 15.

52. *Eorum* i. urbium captarum, populorum subactorum, exercituum cæsorum, &c.

53. *Amicitia inter pares.* Ita Pompejum moneri jubet Cæsar B. C. III. 10. 7. *Hoc unum esse tempus de pace agendi, dum sibi uterque consideret, & pares ambo viderentur.* Et hoc est fedus alterum de tribus, quibus inter se paciscuntur amicitias civitates regesque apud Liv. XXXIV. 57. *Cum pares bello æquo fœdere in pacem, atque amicitiam veniunt.*

54. *Vi-*

amicitia; & videntur pares 54, *qui non fecerunt inter se periculum virium* 55. *Quos viceris, amicos tibi esse* 28
cave credas 56. *Inter dominum, & servum nulla amicitia est* 57; *etiam in pace, belli tamen jura servantur* 58. *Jurando gratiam Scythas sancire ne credideris. Colendo* 59 29
fidem, jurant. Græcorum 60 *ista cautio* 61 *est, qui acta con-*

54. *Videntur pares, qui* &c. Liv. XXXIV. 57. *Tertium est genus fœderum, quum, qui hostes nunquam fuerunt, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coeunt. Eos neque dicere, neque accipere leges; id enim victoris & victi esse. Ex eo genere quum Antiochus esset, mirari se, quod Romani æquum censeant, ei leges dicere; quas Asiæ urbium liberas & immunes, quas stipendiarias esse velint; quas intrare præsidia regia, Regemque vetent. Cum Philippo enim hostile pacem, non cum Antiocho amico societatis fœdus ita sanciendum esse.*

55. *Fecerunt periculum virium* i. tentaverunt, experti sunt, quid possent. Terent. Eun. III. 2. 23. *Fac periculum in literis.* Andr. III. 3. 33. *Nisi periculum feceris*, besoecken. Ubi Donatus: *Periculum, tentamentum.* Noster IV. 9. 12.

56. *Quos viceris, amicos esse cave credas.* Tacit. Hist. II. 7. 1. *Victores, victosque nunquam solida fide coalescere.* Agric. XXXII. 3. *Diutius tamen hostes, quam servos fide, & affectu teneri putatis?*

57. *Inter dominum, & servum nulla amicitia est.* Plinius Panegyrico: *Etenim in principum domo nomen tantum amicitiæ, inane scilicet, irrisumque manebat. Nam quæ poterat esse inter eos amicitia, quorum sibi alii domini, alii servi videbantur.* Ipse Alexander: *non est diuturna possessio, in quam armis inducimur.* infr. VIII. 8. 11. V. *Raderum.*

58. *In pace jura belli servantur.* Victi enim victoribus parere coguntur, servi domino, subjecti magistratibus. Nam quæ leges & conditiones victis belli tempore latæ, datæque sunt, deinceps perpetrato bello observantur, ut se victos agnoscant, tributa, & vectigalia, & census pendant. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

59. *Colendo* V. VIII. 2. 32.

60. *Græcorum* tantum mentionem facit ex persona Scythæ Curtius, quod illa natio tum maxime innotescebat Scythis: cumque ea in præsentia res erat. Cæterum aliis gentibus, ipsisque Romanis idem fuisse moris, non ignorabat Curtius. V. *Freinshemium.*

61. *Cautio* i. cura, solicitudo. *Cavere* speciatim de Jctis dici solet, quum iis consuluntur, a quibus consuluntur. Hinc Plaut. Epid. II. 2. 108.

Hic poterit cavere recte, jura
qui & leges tenet.

Cic. LL. I. *Non enim id quæris, quemadmodum caveamus in jure, aut quid de quacumque consultatione statuamus.* Ludit hujus vocis ambiguitate Ovid. Art. I. 83.

Ille

consignant 62, *& Deos invocant. Nos religionem in ipsa fide novimus* 63. *Qui non reverentur homines, fallunt Deos. Nec tibi amico opus est, de cujus benevolentia du-*
30 *bites* 64. *Caterum nos & Asiæ, & Europæ custodes habebis. Bactra, nisi dividat Tanais, contingimus: ultra Tanaim usque ad Thraciam colimus; Thraciæ Macedoniam conjunctam esse fama est. Utrique imperio* 65 *tuo finitimos, hostes an amicos velis esse considera.* Hæc Barbarus.

CAP.

Illo sæpe loco capitur consultus amore,
Quique aliis cavit, non cavet ipse sibi.

Cic. Fam. VII. 6. *Tu qui cæteris cavere didicisti, in Britannia ne ab ejsedariis decipiaris, caveto.* Et voce *cautionis* VII. 18. *Itaque quando vestræ cautiones infirmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei.* V. *Voss. Lex.*

62. *Consignant.* Cum maxima pars mortalium fluxam fidem gerat, hæc a Priscis inventa ratio est, ut impressis *signis* pacta, conventaque servarentur. De qua re insignis locus exstat apud Senec. Ben. III. 15. *Utinam nulla stipulatio emptorem, venditoremque obligaret, nec pacta conventaque impressis signis custodirentur: fides potius illa servaret, & æquum coleus animus. Sed necessaria optimis prætulerunt, & cogere fidem, quam spectare malunt. Adhibentur ab utraque parte testes. Ille per tabulas plurium nomina interpositis parariis facit. Ille non est interrogatione contentus, nisi rem manu sua tenuit. O turpem humano generi fraudis, ac nequitiæ publicæ confessionem! Annulis nostris plus, quam animis creditur. In quid isti viri ornati adhibiti sunt? in quid imprimunt signa? Nempe ne ille neget accepisse, quod accepit.* V. *Kirchm. Annul. c. 5.*

63. *Religionem in ipsa fide novimus* i. Fides nobis, ut Dea, religiose colitur. Ridiculum ergo putamus, advocatis per jusjurandum Diis, *religionis* metu nos adstringere, si ii sumus, ut *Fidei* numen posimus contemnere. V. *Freinshemium.*

64. *Dubitat* is, qui ab amico jusjurandum, tabulas, & syngraphas exigit. V. *Raderum.*

65. *Utrique imperio*, n. Orientis & Occidentis. Duplex enim imperium tribui Alexandro docet Parmenionis in illum Epigramma:

Τύμβον Ἀλεξάνδροιο Μακηδόνος ἦν τις ἀείδῃ,
Ἠπείρους κίνε σῆμα λέγ' ἀμφοτέρους.

Quisquis aves tumulum Pellæo ponere Regi:
Europam atque Asiam ponito pro tumulo.

docet & *prodigium*, *quod in ipso ortu apparuit. Duæ aquilæ tota die præpetes supra culmen domus patris ejus sederunt, omen duplicis imperii, Europæ Asiæque præferentes.* Justin. XII. 16. 5. Unde *Asiæ Europæque* Rex dicitur VII. 4. 29. IX. 6. 21. V. *Freinshemium & Rader. Prolus. c. 12.*

Suorum

CAP. IX.

ARGUMENTUM.

Scytharum legatis paucis respondet, eosque dimittit, Tanaim trajicit, Scythas fundit, & cum fusis clementer agit; Sacas sese dedentes in fidem recipit; Spitamenem persequitur, & suorum Menedemo duce a Spitamene cæsorum ossa tumulo contegi jubet Alexander.

CONtra Rex *fortuna sua, & consiliis suorum* 1 *se usurum esse* respondit. *Nam & fortunam* 2, *cui confidat, & consilium suadentium* 3, *ne quid temere, & audacter faciat, sequuturum.* Dimissisque legatis, in præparatas naves exercitum imposuit. In proris 4 clypeatos 5 locaverat; jussos in genua 6 subsidere, quo tutiores essent adversus ictus sagittarum. Post hos, qui tormenta intenderent, stabant; & ab utroque latere, & a fronte 7 circumdati armatis. Reliqui, qui post tormenta constiterant, remigem lorica 8 indutum scutorum testudine armati protege-

1 2 3

Suorum i. Macedonum. V. *Rutg. V. L. III. 4.*

2. *Fortunam*, ut audacter faciat.

3. *Consilium*, ne quid temere faciat.

4. *Proris* i. prioribus navium partibus recta hostibus obversis. *Proras* appellat improprie, ut n. 4. *puppes*, quia illic nonnisi *rates* nominat: *prora* vera & *puppis* nonnisi in navibus, quas a ratibus distinximus IV. 2. 18. §. 82. V. *Raderum.*

5. *Clypeatos* i. *clypeis* armatos, qui omnem a tergo turbam *clypeis* protegerent. V. *Raderum.*

6. *In genua*, quod alioqui clypei non totum corpus defenderent, si starent, & tormenta pone collocata, & in hostem intendenda impedirentur. V. *Raderum.*

7. *A fronte* quomodo? ut tela nullum ex armatis circumstantibus læderent? intervalla relinquebant armati, per quæ tela exibant. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

8. *Lorica* corporis erat *tegmen, ex crudo corio factum, tanquam de*

gebant[9]. Idem ordo in illis quoque ratibus, quæ equitem vehebant, servatus est. Major pars a puppe nantes equos loris trahebat. At illos, quos utres stramento repleti vehebant[10], objectæ rates tuebantur. Ipse Rex cum delectis primus ratem solvit[11], & *in ripam dirigi* jussit. Cui Scythæ admotos ordines equitum in primo ripæ margine[12] opponunt, ut ne adplicari quidem terræ rates possent. Cæterum, præter hanc speciem ripis præsidentis exercitus, ingens navigantes terror invaserat: namque cursum gubernatores, quum obliquo[13] flumine impellerentur, regere non poterant; vacillantesque[14] milites, &, ne excuterentur, soliciti, nautarum rum ministeria turbaverunt. Ne tela quidem conati nixu vibrare poterant; quum prior standi sine periculo, quam hostem incessendi cura esset. Tormenta[15] saluti fuerunt: quibus in confertos[16] ac temere se offerentes, haud frustra excussa sunt tela. Barbari quoque ingentem vim sagittarum infudere[17] ratibus. Vixque ullum fuit scutum, quod non pluribus simul spiculis perforaretur. Jamque terræ rates adplicabantur, quum acies clypeata consurgit, & hastas certo ictu, utpote libero nixu, mittit e ratibus. Et ut territos, recipientesque equos videre; alacres mutua adhortatione in terram desiliere. Turbatis acriter pedem inferre[18] cœperunt. Equitum deinde turmæ, quæ frenatos habebant equos, perfregere barbarorum aciem. Interim cæteri agmine dimicantium tecti aptaverunt se pugnæ. Ipse Rex, quod vigoris, ægro adhuc corpore, decrat, animi firmitate supplebat. Vox adhortantis non poterat audiri, nondum bene obducta cicatrice cervicis; sed dimicantem cuncti videbant. Itaque ipsi quidem ducum fungebantur officio; aliusque alium adhortati, in hostem salutis immemores ruere cœperunt. Tum vero non arma, non clamorem hostium barbari tolerare potuerunt: omnesque effusis habenis (namque equestris acies[19] erat) capessunt fugam. Quos Rex, quamvis vexatio-

de loro, quo majores in bello uti consueverant. Serv. Aen. XI. 679.

Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Pugnatori operit.

Sil. VIII. 595.

Pectora pellis obit cæsæ e venatibus ursi.

Pectora dicitur Varr. L. L. IV. 24. *De corio crudo pectoralia faciebant*, deinde ferreas lamellas squamatim consertas addiderunt Isid. XVIII. 13. *Squama est lorica ex laminis æreis, vel ferreis concatenata in modum squamarum piscis.* Tertull. de Pall. c. 4. *Pectus squamarum signaculis dissultum* i. squamarum ferreæ loricæ notis impressis signatum, *textu pellucido tegendo nudavit* Alexander: *Postea*, ut Varr. L. L. IV. 24. *succiderunt Galli e ferro sub id vocabulum ex annulis ferream tunicam*, aut hamis commissam. Sidon. Paneg. I. 342.

Nec futilis illi
Circulus impactis loricam texuit hamis.

V. *Lipsi. Mil. Rom.* III. 6. *Villiom. contr. Titium* II. 24. 26. *Jun. Nomend. c.* 72.

9. *Protegebant* n. ante remiges collocati.

10. *Quos utres vehebant* i. qui natabant. *Nare super utres* dixit VII. 8. 6. V. &. VII. 5. 18. §. 18.

11. *Ratem solvit*, steeckt af. funem enim in portu religantur naves, qui e portu in altum provehi vult, *solvere* debet. Prop. IV. 1. 55.

Namque Aulide solvit
Ille bene hærentes ad pia saxa rates.

12. *Margine* i. extremitate. Isidor. XIV. 8. *Margo est pars cujuslibet loci, ut puta maris.* Noster IX. 4. 3.

13. *Oblique* trajectus fiebat, quum rates a ripa, quam Alexander tenebat, sensim in alteram partem *obliquarentur*. V. *Radere rum.*

14. *Vacillantes* i. in utramque partem sese moventes. Cic. Bruto: *Curio in utramque partem toto corpore vacillans.* Quintil. Instit. Orat. XI. 3. *Est & illa indecora in dextrum ac lævum vacillatio alternis pedibus insistentium*, qui *vacillantes ex vino* dicit 16. VIII. 3. Inde *literulæ vacillantes* sunt præ valetudine incertæ, *ongelijcke letteren.* Cic. Attic. XVI. 15. *Accepi epistolam tuam vacillantibus literulis.*

15. *Tormenta*, quia illis repulere Scythas a ripæ margine. Arrian. IV. 246. *Alexander tormentis tela, signo dato, in Scythas ad ripam obequitantes excuti jubet. Ac nonnulli quidem Scythæ telorum jactu vulnerati sunt: unus scutum, & thoracem trajectus, ex equo procidit. At barbari longinquo telorum jactu, & strenui illius viri cæde perterriti, paruper a ripa retrocesserunt.*

16. *Confertos* i. densos, *daar veel by malkander staan.* Justin. VIII. 1. 13. *Inter confertissimos dimicans cecidit.*

17. *Infudere* i. jecere, misere.

18. *Pedem inferre*, op haar aansetten.

19. *Equestris acies.* Lucian. Dialog. mort. 12. *Scythas homines certe non spernendos, Tanaim*

xationem invalidi corporis pati non poterat, per octo-
14 ginta tamen stadia [20] insequi perseveravit. Jamque linquente animo suis præcepit, *ut donec lucis aliquid supereſſet, fugientium tergis inhærerent:* ipse exhaustis [21] etiam animi viribus, in castra se recepit, re-
15 liquum substitit. Transierant jam Liberi patris terminos [22]; quorum monumenta lapides [23] erant crebris intervallis dispositi, arboresque proceræ, qua-
16 rum stipites hedera [24] contexerat. Sed Macedonas ira longius provexit: quippe media fere nocte in castra redierunt, multis [25] interfectis, pluribus captis, equosque mille & octingentos abegere. Cecidere-

naim transiens magna equitum pugna vici.

20. *Octoginta stadia* efficiunt milliaria nostratia duo & semis. Plutarch. Alex. f. 253. numerat *centum stadia* i. milliaria tria cum dimidio quadrante: de fort. Alex. II. 21. *centum quinquaginta* i. milliaria quatuor prope cum triente. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

21. *Animi viribus exhaustis.* Arrian. IV. 248. *Quumque fugientes Scythas in summo æstu acerrime insequerentur, universus exercitus magna sitii laboravit. Ipse etiam Alexander aqua, qualem ea regio fert, vitiosa nimirum, epota, vehementi profluvio alvi correptus est, quæ res Macedonibus ab insequendis hostibus remora fuit. Omnes alioqui, meo judicio, ea in fuga interiissent, nisi Alexander corpore male affecto fuisset. Ipse in summum vitæ discrimen adductus, retro in castra relatus est.*

22. *Liberi patris terminos,* non illos in India, notos & fama insignes, quos infra IX. 4. 21. necdum transierat; sed alios, quibus expeditionem in Scythas signaverat: quorum si alibi est mentio, mihi jam non succurrit. V. *Freinshemium.*

23. *Lapides* fuisse tradit Curtius, quos *columnas* fuisse dicunt Sidonius Antipater, & Dionysius Periegetes. Strab. III. 310. *Alexander Indicæ militiæ fines posuit, in iis videlicet locis aras, per quos in Orientem pervenit, ad Indorum extremos. Herculem ac Liberum patrem imitatus. Ipse quidem mos exstitit.* &c.

24. *Hedera* est herba perpetuo virens, quæ quum per se stare non possit, arboribus & muris adhæret. In tutela Liberi patris putabatur esse, quia, ut ille semper est juvenis, ita hæc semper viret. Ideo Baccho sacra, quia contra ebrietatem facere putant: vel quia Cissus puer fuisse in ejus comitatu dicitur, qui cum saltaret cum satyro, humi lethaliter afflictus, ab eo est in *hederam* conformatus, quæ & κισσὸς Græce vocatur. V. *Paschal. de Coron.* I. 16. *Voss. de Idol.* V. 48. *Voet. in Herod. Marc. p.* 74.

25. Multis, *circiter mille*, &

ciderunt autem Macedonum equites sexaginta, pe-
dites centum fere, mille saucii fuerunt. Hæc ex- 17
peditio deficientem magna ex parte Asiam fama tam opportunæ victoriæ domuit. Invictos Scythas esse crediderant; *quibus fractis nullam gentem Macedonum armis parem fore confitebantur.* Itaque Sacæ misere legatos, qui pollicerentur *gentem mandata facturam.* Moverat eos Regis non virtus magis, quam clemen- 18
tia in devictos Scythas: quippe captivos omnes sine pretio remiserat; ut fidem faceret sibi cum ferocissimis gentium de fortitudine, non de ira fuisse certamen. Benigne igitur exceptis Sacarum legatis, 19
comitem Excipinum dedit, admodum juvenem [26] ætatis flore conciliatum sibi; qui cum specie corporis æquaret Hephæstionem, lepore [27] haud sane illi par erat. Ipse, *Cratero cum majore parte exercitus mo-* 20
dicis itineribus sequi jusso, ad Maracanda urbem pervenit; ex qua Spitamenes cognito ejus adventu Bactra perfugerat. Itaque quatriduo Rex longum iti- 21
neris spatium emensus, pervenerat in eum locum, in quo Menedemo duce, duo millia peditum, & trecentos equites amiserat. Horum ossa tumulo con- 22
tegi jussit, & inferias [28] more patrio dedit. Jam Craterus cum phalange subsequi jussus, ad Regem pervenerat. Itaque ut omnes, qui defecerant, pariter belli clade premerentur, copias dividit; *utrique agros, & interfici* [29] *puberes* jussit.

CAP.

in iis uno ex ducibus Satrace. Arrian. IV. 248.

26. *Admodum juvenem* i. omnino, plane. Just. XXXV. 1. 8. *Ab Antiocho, puero admodum, bello vinciur.* Noster. VII. 2. 12.

27. *Lepore* i. gratia, suavitate sermonis. Nepos Attic. IV. 1. *Ut appareret, in eo nativum quendam leporem esse.*

28. *Inferiæ* erant *sacrificia, quæ Diis manibus inferebant.* Festus & Serv. Aen. X. 519. Constabant vero victimis & liquoribus, quorum præciputi erant *aqua, vinum, lac, sanguis & unguentum.* V. *Kirchm. de Fun.* IV. 2. *Guther. de jur. Man.* I. 11. *Turneb.* IV. 22. *Jun. in Tertull. de spect.* XII. 4.

29. *Interfectorum* numerum fuisse magnum docet Diodor. XVII. sect. 2. n. 23. *Alexander Sogdianos perduelles armis subigit, & plures, quam 120000. capitali supplicio mulctat.*

CAP. X.

ARGUMENTUM.

Sogdianam regionem, quam describit Auctor, occupat, triginta juvenes damnatos vita donat, Bessum Ecbatana pœnas capite persoluturum duci jubet, novum supplementum accipit, Ochum & Oxum amnes superat, ad urbem Marginiam sex oppida ponit Alexander.

1 SOgdiana regio majori ex parte deserta est: octingenta fere stadia[1] in latitudinem vastę soli-
2 tudines[2] tenent. Ingens spatium rectæ regionis est, per quam amnis, *Polytimetum*[3] vocant incolę[4], fertur[5] torrens. Eum ripæ in tenuem alveum cogunt; deinde caverna accipit, & sub ter-
3 ram rapit. Cursus absconditi indicium est aquæ meantis sonus[6]; quum ipsum solum, sub quo tantus
4 amnis fluit, ne modico quidem resudet humore. Ex captivis Sogdianorum ad Regem triginta nobilissimi, corporum vobore eximio perducti erant[7]; qui, ut

Octingenta stadia 1. viginti quinque milliaria Germanica.

2. *Vastæ solitudines.* Arrian. IV. 252. *Ubi aqua fluminis* Polytimeti *e conspectu evanescit, omnis ulterior regio deserta est.* Plin. VI. 16. *Difficilis aditu propter arenosas solitudines.*

3. *Polytimetum.* Arrian. IV. 252. *Totam eam regionem, quam Polytimetus amnis irrigans transit, percurrit.*

4. *Incolæ Macedones*, ut docet *Strab.* XI. sex enim oppida Alexander circa hæc loca condidisse dicitur *n.* 15. quorum incolæ plerique fuerunt Græci, & Græca voce amnem hunc nominarunt. Quo nomine ante Alexandri tempora venerit, incertum est. V. *Raderum & Freinshemium.*

5. *Fertur* 1. *fluit, meat* n. 3. *labitur* III. 4. 18. Cicer. Orator. *Ferri magno cursu, & sonitu.* Lucret. I. 291.

Quam cum mollis aquæ fertur natura repente
Flumine abundanti.

Noster VIII. 13. 9.

6. *Sonum* ruentis audis, si autem terræ admoveas, quum interim nihil humoris in solo appareat, V. *Raderum.*

7. *Perducti erant*, quod docet etiam Diodor. XVII. sect. 2. n. 22. *Ut primores Sogdianorum jam ad capitale supplicium abducti præter exspectationem servati fuerint.*

8. *Tripudiis* 1. saltationibus. Cic. pro Sest. *Illum tot jam in funeribus Reipublicæ exultantem, ac tripudiantem.* Quid *tripudium* proprie sit, docet Cic. de Divin. II. *Quia, cum pulli pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pavire, terripavium primo, post terripudium dictum est: hoc quidem jam tripudium dicitur. Cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiant.*

9. *Oppetere mortem* dicitur proprie de his, qui strenue, & fortiter pro patria, aut parentibus occumbunt. Cic. Tusc. I. *Sed profecto mors tum æquissimo animo oppetitur, quum suis se laudibus vita occidens consolari potest.* Becman. Orig. in Pituita. *Oppeto est contra peto: quod importat τὸ* OB. *Et ubique de adverso, qualis mors, invenitur. Ita oppetere mortem ait Cicero. Quæ vis verbi diligentius enucleanda, quam a Servio factum. Oppetebat Hector* i. *petebat, aut subibat mortem: quia vir fortis, & quia pro patria. Sed* OB i. *contra petebat: quia mors est contra naturam, & formidabilis.*

10. *A tanto Rege.* Quæsita hæc multis gloria, ita ut hoc unum esset solatio. Virg. X. 829.

Hoc tamen infelix miseram solabere mortem,
Aeneæ magni dextra cadis.

Claudian. Honor. Consul. IV. 116.

Profuit hoc vincente capi, multosque subactos.
Prospera laturæ commendavere catenæ.

Contra magnum erat dedecus vinci & cadere sub hoste ignobili, aut ignavo. Cujus rei elegans

ut per interpretem cognoverunt, *jussu Regis ipsos ad supplicium trahi*, carmen lætantium more canere, tripudiisque[8] & lasciviori corporis motu gaudium quoddam animi ostentare cœperunt. Admiratus Rex 5
tanta magnitudine animi oppetere mortem[9] *revocari eos* jussit; *causam tam effusæ lætitiæ, quum supplicium ante oculos haberent*, requirens. Illi *si ab alio occide-* 6
rentur, tristes morituros fuisse respondent; *nunc a tanto Rege*[10], *victore omnium gentium, majoribus suis redditos, honestam mortem, quam fortes viri voto quoque expeterent, carminibus sui moris, lætitiaque celebrare.* Tum 7
Rex, *Quæro itaque*, inquit, *an vivere velitis, non inimici mihi, cujus beneficio victuri estis?* Illi *nunquam se* 8
inimicos ei; sed bello lacessitos, hostes fuisse respondent. *Si quis ipsos beneficio, quam injuria experiri maluisset; certaturos*

9 *taturos fuisse* [11], *ne vincerentur officio.* Interroganti-
que, *quo pignore fidem obligaturi essent? vitam, quam ac-
ciperent, pignori futuram esse* dixerunt; *reddituros, quan-
doque* [12] *repetisset.* Nec promissum fefellerunt. Nam
qui remissi domos ierant, in fide [13] continuere po-
pulares: quatuor inter custodes corporis retenti,
10 nulli Macedonum in Regem caritate cesserunt. In
Sogdianis Peucolao [14] cum tribus millibus peditum
(neque enim majori præsidio indigebat) relicto;
11 Bactra pervenit. Inde *Bassum Ecbatana duci* jussit,
interfecto Dario pœnas capite persoluturum. Iisdem fere
diebus Ptolomæus & Menidas peditum tria millia, &
12 equites mille adduxerunt mercede militaturos. A-
lexander [15] quoque ex Lycia cum pari numero pe-
ditum, & quingentis equitibus venit. Totidem e
Syria Asclepiodorum [16] sequebantur. Antipater [17]
Græcorum octo millia, in queis quingenti equites
13 erat, miserat. Itaque exercitu aucto, ad ea, quę
defectione turbata erant, componenda processit; in-
terfectisque consternationis auctoribus, quarto die
ad flumen Oxum perventum est. Hic, quia limum
14 vehit, turbidus semper & insalubris est potu. Ita-
que puteos miles cœperat fodere. Nec tamen humo

exstat Phædri fabella I. 21. V. *Lacerdam in Virgilium.*

11. *Ceriaturos* i. annisuros. Cic. Fam. VII. 16. *Certemus officiis inter nos.*

12. *Quandoque* i. quandocunque. Senec. Suas. 6. *Si ad desiderium populi respicis Cicero, quandoque perieris, parum vixisti.* Liv. I. 31. *Ut quandoque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per novem dies agerentur.* Noster x. 6. 21. Jctorum exempla in Lexico collegit *Brissonius.*

13. *In fide* i. obsequio. Flor. I. 21. 1. *Postremi Italicorum in fide mansere Volsinii*, si modo proba lectio.

14. *Peucolaus* hic regioni postea nomen fecit. Arrian. IV. 291. *Ibi diviso exercitu Hephæstionem ac Perdiccam in Peucelaotidem regionem mittit.* Et *Astes Peucelaotidis regionis præses.*

15. *Alexander* cognominis fuit Regi, & fortasse idem, de quo VIII. II. 10. V. *Raderum* & *Blanck. in Arrian. p.* 254.

16. *Asclepiodorus* hic an idem sit illi, qui cum Hermolao adversus Alexandrum conjuravit VIII. 6. 9. haud scio. V. *Raderum.*

17. *Antipater* fuit nobilissimus ille Macedoniæ prætor, qui, absente Alexandro, regnum Græciæ administravit. V. *Raderum.*

18. *Fons* hic fuit pinguis liquoris, non gustu quicquam ab oleo differentis, ut docent *Plutarchus*, *Arrianus*, *Strabo*, *Athenæus.*

19. *Notaverant*, waren gewaar geworden. Infr. VII. II. 18.

20. Ochus *per Nysæam fluit, quidam Ochum in Oxum dicunt emittere. Aristobulus ostendit Ochum maximum esse omnium fluminum, quæ ipse in Asia viderit, præter Indica. Dicit enim eum navigabilem esse, & multas Indiæ merces in Hyrcanum mare per eum devehi. Hinc in Albaniam trajici, ac per Cyrum ad sequentia loca deferri in Euxinum, quanquam Ochus ab antiquis scriptoribus non multum nominatur.* V. *Strab.* XI. 118. 132.

21. Margiana *regio inclyta, cœli ac soli commodis, adeo ut in toto illo latifundio vitibus sola gaudeat. Ad faciem theatralem montibus clauditur, ambitu stadiorum mille quingentorum: inaccessa pene ob incommodum arenosæ solitudinis: qua per centum, & viginti millia passuum undique versum circumfusa est. Regionis hujus amœnitatem Alexander Magnus usque adeo miratus est, ut ibi primum Alexandriam conderet, quum mox a barbaris excisam Antiochus Seleuci filius reformavit, & de nuncupatione domus suæ dixit Seleuciam: cujus urbis circuitus diffunditur in stadia septuaginta.* V. *Solin. c.* 51. *Campus desertis ambitur, quapropter Antiochus Soter muro, admiratus loci naturam, circumdedit, cujus ambitus mille, & quingentum erat stadiorum, atque urbem Antiochiam condidit. Ea etiam vites optimas fert, quapropter tradunt sæpe vitis truncum inveniri, quantum duo viri complecti queant, racemum duorum cubitorum.* V. Strab. XI. 129.

22. *Sex oppidis.* Ast *octo* Strab. XI. 131. *duodecim in Bactrianis & Sogdianis condidisse Alexandrum* Justin. XII. 5. 13. tradunt.

mo alte egesta existebat humor; quum in ipso tabernaculo Regis conspectus est fons [18], quem, qui tarde notaverant [19], *subito exstitisse* finxerunt. Rexque ipse credi voluit *donum Dei id fuisse.* Superatis deinde 15
amnibus, Ocho [20] & Oxo, ad urbem Marginiam [21]
pervenit. Circa eam sex oppidis [22] condendis electa
sedes est. Duo ad meridiem versa, quatuor spectan-
tia orientem, modicis inter se spatiis distabant; ne
procul repetendum esset mutuum auxilium. Hæc 16
omnia sita sunt in editis collibus: tum veluti freni
domitarum gentium; nunc originis suæ oblita ser-
viunt,

viunt, quibus imperaverunt. Et cætera quidem pacaverat [23] Rex.

23. *Pacatis* i. domitis, subactis. Flor. IV. 12. 61. *Omnibus ad occasum & meridiem pacatis gentibus.*

CAP. XI.

ARGUMENTUM.

Oxi, sive Ariamazæ petram expugnat, & Arimazen cum propinquis crucibus affigi jubet Alexander.

1 UNa erat petra [1], quam Arimazes Sogdianus cum triginta millibus armatorum obtinebat, alimentis ante congestis; quæ tantæ multi-
2 dini vel per biennium [2] sufficerent. Petra in altitudinem triginta eminet stadia [3], circumitu centum & quinquaginta [4] complectitur. Undique ab-
3 scissa & abrupta [5], semita perangusta aditur. In medio altitudinis spatio habet specum, cujus os [6] arctum & obscurum est; paulatim deinde ulteriora panduntur [7]: ultima etiam altos recessus habent. Fontes per totum fere specum manant; e quibus conlatæ aquæ per

PEtras *etiam munitissimas cepit per proditionem, ut petram Sisimithræ in Bactriana. Item aliam in Sogdiana, & aliam secus Oxum, quam nonnulli Ariamazæ dicunt.* V. *Strab.* XI. 132.

2. Per biennium, *in diuturnam obsidionem barbaros frumentum importasse* dicit *Arrian.* IV. 282.

3. *Triginta stadia* i. milliare Germanicum, stadiis minus duobus. Arrian. IV. 282. *Sisimithricæ altitudinem scribunt stadiorum quindecim. Quæ in Sogdiana erat, altitudine duplam dicunt.*

4. *Centum* & quinquaginta stadia i. milliaria Germanica quinque stadiis minus decem.

5. *Abrupta* i. ardua, præceps. Flor. II. 12. 4. *Positis per abrupta castris.* Noster VIII 11. 3.

6. *Os* i. aditus, ingressus. Tacit. Ann. IV. 59. 2. *Nativo in specu. Ejus os lapsis repente saxis obruit quosdam ministros.*

7. *Panduntur* i. aperiuntur, extenduntur. Prop. IV. 12. 1. *Panditur ad nullas janua nigra preces.*

8. *Volare.* Arrian. IV. 282. *Ipsi barbare invidentes, ut alatos sibi milites quæreret, qui petram caperent, mandaverunt, quippe qui ab aliis hominibus nihil sibi metuerent.* Unde *solis volucrum aliis perviam* dicit Polyæn. IV. 3.

9. *Accendere.* Arrian. IV. 292. *Arrogans ac superbum barbarorum responsum, ad gloriam simul, atque iram Alexandrum excitavit.*

10. *Pecora agere.* Hi enim ad scandenda prærupta erant exercitatissimi, & in ignotis prope montibus investigandæ viæ gnari. Tali duce Persidem intravit v. 4. 10. Liv. XXXII. 11. *Quum in hoc statu res esset, pastor quidam a Charopo principe Epirotarum missus deducitur ad consulem. Is se eo saltu, qui regiis tunc oneratus castris erat, armentum pascere ait: omnes montium eorum amfractus, callesque nosse. Si secum aliquos mittere velit, non iniquo, nec perdifficili aditu supra caput hostium deducturum.* V. *Freinshemium.*

11. *Perenni* i. *perpetua* v. 6. 13. V. VI. 6. 23. §. 36.

12. *Documenta.* Ita & Hannibal apud Liv XXI. 43. *Non ego illud parvi æstimo, milites, quod nemo*

per prona montis flumen emittunt. Rex loci dif- 4
ficultate spectata statuerat inde abire: cupido deinde
incessit animo naturam quoque fatigandi. Prius tamen 5
quam fortunam obsidionis experiretur, Cophan (Ar-
tabazi hic filius erat) misit ad barbaros, qui suaderet,
ut dederent rupem. Arimazes loco fretus superbe mul-
ta respondet. Ad ultimum *an Alexander volare* [8] *pos-*
sit? interrogat. Quæ nuntiata Regi, sic accen- 6
dere [9] animum, ut adhibitis, cum quibus consul-
tare erat solitus, indicaret *insolentiam barbari, eluden-*
tis ipsos, quia pennas non haberent. Se autem proxima
nocte effecturum, ut crederet Macedones etiam volare.
Trecentos, inquit, *pernicissimos juvenes ex suis quisque* 7
copiis perducite ad me, qui per calles, & pene invias ru-
pes domi pecora agere [10] *consueverint.* Illi præstantes 8
& levitate corporum, & ardore animorum strenue
adducunt: quos intuens Rex: *Vobiscum*, inquit,
o juvenes, & mei æquales, urbium invictarum ante mu-
nimenta superavi; montium juga perenni [11] *nive obruta*
emensus sum; angustias Ciliciæ intravi: India sine lassitu-
dine vim frigoris sum perpessus. Et mei documenta [12] *vo-*
bis dedi, & vestri habeo. Petra, quam videtis, unum 9
aditum

aditum habet, quem barbari obsident; cætera negligunt: nullæ vigiliæ[13] *sunt, nisi quæ castra nostra spectant.*
11 *Invenietis viam, si solerter rimati fueritis*[14] *aditus ferentis ad cacumen. Nihil tam alte Natura constituit, quo virtus non possit eniti. Experiendo*[15], *quæ cæteri desperaverunt, Asiam habemus in potestate. Evadite in cacumen; quod quum ceperitis, candidis velis signum mihi dabitis. Ego copiis admotis hostem in nos a vobis convertam.*
12 *Præmium erit ei, qui primus occupaverit verticem, talenta decem*[16]. *Uno minus accipiet, qui proximus ei venerit: eademque ad decem homines servabitur portio. Certum autem habeo, vos non tam liberalitatem intueri meam,*
13 *quam voluntatem.* His animis Regem audierunt, ut jam cepisse verticem viderentur. dimissique ferreos cuneos[17], quos inter saxa defigerent, validosque
14 funes parabant. Rex circumvectus petram, qua minime

nemo vestrum est, cujus non ante oculos ipse sæpe militare aliquod ediderim facinus, cui non idem ego virtutis spectator ac testis, notata temporibus locisque referre sua possim decora.

13. *Vigiliæ* i. vigiles, ut excubiæ, custodiæ. *Vigiliæ nocti, excubiæ diei, custodiæ utrique serviunt.* V. *Raderum.*

14. Rimati fueritis *i. quæsiveritis, scrutati fueritis. Virg. Æn.* VII. 508.

Quod cuique repertum
Rimanti telum ira facit.

V. Non. IV. 395. Servius Georg. I. 384. *Pascuntur in pratis, cibum per terræ rimas requirentes. Nam rimari hinc tractum est a porcis, qui glandes rimantur de rimis terrarum.* V. & Festum. Noster *n.* 18. IX. 10. 11.

15. *Experiendo.* Ita Theocr. Eidyll. XV. 61.

Conando Græci Trojam pervenerunt,
Optima filia, conando omnia perficiuntur.

Herod. VII. 9. *Nihil fit, quod non experiamur. Nam sua sponte nihil fit, sed omnia ab experimento hominibus fieri consueverunt.* V. *Casaub. Lect. Theocrit. c.* 12.

16. *Talenta decem* i. sex millia Philippeorum. Novem talenta Philippeos continent quinquies mille quadringentos: octo quatuor millia octingentos: septem quatuor millia ducentos. sex ter mille sexcentos: quinque ter mille: quatuor bis mille quadringentos: tres mille & octingentos: duo mille ducentos: unum sexcentos. Ultimus ergo ex decem recepit sexcentos. V. *Raderum.*

17. *Ferreos cuneos.* Liv. XXVIII. 20. *Levium corporum & multa exercitatione pernicium, clavos secum ferreos portantes, qua per inæqualiter eminentia rupis poterant,*

minime asper, ac præruptus aditus videbatur; secunda vigilia, quod bene verteret, ingredi jubet. Illi, alimentis in biduum sumptis, gladiis modo atque hastis armati subire cœperunt. Ac primo pedi- 15
bus ingressi sunt: deinde ut in prærupta perventum est, alii manibus eminentia saxa complexi levavere semet; alii adjectis funium laqueis evasere, quum cuneis[18] inter saxa defigerent gradus subinde, queis insisterent. Diem inter metum laboremque consumpserunt. Per aspera enixis duriora restabant, & 16
crescere[19] altitudo petræ videbatur. Illa vero miserabilis erat facies, quum ii, quos instabilis gradus fefellerat[20], ex præcipiti devolverentur. Mox eadem in se patienda alieni casus ostendebat exemplum. Per has tamen difficultates enituntur in verticem 17
montis, omnes fatigatione continuati laboris adfecti; quidam multati parte membrorum, pariterque eos & nox & somnus oppressit. Stratis passim cor- 18
poribus in inviis & asperis saxorum, periculi instantis obliti in lucem quieverunt: tandemque velut ex alto sopore excitati, occultas subjectasque ipsis valles rimantes, ignari in qua parte petræ tanta vis[21] hostium condita esset: fumum specus infra se ipsos evolutum notaverunt. Ex quo intellectum est, illam 19
hostium

scandunt. Sicubi nimis arduum, & leve saxum occurrebat, clavos per modica intervalla figentes, quum velut gradus fecissent; primi insequentes extrahentes manu, postremi sublevantes eos, qui præirent; in summum evadunt.

18. *Cuneis* defixis fecerunt gradus, tanquam in scalas, quibus insisterent. Quo genere scandendi exercitatissimus fuit Eurybatus fur, quem ferunt, *dum in carcerem esset dejectus, & custodiretur, a suis custodibus compotantibus solutum fuisse, & jussum edere specimen suæ solertiæ in ædibus conscendendis, primum hoc recusasse, deinde vero, ipsis ipsum recusantem rogantibus, quum hoc ipsi ægre persuasissent, tandem circumpositis spongiis, & stimulis, vel retinaculis ferreis, in parietes cursim adscendisse. Illis autem suspicientibus, & has artes admirantibus, ipsum occupasse tectum, eoque superato, priusquam illi domum circumivissent, de tecto desiliisse.* Suidas. V. *Freinshemium.*

19. *Crescere* i. attolli, exsurgere. V. *Freinshemii Indicem.*

Ll 5 20. *In-*

hostium latebram esse. Itaque hastis impositis, quod convenerat [22] signum: totoque e numero duos
20 & triginta [23] in adscensu interisse cognoscunt. Rex non cupidine potiundi loci, quam vicem eorum, quos ad tam manifestum periculum miserat, solicitus, toto die cacumina montis intuens resistit. Noctu demum, quum obscuritas conspectum oculorum
21 ademisset; ad curandum corpus recessit. Postero die nondum satis clara luce primus vela, signum capti verticis, conspexit. Sed ne falleretur acies [24], dubitare cogebat varietas cœli [25], nunc internitente
22 lucis fulgore, nunc condito. Verum ut liquidior [26] lux adparuit cœlo, dubitatio exempta est. Vocatumque Cophan, per quem barbarorum animos tentaverat, mittit ad eos, qui moneret, *nunc saltem salubrius consilium inirent.* Sin autem fiducia loci perseverarent, *ostendi a tergo* [27] jussit, *qui ceperant ver-*
23 *ticem.* Cophas admissus suadere cœpit Arimazi *petram tradere, gratiam Regis inituro, si tantas res molientem*

20. *Instabilis gradus fefellerat*, waren uytgegleden.

21. *Vis* i. multitudo. Flor. I. 1. 9. *Et statim vis mira hominum.* Cic. Fam. VII. 18. *Vis maxima ranunculorum.*

22. *Quod convenerat* i. de quo convenerant. Sueton. Jul. c. 9. *Ne Cæsarem quidem signum, quod ab eo dari convenerat, dedisse.*

23. *Duos & triginta.* Arrian. IV. 283. *Atque ex his quidem triginta in adscensu perierunt, adeo ut ne corpora quidem, ut sepeliri possent, inventa sint, in altam, nimirum nivem demersa.*

24. *Acies* n. oculorum acumen. Cic. N. D. II. *Acies ipsa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parva est, ut, quæ nocere possint, facile vitet.* Proprie *acies* est pars acuta ferri ad secandum. Cic. Verr. VII. *Quod jam ante aciem securium tuarum vidisset.*

25. *Varietas cœli* talis esse solet diluculo, crepusculoque: unde Latinis *lux dubia* appellatur. Senec. Hippol. I. 1. 41.

Dum lux dubia est,
Dum signa pedum roscida tellus
Impressa tenet.

Sic *dubiæ crepuscula lucis* Ovid. Met. XI. 597. V. *Freinshemium.*

26. *Liquidior* i. clarior. Lucret. V. 501.

Et leviora aliis alia, & liquidissimus æther.

Noster VIII. 14. 2.

27. *Ostendi a tergo*, ut inde metus ei injiceretur, si videret alios superiorem tenere verticem.

tem in unius rupis obsidione hærere non coegisset. Ille ferocius, superbiusque quam antea loquutus *abire* [28] Cophan jubet. At is prehensum manu barbarum ro- 24
gat, *ut secum extra specum prodeat*: quo impetrato juvenes in cacumine ostendit, ejusque superbiæ haud immerito inludens, *pennas* ait *habere milites Alexandri.* Jamque e Macedonum castris signorum con- 25
centus, & totius exercitus clamor audiebatur. Ea res, sicut pleraque belli vana & inania, barbaros ad deditionem traxit [29]. Quippe occupati, paucitatem eo- 26
rum, quia tergo erant, æstimare non poterant. Itaque Cophan (nam trepidantes reliquerat) strenue revocant; & cum eo triginta principes mittunt, qui petram tradant, &, *ut incolumibus abire liceat*, paciscantur. Ille [30] quamquam verebatur, ne con- 27
specta juvenum paucitate deturbarent eos barbari; tamen & fortunæ suæ confisus, & Arimazi superbiæ infensus, *nullam se conditionem deditionis accipere* respondit. Arimazes desperatis magis, quam perditis re- 28
bus, cum propinquis, nobilissimisque gentis suæ descendit in castra: quos omnes *verberibus adfectos* [31] *sub ipsis radicibus petræ crucibus* jussit *adfigi* [32]. Multi- 29
tudo

cem. Liv. XXXII. 12. *Interim die tertio, quum verticem, quem petierant, Romani cepisse, ac tenere se fumo significarent*, &c. V. *Freinshemium.*

28. *Abire*, quia ejus postulata displicuerant. Hac vero denuntiatione intelligebant legati, se frustra ulterius moraturos. Ita Persei legatis *denuntiatum, extemplo mœnibus urbis Romæ, Italia intra trigesimum diem excederent.* Liv. XLII. 48.

29. *Traxit* i. permovit, Tacit. Hist. II. 10. 4. *Traxeratque magnam Senatus partem, ut* &c.

30. *Ille* n. Alexander. Illum enim jam adierant isti oratores.

31. *Verberibus adficiebantur* in crucem dandi. Liv. XXXIV. 26. *Multi occisi, multi capti, alii verberati crucibus adfixi.* Joseph. Excid. V. 32. *Flagellati & præcruciati ante mortem omne genus verberibus, crucifigebantur.* V. *Lipsi de Cruce* II. 2.

32. *Crucibus adfigere*, & *crucibus figere* crebra in libris de *crucis* supplicio. Noster IV. 4. 17. VII. 5. 40. *Tollere in crucem* infr. IX. 8. 16. *Suffigere cruci* Paterc. II. 42. 4. *Omnes, quos ceperat, suffixit cruci. Frigere* ἀπλῶς & sine additione Tertull. de Patient. c. 3. *Taceo, quod figitur; in*

tes divisit exercitum. Hephæstionem uni, Cœnon
2 alteri duces dederat: ipse cæteris præerat. Sed non eadem mens omnibus barbaris fuit. armis quidam subactis; plures ante certamen imperata fecerunt, quibus *eorum, qui in defectione perseveraverant, urbes a-*
3 *grosque* jussit *adtribui*. At exules Bactriani cum DCCC. equitibus Massagetarum proximos vicos vastaverunt. Ad quos coercendos Attinas regionis ejus præfectus, CCC. equites, insidiarum, quę paran-
4 bantur [4], ignarus, eduxit. Namque hostis in sylvis, quæ erant forte [5] campo junctæ [6], armatum militem condidit; paucis propellentibus pecora, ut
5 improvidum ad insidias præda perduceret [7]. Itaque incomposito agmine, solutisque ordinibus [8], Attitinas prædabundus [9] sequebatur; quem prætergressum sylvam, qui in ea consederant, ex improviso
6 adorti [10], cum omnibus interemerunt [11]. Celeriter

3. *Spargendæ*, mox *dividendæ*. Ita & Agricola apud Tacit. XXV. 5. *cum cognovisset, hostes pluribus agminibus irrupturos, ne superante numero, & peritia locorum circumiretur, diviso & ipse exercitu in tres partes incessit.*

4. *Parabantur* i. struebantur, componebantur. Plaut. Pœn IV. 2. 62. *Dum hero insidias parem.* Noster *comparare* VI. 7. 6: 9. 17. VIII. 6. 23. *præparare* VI. 7. 31.

5. *Forte* i. casu. Tacit. Annal. XI. 31. 6. *Forte lapsa vox in præsagium vertit.* Noster IX. 5. 3. III. 8. 13.

6. *Campo junctæ* i. circa *campum* positæ.

7. *Præda perduceret ad insidias.* Ita Liv. XXVIII. 33. *Hispani in conspecta procul pecora, velites in Hispanos præda occupatos incurrere.*

8. *Solutis ordinibus*, utpote *nemine ipsos ducente.* Arrian. IV. 277.

9. *Prædabundus* i. *prædas agens* IX. 10. 7. Livius II. 26. *Exercitum Sabinum prædabundum ad Anienem pervenisse.*

10. *Adorti* i. aggressi. Terent. Andr. III. 1. 20.

Hiccine me sic imparatum in veris nuptiis
Adortus esset.

Ubi Donatus: *Adortus dicitur, qui ex insidiis repente invadit. Dictum ab eo, quod corpora aggredientium exsurgant subito, atque increscant.* Qui propemodum eadem dicit ad Adelph. III. 5. 30. *Aggredimur de longinquo: adorimur ex insidiis, & ex proximo; nam adoriri est quasi ad aliquem oriri i. exsurgere.* Noster VII. 2. 16. VII. 6. 18.

11. *Cum omnibus interemerunt.* Aliter Arrian. IV. 277. *Spitamenes*

ter ad Craterum hujus cladis fama perlata est; qui cum omni equitatu supervenit: & Massagetę quidem jam refugerant [12]; Dahæ mille oppressi sunt: quorum clade totius regionis finita defectio [13]. A- 7
lexander quoque Sogdianis rursus subactis, Maracanda repetit. Ibi Berdes, quem ad Scythas super Bosphorum colentes miserat, cum legatis gentis occurrit. Phrataphernes quoque, qui Chorasmiis 8
præerat, Massagetis, & Dahis [14] regionum confinio [15] adjunctus [16] miserat, qui *facturum imperata* pollicerentur [17]. Scythę petebant [18]. *ut Regis sui* 9
filiam

tamenes & Scythæ ex insidiis eos adorti, ex amicis quidem septem, ex mercenariis equitibus sexaginta interimunt. Aristonicus citharœdus, qui in ea pugna se non ut citharœdum, sed strenuum militem gesserat, interfectus est, Pithon saucius vivus in hostium potestatem venit.

12. *Massagetæ refugerant.* Aliter Arrian. IV. 277. *Hæc ut Craterο nunciata sunt, confestim in Massagetas contendit. Qui, ut illum adventare acceperunt, effusa fuga deserta petierunt. Craterus acriter eos insequutus, illos pariter, aliosque Massagetarum equites circiter mille non procul a solitudine consequitur. Acre ibi inter Macedones & Scythas certamen fit: victoria penes Macedones fuit. Ex Scythis quidem centum quinquaginta equites cæsi: reliqui facile per solitudines evaserunt, Macedonibus facultate persequendi adempta.*

13. *Finita defectio.* Dahæ enim omnium ferocissimi erant. Unde Virg. Aen. VIII. 728. *Indomitique Dahæ.* Oros. III. 18. *Chorasmos & Dahas indomitam gentem in deditionem accepit.* Reliqui ergo fortunam tantorum virorum facile sequuti sunt. V. *Loccenium.*

14. *Massagetis & Dahis* n. debellatis.

15. *Confinio* i. terminis, finibus, *frontiere.* Tacit. German. III. 4. *Tumulos quosdam Græcis literis inscriptos in confinio Germaniæ, Rhætiæque adhuc exstare.*

16. *Adjunctus* i. illorum vicinus, ut V. 4. 9.

17. *Pollicerentur* i. promitterentur. *Polliceri* existimatur is, qui ultro offert, & ideo solet dici, *pollicitationem esse solius offerentis promissionem* l. 3. ff. de ar. pollic. Plaut. Casin. III. 2. 21.

Operam uxoris polliceor foras.

Videtur ab hasta, & auctione acceptum. Priusquam enim ad *licitationem* veniamus, accipitur alicujus dignum pretium offerentis taxatio, qui iccirco *polliceri* dicitur, quia *liceri* potest: sicut & *possidere* dicimus. l. 1. de acq. poss. qui potest sedes ponere, & *polluere*, qui potest lavare, quia inquinet. Postquam autem qui *pollicitus* fuerit i. pretium aliquod

filiam matrimonio sibi jungeret. si dedignaretur adfinitatem ; principes Macedonum cum primoribus suæ gentis connubio[19] *coire*[20] *pateretur. Ipsum quoque Regem ven-*
10 *turum ad eum* pollicebantur. Utraque legatione benigne audita, Hephęstionem & Artabazum opperiens, stativa habuit ; quibus adjunctis, in regio-
11 nem, quę adpellatur *Bazaria*[21], pervenit. Barbarę opulentię in illis locis haud ulla sunt majora indicia, quam magnis nemoribus saltibusque nobilium
12 ferarum greges clausi. Spatiosas ad hoc eligunt sylvas, crebris perennium aquarum fontibus amœnas. muris nemora cinguntur, turresque habent venan-
13 tium receptacula. Quatuor continuis[22] ętatibus

quod obtulerit, tunc fit auctio, & qui pluris *licitatus* fuerit, rem obtinet. Hinc μεταφορικῶς *pollicitatio* nomen sumpsit. V. & *Alciat. Parerg.* I. 1.

18. *Scythæ petebant....* Quæ fusius Arrian. IV. 273. *Post hæc legati denuo ad Alexandrum a Scythis Europam incolentibus venerunt, una cum legatis, quos ipse ad Scythas miserat. Rex enim Scytharum, qui tum temporis regnabat, quum hi ab Alexandro mitterentur, mortem obierat, ejusque frater regnum tenebat. Summa legationis erat : Scythas, quicquid Alexander imperaret, facere velle. Dona etiam a Scytharum Rege adferebant, quæ apud Scythas censentur amplissima. Ad hæc se filiam suam Alexandro uxorem, ad amicitiam societatemque confirmandam dare velle. At si Scytharum reginam uxorem ducere dedignaretur, principum Scythicæ regionis, & eorum, qui apud sese in dignitate constituti essent, filias, iis, quos Alexander maxime caros ac fidos haberet, matrimonio copulaturum. Se quoque, si juberetur, venturum, ut ab ipso Alexandro coram imperata acciperet.*

19. *Connubio* i. matrimonio. Virg. Aen. I. 77.

Connubio jungam stabili, propriamque dicabo.

Ubi Servius : *Connubium est jus legitimi matrimonii.* Isidor. IX. 8. *Dicitur connubium, quum æquales in nuptias coeunt, ut puta cives Romani pari utrique dignitate. Connubium autem non est, cum civis Romanus cum Latina jungitur.*

20. *Coire* i. jungi, ut IX. I. 26. & Achilles dicitur *cum captiva coisse* i. matrimonio junctus fuisse VIII. 4. 26. & *coeuntes* i. matrimonium contrahentes, VIII. 4. 27.

21. *Bazariam* nusquam extra Curtium apud ullum Scriptorem reperio. Neque enim est *Bazira* Arriani IV. 304. & Nostri VIII. 10. 22. V. *Raderum.*

22. *Continuis* i. non interruptis, *achter malkanderen.* Cicer. pro

bus[23] intactum saltum fuisse constabat. quem Alexander cum toto exercitu ingressus *agitari*[24] *undique feras* jussit[25]. Inter quas quum leo magnitudi- 14
nis raræ[26] ipsum Regem invasurus incurreret ; forte Lysimachus[27], qui postea regnavit[28], proximus Alexandro, venabulum[29] objicere feræ[30] cœperat.

pro Manil. *Aliquot annos continuos magna imperii parte caruimus.*

23. *Aetatibus quatuor* i. quadringentis annis. *Aetatem* enim centum annos interpretantur Latini. De Nestore Ovid. Metam. XII. 188.

Vixi
Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas.

V. *Florid. Sabin. Subcis.* II. 3.

24. *Agitare* i. persequi, venando agere. Est enim venatorum verbum. Cicer. Offic. III. *Etiamsi feras excitaturus non sis, nec agitaturus.* Horat. Od. II. 13. 39.

Aut timidos agitare lyncas.

25. *Jussit* ex more gentis. Athen. I. 18. *Hegesander scribit, apud Macedonas neminem in cœna accumbere solitum, qui aprum extra retia non interemisset, verum in sedilibus cœnasse, quoad feram occidissent : ideoque Cassandrum jam natum annos triginta quinque sedentem cum patre cœnavisse, quod nondum eo defungi certamine potuisset, quamvis & validus & peritus venator.* V. quoque *Aelian. V. H.* IX. 3. *Polyb. p.* 1463.

26. *Raræ* i. non vulgaris, quæ *raro* invenitur, *eximiæ* infr. *n.* 15. IX. I. 32. Cicer. de Amicit. *Omnia præclara, rara.* Noster VII. 2. 35. IX. I. 5.

27. *Lysimachus*, inquit Justin. XV. 3. I. *erat illustris quidem Macedoniæ loco natus, sed virtutis experimentis omni nobilitate clarior.* Agatheclis fuisse filium, & unum ex Alexandri custodibus, docet *in Atticis Pausanias.*

28. *Postea regnavit* in Thracia, & regionibus Pontici maris. V. Justin. XIII. 4. 16. & Nostrum X. 10. 4.

29. *Venabulum* Nonio XVIII. 23. est *venantium telum latissimum a cæteris aciei longissimæ.* Virg. Aen. IX. 553.

Et saltu supra venabula fertur

Varro ὄνος λύρας. Nempe sues sylvaticos in montibus sectaris venabulo, aut cervos. Swijnspriet. *Latum ferrum* illi tribuit Virgil. Aen. IV. 131.

Lato venabula ferro.

& *robur lato ferro* illud nominat Senec. Hippol. I. 50.

Tu grave dextra, lævaque simul
Robur lato dirige ferro.

Longam aciem Martial. XIV. 31.

Si dejecta gemes longo venabula rostro.

si modo *rostrum* dicat Martialis de *venabulo*, ejusque acie, ut quidem interpretatur *Raderus*, & non potius de apri *rostro. Venabulorum* usum tradit Martial. XIV. 30.

Excipient apros, exspectabuntque leones :
Intrabunt ursos, si modo firma manus.

30. *Feræ* i. leoni. Phædr. I. 22. 8.

rat. Quo Rex repulso [31], & *abire* jusso, adjecit, *tam a semet uno, quam a Lysimacho leonem interfici posse.* 15 Lysimachus enim quondam, quum venaretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis feram solus: sed lævo humero usque ad ossa laceratus [32] ad ultimum 16 periculi pervenerat. Id ipsum exprobrans ei Rex, fortius, quam loquutus est, fecit. nam feram non ex- 17 cepit [33] modo; sed etiam uno vulnere occidit [34]. Fabulam [35], quę *objectum leoni a Rege Lysimachum* temere vulgavit, ab eo casu, quem supra diximus, or- 18 tam esse crediderim. Cæterum Macedones, quamquam

Asinus ut vidit ferum impune lædi.

Noster n. 15. & 16. IX. 1. 32.

31. *Repulso* i. cum indignatione rejecto. Ita *verberibus affici jussit Hermolaum, quum aprum telo occupasset, quem Rex ferire destinaverat.* V. Nostrum VIII. 6. 7. & Arrian. IV. 267.

32. *Ad ossa laceratus.* Plutarch. in Demet. f m. 318. *Venerunt ad Lysimachum aliqui ab Demetrio legati, quibus ille per otium altas in cruribus & brachiis suis leoninorum unguium cicatrices ostendit.*

33. *Excepit*, quod venatorum est verbum. Serv. Ecl. III. 18. *Excipere, dolo capere, ut Æn.* III. 332. *Excipit incautum.* Senec. de ira I. 11. *An tu putas venatorem irasci feris? Atqui & venientes excipit.* Ubi Lipsius: *Excipit, venabulo. Est venatorium verbum, & notat exspectare, subsistere, ferire. Spartian. Caracal. c. 5. Excepit apros frequenter, contra leonem etiam stetit.*

34. *Occidit.* Hanc Alexandri theromachiam describit Plutarch. Alex. f. 251. *Hoc magis ad virtutem inflammabat, quum vel militia, vel venatibus cunctos in perferendis malis, ac laboribus superaret. Quum Alexander eximiæ magnitudinis leonem sterneret: Spartanorum legatus, qui forte aderat, pulchrum erat medius fidius, ait, Alexander, ut pro imperio cum leone decertasses. Hanc venationem æreis conflatam imaginibus Craterus Delphis appendit. Canes inerant: leonem Alexander adoriens: Craterus adjutans. Partem Lysippus, partem Lochares effinxit.* Unde Plin. XXXIV. 8. *Lysippus fecit Alexandri venationem, quæ Delphis sacrata est.*

35. *Fabulam* quam dicit Curtius, veram historiam putant esse Plin. VIII. 16. *Quo minus mirum sit, a Lysimacho Alexandri jussu simul incluso strangulatum leonem.* Sen. de ira III. 17. *Lysimachum familiarem sibi leoni objecit Alexander.* clem. I. 25. *Quid interest, oro te Alexander, leoni Lysimachum objicias, an ipse laceres dentibus tuis?* Val. Max. IX. 3. I. ext. *Nam quid obstitit, quo minus illuc adsurgeret, nisi Lysimachus leoni objectus?* Justin. XV. 3. 6. *Tunc Lysimachus misertus tanti viri, venenum ei in re-*

quam prospero eventu defunctus [36] erat Alexander, tamen scivere [37] gentis suæ more, ne pedes venaretur, aut sine delectis principum amicorumque. Ille 19 IV. millibus ferarum dejectis [38], in eodem saltu cum toto exercitu epulatus est. Inde Maracanda reditum est: acceptaque ætatis excusatione [39] ab Artabazo; provinciam [40] ejus destinat [41] Clito. Hic 20 erat, qui apud Granicum amnem nudo capite [42] Regem

media calamitatum dedit. Quod adeo ægre Alexander tulit, ut eum objici ferocissimo leoni juberet. Sed cum ad conspectum ejus concitatus leo impetum fecisset, manum amiculo involutam Lysimachus in os leonis immersit, arreptaque lingua feram exanimavit. Quę loca, postquam hæc scripseram, collegisse quoque *Calvinum* vidi ad *Senec. de Clement.* I. 25.

36. *Prospero eventu defunctus erat* i. rem ad felicem eventum perduxerat, eumque obtinuerat. V. *Freinshemii Indicem*, & IV. 6. 16.

37. *Scivere* i. decrevere, sanxere. Cic. Offic. III. *Darius etiam Athenienses sciverunt, ut Æginetis*, &c. V. *ejusdem pro Flacco orationem.*

38. *Dejectis* i. interfectis. Virg. Georg. III. 422.

Et sibila colla tumentum
Dejice.

Phædr. II. 2. I.

Super juvencum stabat dejectum leo.

Ubi verbum venatorum esse dicit *Schefferus.*

39. *Ætatis excusatione*, quia proxime centesimum erat annum. Arrian. IV. 278. *Inter hæc Alexander, Artabazo a satrapatu Bactrianorum propter senectutem absoluto* &c.

40. *Provinciam, Sogdianam regionem* n. 35. Ubi illam sibi parum gratam fuisse docet Clitus; licet *validissimam imperii partem*, n. 21.

41. *Destinat* i. constituit, decernit, *adtribuit* n. 35. Cic. Famil. X. 25. *Quod eo facilius vobis est: quod non est annus hic tibi destinatus.* Noster VIII. 2. 14. X. 10. 2.

42. *Nudo capite*, galea nonnihil diffracta. Prælium hoc, quamvis immane quantum inter se discrepent, plenius describunt *Arrian.* I. 44. *Plutarch. Alex. f.* 246. *Diodor.* XVII. 20. hisce verbis: *Alexandro hasta in conflictu rupta, Dibaratus Corinthius suam Alexandro porrigit. Qua arrepta Mithridatem* (Spithrobatem Diodorus) *Darii generum, Ioniæ præfectum, longe ante alios equo provectum conspicatus, equitum exiguo comitatu adsumpto, ipse etiam alios artevertens, cum violentum ejus impetum non sustinere posset, eques in eum fertur. Ibi Persa faunium, (teli genus est) prior in Alexandrum conjicit, tantoque roboris impetu incumbit, & tam violenter hastam impellit, ut perrupto Alexandri scuto dextram ejus epomidem (humeri summitatem) per thoracem trajecerit.*

gem dimicantem clypeo suo texit[43]; & Rhosacis manum capiti Regis imminentem gladio amputavit: vetus Philippi miles, multisque bellicis operibus[44] 21 clarus. Hellanice[45], quæ Alexandrum educaverat, soror ejus, haud secus quam mater a Rege diligebatur. 22 Ob has causas validissimam imperii partem fidei ejus tutelæque commisit. jamque *iter parare in posterum* jussus, solenni[46] & tempestivo adhibetur convivio[47]. In quo Rex, quum multo incaluisset mero, immodicus æstimator sui[48], celebrare[49], quæ

Rex jaculum brachio extractum abjicit, & calcaribus equo admotis, valido roboris connixu in medium Satrapæ pectus hastam infligit. Sed quia cuspide in thorace fracta, hastilis frustum inde resultarat, stricto Persa gladio Alexandrum invadit, qui hastam prius arreptam in faciem ejus ita adegit, ut ictus penetraret. Quo temporis momento Rhosaces interempti frater, equo in Alexandrum invectus, gladio caput ejus ferit, ut galea nonnihil dissracta (quæ probe quidem, sed ægre tamen restitit ictui; mucro enim copidis galeæ cristam, cum altera evellit pinna candore & magnitudine singulari, & supremos ejus capillos, ut Plutarchus, *caput leviter*, ut Diodorus ait, *perstrinxit*) *ictus irritus resilierit. Jamque in eundem hiatum, alterum repetiturus erat ictum, quando Clitus, Nigri cognomento, accelerans equum, gladio ejus in humerum adacto, brachium ei discidit.* Diodorus & Arrianus. *Medium telo transfixit.* Plutarchus.

43. *Regem clypeo texit.* Unde n. 41. *suo pectore tergum illius esse defensum* dicit, & apud Plutarch. f. 253. *Hæc, inquit, formido te Diis genitum, jamque Spithridatis gladio terga vertentem, leto eripuit.* Arrian. IV. 259. narrat *Clitum in Alexandrum debacchantem inter alia ei exprobrasse, quod in equestri apud Granicum amnem prælio a se servatus esset: simulque dextra arroganter expansa, hæc manus (dixisse) te Alexander eo in conflictu servavit.*

44. *Bellicis operibus clarus*, ita *ut equo ad bellum festinantem, & ei galeam poscenti armigerum porrigentem* pinxerit Apelles apud *Plin.* XXXV. 10.

45. *Hellanice*, quam *Lanicen* vocant Aelian. V. H. XII. 26. & Arrian. IV. 261. sed *Lacnicnen* Athen. IV. 129. Fortassis *Hellanice* fuit vocata a victoria aliqua, quam quidam priorum Macedoniæ Regum de Græcis reportaverit: quod nomen postea seu more gentis, seu quo alio casu capite minutum fuerit. V. *Popmam*, & *Freinshemium*.

46. *Solenni* i. celebri. Proprie quid *solenne* V. IV. 5. 11. §. 28.

47. *Adhibetur convivio* i. vocatur ad convivium, ut VIII. 5. 9. quod *in convivium adhibere* dicit *Nepos Præf. n.* 7.

48. *Immodicus æstimator sui* i. qui supra modum semet ipsum *æstimat*, se magni facit, de se judicat.

quæ gesserat, cœpit; gravis etiam eorum auribus, qui sentiebant vera memorari[50]. Silentium tamen 23 habuere[51] seniores, donec Philippi res orsus obterere[52], *nobilem apud Chæroneam*[53] *victoriam sui operis*[54] *fuisse* jactavit; *ademptamque sibi malignitate & invidia*[55] *patris tantæ rei gloriam. Illum quidem seditione* 24

dicat. *Æstimator* est judex. Cicer. de Orat. *Quis tandem id justus rerum æstimator reprehenderit?*

49. *Celebrare* i. laudare. Cicer. Acad. IV. *Ea fere sunt & Græcis literis, & Latinis celebrata.*

50. *Memorari* i. dici, narrari. Cic. LL. II. *Clarorum laudes in concione memoranto.* Nostr VIII. 10. 1.

51. *Silentium habuere* i. silucre. *Silentium tenere* Liv. I. 28. *Albana pubes inermis ab armatis septa, silentium tenet. Silentio uti* Cic. pro Marcell. *Silentii, quo eram his temporibus usus*, &c. Nostr X. 7. 3.

52. *Obterere* i. extenuare, minuere. Cic. Verrin. VII. *Laudem imperatoriam criminibus avaritiæ obterere.* V. III. 2. 10. §. 56.

53. Chæronea *ad fines Phocidis sita est, quemadmodum docet Hecatæus in Europa sua. Juxta autem Chæroneam urbs est primum a Chærone dicta*, quem *fabulantur Apollinis & Theronis filium urbis conditorem fuisse. Vocabatur autem urbs hæc olim etiam Arne.* Ad illam *Philippus Amynta natus magno prælio superavit Athenienses, Bœotos & Corinthios*: ut ex Stephano, Pausania & Strabone observat *Raderus.* V. III. 10. 7.

54. *Sui operis* i. sibi adscribendam. Diodor. XVI. 87. *Rex filium suum Alexandrum pubertatis annos ingressum, qui virtutis & acrimoniæ in rebus peragendis manifesta jam tum documenta præbuerat, unum cornu regere jubet. Atrox tunc prælium ad longum tempus conseritur, & magna sit utrinque strages, victoriæ spe in neutram inclinante partem: donec Alexandri patri fortitudinis suæ specimen exhibendi tanto studio contendens, ut nihil reliquum faceret, viris strenuissimis conatum ejus adjuvantibus, primus vicinam hostium aciem perrupit, multisque prostratis oppositos sibi defatigavit. Idem cum adstites quoque facerent, etiam proximi ordines lacerati sunt. Post magnas tandem strues cadaverum ea parte excitatas, adversum sibi cornu primus in fugam Alexander vertit.* Plutarch. Alex. f. 245. *Ei quoque pugnæ, quæ contra Græcos gesta est in Chæronea, cum copiis adfuit; primusque contra sacram Thebanorum cohortem inrupisse dicitur. Hodie quoque vetusta penes Cephisum quercus ostenditur, quam proinde Alexandri quercum vocant, quod ibi castra posuisse fertur.*

55. *Malignitate & invidia.* Recte, ut IX. 7. 16. Unde *malignitas* pro *invidia* poni videtur apud Sueton. Neron. c. 23. *Taciturnitatem, pudoremque quorundam pro tristitia, ac malignitate arguens.*

ne [56] *inter Macedones milites, & Græcos mercenarios orta; debilitatum vulnere, quod in ea consternatione acceperat, jacuisse, non alias, quam simulatione mortis, tutiorem; se corpus ejus protexisse clypeo suo, ruentesque in illum sua manu occisos. Quæ patrem nunquam æquo animo esse confessum, invitum filio debentem salutem suam. Itaque post expeditionem, quam sine eo fecisset ipse in Illyrios, victorem scripsisse se patri fusos fugatosque hostes, nec adfuisse unquam Philippum. Laude dignos esse, non qui Samothracum* [57] *initia* [58] *viserent, quum Asiam uri vastarique oporteret; sed eos, qui magnitudine rerum fidem antecessissent* [59]. Hæc & his similia læti audiere juvenes: ingrata senioribus erant, maxime propter Philippum, sub quo diutius vixerant. Tum Clitus, ne ipse quidem satis sobrius, ad eos, qui infra ipsum cubabant [60], con-

56. *Seditione*, de qua, & periculo Philippi nihil alii narrant, uti nec de expeditione Alexandri in Illyrios vivo adhuc patre. V. *Raderum.*

57. Samothrace *insula est in Ægeo mari prope Thraciam. Hanc Samum olim nuncupatam asserunt, sed condita Samo, ut a propinqua ejusdem nominis insula discerneretur, Samothraciæ nomen adsumpsit. Aborigines eam incoluerunt. Mysteriorum ritus Jasoni sibi ex Electra filiarum Atlantis una edita præivit Jupiter, antea quidem in hac insula receptos; sed tunc traditione renovatos, quos nemini præter initiatos audire fas est. Videtur autem hic primus exteros quoque initiasse: unde major ceremoniis his celebritas accessit.* Et *Philippus quum adolescens esset, una cum Olympiade* ibi *sacris se initiasse traditur.* V. *Met.* 11. 7. *Diodor.* v. 47. & 48. *Plutarch. Alex. f.* 244. A fluvio *Imbraso*, qui est in illa, *Imbrasiam* quoque dictam esse docet *Scalig. Conject. in Varr. p.* 25.

58. *Initia* sunt certæ cerimoniæ, quibus cujusque numinis mysteriis initiabantur homines: ita dicta, quia per ea inibatur, sive introibatur in communionem sacrorum. Ad ejusmodi initia allusum v. 9. 4. ubi ait, *novis initiis opus esse* i. redausicandam esse Regis consecrationem, novumque Regem *initiandum* esse. V. *Freinshemii Indicem.*

59. *Magnitudine rerum fidem antecessissent.* i. creditu majora gessissent, res, quæ fidem excederent, effecissent.

60. *Cubabant* veteres Romani, ut & Græci, non sedebant ad mensam. Accumbebant vero reclinata supera parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta ac jacente, capite leviter erecto, dorso a pulvillis modice sustulto, ita ut liberam, & exsertam dextram haberent

conversus, Euripidis retulit carmen [61], ita ut sonus magis, quam sermo exaudiri posset. a Rege. quo 29 significabatur, *male instituisse Græcos, quod trophæis* [62] *Regum duntaxat nomina inscriberentur, alieno enim sanguine partam gloriam intercipi* [63]. Itaque Rex quum suspicaretur malignius habitum esse sermonem, percontari proximos cœpit, *quid ex Clito audissent.* Et 30 illis ad silentium obstinatis, Clitus paulatim majore [64] voce *Philippi acta bellaque in Græcia gesta* commemorat [65], omnia præsentibus præferens. Hinc in- 31 ter juniores senesque [66] orta contentio est. Et Rex velut patienter audiret, queis Clitus obterebat laudes ejus, ingentem iram conceperat [67]. Cæterum 32 quum

berent manum. V. *Lipsi. Ant. Lect.* III. *lib.* 147. *Mercur. Gym. lib.* II.

61. *Euripidis carmen* est hoc:

Hei mihi, quam male lege statutum in Græcia,
Ut si quando tropæa de hostibus statuit exercitus,
Non eorum, qui laborem subierunt, arbitretur hoc opus:
Sed belli dux existimationem,
& gloriam eam percipit,
Quamvis unus tantum sit cum aliis multis hastam vibrans,
Non plura quam unus faciens,
habens tamen multorum laudem.

est in *Andromacha v.* 693-698, quo loco Menelai orationem his jambis refutat Peleus. *Plutarchus Alex. f.* 253. eandem rem narrans & Euripidis versus ponit. Et ad illos allusit Cic. pro Marcell. *Bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propriæ sint Imperatorum.* V. *Vict. V. L.* XXVIII. 22. *Loens. Misc.* v. 17.

62. *Regum* i. imperatorum, prætorum. V. *Freinshemium.*

63. *Intercipi* i. omnem principi adtribui, in eumque derivari. V. IV. 10. 16. §. 35.

64. *Majore* i. *altiore*, ut *Catul.* XLII. 18.

65. *Clitus Philippi acta commemorat*, vel *fiducia regiæ amicitiæ*, ut *Oros.* III. 18. vel quia *natura ferox, & indomitus*, ut *Plutarch. Alex. f.* 252. Ejus ferociam hisce notat Athen. XII. 539. *Clitus quoties adeuntibus respondere vellet, amictus veste purpurea, & obambulans, cum iis, qui compellaverant, sermones conferebat.* V. & *Aelian. V. H.* IX. 3.

66. *Juniores, senesque*, quorum illi pro Alexandro, hi pro Philippo pugnabant. *Juniores* fuerunt Hephæstion, Craterus, Perdiccas, Ptolomæus, alii. *Seniores*, Polypercon, Gorgias, Polydamas, Cœnus, Amadas, Antigenes. V. *Raderum.*

67. *Ingentem iram conceperat* i. valde iratus erat, ut *n.* 43. VII. 1. 25. V. X. 6. 21.

quum animo videretur imperaturus [68], si finem pro-
caciter [69] orto sermoni Clitus imponeret [70], nihil
33 eo remittente magis exasperabatur [71]. jamque Cli-
tus etiam Parmenionem defendere audebat, & Phi-
lippi de Athenienſibus [72] victoriam, Thebarum pre-
ferebat excidio [73]; non vino modo, ſed etiam ani-
34 mi prava contentione [74] provectus [75]. Ad ultimum,
ſi moriendum, inquit, *eſt pro te*; *Clitus eſt primus: at*
quum victoriæ arbitrium [76] *agis, præcipuum ferunt præ-*
35 *mium, qui procaciſſime patris tui memoriæ inludunt. Sogdi-*
anam regionem mihi adtribuis, toties rebellem, & non
modo indomitam, ſed quæ ne ſubigi quidem poſſit. mittor
36 *ad feras beſtias præcipitia ingenia* [77] *ſortitas. Sed, quæ ad*
me pertinent, transeo. Philippi milites ſpernis, oblitus, niſi
hic Atharias ſenex juniores pugnam detrectantes revocaſſet,
37 *adhuc nos circa Halicarnaſſum hæſuros fuiſſe. Quo modo*
ergo Aſiam etiam cum iſtis junioribus ſubjeciſti? Verum
eſt,

68. *Imperaturus* i. moderaturus. Ita *cupiditatibus imperare* de *amicitia* dicit *Cicero*.

69. *Procaciter* i. mordaciter. *Sermo procax* Sal. Cat. c. 25. *Percennius procax lingua* Tacit. Ann. 1. 16. 4. *Procacia ſcripta* Tacit. Ann. 1. 92. 4. ſunt famoſi libelli, *een pasquill*. V. VIII. 8. 3. §. 6.

70. *Sermoni finem imponeret* i. ſermonem finiret, loqui deſineret, ut IX. 3. 15.

71. *Exaſperabatur* i. concitabatur, irritabatur. Apul. Mileſ. IV. 145. *Quum viderem canes in me convocatos exaſperari*. Proprie *exaſperare* eſt aſperum, acutum reddere. Apul. Mileſ. V. 167. *Novaculam præacutam, adpulſu etiam palmulæ lenientis exaſperatam*.

72. *Athenienſibus* victis ad Chæroneam *n.* 23.

73. *Thebarum excidio* III. 10. 7. §. 33.

74. *Contentione* i. pervicacia, perſeverantia, *yver*.

75. *Provectus* i. eo proceſſit. *Provehere* verbum eſt nauticum, quando naves ab ora vehuntur in altum. Virg. Aen. II. 24.

Hunc ſe provecti deſerto in littore condunt.

Noſter VIII. 10. 15.

76. *Victoriæ arbitrium egit* V. 2. 3. ubi certamen bellicæ fortitudinis inſtituit; ſed non erant ibi judicia de laude ducum ſupremorum inſtituta, ſed potius de gregario milite. V. *Raderum*.

77. *Præcipitia ingenia*, loca, ſaxa dici negant Grammatici, & neutrum vocis præceps numero multitudinis proſcribunt illorum decreta. Legiſſent hunc Curtii locum. V. *Raderum*.

78. *Avun-*

eſt, ut opinor, quod avunculum [78] *tuum in Italia* [79] *di-*
xiſſe conſtat [80], ipſum in viros [81] incidiſſe, te in fe-
minas [82]. Nihil ex omnibus inconſulte ac temere 38
actis Regem magis moverat, quam Parmenionis
cum honore mentio inlata. Dolorem tamen Rex
preſſit, contentus juſſiſſe, *ut convivio excederet* [83]. Nec 39
quidquam aliud adjecit, quam *forſitan eum, ſi diutius*
loquutus foret, exprobraturum ſibi fuiſſe vitam a ſemetipſo
datam; hoc enim ſuperbe ſæpe jactaſſe. Atque illum 40
contantem adhuc ſurgere, qui proximi ei cubuerant,
injectis manibus jurgantes monentesque conabantur
abducere. Clitus, quum abstraheretur [84], ad priſti- 41
nam violentiam ira quoque adjecta, *ſuo pectore tergum*
illius eſſe defenſum; nunc poſtquam tanti meriti præteriit
tempus,

78. *Avunculum* Alexandrum Olympiadis fratrem, quem Epiri Regem ob mercedem ſtupri in eum perpetrati conſtituit Philippus, eique Cleopatram filiam ſuam nuptum collocavit. V. *Oroſ.* III. 14. Liv. VIII. 3. & 24.

79. In *Italiam a Tarentinis auxilia adverſus Brutios* (Meſſapios & Lucanos Strab. VI. 512.) *deprecantibus ſolicitatus Alexander Rex Epiri, ita cupide profectus fuit*, &c. V. *Juſtin.* XII. 2. *Liv.* VIII. 24.

80. *Dixiſſe, ipſum in viros incidiſſe*, &c. Gell. N. A. XVII. 21. *Alexandrum, cui cognomentum Moloſſo fuit, quum in Italiam transiret, dixiſſe accepimus, ſe quidem ad Romanos ire, quaſi in* ἀνδρωνῖτιν; *Macedonem iſſe ad Perſas, quaſi in* γυναικωνῖτιν. Alexandri dictum alludit Liv. IX. 19. *Næ ille ſæpe, etiamſi prima proſpere evenirent, Perſas, & Indos, & imbellem Aſiam quæſiſſet, & cum feminis ſibi bellum fuiſſe dixiſſet: quod Epiri Regem Alexandrum mortifero vulnere illum dixiſſe ferunt: ſortem bellorum in Aſia geſtorum ab hoc ipſo juvene cum ſua conferentem*.

81. *Viros* i. Italos, quos *viros* eſſe expertus eſt ab illis interfectus ad flumen Acheronta C. Petilio, L. Papirio Mugillano Coſſ. V. *Liv.* VIII. 24. *Vir* vero ſignificationem habet fortitudinis. Flor. II. 18. 13. *Ab duce orantes prælium, ut tanquam viros occideret.* Frontin. IV. 2. 9. *Xerxes hoc ſe deceptum ajebat, quod multos quidem homines haberet, viros autem diſciplinæ tenaces nullos.*

82. *Feminas* i. imbelles, timidos inſtar *feminarum*. Sueton. Jul. c. 22. *Negante quodam, facile hoc ulli feminæ fore*. Sil. XIV. 130.

Femineum credas maribus concurrere vulgus.

Noſter VI. 11. 3.

83. *Excederet* i. *exiret* II. 51. Infr. IX. 7. 25.

84. *Abstraheretur* i. vi abdu-

42 *tempus, etiam memoriam invisam esse proclamat.* *Attali* quoque *cædem* objiciebat; &, ad ultimum, Jovis, quem patrem sibi Alexander adsereret[85], oraculum eludens, *veriora se Regi, quam patrem ejus respondisse* 43 dicebat. Jam tantum iræ conceperat Rex, quantum vix sobrius ferre potuisset. Enimvero mero 44 sensibus victis, ex lecto[86] repente prosiluit. Adstantes amici ne positis quidem, sed abjectis poculis consurgunt, in eventum rei, quam tanto impetu 45 acturus esset, intenti. Alexander rapta lancea ex manibus armigeri[87], Clitum adhuc eadem linguæ intemperantia furentem percutere[88] conatus, a Pto- 46 lemæo & Perdicca inhibetur. medium complexi & obluctari perseverantem morabantur: Lysimachus, 47 & Leonnatus etiam lanceam abstulerant. Ille militum fidem implorans, *comprehendi se a proximis amicorum, quod Dario nuper accidisset*[89], exclamat; *signumque*

ceretur. V. *Freinshemii Indicem.*

85. *Adsereret* i. vindicaret, adsciscret. Propria notio est *ad*, seu *juxta habere*. Catull. LXI. 106.

Lenta qui velut adsitas
Vitis implicat arbores,

i. juxta satas. Varr. R. R. I. 26. *Neque vites propter cupressos asserunt, quod hæc inter se inimica.* Exinde vindicare, quia quem quis liberali causa in libertatem vindicabat, eum manu *adserebat*, vel admovebat, seu prope se statuebat, manuque capiti ejus imposita dicebat: *hunc ego hominem jure Quiritium ajo liberam esse oportere.* Nostter X. 5. 33: 10. 14. V. *Sciop. Infam. Fam. p.* 178. *de Styl. Hist p.* 161.

86. *Lecto* accubitorio, convivali. Circum mensam enim tres, ut plurimum *lecti* erant, qui insternebantur aulæis, purpura, aut alia veste stragula, pro copia, aut inopia convivatoris. Plaut. Stich. II. 2. 33.

DI. *Lectos sternite.*
GE. *Principium placet de lectis.*

Nostter VIII. 8. 9. IX. 7. 15. V. *Lipsium Antiq. Lection.* III. 14.

87. *Rapta lancea ex manibus armigeri*, nam *gladium satelles quidam Aristophanes prior subduxerat.* Plutar. Alex. f. 253.

88. *Percutere* i. occidere, interficere. Justin. IX. 7. 13. *Gladium, quo Rex percussus est, Apollini consecravit.* Nostter VIII. 7. 7: 3. 4.

89. *Quod Dario accidisset*, quum a Besso & Nabarzane comprehensus vinciretur V. 12. 15. Arrian. IV. 259. *Alexandrum, clamore sublato scutatos arcessisse; quumque a nemine exaudiretur, se in eodem statu esse, quo Darius, quum a Besso, ejusque sociis captus ducebatur, exclamasse: neque*

quemque tuba dari[90], *ut ad regiam armati coirent*, jubet. Tum vero Ptolemæus & Perdiccas genibus 48 advoluti orant, *ne in tam præcipiti ira perseveret, spatiumque potius animo det*[91]. *omnia postero die justius exsequuturum.* Sed clausæ erant aures, obstrepente 49 ira. Itaque impotens animi[92] percurrit in regiæ vestibulum, & vigili excubanti hasta ablata constitit in aditu[93], quo necesse erat iis, qui simul cœnaverant, egredi. Abierant ceteri. Clitus ultimus 50 sine lumine exibat[94]. Quem Rex, *quisnam esset?* interrogat. Eminebat etiam in voce, sceleris, quod parabat, atrocitas[95]. & ille jam non suæ, sed Re- 51 gis iræ memor, *Clitum esse*[96], *& de convivio exire* respondit. Hæc dicentis latus hasta[97] transfixit, morientis-

que quicquam jam amplius sibi, quam regium nomen superesse.

90. *Signum tuba dari.* Plutarch. Alex. f. 233. *Subinde jusso canere tibicine, perinde ac tardius agenti, tubamque detractanti, pugnis insultavit.*

91. *Spatium animo det.* Forte imitatus Livium, qui sic in Q. Fabii Magistri equitum causa VIII. 32. *Legati circumstantes sellam orabant, ut rem in posterum diem differret, & iræ suæ spatium, & consilio tempus daret.* Juven. VI. 218.

Pone crucem servo: meruit quo crimine servus
Supplicium? quis testis adest? quis detulit? audi:
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.

92. *Impotens animi* i. qui animum inhibere non poterat. Cic. Aruspic. Resp. *Nihil feci iratus, nihil impotente animo.* V. *Reines. Epist. ad Daumium* 107.

93. *Aditu* i. ingressu, introitu. Cic. pro Dom. *In templum Castoris aditus apertus esset nemini.* Nostter VI. 1. 20. VII. 2. 28.

94. *Exibat* ab amicis expulsus, sed reversus. Plutarch. Alex. f. 253. *Clitus, quum nullo pacto cederet e triclinio, vix tandem ab amicis explosus, subinde per alias irrupit fores.* Arrian. IV. 260. *Clitus per ostium ultra muros, & fossam in arcem subductus ad Ptolomæum Lagi filium corporis custodem, continere se non potuit, quin reverteretur.*

95. *Atrocitas* i. crudelitas, immanitas. Tacit. Ann. XI. 9. 2. *Cuncta in Mithridatem fluxere, atrociorem, quam novo regno conduceret.* Nostter VIII. 3. 15. X. 1. 6. Proprie *atrox* est, quod esui non est. *Scalig. in Festum p.* 25. Ἀτρωξ est purum putum Græcum. Ἀτρωξ, ἀτρώγω, quod nondum maturum esui.

96. *Clitum esse.* Arrian. IV. 260. *Clitus, quum in Alexandrum Cliti nomen inclamantem incidisset, ei respondisset: En tibi Clitum, Alexander.*

97.

52 rientisque sanguine aspersus: *I nunc*[98], inquit, *ad Philippum, & Parmenionem, & Attalum.*

97. *Hasta.* Arrian. IV. 260. *alii hasta, alii sarissa.* Oros. III. 18. *venabulo.* Senec. de ira III. 22. *lancea.* Plutar. Alex. f. 253. *spiculo, ἀτχμὴ* Lucian. Dial. Alex. & Phil. *telo, δορατίῳ.*

98. *I nunc*, quibus respicit Curtius Virgil. Aen. II. 547.

Referes ergo hæc, & nuntius ibis.
Pelidæ genitori; illi mea tristia facta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.

V. *Freinshemium.*

CAP. II.

ARGUMENTUM.

Cliti cædem ebrietate discussa perpendit, Xenipporum, Naurorumque incolas, & Bactrianorum exsules debellat & in fidem recipit, Philippi, & Erigyi funera omni adparatu celebrat Alexander.

1 MAle humanis ingeniis natura consuluit[1]; quod plerumque non futura, sed transacta perpendimus[2]. Quippe Rex postquam ira mente decesserat, etiam ebrietate discussa, magni-
2 tudinem facinoris sera æstimatione perspexit. Videbat tunc immodica libertate abusum, sed alioqui egregium bello virum, &, nisi erubesceret fateri, servatorem sui, occisum. Detestabile[3], carnificis mini-

Consuluit male i. utilitates neglexit. Nep. Epam. x. 1. *Male eum patriæ consulere diceret.* Noster v. 12. 11.

2. *Transacta perpendimus.* Tacit. Ann. XIV. 10. *Sed a Cæsare, perfecto demum scelere, magnitudo ejus intellecta est.* Ubi Lipsius: *Ita fit: currimus ad scelus præcipites, quod sedente impetu, veris mox pretiis æstimamus. Aurea gnome, sumptane a Menandro? certe ab illo antea sic elata, apud Stobæum:*

At nemo peccans, criminis sui modum
Peccando novit, re peracta respicit.

3. *De-*

ministerium occupaverat Rex[4]: verborum licentiam, quæ vino poterat imputari, nefanda cæde ultus. Manabat toto vestibulo cruor, paulo ante con-3 vivę: vigiles adtoniti & stupentibus similes procul stabant, liberioremque pœnitentiam[5] solitudo exciebat. Ergo hastam[6] ex corpore jacentis[7] evul-4 sam retorsit in semet: jamque admoverat[8] pectori[9], quum advolant vigiles, & repugnanti e manibus extorquent, relevatumque in tabernaculum deferunt. Ille humi prostraverat corpus, gemitu eju-5 latuque miserabili tota personante regia[10]. Laniare deinde os unguibus, & circumstantes rogare, *ne se tanto dedecori superstitem*[11] *esse paterentur.* In has pre-6 ces

3. *Detestabile* i. exsecrandum. Cic. Offic. II. *Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur.*

4. *Carnificis ministerium occupaverat Rex* i. Rex cum esset, carnificis operam exercuit. V. *Freinshemium.*

5. *Pœnitentiam.* Arrian. IV. 260. *Eo nomine Alexandrum laudo, quod statim maleficii pœnitentia ductus fuerit.* VII. 503. *Delicti pœnitentia duci, id ego soli ipsi inter veteres Reges, tanquam eximium, ac genuinum quiddam adscribo. Plerique enim, tametsi dicujus delicti conscii sibi sint, tuentes id, ut recte factum, obtegere se culpam suam putant.*

6. *Hastam ex corpore jacentis evulsam.* Ita & Plutarch. Alex. f. 253. *Ex occisi vulnere telum raptim eductum.* Sed Arrian. IV. 260. *Nonnulli ex iis, qui de Alexandri rebus scribunt, auctores sunt, ipsum in sarissæ ad parietem firmatæ spiculum se conjicere voluisse.*

7. *Jacentis* i. mortui, interfecti. *Jacere* peculiari quadam elegantia de cadaveribus dicitur. Phædr. I. 27. 9. *O canis, merito jaces.* Exempla collegit *Axen.* in Phædr. I. 25. 10.

8. *Admoverat.* Cicer. Tusc. IV. *Ut Alexandrum Regem videmus, qui, cum interemisset Clitum, familiarem suum, vix a se manus abstinuit: tanta vis fuit pœnitendi.* Senec. Epist. 83. *Refer Alexandri Macedonis exemplum, qui Clitum carissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit: & intellecto facinore, mori voluit, certe meruit.*

9. *Pectori.* Plutarch. f. 253. *In suum vertebat jugulum.*

10. *Personate regia* i. ut sonus per regiam audiretur. Val. Flacc. Argon. III. 528.

Ipsa citatarum tellus pede plausa sororum
Personat.

Noster x. 5. 7.

11. *Superstes* est, qui altero defuncto vivus supereſt. Cic. Quint. Frat. I. 3. *Utinam te non solum vitæ, sed etiam dignitatis meæ superstitem reliquissem.* Noster x. 5. 25. IX. 6. 9.

12.

ces tota nox exacta[12] est. Scrutantemque, *num ira Deorum ad tantum nefas actus esset?* subit[13], *anniversarium sacrificium Libero patri non esse redditum*[14] *statuto tempore. itaque inter vinum & epulas cade commissa, iram* 7 *Dei fuisse manifestam.* Cæterum magis eo movebatur, quod omnium amicorum animos videbat adtonitos[15]: neminem cum ipso sociare sermonem[16] postea ausurum. vivendum esse in solitudine velut fe- 8 ræ bestiæ, terrenti alias, alias timenti. Prima deinde luce *tabernaculo corpus*, sicut adhuc cruentum erat, jussit *inferri.* Quo posito ante ipsum, lachrymis obortis, *hanc*, inquit, *nutrici*[17] *meæ gratiam retuli, cujus duo filii apud Miletum pro mea gloria occubuere mortem*[18]: *hic frater unicum orbitatis solatium a me inter* 9 *epulas occisus est. Quo nunc se conferet*[19] *misera*[20]. *Omnibus ejus unus superstes, quem solum æquis oculis*[21] *videre non poterit. Et ego servatorum*[22] *meorum latro, revertar*

12. *Exacta* i. transacta, doorgebraght. Petron. c. 75. *Utcumque curati tristissimam exegimus noctem. Agere* Noster VIII. 3. 5.

13. *Subit* i. in mentem venit. Ovid. Trist. I. 3. 8.

Quum subit illius tristissima noctis imago.

Noster X. 5. 23.

14. *Sacrificium Libero non esse redditum.* Arrian. IV. 256. *Diem quendam apud Macedones Baccho sacrum esse ferunt, atque Alexandrum quotannis eo die Baccho sacrificare solitum, tum temporis neglecto Baccho, Dioscuris sacrum fecisse.* & p. 261. *Libero itaque sacrificium reddidit. Siquidem non ingratum ei erat, casum illum ad iram Numinis potius, quam ad suum maleficium referre.*

15. *Adtonitos* tam recenti exemplo insidiæ, & periculosæ Regum amicitiæ. V. *Freinshemium.*

16. *Sociare sermonem* i. loqui. *Sociare* est socium socio jungere. Cic. de Orat. III. *Scientia atque exercitatione sociati.*

17. *Nutrici* Hellanicæ VIII. 1. 21.

18. Filii *duo occubuere mortem.* Arrian. IV. 261. *Quæ & filios suos pro Alexandro pugnantes interfectos vidisset.*

19. *Se conferet* i. ibit, proficiscetur. Justin. III. 4. 12. *Palantus Brunduſium se contulit.*

20. *Misera*, die arme tröpfin. Tacit. Ann. XI. 39. 2. *Claudius, ubi vino incaluit, iri jubet, nuntiarique miseræ* (*hoc enim verbo usum ferunt*) &c. Inde verbum est *miserari* i. *miserum* quem vocare. Plaut. Epid. IV. 1. 7.

Quis illic est mulier, quæ ipsa se miseratur.

V. *Freinshemii Indicem.*

21. *Æquis oculis*, met goede oogen.

22. *Ser-*

vertar in patriam, ut ne dextram quidem nutrici, sine memoria calamitatis ejus offerre possim? Et cum finis la- 10 chrymis querelisque non fieret; jussu amicorum 11 corpus ablatum est. Rex triduum jacuit inclusus. quem ut armigeri corporisque custodes ad moriendum obstinatum esse cognoverunt: universi in tabernaculum inrumpunt, diuque precibus ipsorum reluctatum, ægre vicerunt, ut cibum caperet. quo- 12 que minus cædis puderet, *jure interfectum Clitum*[23] Macedones decernunt, sepultura quoque prohibituri, ni Rex humari jussisset. Igitur decem diebus 13 maxime ad confirmandum pudorem[24] apud Maracanda consumptis, cum parte exercitus Hephæstionem in regionem Bactrianam[25] misit, commeatus in hyemem paraturum. Quam Clito autem desti- 14 naverat provinciam, Amyntæ[26] dedit: Ipse Xenippa[27] pervenit. Scythiæ confinis est regio, habitaturque pluribus ac frequentibus vicis, quia ubertas terræ non indigenas[28] modo detinet, sed etiam advenas invitat. Bactrianorum exsulum, qui ab A- 15 lexan-

22. *Servatorum* i. Cliti servatoris. Pro recepta loquendi consuetudine plurali utitur. Ita apud Arrian. IV. 261. *amicorum interfectorem se esse clamitat* in historia de Cliti cæde. Liv. IX. 18. *Referre in tanto Rege piget amicorum cædes inter vinum & epulas.*

23. *Jure interfectum.* V. VIII. 8. 22. §. 56.

24. *Confirmandum pudorem* i. callum pudori obducendum. V. *Raderum.*

25. *In regionem Bactrianam*, quia, ubi crebri fontes rigant, fructus & vites alebat. VII. 4. 26. V. *Raderum.*

26. *Amyntæ* Nicolai filio. *Arrian.* IV. 278.

27. *Xenippa* nusquam extra Curtium reperienda, a nullo geographo, scriptore, historico consignata, vel expressa. Fides tota penes Curtium est, qui haud dubie ex Græcis auctoribus, qui hodie desiderantur, hæc *Xenippa* accepta in suo volumine posuit. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*, ut & *Glareanum.*

28. *Indigena* i. in eodem loco natus, *die daar getogen en gebooren is. Isidor.* X. Unde Serv. Aen. VIII. 328. *Omnes terræ habitatores, aut indigenæ, aut advenæ, aut convenæ sunt. Indigenæ sunt inde geniti, quos vocant Aborigines Latini, Græci* αὐτόχθονας, *ut de Faunis dixit. Advenæ, de uno loco venientes, ut Saturnus. Convenæ de diversis,*

lexandro defecerant, receptaculum fuerat. sed post-
16 quam Regem adventare compertum est; pulsi [29] ab
incolis 11. millia fere & ducenti congregantur. Omnes equites erant, etiam in pace latrociniis adsueti. tum ferocia ingenia non bellum modo; sed etiam
17 veniæ desperatio efferaverat. Itaque ex improvi-
so adorti Amyntam prætorem Alexandri, diu anceps prælium fecerant. Ad ultimum DCC. suorum amissis, quorum CCC. hostis cepit; dedere terga victoribus: haud sane inulti, quippe LXXX. Macedonum in-
18 terfecerunt, præterque eos CCC. & L. saucii facti sunt.
19 Veniam tamen etiam post alteram defectionem impetraverunt. His in fidem acceptis in regionem, quam Naura [30] adpellant, Rex cum toto exercitu venit. Satrapes erat Sysimithres [31] duobus ex sua
20 matre filiis genitis: quippe apud eos parentibus stupro coire cum liberis fas est [32]. 11. millibus armatis popularibus fauces regionis, qua in arctissimum cogitur, valido munimento sepserant. Præterfluebat

diversis, ut Ausones & Sicani. Infr. *n.* 21.

29. *Pulsi* i. fugati, ne illorum causa bello involverentur incolæ. V. *Raderum.*

30. *Naura* apud Arrianum in Erythræi maris periplo lego. *Deinde Naura, & Tyndis prima, seu maxima Linyricæ provinciæ emporia. Naura* regio videtur Arriano intra Gangem. Hanc regionem *Parætacas* nominat Arrian. IV. 286. *His apud Sogdianos ita gestis, Alexander in Parætacas movit, quod ibi aliud quoddam oppidum munitum, peramque aliam multi barbari insedisse nuntiarentur.* V. *Raderum* & ex illo *Freinsheminm.*

31. *Sysimithres* binominis fuit. *Chorienes* dicitur Arrian. IV. 286. *Ea Chorienis petra appellabatur: ipseque Chorienes, atque alii principes non pauci in eam confugerant. Sysimithres* vero non tantum Curtio, verum etiam Strab. XI. 132. *Petras munitissimas cepit, ut petram Sysimithræ in Bactriana & Plutarch. Alex. f.* 254.

32. *Stupro coire cum liberis fas fuit* Persis ex instituto cujusdam *Zoradæ.* Theodoret. Orat. IX. *Persicæ nationes, quæ jam pridem Zoradæ legibus regebantur, matrum, sororum, filiarum connubiis fusque deque commixtæ, remque justissimam arbitrantes, id quod erat facinus injustissimum.* Vel *Semiramidis.* Oros. I. 4. *Præcepit, ut inter parentes ac filios nulla delata reverentia naturæ, de conjugiis appetendis, quod cuique libitum esset, liberum fieret.* De illis *Catull.* LXXXIX. 1. & 2. *Lucan.* VIII. 441. Eo

bat [33] torrens amnis; tergo petra [34] claudebat: hanc manu [35] perviam incolæ fecerant. Sed aditus spe- 21
cus accipit lucem; interiora nisi inlato lumine obscura sunt. perpetuus cuniculus iter præbet in campos, ignotum nisi indigenis. At Alexander, quam- 22
quam angustias naturali situ munitas ac validas manu [36] barbari tuebantur; tamen arietibus admotis munimenta, quæ manu adjuncta erant, concussit, fundisque & sagittis propugnantium plerosque dejecit: quos ubi dispersos fugavit, ruinas munimentorum supergressus ad petram admovit exercitum. Cæ- 23
terum interveniebat fluvius coeuntibus aquis ex superiore fastigio in vallem; magnique operis videbatur tam vastam voraginem [37] explere. *Cædi* tamen 24
arbores [38] *& saxa congeri* jussit. ingensque barbaros pavor

441. Eo respicit Ovid. Metam. X. 331.

Gentes tamen esse feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parente
Jungitur.

V. *Elmenhorst. in Minut. p.* 87. *Rhodig.* XVIII. 18. *Brisson. de regn. Pers.* II. 230. *Grot. de jur. bel. & pac.* II. 5. 12.

33. *Præterfluebat* fauces regionis a fronte.

34. Petræ *Sysimithricæ altitudinem scribunt stadiorum quindecim, ambitum octoginta. In superiore parte planam & feracem, ut viros quingentos alere possit.* Strab. XI. 132. Paulo aliter Arrian. IV. 286. *Erat ejus altitudo stadiorum circiter viginti, in ambitu sexaginta, ipsa undique prærupta? adscensus ad eam unicus, isque angustus & difficilis, utpote præter loci naturam factus, adeo ut singuli, etiam nemine obstante, ægre conscendere possent.*

35. *Manui.* opere, & labore. V. *Freinshemii Indicem.*

36. *Manu* n. armata i. vi & armis. Flor. IV. 1. 5. *Antonius conjurationem Catilinæ manu opprimit.* V. *Freinshemii Comment. & Indicem.*

37. Voragine *profunda hæc petra erat in orbem cincta, adeo, ut qui exercitum ad petram adducere vellet, multo ante illi cavernosæ illæ voragines aggere obruendæ essent, ut ex planitie exercitus admoveri, rupemque oppugnare posset.* Arrian. IV. 286.

38. *Cædi arbores.* Arrian. IV. 287. *Cæsis itaque abietibus, quarum magna in ambitu illius montis copia erat, scalas ex iis confici jubet, ut per eas exercitus in voraginem descenderet.* &c. *Descendentes itaque in voraginem, paxillos, quam firmissime potuerunt, ad voraginis latera impegerunt, tanto spatio inter se distantes, quantum ponderi sustinendo par esset. His crates pimineas instra-*

pavor rudes ad talia opera concusserat [39], excitatam
25 molem subito cernentes. Itaque Rex ad deditionem metu posse compelli ratus, Oxarten [40] misit [41] nationis ejusdem, sed ditionis suæ, qui suaderet du-
26 ci, *ut traderet petram.* Interim ad augendam formidinem, & turres admovebantur; & excussa tormentis tela emicabant [42]. Itaque verticem petræ omni
27 alio præsidio damnato petiverunt. At Oxartes trepidum [43] diffidentemque rebus suis Sysimithrem cœpit hortari [44], *ut fidem, quam vim, Macedonum mallet experiri; neu moraretur festinationem victoris exercitus, in Indiam tendentis* [45]: *cui quisquis semet offerret* [46],
28 *in suum caput alienam* [47] *cladem esse versurum.* Et ipse quidem Sysimithres deditionem adnuebat [48]: cæterum mater eademque conjux morituram se ante denun-

verunt, quæ boutis similitudinem præ se ferrent, iisque arcte colligatis terram ingesserunt, ut per planitiem exercitus ad petram adduceretur.

39. *Barbaros pavor concusserat* n. *postquam sagittis peti cœperunt, neque ipsi ex editiore petra Macedonas propulsare possent, quum initio Macedonum conatus tanquam vanos atque inritos inrisissent.* Arrian. IV, 287.

40. *Oxarten* hunc *Oxyartem* appellant *Diod.* II. 6. *Strab.* XI. 132. *Arrian.* IV. 287. *Plutarch. Alex. f.* 254.

41. *Misit*, postquam *caduceatorem ad Alexandrum misissent Chorienes, rogans uti Oxyartem admitteret.* Arrian. IV. 287.

42. *Emicabant* i. effulgebant, resplendebant. Infr. VIII. 4. 3.

43. *Trepidum.* Plutarch. Alex. f. 254. *Quum Sysimithris urbem rupis inaccessæ obsidione cinxisset, tristes conspicatus milites, percontatus Oxyartem dicitur, quid animi gestaret Sysimithres? Respondente Oxyarte, timidissimum illum esse hominum. Petram, inquit, capi facilem nobis refers: quandoquidem imminutam, ac imbecillem ipsius inquis esse principem. Ita factum est. Ea enim terrefacto minis Sysimithre potitus est.*

44. *Cœpit hortari* i. hortatus est. Petron. c. 7. *Cœpit me præcedere: per medium lupanar fugere cœpi.* Noster *n.* 29. VIII. 4. 12: 6. 7. IX. 5. 27.

45. *Tendentis* i. pergentis, euntis. Tacit. Hist. IV, 50. 5. *Festus Adrumeto ad legionem tendit.* Nep. Milt. 1. 6. *Direxit cursum, quo tendebat.*

46. *Offerret* i. objiceret, opponeret. Tacit. Hist. II. 14. 6. *Treverorum turmæ obtulere se hosti incauto.* V. *Loccenii Indicem.*

47. *Alienam*, i. quam aliis illaturus esset Alexander. V. *Raderum.*

48. *De-*

nuncians, quam in ullius veniret potestatem; barbari animum ad honestiora, quam tutiora, converterat: pudebatque, libertatis majus esse apud feminas, quam apud viros, pretium [49]. Itaque dimisso inter- 29
nuncio pacis [50], obsidionem ferre decreverat. Sed quum hostis vires suasque pensaret; rursus muliebris consilii [51], quod præceps magis, quam necessarium esse credebat, pœnitere eum cœpit. Revocatoque 30
strenue Oxarte, *futurum se in Regis potestate* [52] respondit; unum precatus, *ne voluntatem & consilium matris suæ proderet, quo facilius venia illi quoque impetraretur.* Præmissum igitur Oxartem cum matre liberis- 31
que & totius cognationis grege [53] sequebatur, ne exspectato quidem fidei pignore, quod Oxartes promiserat. Rex equite præmisso, qui *reverti eos* jube- 32
ret, *opperirique præsentiam ipsius*, supervenit; & victimis Minervæ ac Victoriæ cæsis imperium Sysimithri restituit; spe *majoris etiam provinciæ* facta, *si cum fide amicitiam ipsius coluisset* [54]. Duos illi juvenes pa- 33
tre tradente *secum militaturos sequi* jussit. relicta deinde phalange ad subigendos, qui defecerant, cum equite processit. Arduum & impeditum saxis iter primo 34
utcumque tolerabant. mox equorum non ungulis modo adtritis; sed corporibus etiam fatigatis, sequi plerique non poterant, & rarius subinde agmen fiebat, pudorem, ut fere fit, immodico labore vincente. Rex tamen subinde equos mutans, sine in- 35
termissione fugientes insequebatur. Nobiles juvenes

48. *Deditionem adnuebat* i. in deditionem consentiebat. V. *Freinshemii Indicem.*

49. *Pretium* i. æstimationem. Ovid. Fast. v. 58.

Inque suo pretio ruga senilis erat.

50. *Internuntio pacis* Oxarte. V. VI. 8. 11.

51. *Muliebris consilii*, quod plerumque deterius. Tacit. Ann. XV. 54. 6. *Etenim uxoris quoque consilium adsumpserat, muliebre ac deterius.*

52. *Futurum se in Regis potestate* i. se Regi obsequuturum. Infr. X. 7. 9. VIII. 3. 7.

53. *Cognationis grege.* Arrian. IV. 288. *Familiarium nonnullis*, οἰκείων ἑταίρων.

54. *Coluisset* i. servasset, & tanquam numen aliquod revere-

nes comitari eum soliti defecerant, præter Philippum. Lysimachi erat frater, tum primum adultus, &, quod
36 facile adpareret indolis rarę. Is pedes, incredibile dictu, per 10. stadia [55] vectum Regem comitatus est; sæpe equum suum offerente Lysimacho, nec tamen, ut digrederetur a Rege, effici potuit, quum lorica
37 indutus arma gestaret. Idem quum perventum esset in saltum, in quo se barbari abdiderant [56], nobilem edidit pugnam; Regemque cominus cum ho-
38 ste dimicantem protexit. Sed postquam barbari in fugam effusi deseruere sylvas, animus, qui in ardore pugnę corpus sustentaverat, liquit; subitoque ex omnibus membris profuso sudore, arboris proximæ
39 stipiti se adplicuit [57]. Deinde ne illo quidem adminiculo sustinente [58], manibus Regis exceptus est, in-
40 ter quas conlapsus [59] exstinguitur. Mœstum Regem alius haud levis dolor excepit. Erigyius inter claros duces fuerat; quem exstinctum esse paulo antequam reverteretur in castra, cognovit. utriusque funus omni adparatu atque honore celebratum est.

CAP.

renter habuisset. Supr. VII. 8. 29. V. *Freinshemii Indicem.*

55. *Quingenta stadia* efficiunt milliaria Germanica sedecim fere, minus triente. V. *Raderum & Freinshemium.*

56. *Abdiderant* i. absconderant, occultaverant. Cic. Fam. XIII. 29. *Itaque abdidit se in ultimam Macedoniam.* Qui vix aliter quam accusativo hoc verbum jungit. Noster VIII. 4. 13. Principi notione *abdere* opponitur τῷ *addere*, & notat excludere, amovere, a se abjungere. Tibul. II. 1. 41.

Et procul ardentes hinc, precor, abde faces.

V. *Gronov. de Pecun. vet. c.* 8.

57. *Adplicuit se stipiti* i. ad stipitem stetit, se in stipitem inclinavit. Cæs. B. G. VI. 27. *His sunt arbores pro cubilibus, ad eas se adplicant.* Petron. c. 15. *Videbam Gitona cum linteis & strigilibus parieti adplicitum.* Noster IX. 5. 4. VIII. 4. 14. *Affigere* dicit Val. Max. II. 1. 9. *Affixique valvis exspectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur.* Noster *adplicare corpus ad molem* supr. IV. 4. 3. *admovere stipiti* infr. VIII. 4. 6.

58. *Sustinente* n. illum, ne caderet. V. *Freinsh. Indicem.*

59. *Conlapsus exstinguitur.* Justin. XV. 3. 11. *Lysimachus in India insectanti Regi quosdam palantes hostes, quum a satellitum turba, equi sui celeritate desertus esset, solus ei per immensas harenarum moles cursus comes fuit. Quod idem antea Philippus frater ejus cum facere voluisset, inter manus Regis exspiraverat.*

Fatigari

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Spitamenis uxorem, interfecti mariti caput adferentem, castris excedere jubet, & provinciarum, quibus avare & superbe imperabatur, injurias vindicat Alexander.

DAhas deinde statuerat petere; ibi namque Spi- 1
tamenem esse cognoverat. Sed hanc quoque expeditionem, ut pleraque alia, fortuna indulgendo ei numquam fatigata [1], pro absente transegit. Spitamenes uxoris immodico amore flagrabat; quam ægre fugam, & nova subinde exilia tolerantem [2], in omne discrimen comitem trahebat [3]. Illa 2
malis fatigata idemtidem muliebres [4] adhibere blanditias [5]; *ut tandem fugam sisteret, victorisque Alexandri clementiam expertus, placaret, quem effugere non posset.* Tres adulti erant liberi ex eo geniti, quos quum pe- 3
ctori patris admovisset [6], *ut saltem eorum misereri vellet,*

Fatigari fortunam docet Lucan. VII. 727.

Lassata triumphis
Descivit fortuna tuis.

docet Liv. IX. 17. *Ut alios Reges, clarosque duces omittam; magna exempla casuum humanorum: Cyrum, quem maxime Græci laudibus celebrant, quid nisi longa vita, sicut Magnum modo Pompejum, vertenti præbuit fortunæ?* V. *Freinshemium.*

2. *Fugam tolerantem*, ut Tacit. Ann. XII. 51. *Sed conjunx gravida primam utcumque fugam ob metum hostilem, & mariti caritatem toleravit.*

3. *Comitem trahebat*, ut Zenobiam Rhadamistus apud *Tacit. Ann.* XII. 51.

4. *Muliebres* i. quales *mulieres* adhibere solent. Ita *muliebre bellum* dicit Cic. pro Cœl. quale solent gerere *mulieres*? *Muliebriter* n. 7. ut solent *mulieres.*

5. *Blanditias* i. verba, quibus animum mariti mulceret, & gestus, quibus eundem deliniret, quos describit *n.* 3. Ita mala Cydonia, violas, lilia, uvas, aves, *blanditias* vocat *Propert.* III. 11. 17. quibus amicarum animos deliniverint prisci amantes.

6. *Pectori patris admovisset* i. in pectus patris ruere, patrem amplecti jussisset. V. III. 12. 26. §. 81.

let, orabat; & quo efficaciores essent preces, haud
4 procul erat Alexander. Ille se prodi, non moneri
ratus, & forme profecto fiducia cupere eam quam-
primum dedi Alexandro; acinacem strinxit, per-
cussurus uxorem, nisi prohibitus esset fratrum ejus 7
5 occursu. Cæterum *abire conspectu* jubet; addito 8 me-
tu *mortis, si se oculis ejus obtulisset* 9: & ad desiderium
6 levandum noctes inter pellices agere 10. Sed penitus hærens amor fastidio præsentium accensus est.
itaque rursus uni ei deditus, orare non destitit, *ut*
tali consilio abstineret, patereturque sortem, quamcumque
7 *eis fortuna fecisset. sibi mortem deditione esse leviorem.* At
illa purgare se, *quod, quæ utilia esse censebat, muliebriter*
forsitan, sed fida tamen mente suasisset; de cætero futuram
8 *in viri* 11 *potestate.* Spitamenes simulato captus 12 ob-
sequio, de die *convivium adparari* jubet; vinoque &
epulis gravis, semisomnus in cubiculum fertur.
9 Quem ut alto & gravi somno 13 sopitum esse sensit
uxor, gladium, quem veste occultaverat, stringit,
caputque ejus abscissum 14 cruore respersa, servo
10 suo conscio facinoris tradit. Eodem comitante, sic-
ut erat cruenta veste, in Macedonum castra perve-
nit, nunciarique Alexandro jubet, *esse, quæ ex ipsa*
deberet cognoscere. Ille *protinus barbaram* jussit *admit-*
11 *ti.* quam ut adspersam cruore conspexit, ratus ad
deplo-

7. *Fratrum ejus* n. uxoris, qui sororem defenderunt. V. *Raderum.*

8. *Addito* i. adhibito. V. *Freinshemii Indicem.*

9. *Si se oculis ejus obtulisset*, indien sy hem onder de oogen soude gekomen zijn.

10. *Fecisset* i. tulisset, dedisset.

11. *Viri* i. mariti. Flor. I. 7. 3. *Quæ, ut virum Regem salutaret, super cruentum patrem*, &c. Noster VI. I. 35. VI. 2. 8.

12. *Captus* i. deceptus, circumventus. Cic. Hort. *Captum me fortasse, inquit, tu putas.* V. *Non.* IV. 57.

13. *Alto & gravi somno sopitum*, seer vast slapende. Nep. Dion. 11. 5. *Somno sopitus diem obiit supremum.* Noster VIII. 6. 14. & 22: 10. 18. V. VI. 8. 21.

14. *Capit abscissum* a Massagetis dicit Arrian. IV. 279. *Cæterum postquam intellexerant Alexandrum animo penetrandi deserta adventare, interfecto Spitamene caput ejus ad Alexandrum mittunt, tanquam illum a se hoc facto aversuri.*

15. De-

deplorandam 15 contumeliam venisse, *dicere, quæ vellet*, jubet. At illa *servum*, quem stare in vestibu- 12
lo jusserat, *introduci* desideravit 16: qui, quia caput
Spitamenis veste tectum habebat; suspectus scrutan-
tibus, quid occulteret, ostendit. Confuderat 17 oris 13
exsanguis notas pallor, nec, quis esset, nosci satis po-
terat. Ergo Rex certior factus *humanum caput ad-*
ferre eum, tabernaculo excessit, percontatusque, *quid*
rei sit? illo profitente cognoscit. Variæ hinc cogita- 14
tiones invicem animum diversa agitantem commo-
verant. meritum ingens in semet esse credebat, quod
transfuga & proditor, tantis rebus, si vixisset, in-
jecturus moram, interfectus esset: contra facinus
ingens aversabatur, quum optime meritum de ip-
sa, communium 18 parentem liberorum, per in-
sidias interemisset. Vicit tamen gratiam meriti 19, 15
sceleris atrocitas, denunciarique jussit, ut *excederet*
castris: neu licentia barbara exemplar 20 *in Græcorum mo-*
res, & mitia ingenia transferret. Dahæ Spitamenis 16
cæde comperta Dataphernem defectionis ejus parti-
cipem, vinctum Alexandro seque dedunt. Ille ma-
xima præsentium curarum parte liberatus, conver-
tit

15. *Deplorandam.* V. VIII. 6. 7. §. 23.

16. *Desideravit* i. petiit. Cic. pro Archia: *Virtus nullam aliam mercedem laborum desiderat.* Noster VII. I. 32.

17. *Confuderat* i. turbaverat, miscuerat. Inf. VIII. 8. 8. IX. 9. 7.

18. *Communium* i. ex utroque genitorum. Tacit. Ann. I. 40. 3. *Communem filium complexus.*

19. *Vicit gratiam meriti* i. effecit, ut non adpareret *meritum.* Phædr. III. 9. 16.

Tu faciem ut istam moribus vincas bonis.

Ita *cupide vicit rationem* infr. IX. 2. 12. i. effecit, ut *rationi* locus non esset.

20. *Exemplar.* Cicer. pro Dejot. *Quæ est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata humanitas? Idcirco in hanc urbem venisti, ut hujus urbis jura, & exempla corrumperes, domesticaque tua inhumanitate nostræ civitatis humanitatem inquinares?* *Exemplar* proprie est species, quam artifex imitatur, & ad quam aliquid efficit. Cicer. de Univers. *Qui aliquod munus efficere molitur, si eam speciem, quæ semper est eadem, intuebitur, atque eam sibi proponet exemplar,*

tit animum ad vindicandas injurias[21] eorum, quibus a prætoribus suis avare ac superbe imperabatur.
17 Ergo Phratapherni Hyrcaniam & Mardos cum Tapuris tradidit, mandavitque, ut Phradatem, cui succedebat, ad se in custodiam mitteret. Arsami[22] Drancarum[23] præfecto substitutus est Stasanor. Arsaces[24] in Mediam missus, ut Oxydates[25] inde discederet. Babylonia mortuo Mazæo Deditameni[26] subjecta est.

CAP.

præclarum opus efficiat, necesse est, het origineel.

21. *Ad vindicandas injurias* &c. Non enim impune abibant Alexandri prætores, licet illorum auctoritas fuerit magna, si illi subjectos injuria affeciſſe convincerentur. Arrian. VI. 430. *Venerunt etiam duces copiarum.... E quibus Cleandrum, & Sitalcem accusatos ab indigenis pariter atque exercitu ipso, quod templa spoliassent, veteraque monimenta movissent, multaque alia in subditos improbe atque avare perpetrassent, necari jussit, ut & reliqui satrapæ, aut præsides, aut principes, qui illis locis constituerentur, metuerent, si officium non fecissent, sese eodem supplicio affectum iri. Neque enim licebat sub Alexandri imperio cuiquam præfecto subditos injuria afficere.* Noſter IX. 8. 9. X. 1. 1-9.

22. *Arsami* filio Artabazi. V. VI. 5. 1.

23. *Drancarum.* Ita & Arrian. IV. 280. *Stasanorem in Drancas præsidem misit.* De hoc loco decertantes videſis *Freinshemium*, & *ad Arrianum Blanckardum*. & VI. 6. 3 6.

24. *Arsaces.* Non hunc, sed *Atropatem* in Medos missum fuisse dicit *Arrian.* IV. 280.

25. *Oxydatem male* Alexandro *voluisse* dicit *Arrian.* IV. 281. ubi *Exodates* nominatur, si modo proba est lectio; nam & apud Arrianum *Oxydatem* legendum esse contendit *Blanckardus*. V. VI. 2. 11.

26. *Deditamenes*, *Stamenes* vocatur Arrian. IV. 281. *Stamenem vero Babylonem ire jubet, quod Mazæus Babylonis præses mortem obiisse nuntiaretur.*

Gabazam

CAP. IV.

ARGUMENTUM.

Gabazam petens in frigus immodicum, & tempestatem nigram incidit, Cohortanum Satrapem se & sua tradentem in fidem recipit, ejusque filiam Roxanem ducit uxorem domum Alexander.

HIs compositis tertio mense ex hibernis movit[1] exercitum, Regionem, quæ *Gabaza*[1] appellatur, aditurus. Primus dies quietum[2] iter[2] præbuit: proximus ei nondum quidem procellosus[3] & tristis[4], obscurior tamen pristino, non sine minis crescentis mali præteriit. tertio ab omni[3] parte cœli emicare fulgura, & nunc internitente luce, nunc condita, non oculos modo meantis[5] exercitus, sed etiam animos terrere cœperunt. Erat[4] prope continuus cœli fragor, & passim cadentium fulminum[6] species visebatur. adtonitisque auribus stupens

Gabazam regionem dictam putant a *Gaba, munito Sogdianorum oppido, medio inter Massagetas, Scythas & Sogdianos sito*, ut illud describit *Arrian.* IV. 278. V. *Raderum* & *Clareanum*.

2. *Quietum iter*, quia clemens habuit cœlum.

3. *Procellosus* i. tempestuosus, *ongestuymigh.* Senec. N. Q. V. 12. *Erumpit in ventum, qui fere procellosus est.* Noſter X. 7. 11. V. III. 13. 7. §. 17.

4. *Tristis* propter ea, quę sunt consecuta tertio die. Ita *tristem somnum* dicit Catul. LXIV. 122. *tristia exta* Cicer. *de Divin.* 1. & Noſter VII. 7. 22.

5. *Meantis* i. se agentis, euntis, *marcherende. Meare* est ultro, citroque se movere. Unde *meare* dicuntur aves apud Pliu. X. 38. *Aves solæ vario meatu ferantur*, & sidera apud eundem II. 8. *Omnium autem errantium siderum meatus contrarium mundo agere cursum*, & amnes apud Noſtrum V. 1. 30. VII. 10. 3.

6. *Cadere* fulmen dicit & Senec. N. Q. II. 53. *Quocunque decidit fulmen, ibi odorem sulphuris esse certum est.* & 24. *Fulmen autem cadit eadem necessitate, quæ*

ſtupens agmen, nec progredi, nec conſiſtere 7 au-
5 debat. Tum repente imber grandinem incutiens 8
torrentis modo effunditur. ac primo quidem armis
ſuis tecti exceperant, ſed jam nec retinere arma lu-
bricæ & rigentes manus poterant; nec ipſi deſtinare,
in quam regionem obverterent corpora, quum undi-
que tempeſtatis violentia major, quam vitabatur,
6 occurreret. Ergo ordinibus ſolutis per totum ſal-
tum errabundum 9 agmen ferebatur 10; multique
prius metu, quam labore defatigati, proſtraverant
humi corpora, quamquam imbrem vi frigoris con-
7 creto gelu adſtrinxerat. Alii ſe ſtipitibus arborum
admoverant. id plurimis & adminiculum & ſuffu-
8 gium 11 erat. Nec fallebat ipſos morti locum eli-
gere, cum immobiles vitalis calor linqueret: ſed
grata erat pigritia 12 corporum fatigatis, nec recu-
ſabant exſtingui quieſcendo. quippe non vehemens
modo, ſed etiam pertinax vis mali inſiſtebat; lu-
cemque naturale ſolatium 13 præter tempeſtatem
haud disparem nocti, ſylvarum quoque umbra ſup-
preſſe-

qua excutitur: ubi quoque expli cat, quibus de cauſis, cum ignis fit, in terram *cadat*; & Plin 11. 20 *ignem ad terras decidunm, fulmen* vocat.

7. *Conſiſtere* i. ſubſiſtere fixa ſede, aut certe caſtris locatis: unde opponitur *progredi*. V *Freinshemii Indicem*.

8. *Intuitens* i. in exercitum injiciens.

9. *Errabundum* i. vagabundum. *Errare* interdum eſt vagari, & vagando a recta via deflectere. Cicer. Attic. VIII. 9. *Ego Arpini volo eſſe pridie Calendas: deinde circum villulas noſtras errare*. V. v. 6. 15. §. 34.

10. *Ferebatur* i. ibat. Flor. III. 3. 6. *Tripertito agmine per Alpes ferebantur*. Noſter IX. 9. 2. X. 5 16.

11. *Suffugium* i. refugium, perfugium. Tacit. Germ. XVI. 5. *Solent & ſubterraneos ſpecus aperire, ſuffugium hyemi*. qui *in tempus* addit Ann. IV. 66. 4. *Quod unum urgentium malorum ſuffugium in tempus erat*. Noſter infr *n*. 9.

12. *Pigritia* i. languor ex vitali calore ſenſim effluente ortus; immobiles enim, quos calor naturalis paulatim deſtituit, ita ut non ſentiant, exſtinguuntur. Ita Tibul. I. 2. 15. *frigora pigra*. I. 11. 20. *pigra ſenecta* dicuntur, quia hominem *pigrum*, immobilem, languidum, &, quid ſibi fiat, non ſentientem reddunt. *Tigritiam metum conſequentis laboris* definit *Cic. Tuſc*. IV.

13. *Lucem naturale ſolatium* elegan-

preſſerat. Rex unus tanti mali patiens 14 circumi- 9
re milites, contrahere diſperſos, adlevare proſtra-
tos, oſtendere procul evolutum ex tuguriis fumum,
hortarique, *ut proxima quæque ſuffugia occuparent*. Nec 10
ulla res magis ſaluti fuit, quam quod multiplicato
labore ſufficientem malis, quibus ipſi ceſſerant 15,
Regem deſerere erubeſcebant. Cæterum efficacior 11
in adverſis neceſſitas, quam ratio 16, frigoris reme-
dium invenit. dolabris enim ſylvas ſternere adgreſſi,
paſſim acervos ſtruesque accenderunt. Continenti 12
incendio ardere crederes ſaltum, & vix inter flam-
mas agminibus relictum locum. Hic calor ſtupen-
tia membra commovit, paulatimque ſpiritus, quem
continuerat rigor, meare libere cœpit. Excepere 13
alios tecta 17 barbarorum, quæ in ultimo ſaltu 18 ab-
dita neceſſitas inveſtigaverat: alios caſtra, quę in
humido quidem, ſed jam cœli miteſcente ſævitia lo-
caverunt. Mille militum atque lixarum calonum-
que peſtis illa conſumpſit. Memoriæ proditum eſt 19,
quos-

eleganter dicit. Auguſtinus ſerm. 55. de verbis Domini *Lunam noctis ſolatium* ſimili elegantia vocat V. *Loccenii Indicem*.

14. *Tanti mali patiens* i. tantum malum *patienter* ferens, ſe ad tantum malum obdurans; Ita *patientem* dicit Horat. Sat. I. 1. 38. II. 6. 91, qui æquo animo ſuſtinet, & *patienter* fert res, quibus premitur, anguſtas. Et *pati* eſt difficilem vitam *patienter* ſuſtinere. Virg. Ecl. X. 53.

Certum eſt in ſylvis inter ſpelæa ferarum
Malle pati.

15. *Ceſſerant* i. ſuccubuerant, a quibus victi erant. Virg. Aen. VI. 95. *Tu ne cede malis*, &c. V. *Freinshemii Indicem*.

16. *Efficacior neceſſitas, quam ratio*; quo forte adluſit *Scalig. Jamb. Gnomic.* III. 7. 8. dum canit:

Ad moliendum maxime efficacior
Neceſſitatis norma, quam virtutis eſt.

17. *Excepere alios tecta* i. alii venerunt, ſubierunt tecta. Locus eleganter dicitur *excipere* hominem, in quem ſe recipit, & fugit. Phædr. I. 13. 9.

Sylva tum excepit ferum.

18. *Ultimo ſaltu* i. ultima remotiori ſaltus parte. Terent. Heaut. V. I. 29

Eſt mihi in ultimis conclave ædibus quoddam retro.

Ita *ultimam plateam* idem Phorm. I. 4. 38. *ultimam urbem* Cicer. pro Muræna, *ultimum campum* X. 9, 12. & *ultimum orientem* IX. 5. 8. Noſter.

19. Ma-

quosdam adplicatos arborum truncis, & non ſolum viventibus, ſed & inter ſe conloquentibus ſimiles eſſe conſpectos; durante adhuc habitu[20], in quo mors quemque deprehenderat. Forte Macedo gregarius miles ſeque & arma ſuſtentans, tandem in caſtra pervenerat. Quo viſo Rex, quamquam ipſe tunc maxime admoto igne refovebat artus, ex ſella[21] ſua exſiluit, torpentemque[22] militem[23], & vix compotem mentis demptis armis *in ſua ſede* juſſit *conſidere*[24]. Ille diu nec ubi requieſceret, nec a quo eſſet exceptus, adgnovit. tandem recepto calore vitali, ut regiam ſedem Regemque vidit, territus ſurgit. quem intuens Alexander, *ecquid intelligis, miles*, inquit, *quanto meliore ſorte*[25], *quam Perſæ, ſub Rege*[26] *vivatis? Illis enim in ſella Regis conſedißе capitale foret*; *tibi ſaluti fuit*. Poſtero die convocatis amicis copiarumque ducibus, pronunciari juſſit *ipſum omnia, quæ amiſſa eſſent, redditurum*. & promiſſo fides exſtitit[28]. nam Syſimithres multa jumenta, & camelorum duo millia adduxit, pecoraque & armenta[29]: quæ diſtributa pariter militem & damno & fame liberaverunt. Rex *gratiam ſibi relatam*[30] *a Syſimithre* præfatus, *ſex dierum cocta cibaria ferre milites* juſſit, Sacas[31] petens. Totam hanc regionem depopulatus, xxx. millia pecorum ex præda Syſimithri dono dat. Inde pervenit in regionem, cui *Cohortanus*[32] ſatrapes nobilis præerat, qui ſe Regis poteſtati fideique permiſit. Ille imperio ei reddito, haud amplius, quam *ut duo ex tribus filiis ſecum militarent*, exegit. Satrapes etiam eum, qui penes ipſum relinquebatur, tradit. Barbara opulentia convivium, quo Regem accipiebat[33], inſtruxerat[34]. id quum multa

19. *Memoriæ proditum eſt*, nec ab *Arriano*, nec a *Plutarcho*. Si forte a *Diodoro*, qui videtur verbo rem indicare Indice *libri* 17. *n.* 27. dum ſcribit, *& magna pars copiarum nivis exuberantia enecatur*, ipſa tamen hiſtoria vetuſtate intercidit, & ad nos non pervenit.

20. *Habitum* interpretatur geſtum Marcellin. XIV. 8. *Haſtisque feriens ſcuta, qui habitus iram pugnantium concitat & dolorem, proximo jam geſtu terrebat*. V. *Freinshemii Indicem*.

21. Sella, *ſublimi & propinqua igni ſede* Val. Max. V. 1. 1. ext.

22. Torpentem, *prope exanimatum frigore* Front. IV. 6. 3 *ſenio confectum, nimio frigore obſtupefactum* Valerius. V. III. 6. 14. §. 51.

23. *Militem recognoviſſe* Alexandrum dicunt Frontinus & Valerius.

24. *In ſua ſede conſidere*. Valerius: *Factaque non fortunæ, ſed ætatis utriusque æſtimatione deſcendit, & illis manibus, quibus opes Darii affixerat, corpus frigore duplicatum in ſuam ſedem impoſuit*. Ita *C. Oppio comitanti ſe per ſylveſtre iter, correptoque ſubita valetudine, & in diverſorio cubiculo* (ut recte videtur legendum magno *Grævio*) *quod unum erat, ceſſit* Julius Cæſar apud *Sueton. c.* 72.

25. *Sorte* i. conditione. Prop. II. 19. 19.
Excludit quoniam ſors mea, ſæpe venis.

26. *Sub Rege* i. ſub *Regis* imperio. Supra VI. 10. 26. infr. X. 2. 23: 3. 3. & 14.

27. *Capitale* hoc fuiſſe docet Artabanus Darii Hyſtaſpis frater, Xerxis patruus apud *Herod.* VII. 503. Is enim a Xerxe regali ornatu in ſolio ſedere juſſus, ut experiretur, num ei in ſomnis idem ſpectrum, quod Xerxi ad bellum Græcis inferendum ſtimulos admovebat, obverſaretur, valde reluctatus eſt, & negavit *ſe dignum, qui in regio ſolio ſederet*. Alexandri verba repetit Frontinus: *Si in Perſis natus eſſes, in regia ſella reſediſſe tibi capitale foret, in Macedonia nato conceditur*. V. & *Briſon. de regn. Perſ.* I. 20.

28. *Promiſſo fides exſtitit* i. fidem habuit *promiſſio*. V. *Freinshemii Indicem*.

29. *Pecoraque & armenta*. V. IX. 2. 16. §. 29.

30. *Gratiam ſibi relatam*, quod ipſum cum matre, & liberis ſervaſſet, ſuæque dynaſtiæ reſtituiſſet. Sed hanc gratiam Syſimithri repoſuit Alexander *n.* 21. V. *Raderum*.

31. *Sacas* hic depopulatur Alexander, quia, licet *miſerint legatos, qui polliciti fuerint gentem imperata facturam* ſupr. VII. 9. 18. illos dubio procul traxit Sogdianorum defectio. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*, nec non *Glareanum*.

32. *Cohortanum* Roxanes patrem nemo præter Curtium adfirmat, ſed Oxartem, ſive Oxyartem Arrian. IV. 284. *Multæ ibi diverſorum uxores, & liberi capti: atque in iis Oxyartis uxor, & filiæ. Erat porro Oxyartis filia Roxane virgo nubilis*. VII. 447. *Sed & antea Roxanem Oxyartis Bactrii filiam duxerat*. Diodor. XVIII. 3. *Oxyartæ Bactrianorum Regi, cujus natam Roxanem duxerat Alexander*, &c. Strab. XI. 132. *In ea Alexander & hoſpitio ſumptuoſe acceptus eſt, & Rhoxanam Oxyartis filiam uxorem duxit*. Ipſe Curtius X. 3. 11. Puto itaque hic hiatum aliquem & defectum eſſe, & poſt illa de *Cohortano*, narrationem fuiſſe de Oxatris comitate & convivio, cujus cauſa, ſive occaſio deeſt. Ponamus igitur ἐκλεί⟨ψεως notam inter hæc verba: *tradit* * *barbara opulentia*.

comitate celebraret, *introduci XXX. nobiles virgines* jussit. Inter quas erat filia ipsius *Roxane* nomine, eximia corporis specie & decore habitus in barbaris ra-
24 ro. Quæ quanquam inter electas processerat, omnium tamen oculos convertit in se; maxime Regis, minus jam cupiditatibus suis imperantis inter obsequia fortunæ, contra quam non satis cauta mortali-
25 tas est. Itaque ille, qui uxorem Darii, qui duas filias virgines, quibus forma præter Roxanem comparari nulla poterat, haud alio animo, quam parentis adspexerat; tunc in amorem virgunculæ [35], si regiæ stirpi comparetur, ignobilis, ita effusus est, ut diceret *ad stabiliendum regnum pertinere* [36], *Persas & Macedones connubio jungi: hoc uno modo & pudorem victis, &*
26 *superbiam victoribus* [37] *detrahi* [38] *posse. Achillem quoque, a quo genus ipse deduceret, cum captiva* [39] *coisse: Ne inferri nefas arbitrarentur* [40], *ita* [41] *matrimonii*

V. *Ruben. Elect.* I. 29. & exillo *Raderum & Freinshemium.*

32. *Accipiebat* i. excipiebat, tractabat. Terent. Eun. v. 8. 32.

Accipit hominem nemo melius prorsus.

Ubi Donat. *Accipit, pascit, invitat, ut Virg. Aen.* III. 353. *Illos porticibus Rex accipiebat in amplis.* Noster VIII. 12. 15.

33. *Instruxerat* i. *adparaverat* supr. VIII. 3. 8.

34. *Comparari* i. conferri, assimilari. Cic. de Amic. *Hi non comparantur Catoni. Comparari ad aliquem* Terent. Eun. IV. 4. 14. *Comparari cum aliquo* Catul. XLIII. 7. & Cic. Fam. III. 6.

35. *In amorem virgunculæ ita effusus est* i. virgunculam ita amavit.

36. *Ad stabiliendum regnum.* Plutarch. Alex. f. 252. *Roxanem conspicuæ formæ mulierem olim in convivio conspicatus adamavit: quod rerum gerendarum proposito maxime conduxisse visum est. Ejus enim matrimonium sublatos ad spem barbaros plurimum Alexandro fide, benevolentiaque conjunxit.*

37. *Superbiam victoribus*, si scilicet connubiis, & consanguinitate juncti, quos antea pro victis sprevissent, inciperent amare, ut affines & necessarios. Unde Noster X. 3. 12. V. *Freinshemium.*

38. *Detrahi.* Senec. Epist. 47. *Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam majores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint?*

39. *Captiva* Briseide, Brisæ, sacerdotis filia, quam ex Lyrnesso Phrygiæ urbe cepit Achilles. V. Hygin. *fab.* 106. *Ovid. Heroid.* III. *Homer. Iliad.* I. & XIX. *Horat. Od.* II. 4. 3.

40. *Inferri nefas arbitrarentur* Macedones in suos mores, eosque contaminari, si captivam duceret. V. *Freinshemium.*

nii jure velle jungi. Insperato gaudio lætus pater ser- 27
monem ejus excepit [42]: & Rex medio cupiditatis ardore jussit *adferri* patrio more *panem* [43]. hoc erat apud Macedones sanctissimum coeuntium pignus; 28
quem divisum gladio, uterque libabat. Credo eos, qui gentis mores condiderunt [44], parco & parabili victu ostendere voluisse jungentibus opes, quantulo contenti [45] esse deberent. Hoc modo Rex Asiæ 29
& Europæ introductam inter convivales ludos matrimonio sibi adjunxit, e captiva geniturus, qui victoribus imperaret. Pudebat amicos super vinum 30
& epulas socerum ex deditis esse electum: sed post Cliti cædem libertate sublata; vultu, qui maxime servit [46], adsentiebantur.

CAP.

41. *Ita* i. eodem modo, quo Briseida sibi junxit Achilles, qui illa pro concubina & pellice non est abusus, sed, quem admodum illi Patroclus deductor promiserat, in legitimam uxorem duxit. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

42. *Excepit* i. audivit. Plaut. Amph. IV. 4. 26.

Quid memoret, hinc excipiam.

43. *Panem adferri patrio more.* Alex. Gen. II. 5. *Apud Græcos vero & Macedones panem gladio divisum, sponsum & sponsam; cum ineunt sponsalia, gustare solenne fuit.* Qui in re uxoria varios gentium ritus adnotat, & præter illum *Rhodig.* XXVIII. 15. & *Stuck. Ant. Conv.* I. 30. Hujus rationem addidit Noster *n.* 28.

44. *Condiderunt* i. instituerunt, ut *leges condere* dicit *Cicero de LL.* II.

45. *Quantulo contenti* i. non alio fere cibo, quam pane. *Optima* enim *est domus, quæ quam minimo adparatu indiget*, ut inquit *Strab.* XV. 463.

46. *Vultum maxime servire* dum dicit Curtius, testem habet Cicer. Fam. I. 9. *Fronte atque vultu simulatio facillime sustinetur.* Quod Paulus Eph. VI. 6. Coloss. III. 22. ὀφθαλμοδουλείαν vocat. Philostratus de vita Apollon. V. 12. πλάττειν ἕνυγρον πρόσωπον Cæsar B. G. I. 39. *Vultum fingere* dixit. V. *Loccenium.*

Indiam

CAP. V.

ARGUMENTUM.

In bellum Indicum cogitationes vertit, militum arma auro, & argento expoliri jubet, Deus haberi & coli, adulatoribus probantibus, sed Callisthene improbante, vult Alexander.

1 CÆterum Indiam [1] & inde Oceanum [2] petiturus, ne quid a tergo, quod destinata impedire posset, moveretur; *ex omnibus provinciis XXX. millia juniorum legi* [3] jussit, *& ad se armata perduci*: 2 obsides simul habiturus, & milites [4]. Craterum autem ad persequendos Haustanem [5] & Catenem, qui ab ipso defecerant, misit: quorum Haustanes captus est; Catenes in prælio [6] occisus. Polypercon quoque regionem, quæ *Bubacene* [7] adpel- 3 latur, in ditionem redegit. Itaque omnibus compositis cogitationes in bellum Indicum [8] vertit. Dives regio habebatur non auro modo, sed gemmis quoque margaritisque [9], ad luxum magis, quam ad magnificentiam exculta. *Clypei militares auro & ebore* 4 *fulgere* dicebantur: itaque, necubi vinceretur, cum cæteris præstaret; scutis argenteas laminas, equis frænos aureos addidit, loricas quoque alias auro, alias argento adornavit. CXX. millia armatorum [10] erant, quæ Regem ad id bellum sequebantur. Jamque 5 omnibus præparatis, quod olim prava mente conceperat, tunc esse maturum [11], *quonam modo cœlestes honores usurparet*, cœpit agitare. *Jovis filium* [12] non dici tantum se, sed etiam credi volebat; tamquam perinde animis imperare posset [13], ac linguis. Ita- 6 que more Persarum [14] Macedonas venerabundos ipsum

Indiam describit Noster VIII. 9.

2. *Oceanum* describit Noster IX. 9.

3. *Legi* i. deligi, scribi. Nep. Paus. 1. 3. *Cum ducentis millibus peditum, quos viritim legerat.*

4. *Obsides, & milites.* Ita Liv. XXI. 21. *Simul conquisitoribus in civitates missis, quatuor millia conscripta delectæ juventutis, præsidium eosdem & obsides, duci Carthaginem jubet* Hannibal.

5. *Haustanes* Arrian. IV. 289. *Austanes, & captus ad Alexandrum adductus* fuisse dicitur.

6. *Prælio*, quo barbarorum equites CCXX. cæsi, pedites circiter CIↃ. IↃ. V. *Arrian.* IV. 289.

7. *Bubacenem* regionem nemo præter Curtium laudat. V. *Rader.* & ex illo *Freinshemium.*

8. *Bellum Indicum* jam animo agitaverat VIII. 2. 27. Unde Pharæmani Chorasmenorum Regi, se, si in Colchos & Amazones proficisci vellet, ducem itineris pollicito respondit: *sibi res Indicas in animo esse.* Arrian. IV. 274. V. *Freinshemium.*

9. Gemmam & margaritam *multi sane separant, ut Cicero: Nullam gemmam, aut margaritam. Et gemmas volunt dici diversi coloris: margaritas vero albas: vel gemmas integras, margaritas pertusas. Dicimus autem & hæc margaritis, quod Græcum est, quo modo Nais.* Serv. Aen. I. 659. Ulpianus etiam distinguit Digest. XXXIV. 2. n. 19. §. 17. & 18. *Gemmæ autem sunt perlucidæ materiæ, quas (ut refert Sabinus libris ad Vitellium) Servius a lapillis eo distinguebat: quod gemmæ essent perlucidæ materiæ, velut smaragdi, chrysolithi, amethysti: lapilli autem contrariæ superioribus naturæ, ut obstiani, venientani. Margaritas autem nec gemmis, nec lapillis contineri satis constitisse, ibidem Sabinus ait, quia concha apud rubrum mare & crescit, & coalescit.* Noster VIII. 9. 19. IX. 1. 2. V. & *Pomp. de Diff. verb.* II. 92. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 1113. Quomodo apud Indos & Persas *margaritæ* reperiantur, docet *Marcell.* XXIII. 280.

10. CXX. *millia armatorum* Intellige cum triginta millibus istis, quorum n. 1. mentio, aliisque barbaris, impedimentorum potius loco, quam militum habitis a *Liv.* IX. 19. Nam si robur exercitus computes, verum reperies, quod quidam in Panegyrico Constantino dicto adfirmat, nunquam ultra 40000. militum duxisse. Cui & dicto loco *Livius* & *Justin.* XI. 6. 2. adsentiuntur. V. *Freinshemium.*

11. *Maturum*, quod multos in exercitu haberet Persas, qui ex avita consuetudine adorare eum incipientes, facilius permoturi essent Macedonas, ut exemplum sequerentur, quos alioqui ad id persuaderi nullo, vel paucis præeuntibus, arduum videbatur. V. *Freinshemium.*

12. *Jovis filium credi*, quod ipse non credidisse videtur VIII. 8. 15.

13. *Animis ut linguis imperare* non potest homo. Unde Calanus philosophus ad Alexandrum apud Philonem in lib. quod omnis probus liber: *Animos non coges, quæ nolunt facere.* V. *Loccenium.*

14. *More Persarum*, de quo *Brisson. de regn. Persar.* I. 8.

ipsum salutare prosternentes humi corpora. Non deerat talia concupiscenti pernicioſa adulatio, perpetuum malum Regum [15], quorum opes sæpius as-
7 sentatio, quam hostis evertit [16]. Nec Macedonum hæc erat culpa, nemo enim illorum quidquam ex patrio more labare sustinuit; sed Græcorum, qui professionem honestarum artium [17] malis corrupe-
8 rant moribus. Agis quidam Argivus [18] pessimorum carminum post Chœrilum [19] conditor [20], & ex Sicilia

9. quem V. III. 12. 17. §. 52.

15. *Malum Regum perpetuum.* Unde Stat. Theb. XI. 257. *Non desunt regni comites*, quibus Statium notare aulæ illa mancipia, quibus nihil aliud familiare, quam omnia Principum sive honesta, sive inhonesta laudare, notat *Bernartius.*

16. *Sæpius assentatio, quam hostis evertit.* Agatharcides apud Photium: *Novi enim, ut natu grandior, multarumque rerum experientiam consecutus, per assentationem eos, qui excellerent dignitate, regnaque simul funditus deleta Cassandri, Lysimachi, & Alexandri, tanta cum fuerint, Medorum, Syrorum & Persarum: ut neque generis semina reliquerint*, &c. Diphilus apud Athen. VI. 254.

Nam adsentator imperatores, dynastas, amicos,
Ac denique civitates evertit.

V. *Freinshemium.*

17. *Honestarum artium*, Philosophiæ, Poetices, oratoriæ. Ita non tantum *carminum studium adfectavit*, sed & *contraxit, quibus aliqua pangendi facultas*, Nero. V. *Freinshemium.*

18. *Agidem Argivum* poetam nominat & Arrian. IV. 262. *Quum vero Persas jam ac Medos admiraretur, eosque vestis immutatione, totiusque cultus ratione imitaretur, non videbatur ob eam rem ullis adulatoribus, qui ejus animum eo pellicerent, neque sophistis quidem, sive Anaxarcho, sive Agide Argivo poeta eguisse.*

19. Chœrilus *poeta fuit, qui Alexandrum Magnum sequutus bella ejusdem descripsit: cui Alexander dixisse fertur, malle se Therſitem Homeri esse, quam hujus Achillem. Chœrilus Alexandri poeta depactus est cum eo, ut si versum bonum faceret, aureo nummismate donaretur: si malum, colaphis feriretur: persæpe male dicendo colaphis nectus est.* Acro ad Horat. de art. poet. v. 357.

Sic mihi, qui multum cessat, fit Chœrilus ille,

de quo Horatius quoque Epist. II. 1. 233.

Gratus Alexandro Regi Magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui versibus & male natis
Retulit acceptos, regale nummisma, Philippos.

20. *Conditor* i. scriptor. Festus: *Condere, componere. Condere proprie est in unum, & in interiorem locum dare ad custodiam faciliorem: quod verbum nunc significat conscribere: nunc facere: nunc componere & instruere.*

cilia Cleo [21]: hic quidem non ingenii solum, sed etiam nationis vitio [22] adulator; & cætera [23] urbium suarum purgamenta [24], quę propinquis etiam maximorumque exercituum ducibus a Rege præferebantur [25]. Hi tum cœlum illi aperiebant [26], *Herculemque & Patrem Liberum, & cum Polluce Castorem* [27] *novo numini cessuros esse* [28] jactabant. Igitur 9 festo

21. *Ex Sicilia Cleo.* Mirum dictu, quicquid a *Cleone Siculo* disputatum ait Curtius, hoc totum Anaxarcho sophistæ Abderitano adsignat *Arrian.* IV. 262. Nec apud *Plutarchum* ulla *Cleonis* mentio, & multa Anaxarchi. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

22. *Nationis vitio*, Siculi enim multorum sententia pessimi mortalium sunt habiti. *Tritum*, inquit Taisnierius in Chiromantia sua, *est proverbium, inter totius orbis homines, insulares esse pessimos: inter insulares Siculos.* Fazell. de reb. Sicul. I. 1. 6. *Omnes insulani mali: pessimi autem Siculi.* V. *Freinshemium.*

23. *Et cætera*, quo referimus, quos *Plutarch. Alex. f.* 253. nominat, *Agnona, Bagoam, & Demetrium, Dioxippum, Nicesiam & Gergithium*, quos inter Alexandri assentatores nominat *Athen.* VI. 251. & 253. *Thessalum Medium*, quem summum adulatorem fuisse testatur *Plutarch. discr. de adul. & amic. c.* 51. & *Anaxarchum*, cujus adulatoriam orationem describit *Arrian.* IV. 262.

24. *Purgamenta urbium* videtur appellasse illos homines, quos Græci per summam contumeliam καθάρματα vocare solent. Ut enim *purgamenta* & sordes foras ejiciuntur ex ædibus, sic homines illos urbe ejiciendos in exilium, *purgamenta* eleganter & hic & X. 2. 7. vocavit. Et scite apud Laertium Diogenes, quum clamasset aliquando; *heus homines, convenisse nunc plurimi, baculo illos agebat, dicens: homines, non purgamenta vocavi. Facem civitatum* vocat *pro Flacco Cicero.* Noster *purgamenta servorum*, dat lompengesinde VI. II. 2. *Popm.* & *Turneb.* XXVII. 16.

25. *Propinquis & ducibus præferebantur.* Tacit. Ann. I. 2. 3. *Cæteri nobilium, quanto quis servitio promtior, opibus & honoribus extollerentur.*

26. *Cœlum aperiebant* i. in numerum Deorum referebant. V. *Freinshemii Indicem.*

27. *Herculem, Patrem Liberum, & cum Polluce Castorem.* A talibus assentationum portentis infatuatus quoque Caligula æmulabatur *semideos, quos vocant, Liberum, Herculem, Castores, Trophonium, Amphiaraum, Amphilochum, & similes, irridens eorum oracula orgiaque, ad suam collata potentiam*, ut ex *Philon. de legat. ad Cajum* observat *Freinshemius.* Fabulas, quas respicit Noster, describunt *Phornutus, Gyraldus. Natalis*

festo die [29] *omni opulentia convivium exornari* jubet; cui non Macedones modo & Græci principes amicorum, sed etiam nobiles adhiberentur. Cum quibus cum discubuisset Rex, paulisper epulatus convivio egreditur. Cleo, sicut præparaverat, sermonem *cum admiratione laudum ejus instituit* [30]. *merita* deinde percensuit: *quibus uno modo referri gratia posset, si, quem intelligerent Deum esse, confiterentur, exigua thuris impensa* [31] *tanta beneficia pensaturi. Persas* [32] *quidem non pie solum, sed etiam prudenter Reges suos inter Deos colere: majestatem enim imperii salutis esse tutelam* [33]. *Nec Herculem quidem & Patrem Liberum prius dicatos Deos, quam vicissent secum viventium invidiam* [34]. *tantundem quoque posteros credere, quantum præsens ætas spopondisset* [35]. *Quod si cæteri dubitent* [37]; *semetipsum, quum Rex inisset convivium, prostraturum humi corpus, debere idem facere cæteros, & inprimis sapientia præditos. ab illis enim cultus in Regem esse prodendum* [38] *exemplum.* Haud perplexe [39] in Callisthenem [40] dirigebatur oratio. gravitas [41] viri & prompta libertas [42] invisa erat Regi,

10 11 12 13

Comes; sed de *Libero patre* nos plura VIII. 10. 1. §. 3.

28. *Cesturos esse* i. locum facturos. Ita Julio cederet scorpius apud Virg. Georg. I. 34.

Tibi brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli justa plus
parte relinquit.

29. Festos *dies, aut profestos, aut intercisos vocavit Numa. Festi Diis dicati sunt: profesti hominibus ob administrandam rem privatam publicamque concessi: intercisi Deorum, hominumque communes sunt.* Macrob. Saturn. I. 16.

30. *Instituit* i. incipit, inchoavit. Nep. Hann. II. 4. *Adduxit ad aram, apud quam sacrificare instituerat.*

31. *Impensa* i. sumptu. V. III. II. 27. §. 116.

32. Persarum *Rex in hunc usque diem pro Deo colitur a suis, adpellaturque dominus, qui cœlum ac terram fulciat, sustineatque: & aqua, qua ille pedes abluit, religioso, ceu res sacra, ac salutare morborum omnium medicamentum, adservatur.* Cluver. Germ. Ant. I. 25. Quod quum etiam Romanis solenne fuerit, Augustus princeps introducendi moris ejus, *accepisse honores ejusmodi, non quod probaret, sed quia id posteros aliquando amplitudo imperii, cui veneratio quædam parabatur his artibus,* videtur Philoni de legat. ad Cajum. V. *Freinshemium.*

33. *Majestatem imperii salutis esse tutelam* dicit & Veget. III. 10. dum *majestatem* nominat *possessorium fortunæ, tutelam urbium, salutem militum, reipublicæ gloriam.* De ipsis apibus Plin. XI. 17. *Non constat inter auctores: Rex nullumne solus habeat aculeum, majestate tantum armatus.* De majestate Ovid. Fast. V. 45.

Adsidet inde Jovi; Jovis est
fidissima custos:
Et præstat sine vi sceptra te-
nenda Jovi.

V. 15. *Illa datos fasces commendat, eburque curule;*
Illa coronatis alta triumphat
equis.

V. *Politicos.*

34. *Vicissent secum viventium invidiam* i. ingentibus facinoribus

bus omnes alios mortales longe superassent, ob quorum admirationem *post mortem* inter cœlites numerati fuerint. V. *Raderum. Invidia* enim *post fata quiescit* teste Ovid. *Amor.* I. 15. 39.

Et *apud posteros, cum obtrectationis invidia decesserit, industriæ testimonium habebimus,* ut ait *Justin. præf. n.* 6. Adde *Martial.* V. 10.

35. *Ætas* i. homines hac *ætate*, sive hoc tempore viventes. *Ætas* sæpius pro homine apud Plautum, ut Pseud. I. 1. 109.

In te nunc sunt omnes spes ætati meæ.

i. mihi. Men. IV. 3. 1.

Sibi inimicus magis, quam ætati tuæ.

i. tibi. Noster IV. 14. 9. IX. 10. 28.

36. *Spopondisset* i. futurum esse dixisset. Festus: *Spondere ponebatur pro dicere, unde & respondere adhuc manet, sed postea usurpari cœptum est etiam in promissione alterius.*

37. *Dubitent*, bedencken in hebben, ut infr. X. 4. 2. V. *Freinshemii Indicem.*

38. *Prodendum* i. exhibendum. Cic pro Flacc. *In hoc reo, nequod pernicioſum exemplum prodatur, pertimesco.*

39. *Haud perplexe* i. non obscure. Terent. Eun. V. 1. 1.

Pergin, scelesta, mecum per-
plexe loqui?

Non. II. 638. *Perplexabile, figuratum, quod aliud audiatur, aliud sentiatur.* Plaut. *Asin.* IV. 1. 47. *Neque ullum verbum faciat perplexabile*, pro quo *perplexim* Plaut. Stich. I. 2. 18.

Utrum ego perplexim lacessam
oratione?

Perplexus proprie est admodum *plexus.* V. V. 4. 4. §. 7.

40. *Callisthenes* fuit *Olynthius* Arrian. IV. 262. & Nostro VIII. 8. 19. *philosophus, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris Alexandro, & ab ipso ad prodenda memoriæ ejus acta accitus.* Justin. XV. 6. 17. & ejus *præceptor.* Senec. Suasor. I. *Aristotelis* vero *cognatus.* Laert. Philos. vit. V. 205.

41. *Gravitas* opponitur facilitati. Nep. Attic. XV. 1 *Ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate.* Cic. pro Muræn. *Si illius comitatem, facilitatemque tuæ gravitati, severitatique adsperseris.* Callisthenem *moribus paulo asperioribus præditum* fuisse scribit *Arrian.* IV. 262. & *quadam Philosophiæ acrimonia, & rigiditate adorandum dissuasisse Alexandrum* narrat *Plutarch. Alex. f.* 253.

42. *Libertate* loquendi parcius ut uteretur ad Alexandrum, monuerat Callisthenem Aristoteles. Laert. Philos. vit. V. 267.

gi, quasi solus Macedonas paratos ad tale obsequium
14 moraretur. is tum silentio facto, unum illum intuentibus cæteris; *Si Rex*, inquit, *sermoni tuo adfuisset*; *nullius profecto vox responsuri tibi desideraretur: ipse enim peteret, ne in peregrinos ritus degenerare se cogeres, neu rebus felicissime gestis invidiam tali adulatione contrahe-*
15 *res*[43]. *Sed quoniam abest, ego tibi pro illo respondeo: Nullum esse eundem & diuturnum & præcocem fructum*[44]; *cœlestesque honores non dare te Regi, sed auferre. Intervallo enim opus est, ut credatur Deus, semper-*
16 *que hanc gratiam magnis viris posteri reddunt. Ego autem seram immortalitatem*[45] *precor Regi, ut vita diuturna sit, & æterna majestas. Hominem consequitur aliquan-*
17 *do, numquam comitatur divinitas. Herculem modo & Patrem Liberum consecratæ immortalitatis exemplа referebas. Credisne illos unius convivii decreto Deos factos? prius ab oculis mortalium amolita*[46] *natura est, quam in*
18 *cœlum fama perveheret. Scilicet ego & tu, Cleo, Deos facimus*[47]*! a nobis divinitatis suæ auctoritatem*[48] *accepturus*

Eum audaciæ, quam par erat, alloquentem Regem, & minime illi obsequentem, ab ipso increpitum asserunt versu, admonente, ni talia loqui desisteret, mature periturum: quod & factum est. Versus autem sic habet:

Qualia mi loqueris, vereor, sis nate superstes.

V. & *Valer. Max.* VII. 2 8. *ext.*

43. *Contraheres* i. tibi comparares, arcesseres. Cicer. ad Herenn. IV. *Invidiam contrahere in vita, odium in oratione.*

44. *Diuturnum & præcocem*, nam cito nata, cito pereunt. Translatum ab arboribus *præcocibus*. V. IV. 15. 11. §. 17.

45. *Seram immortalitatem* i. ut diu in hisce terris vivat. Horat. Od. I. 1. 45. *Serus in cœlum redeas.* Ubi Porphyrio: *suaviter optat Augusto, ut diu vivat.*

46. *Amolita est* i. removit. Tacit. Hist. I. 13. 5. Ann. XIV. 59. 4. *Donec Octaviam conjugem amoliretur.* De re ipsa Arrian. IV. 265. *Sed ne Herculi quidem, quum adhuc in vivis esset, divini honores a Græcis delati sunt, imo ne mortuo quidem, donec Delphico oraculo, ut pro Deo coleretur, injunctum fuit.*

47. *Ego & tu facimus Deos.* Ita *consulem facere* Flor. III. 16. 4. *Quippe ut furoris sui satellitem Glauciam consulem faceret.* Est vero ironia. Nova enim numina mortalis facere non potest. Aelian. V. H. II. 19. *Alexander divinos spiritus gerens Græcis scripsit, ut se Deum facerent: satis equidem stulte. Neque enim, quæ natura ei largita non fuerat, hæc*

pturus est Rex! potentiam tuam experiri libet. fac aliquem Regem, si Deum potes facere[49]*: facilius est imperium dare, quam cœlum*[50]*. Dii propitii sine invidia*[51]*, quæ* 19
Cleo dixit, audierint, eodemque cursu, quo fluxere res, ire patiantur[52]*. nostris moribus velint nos esse contentos. Non pudet patriæ, nec desidero, ad quem modum*[53] *Rex mihi colendus sit, discere*[54]*; quos equidem victores esse confiteor, si ab illis leges, quem vivamus, accipimus. Æquis*[55] 20
auribus Callisthenes, veluti vindex publicæ libertatis, audiebatur. expresserat non adsensionem[56] modo, sed etiam vocem, seniorum præcipue, quibus gravis erat inveterati moris externa[57] mutatio. Nec 21
quid-

hæc ab hominibus petendo consequebatur. Itaque aliis aliter statuentibus, Lacedæmonii decretum ejusmodi fecerunt: Quoniam Alexander Deus esse vult, esto Deus: Laconice simul & patrio more redarguentibus Lacedæmoniis stuporem, & vecordiam Alexandri. Noster VI. II. 25.

48. *Divinitatis auctoritatem*, i. ut credatur Deus.

49. *Fac Regem, si Deum potes facere*, quia minus est *Regem facere*, quam *Deum*. Si Regem non potes, quando poteris Deum? V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*.

50. *Dare imperium, cœlum* i. facere imperatorem, Deum.

51. *Propitii sine invidia* i. non irati. Deprecationis formula, ne ab alio temere prolatus sermo in exitium ejus vertatur, cui aliquid eo sermone tribuitur, quod in Deos contumeliosum videatur. V. *Freinshemii Indicem* & VI. 2. 19. §. 49.

52. *Cursu, quo fluxere res, ire patiantur* i. rerum. & victoriarum cursum non abrumpant, sed continuare faciant. Cic. de Amic *ut res cœpit ire.*

53. *Ad quem modum* i. quemadmodum.

54. *Discere*, supple *a victis*, alioqui relativum *quos*, quod sequitur, obscurum faceret sensum; quo enim illud referendum esset, juxta scio cum ignarissimis. A victis vero quid disci absurdum est. Senec. apud Augustin. de Civ. Dei VI. 11. *Usque eo sceleratissimæ gentis consuetudo convaluit, ut per omnes jam terras recepta sit. Victi victoribus leges dederunt.* Rutil. Itiner. I. 398.

Victoresque suos natio victa premit.

Romanorum certe *consuetudo non fuit, ullam accipere ab hoste armato conditionem*, ut Nerviis respondet Q. Cicero apud *Cæsar. de Bell. Gall.* V. 41. 7. V. *Freinshemium.*

55. *Æquis* i. faventibus. V. *Freinshemii Indicem.*

56. *Expresserat adsensionem*, utpote cujus oratio illis fuerat gratissima. Arrian. IV. 267. *Hæc aliaque ejuscemodi quum dixisset Callisthenes, Alexandrum quidem molestissime tulisse, Macedonibus vero gratissima accidisse.*

57. *Externa* i. ab *exteris* mu-

quidquam eorum, quę invicem jactata erant [58], Rex ignorabat; quum post aulæam [59], quæ lectos obduxerat, staret. Igitur ad Agin & Cleonem misit, *ut sermone finito barbaros tantum, quum intrasset, procumbere suo more paterentur:* & paulo post, quasi potiora
22 quædam egisset, convivium repetit. Quem venerantibus Persis; Polyperconem [60], qui cubabat super Regem

tuo sumpta. V. *Freinshemii Indicem.*

58. *Quæ invicem jactata erant*, dat sy onder malkanderen afgegeven hadden, ut IX. 2. 12. III. 8. 11. V. IV. 10. 3. §. 7.

59. *Aulæa* in feminino etiam dici, quia *aulæa* scribatur, non *aulea*, ex Græco αὐλαία probat in Originibus Beemanus, & ex hoc Curtii loco asserunt in Lexico Calepinus & *Annot. post.* in Pand. Budæus. Est vero *aulæa*, sive *aulæum* velum, quo parietes *aularum* vestiuntur, in lautioris convivii adparatu. Stat. Theb. I. 517.

Pars ostro tenues, auroque sonantes.
Emunire toros, altosque inferre tapetas.

& quod lecticis cubitoriis insternitur. Virg. Aen. I. 701.

Aulæis quum jam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamque locavit.

Velum regium dicitur Tertull. de habit. mul. c. 8. *Sed & parietes Tyriis, & hyacinthinis, & illis regiis velis, quæ vos operose vesolata transfiguratis, propictura abutuntur. Peripetasma* Cic. Verr. VI. *Peristroma* Plaut. Stich. II. 2. 54. Pseud. I. 2. 13, Cicer. Philip. II. De *aulæis* Serv. Aen. I. 701. *Aulæa, velis pictis, quæ ideo aulæa dicta sunt, quod primum in aula Attali Regis Asiæ, qui populum Romanum scripsit hæredem, inventa sunt. Ideo autem etiam in domibus pendebantur aulæa, ut imitatio tentoriorum fieret: sub quibus bellantes semper habitavere majores. Unde & in thalamis hoc fieri hodie conspicimus. Varro tamen dicit vela solere suspendi ad excipiendum pulverem, quia usus cameræ ignorabatur. Unde Horat. at.* II. 1. 54.

Interea suspensa graves aulæa ruinas
In patinas fecere, trahentia pulveris atri,
Quantum non aquilo Campanis excitat agris.

Sciendum sane Græca nomina in η exeuntia cum derivationem faciunt, η in æ diphthongum convertere, ut αὐλη, *aulæa*, ἴδη, *idæa*, αἴτνη *Aetnæa.* Noster IX. 7. 15. Post *aulæam* stetit Alexander ex more Persarum Regum, quos cœnantes *contueri non possunt* convivæ, licet illos *Reges videant per obditum januæ velum.* Athen. IV. 145.

60. *Polyperconti.* Leonnatum substituit *Arrian.* IV. 267.

61. *Super Regem*, quia in lecto triclinari medius accubuit Alexander, medius vero locus in

Regem [61], unum ex iis mento contingentem humum [62] per ludibrium cœpit hortari, *ut vehementius id quateret ad terram*; elicuitque [63] iram Alexandri; quam olim animo capere [64] non poterat. Itaque 23
Rex, *Tu autem*, inquit, *non veneraberis me? An tibi uni digni videmur esse ludibrio?* Ille *nec Regem ludibrio*; *nec se contemptu dignum esse* respondit. Tum 24
detractum eum lecto Rex præcipitat in terram. & quum is pronus corruisset; *Vides ne*, inquit, *idem te feciss̃e, quod in alio paulo ante ridebas? Et tradi eo in custodiam* jussu convivium solvit [66]. Polyperconti quidem postea, castigato diu [67], ignovit.

CAP.

in medio lecto erat honoratissimus, & *super* Alexandrum Polyperconem, sive Leonnatus. Medium locum honorificentissimum habitum confirmant Cicer. Fam. IX. 26. *Accubueram hora nona. Ubi? apud Eutrapelum: & quidem supra me Atticus, infra Verrius, familiares tui.* Dido apud Virg. Aen. I. 702. V. §. 57. Circum mensam enim tres ut plurimum lecti erant, ex quo triclinii nomen, & unumquemque lectum terni, aut plerumque quaterni occupabant. V. *Lips. A. L.* III. 145. *Stuck. Conv.* II. 34.

92. *Mento humum contigisse* Persas Reges suos veneraturos argumento hic est Curtii locus. Unde illas divinorum honorum blanditias, quas Domitiano rerum potiente in usum assentatio invexerat, eo exstincto, libertateque populo restituta, orbe Romano submovens, ad Parthos, quibus regiæ solum oscolari moris erat, ablegat *Mart.* X. 72. Ex hac ratione Persarum Reges adoratos scribit *Justin.* VI. 2. 13. V. *Brisson. de regn. Pers.* I. 10.

63. *Elicuit* i. provocavit, movit. Ita *elicere literas* i. provocare aliquem ad scribendas literas, dicunt *Cicer. Attic.* IX. 2. *Nep. Attic.* XXI. 2.

64. *Animo capere iram.* Ita Marcell. XVII. 2. *Vix animis indignationem capientibus.*

65. *Conruisset*, ter neder gestort was. Cicer. ad Quint. Fratr. II. 9. *Et pene ille timore, & ego risu conrui.*

66. *Convivium solvit* i. convivas dimisit. Infr. VIII. 6. 16. V. *Freinshemii Indicem.*

67. *Diu* i. multum, quæ duo conjungit Plaut. Most. I. 2. 1.

Recordatus multum, & diu cogitavi.

CAP. VI.

ARGUMENTUM.

Hermolaum ex regia cohorte nobilem puerum verberibus affici, & conjurationis in se initæ auctores vinctos adservari jubet Alexander.

1 IN Callisthenem olim contumaciæ suspectum pervicacioris[1] iræ fuit, cujus explendæ[2] matura
2 obvenit[3] occasio. Mos erat[4], ut supra dictum est, principibus[5] Macedonum, adultos liberos Regibus tradere, ad munia haud multum servilibus mi-
3 nisteriis[6] abhorrentia. Excubabant servatis noctium

Pervicacioris. V. x. 3. 6. §. 5.

2. *Explendæ* i. faciendi id quod ira dictat. *Explere aliquem* est omni officio illi satisfacere, quod sibi fieri expeteret. Terent. Heaut. I. 1. 77. *Ut me unum expleant.*

3. *Obvenit* i. oblata est, *is voorgekomen.* Plaut. Asin. II. 2. 15.

Occasionem opprimere hanc, quæ obvenit, studet.

Admota est Noster *n.* 16.

4. *Mos erat institutus* vel *a Philippo*, ut tradunt *Arrian.* IV. 268. & *Aelian.* XIV. 49. vel ab illo antiquioribus Macedoniæ Regibus, ut videtur velle *Val. Max.* III. 3. 1. *ext.* & docet Noster VIII. 8. 3. De hoc *more* etiam *Liv.* XLV 6.

5. *Principibus.* Aelianus *clarissimis*, Arrianus *in aliqua dignitate constitutis.*

6. Servilibus *ministeriis*, *non per injuriam, aut contemptum, sed ut patientes eos laborum, & ad ea, quæ fieri opus esset, peragenda, promptos atque paratos redderet.* Aelian. V. H. XIV. 49. Quæ denarrat Arrian. IV. 268. *Erat jam ante a Philippo institutum, uti Macedonum, qui in aliqua dignitate constituti essent, filii, quum adolevissent, ad regium ministerium deligerentur, & cum ad alia, quæ ad regii corporis curam pertinerent, præsto essent, tum eo cubante custodias agerent. Hi equos, quum Rex adscensurus esset, ab agasonibus acceptos ad Regem adducebant: eum Persico more in equum imponebant, & venationi studentem comitabantur.* Patientiæ vero, quæ hæc agentes assueverint Macedonum filii, exemplum prodidit Valer. Max. III. 3. 1. ext. *Vetusto Macedoniæ more Regi Alexandro nobilissimi pueri præsto erant sacrificanti. E quibus unus thuribulo arrepto ante ipsum adstitit, in cujus brachio carbo ardens delapsus est: quo effluente urebatur, ut adusti corporis ejus*

um vicibus proximi foribus ædis[7], in qua Rex adquiescebat[8]. per hos pellices introducebantur alio aditu, quam armati obsidebant. Iidem acceptos ab 4
agasonibus[9] equos, quum Rex adscensurus esset, admovebant[10]; comitabanturque & venantem, & in præliis: omnibus artibus studiorum liberalium[11] exculti[12]. Præcipuus honor habebatur, quod li- 5
cebat sedentibus[13] vesci cum Rege. castigandi verberibus[14] eos nullis potestas, præter ipsum[15], erat. Hæc

ejus odor ad circumstantium nares pervenirent; tamen & dolorem silentio pressit, & brachium immobile tenuit, ne sacrificium Alexandri aut concusso thuribulo impediret, aut edito gemitu regias aures adspergeret.

7. *Ædis* i. cellæ, cubiculi, more Græcorum, qui cellas θαλάμους vocant: unde easdem æcos Vitruv. Archit. VI. 5. *Sin autem exedræ & œci quadrati fuerint*; Plin. XXXVI. 25. *Sosus Pergami stravit, quem vocant asaraton œcon.* Noster *n.* 13. V. *Casaub. in Theoph. Charact. p.* 256.

8. *Acquiescebat* i. dormiebat, ut II. 27. IV. 13. 16. IX. 4. 24. 8. 25. plenius *acquiescere somno* IX. 5. 30. *acquiescere sopore* VI. 10. 13.

9. *Agasonibus* i. equorum curatoribus, παρὰ τῶν ἱππο κόμων *Arrian.* IV. 268. stalknechten. *Festus*: *Agasones*, *equos agentes i. minantes.* Acro in Horat. Satyr. II. 8. 72. *Agaso is dicitur, qui jumenta tractat.*

10. *Admovebant* i. *adducebant*, *eumque Persico more in equum imponebant.* Arrian. IV. 268.

11. *Liberalia studia*, inquit Senec. Epist. 88. *quare dicta sint, vides, quia homine libero digna*

sunt. Possidonius quatuor ait esse artium genera. Sunt vulgares & sordidæ, sunt ludicræ, sunt pueriles, sunt liberales. Plin. XIV. 1. *Omnes a maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere.* Ciceroni dicuntur *artes ingenuæ & humanæ* de Orat. III. *Omnem doctrinam harum ingenuarum, & humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri.* Hisce fuit excultus Hermolaus. Is enim *philosophiæ studiosus videbatur, & Callisthenem observare.* Arrian. IV. 268.

12. *Exculti* i. ornati, præditi. Cic. Off. II. *Quibus rebus exculta hominum vita plurimum distat a victu bestiarum.* Justin. VIII. 2.

12. *Ingenia omni doctrina exculta.*

13. Sedebant *in cœnis heroes, non accumbebant: qui mos, ut inquit Duris, etiam interdum servabatur apud Alexandrum Regem. Is enim aliquando quadringentos duces in sellis aureis & argenteis veste purpureæ stratis sedentes, ac reclinatos convivio excepit.* Athen. I. 17. quem quoque V. VIII. 1. 13. §. 23. V. & *Freinshemium: Lipsius in Tacit. f.* 148. *Stuck. Ant. Conv.* II. 34. *Buleng. de Conv.* I. 34.

14. *Castigandi verberibus.* Ita *Phi-*

Hæc cohors velut seminarium ducum[16] præfectorumque apud Macedonas fuit. hinc habuere posteri Reges[17], quorum stirpi post multas ætates[18] Romani opes ademerunt[19]. Igitur Hermolaus[20] puer
7 nobilis ex regia cohorte[21], quum aprum telo occupasset, quem Rex ferire destinaverat; jussu ejus verberibus adfectus est. quam ignominiam[22] ægre
8 ferens[23], defiere[24] apud Sostratum[25] cœpit. Ex eadem

Philippus Aphthonetum flagris cecidit, quod quum stitvisset, ucie deserta, a via deflectens, ad publicum hospitium divertisset. Aelian. V. H. XIV. 49. Noster *n.* 7.

15. *Potestas præter ipsum.* V. *n.* 25. §. 66.

16. *Seminarium ducum* i. unde identidem novos duces deducerent Macedones. Ita *seminarium hostilis exercitus Hispania* Flor. II. 6. 38. *seminarium triumphorum Macedonia* Cic. in Pisonem. *Seminarium* proprie dicitur locus, in quo surculi arborum panguntur, ex quo, ubi adoleverint, in alium locum transferuntur, *een enthof.*

17. *Posteri Reges.* Nam Cassander Antipatri haud dubie ex hac cohorte fuit. V. *Freinshemium.*

18. *Post multas ætates*, ne duas quidem totas, si *ætatem* pro seculo accipias; sed quinque, si *ætatem* triginta annos interpreteris. Constat enim ex Regum singulorum, qui Alexandrum secuti sunt in Macedonia, *ætatibus*, sive annis, quibus imperaverunt, nonnisi sex & quinquaginta annos supra centum colligi. Si vero singulorum tempora, quibus regno præfuerunt, respicias, erunt quindecim: atque ita *multæ* videri possunt: itaque accipiendam hic *ætatem* suadet res ipsa, & mos loquendi apud Græcos, ubi γενεὰς habet apud Diodorum Siculum i. *ætates*, ubi de successione Carani usque ad Alexandrum agit. V. *Scalig. Canon. Isagog.* III. 335. *Raderum & Freinshemium.*

19. *Ademerunt*, victo Perse Philippi filio. V. *Flor.* II. 12. *Liv.* XLV. 6. *Justin.* XXXIII. 2. 5. *Oros.* IV. 20. *Eutrop.* IV. 1. aliosque.

20. *Hermolaus filius* fuit *Sopolidis*. V. *Arrian.* IV. 268. & Nostrum VIII. 7. 2.

21. *Ex regia cohorte* i. custodibus corporis, qui dicuntur *pueri regiæ cohortis* X. 8. 3. *puerorum regia cohors* X. 7. 16. & *pueri custodiæ corporis ejus assueti* X. 5. 8.

22. Ignominiam, *cæteris pueris spectantibus verberari, eique equum adimi.* Arrian. IV. 269.

23. *Ægre ferens*, quia virgis cædebantur olim servi, non liberi. Ideo *serviles pœnæ* Petron. c. 99. & *servilia verbera* Justin. I. 5. 2. quæ dicuntur, *flagellorum* nomine veniunt scto ad l. 12. ff. de jure fisci, & dicuntur *servilis modus paranda instrumenta* Justin. II. 5. 4. Et Sannio Terentianus, quum flagrorum minas sibi videret inferri Adelph. II. 1. 28.

Usque

eadem cohorte erat Sostratus amore ejus ardens[26]. Qui quum laceratum corpus, in quo[27] deperibat[28], intueretur, forsitan olim ob aliam quoque causam Regi infestus; juvenem sua sponte jam motum, data fide acceptaque perpulit[29], ut occidendi
9 Regem consilium secum iniret. Nec puerili impetu rem exsequuti sunt: quippe solerter legerunt, quos in societatem sceleris adsciscerent[30]; Nicostratum,

Usque ad necem operiere loris. SAN. Loris liber?

24. *Defiere* voce, verbis, pro miserari, de ignominia miserabiliter queri. *Defiere* non semper fit lacrymis, verum etiam sine illis. Senec. Consol. ad Marcian. c. 26. *Illo ingenio, quo civilia bella deflevit.* Sueton. Calig. c. 30. *Cædem deflevit edicto.* Sic & *deplorare* Noster VIII. 3. 11. V. *Freinshemii Indicem.*

25. Sostratum, *Amyntæ filium, æqualem suum* Arrian. IV. 269.

26. *Amore ejus ardens* i. impatienter illum amans. Catul. LXII. 22.

Et juveni ardenti castam donare puellam.

Ignis pro amore, quia I. ut ignis elementorum, sic amasia aliarum rerum avida. II. Ut ignis urit homines tangentes, sic formosi incendunt etiam procul spectantes, ut amore æstuent. V. *Tennul. de ign. c.* 15. Ἔρασὴν ὄντα, & ἐρῶντα Sostratum dicit *Arrian.* IV. 269.

27. *In quo* i. cujus causa, more Græcorum, qui utuntur ἐν ταύτῃ pro διὰ ταύτην. Terent. Eun. III. 5. 19. *In hac commotus sum.* V. & *Salmas. Exerc. Plinian. f.* 248.

28. *Deperibat* i. amore fere peribat, efflictim amabat. *De* vim compositi auget. Terent. Heaut. III. 2. 14. *Minime miror, Clinia hanc si deperit.* Unde *deperire amore*, & *perdi amore* idem significant Plaut. Cist. I. 2. 12.

Is amore misere hanc deperit mulierculam,
Quæ hinc modo flens abiit: contra amore hæc perdita est.

29. *Perpulit* ad ineundum hoc consilium Sostratus Hermolaum, si *Curtio* fides habenda erit: est si *Arriano*, Hermolaus Sostratum. Is enim IV. 269. ad hunc modum: *Rumor est, Hermolaum hanc contumeliam ægre ferentem, rem cum Sostrato Amyntæ filio, æquali atque amatori suo communicasse, vitam sibi acerbam testatum, nisi Alexandri injuriam ulciscerentur. Ac Sostratum quidem, non difficulter, utpote amatorem, in societatem facinoris pertractum esse.*

30. *Adsciscerent* i. assumerent, reciperent meditato, velut ex decreto, & *scito* mentis. Cicer. pro Arch. *In numerum civium adsciscendum esse.* Quod *socium cœpit assumere.* Justin. I. 60. Noster IV. 13. 28. VII. 5. 21. Septem conjurationis socios *adscitos* numerat *Curtius* quatuor

Arria-

tum, Antipatrum [31] Aſclepiodorumque, & Philotam [32] placuit adſumi. per hos [33] adjecti ſunt Anti-
10 cles [34], Elaptonius, & Epimenes [35]. Cæterum agendæ rei haud ſane facilis patebat via. opus erat eadem omnes conjuratos nocte excubare, ne ab expertibus conſilii [36] impedirentur; forte autem alius
11 alia nocte excubabat. Itaque in permutandis ſtationum vicibus, cæteroque apparatu exſequendæ
12 rei, triginta & duo dies [37] abſumpti ſunt. Aderat nox, qua conjurati excubare debebant, mutua fide læti; cujus documentum tot dies fuerant. neminem metus ſpesve mutaverat: tanta omnibus [38] vel
13 in Regem ira, vel fides inter ipſos fuit. Stabant igitur ad fores ædis ejus, in qua Rex veſcebatur; ut
14 convivio egreſſum in cubiculum deducerent. Sed fortuna ipſius, ſimulque epulantium comitas provexit omnes ad largius vinum; ludi etiam convivales extraxere [39] tempus: nunc lætis conjuratis, *ſopitum*

Arrianus; qui omittit *Nicoſtratum*, *Aſclepiodorum*, & *Elaptonium*.

31. Antipatrum *Aſclepiodori, qui ſatrapatum Syriæ gerebat, filium*. Arrian. IV. 269.

32. *Philotam Carſidis Thracis filium* Arrianus.

33. *Per hos*, ut qui principes ab auctoribus conjurationis in ſocietatem adlecti, aliis idem perſuaſerint. Sic apud Tacit. Ann. XIV. 40. 2. *Fabianus ſubdidit teſtamentum, adſcitis Vicio Ruſino, & Terentio Lentino equitibus Romanis. Illi Antonium Primum, & Aſinium Marcellum ſociaverant*. V. *Freinshemium*.

34. Anticles *Theocriti*:

35. Epimenes *Perſei filius* Arrian. IV. 269.

36. *Ab expertibus conſilii*, quomodo factum apud Tacit. Ann. XIV. 5. 3. ubi de inſidiis in Agrippinam: *Nec diſſolutio navigii ſequebatur, turbatis omnibus, & quod plerique ignari etiam conſcios impediebant*. V. *Freinshemium*.

37. *Triginta dies*. Novem, ut dixit Curtius, erant conjurati, ſeptima quaque nocte ad eos redibat officium excubandi, tres ergo & ſexaginta erant excubitores, quos ſi in novem dividas, ſeptimo die excubandi ſors unumquemque ad excubitionem evocabat. Sed cum per diverſos manipulos eſſent tributi, dum quisque ſuos cum altero vices permutaret, triginta dies abierunt. V. *Raderum*.

38. *Omnibus*. Ita de filiorum quinquaginta in Artaxerxem conjuratione Juſtin. X. 1. 6. *Oſtenti prorſus genus, ubi in tanto populo non ſolum ſociari, verum fileri parricidium potuit*.

39. *Ex-*

ſopitum adgreſſuri eſſent; nunc ſolicitis, *ne in lucem convivium extraheretur*. quippe alios in ſtationem opor- 15
tebat prima luce ſuccedere; ipſorum poſt Septem dies reditura vice. nec ſperare poterant in illud tempus omnibus duraturam fidem. Cæterum quum jam 16
lux adpeteret, & convivium ſolvitur, & conjurati exceperunt Regem, læti occaſionem exſequendi ſceleris admotam; quum mulier [40] adtonitę [41], ut creditum eſt, mentis, converſari in regia [42] ſolita, quia inſtinctu [43] videbatur futura prædicere; non occurrit modo abeunti [44], ſed etiam ſemet objecit [45]: vultuque & oculis motum præferens animi, *ut rediret in convivium* monuit; & ille per ludum, *bene Deos ſuadere* reſpondit; revocatisque amicis in ho- 17
ram diei ferme ſecundam [46] convivii tempus extraxit. Jam alii ex cohorte in ſtationem ſucceſſerant, 18
ante cubiculi fores excubituri; adhuc tamen conjurati ſtabant vice officii ſui expleta [47], adeo pertinax res [48] eſt, quam humanæ mentes, quam ingentes con-

39. *Extraxere* i. produxere, protraxere, prolatavere, ut infr. *n.* 17: 14. 28. X. 2. 10. V. VI. 8. 13.

40. *Mulier*, *Syra*, Arrian. IV. 269.

41. *Attonitæ* i. inſtinctu divino adflatæ. Arrianus in ſua hiſtoria: κάτοχος ἐκ τοῦ θείου γιγνομένη. V. *Loccenii Indicem*.

42. *Converſari in regia*. Arrian. IV. 269. *Ariſtobulus auctor eſt, mulierem hanc quidem initio Alexandro, ejusque amicis riſui fuiſſe: quum vero in illa numinis adflatione omnia vera vaticinaretur, non amplius ab Alexandro contemtui habitam, ſed liberum Syræ ad Regem & noctu, & interdiu acceſſum factum fuiſſe, ac ſæpenumero etiam dormienti adfuiſſe*.

43. *Inſtinctu* dæmonis, enthuſiaſmo. V. *Loccenium*.

44. Abeunti, *i. convivio egredienti* n. 13.

45. *Semet objecit* i. obſtitit, obſtaculo fuit, quo minus e compotatione diſcederet. Sic *Narbo Martius* Cicer. pro Fontejo dicitur *propugnaculum Gallis objectum* i. quo minus in Romanorum provincias excurrere poſſent.

46. *In horam ſecundam* a prima luce horam primam numerando: vulgus enim omne definit diem a luce ad tenebras. V. *Popmam* & ex illo *Freinshemium*.

47. *Expleta* i. finita, abſoluta. Cic. de Amic. *Ut amicitiæ munus expletum ſit*.

48. *Pertinax res*. *Pertinacia* in

19 concupiscentiæ devoraverunt 49. Rex benignius, quam alias, adloquutus, *discedere eos ad curanda corpora, quoniam tota nocte perstitissent*, jubet. Data sunt singulis quinquaginta festertia 50, conlaudatisque, *quod etiam aliis tradita vice, tamen excubare perseverassent.* Illi tanta spe destituti domos abeunt: & cæteri quidem exspectabant stationis suæ noctem: Epimenes, sive comitate Regis, qua ipsum inter conjuratos exceperat, repente mutatus; sive quia cœptis Deos obstare credebat; fratri suo Eurylocho 51, quem antea expertem esse consilii voluerat, quid pararetur, aperit. Omnibus Philotæ supplicium in
21 oculis erat. Itaque protinus injicit fratri manum 52, & in regiam pervenit: excitatisque custodibus corporis 53, *ad salutem Regis pertinere, quæ adferret*, ad-
22 firmat. Et tempus 54, quo venerant; & vultus 55, haud sane securi animi index; & mœstitia e duobus alterius 56, Ptolemæum ac Leonnatum excubantes ad

in re licita, & honesta est laudabilis, sed in re turpi etiam incepisse nefas est; quanto majus perseverasse? nec solum nefas est, sed & pernicioſum auctori. Val. Max. VII. 2. 15. *Inutiliter aliquid concupiscere, & in eo perseveranter morari, exitio vicina dulcedo est.* V. *Loccenium* & *Nostrum* v. 9. 4. §. 17.

49. *Devoraverunt.* Ita Cicer. Verrin. III. *Iste, qui jam spe & opinione prædam illam devorasses.*

50. *Quinquaginta festertia* efficiunt mille ducentos, quinquaginta Philippos, sive florenos mille sexcentos sexaginta sex. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*: imo si negotiis vacas, *Scalig. de re numm. p. 73. Gronov. de pecun. vet. c. 5.*

51. *Eurylocho.* Arrian. IV. 270. hosce prodit hujus sceleris indices: *Postero die Epimenes Perscei filius, unus ex conjuratis Charicli Menandri filio amatori suo rem aperit, Charicles Eurylocho Epimenis fratri: Eurylochus Alexandri tabernaculum ingressus, Ptolomæo Lagi filio corporis custodi totum negotium declarat: is Alexandro id significat.*

52. *Injicit fratri manum* i. fratrem manu prehendit. Supr. VIII. 1. 40. infr. IX. 5. 11.

53. *Custodibus corporis, Ptolomæo ac Leonnato excubantibus ad cubiculi limen* n. 22. Ptolomæi solius meminit Arrian. modo §. 50.

54. *Tempus* matutinum, & ferme nocturnum.

55. *Vultus* anxio similis.

56. *Alterius* Epimenis, qui reus nesciebat, quid Rex de ipso esset decreturus. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

57. *Excitaverunt.* V. VIII. 8. 9 §. 15.

58. *Sopitum mero ac somno.* Virg. Aen. IX. 189.

Somno, vinoque sepulti
Procubuere.

Ovid Metam. III. 608.

Ille mero, somnoque gravis.

Ennius Ann. III.

Nunc hostes vino domiti, somnoque sepulti.

Noster VIII. 10. 18.

59. *Mente conlecta* i. animo recepto. V. *Freinshemii Indicem.*

60. *Quid adferrent* n. novi. Virg. Aen. II. 75.

Quidve ferat, memoret.

61. *Non ex toto averſari*, quia me innoxium præstiterunt, fratri meliorem mentem injecerunt, ut scelus conceptum corrigeret, antequam perpetraretur. V. *Raderum.*

62. *Frater pœnitentiam ageret* i. fratrem pœniteret. Tacit. Orat. XV. 3. *Neque illum, inquit, sermonis mei pœnitentiam ago.*

63. *Per se* i. ipsum; qui loquebatur. Nam & hoc pertinebat ad exculpandam domum, ut scilicet alter fratrum pœnitentiam ageret; alter non innoxius tantum, sed etiam indicii delator, atque minister esset. V. *Freinshemium.*

64. *Indicium*, cujus merces solet esse impunitas. Ascon. in Cicer. p. 30. *Certa sunt, in quibus impunitas indici datur, ut in causa proditionis, majestatis, & si quid hujusmodi est.* quem V. & V. II. 7. §. 12. Unde *Volturtius interrogatus*, &c. *ubi fide publica dicere jussus est, omnia, uti gesta erant, aperit.* Salust. Bell. Catil. c. 47. *Indicium profiteri* in simili causa dicit Tacit. Ann. VI. 3. 6. *Et summum supplicium decernebatur, ni professus indicium foret. Indicem* περιφράζει Senec. de Clement. I. 9. *Unus ex conscriis deferebat.* Asconii tamen definitionem non semper observant Latini: nec observavit Curtius Noster tum V. II. 7. quia certum est Patronem nunquam cum conjuratis consilium iniisse, nec propositam illi impunitatem fuisse, tum VI. 7. 23. quia ex conjuratorum numero non fuit, nec proposita impunitate Dymni, audaciæque ejus satellites atque administros detulit Cebalinus. V. & *Calvin. in Senecam.*

65. *Decederet* i. finiretur, paulatim exigeretur, cessaret. Ita

ad cubiculi limen excitaverunt 57: Itaque apertis foribus, & lumine inlato sopitum mero ac somno 58 excitant Regem. Ille paulatim mente conlecta 59, *quid adferrent* 60, interrogat. Nec contatus Eury- 23
lochus, *non ex toto domum suam aversari* 61 *Deos* dixit, *quia frater ipsius, quanquam impium facinus ausus foret; tamen & pœnitentiam ejus ageret* 62, *& per se* 63 *potissimum profiteretur indicium* 64. *in eam ipsam noctem, quæ decederet* 65, *insidias comparatas fuisse: auctores sceleſti con-*

24 *consilii esse, quos minime crederet Rex.* Tum Epimenes cuncta ordine, consciorumque nomina exponit. Callisthenem, non ut participem facinoris nominatum esse constabat; sed *solitum puerorum sermonibus vituperantium criminantiumque Regem faciles*[66] *aures præ-*
25 *bere.* Quidam adjiciunt, *quum Hermolaus apud eum quoque verberatum se a Rege*[67] *quereretur, dixisse Callisthenem: meminisse debere eos jam viros esse*[68]. *idque an ad consolandam patientiam verberum; an ad incitandum*[69] *juvenum dolorem dictum esset, in ambiguo*[70] *fuisse.*
26 Rex animi corporisque sopore discusso, quum tanti periculi, quod evaserat, imago oculis oberraret[71]; Eurylochum quinquaginta talentis[72] & cujusdam Tyridatis opulenti bonis donat protinus; fratremque, antequam pro salute ejus precaretur, restituit[73].
27 Sceleris autem auctores, interque eos Callisthenem *vinctos adservari* jubet: quibus in regiam adductis, toto die & nocte proxima, mero ac vigiliis gravis, ad-

noctis umbram decedere dicit Virg. Ecl. VIII. 14. *ruere noctem* Aen. VI. 539. Serv. Aen. VI. 255. *Illo loco, quo dicit: nox ruit Aeneæ, finitur significat. Cadere sidera* Prop. IV. 4. 32. Virg. Aen. II. 9. Et *Sol decedens* de diei fine appetente dicitur Ecl. II. 77.

66. *Faciles* i. paratas, benignas, *propitias* Nostet IX. 3. 6. Cic. ad Q. Fratr. I. 1. *Facilem se in hominibus audiendis, admittendisque præbere.*

67. *A Rege* i. *Regis jussu*, n. 7. Id enim Rex videtur fecisse, quod ipsius jussu fecit alius. Ad eundem modum interpretor §. 15.

68. *Eos jam viros esse*, adeoque indignissimam rem videri, adhuc puerorum more verberibus castigari; tantam ergo injuriam, & contumeliam a *viris* non modo non ferendam, sed omnibus modis ulciscendam. Et hoc est, quod Nostet dicit: videri hoc dictum a Callisthene *ad dolorem juvenum incitandum.* Vel *viros jam esse*, illorumque esse fortia pati: adeoque non ægre ferendam corporis castigationem, nec puerorum modo lamentandum. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

69. *Incitandum* i. augendum. Tacit. Ann. III. 25. 1. *Quam senior Augustus post Julias rogationes incitandis cœlibum pœnis sanxerat.* Nostet VII. 2. 38.

70. *In ambiguo* i. in dubio, in incerto.

71. Oculis *oberraret, in oculis esset* n. 20.

72. *Quinquaginta talentis* i. triginta millibus Philippeorum. V. *Raderum.*

73. *Restituit*, heeft pardon gegegeven. V. *Freinshemii Indicem.*

74. *Consilium* non totius exercitus, ut in Philotæ causa VI. 8. 23. sed optimatium tantum.

75. *Devotis* i. destinatis morti. Horat. Od. IV. 14. 18. *Devota morti capita liberæ.* Germanicus in Arat. Phænom. *devotus pœnæ.* Augustus in oratione funebri Marcello nepoti dicta: *Marcellum immaturæ mortis devotum fuisse*, apud Serv. in Aen. I. 716. Ubi Virgilius: *Pesti devota futuræ.* V. *Loccenii Indicem.* Nostet n. 18. IX. 6. 21.

76. *Præter Callisthenem*, cujus facti rationem ipse Alexander exponit VIII. 8. 19.

77. *Cogitassent tantum facinus* i. tam nefariæ conjurationis consilium iniissent. Sueton. Tib. c. 19. *Tormentis expressa confessio cogitati facinoris.* Justin. XXI. 4. 4. *Ne plus negotii faceret res cognita, quam cogitata.* Nostet VII. 7. 30. 11. 35.

adquievit. Postero autem frequens consilium[74] ad- 28
hibuit, cui patres propinquique eorum, de quibus agebatur, intererant; ne de sua quidem salute securi: quippe Macedonum more perire debebant, omnium devotis[75] capitibus, qui sanguine contigissent eos. Rex *introduci conjuratos, præter Callisthenem*[76], 29
jussit: atque, quæ agitaverant, sine cunctatione confessi sunt. Increpantibus deinde universis eos; ipse 30
Rex, *quo suo merito tantum in semet cogitassent facinus*[77]*?* interrogat.

CAP. VII.

ARGUMENTUM.

In Alexandri crudelem superbiam, & superbam crudelitatem invehitur Hermolaus.

STupentibus cæteris, Hermolaus; *Nos vero*, in- 1
quit, *quoniam, quasi nescias, quæris; occidendi te consilium invimus, quia non, ut ingenuis*[1] *imperare capisti,*

Non, ut ingenuis, qui servi- *perare moderate, laus est & in*
les contumelias & sordida *mancipio cogitandum est, non*
imperia ferre non possunt. Recte *quantum illud impune pati possit,*
Seneca de Clem. I. 18. *Servis im-* *sed quantum tibi permittat æqui,*

2 *cœpisti, sed quasi in mancipia* [2] *dominaris.* Primus ex omnibus pater ipsius Sopolis *parricidam etiam parentis* [3] *sui* clamitans esse, consurgit; & ad os manu objecta, *scelere & malis insanientem* [4], *ultra negat audien-*
3 *dum.* Rex, inhibito patre, *dicere Hermolaum* jubet, *quæ ex magistro* [5] *didicisset Callisthene.* & Hermolaus, *Utor*, inquit, *beneficio tuo, & dico, quæ nostris malis di-*
4 *dici. Quota pars Macedonum sævitiæ tuæ supereſt? quotusquisque* [6] *non e vilissimo sanguine* [7]*? Attalus, & Philotas, & Parmenio, & Lynceſtes Alexander, & Clitus, quantum ad hostes pertinet, vivunt, stant in acie, te clypeis suis protegunt, & pro gloria tua, pro victoria vulnera*
5 *accipiunt: quibus tu egregiam gratiam retulisti. Alius* [8] *mensam tuam sanguine suo adsperſit* [9]*: alius* [10] *ne simplici quidem*

bonique natura: quæ parcere etiam captivis, & pretio paratis jubet. Quanto justius jubet hominibus liberis, ingenuis, honestis, non ut mancipiis abuti, sed his, quos gradu antecedas, quorumque tibi non tradita servitus sit, sed tutela?

2. *Mancipium* notione generaliori significat cujusvis rei dominium. Lucret. III. 985.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.

Cic. Fam. V. 29. *Sum* χρήσει *meus, sed tuus* κτήσει δὲ *Attici. Ergo fructus est tuus, mancipium illius.* Et 30. *Cujus quando proprium te esse scribis mancipio, & nexu: meum autem usu, & fructu.* Inde homo in servitutem, & sub potestatem redactus, *mancipium* dicitur. Cicer. Attic. VIII. 11. *Conculcari miseram Italiam videbis proxima æstate ab utriusque mancipiis ex omni genere collecti.* V. pluribus de *mancipiis* agentem *Budæum Annot. prior. in Pand. p.* 110. In *mancipia* vero & servos potestas erat vitæ, & necis olim penes dominos, ut pluribus docent *Alex. Gen.* III. 20. *Pignor. de serv. p.* 11.

3. *Parricidam parentis* ex Macedonum lege, de qua VI. II. 20.

4. *Insanientem scelere, & malis*, quia singula hæc mentem excutiunt. Infr. X. 2. 42. V. *Freinshemii Indicem.*

5. *Magistro*: invidiose, quasi parricidii auctor illi fuisset Callisthenes. Infr. VIII. 8. 1. & 19.

6. *Quotusquisque* i. quot sunt, quot inveniuntur. Interrogative ponitur, & ad paucitatem refertur. Cicer. pro Cœl. *At fuit fama, quotus quisque eam effugere posset, in tam maledica civitate.* i. nemo fere. Noster IX. 3. 11.

7. *Non e vilissimo sanguine* i. non ex sanguine plebejo, aut gregario, sed principum & cognatorum genere nati. V. *Radërum.*

8. *Alius*, n. Clitus. VIII. 1. 52.

9. *Mensam tuam sanguine suo adsperſit* i. ad mensam tuam est occi-

quidem morte [11] *defunctus est. duces exercituum tuorum in equuleum impositi, Persis, quos vicerant, fuere spectaculo. Parmenio indicta causa trucidatus est, per quem Attalum occideras. Invicem enim miserorum uteris ma-* 6
nibus ad expetenda supplicia: & quos paulo ante ministros cædis habuisti; subito ab aliis jubes trucidari. Obstre- 7
punt [12] subinde cuncti Hermolao. pater supremum [13] strinxerat ferrum percussurus haud dubie, ni inhibitus esset a Rege: quippe Hermolaum *dicere* jussit, petiitque, *ut causas supplicii augentem* [14] *patienter audirent.* Ægre ergo coercitis, rursus Hermolaus: 8
quam liberaliter, inquit, *pueris rudibus ad dicendum agere* [15] *permittis! at Callisthenis vox carcere inclusa est, quia solus potest dicere. Cur enim non producitur, quum* 9
etiam confessi audiuntur? nempe quia liberam vocem innocentis audire metuis, ac ne vultum quidem pateris. At- 10
qui nihil eum fecisse [16] *contendo* [17]*. sunt hic, qui mecum rem*

occisus. Virg. Ecl. I. 8. *Illius aram imbuet agnus* i. ad illius aram agnus immolabitur. Horat. Od. IV. 11. 7. *ara immolato spargitur agno* i. agnus ad illam cæditur.

10. *Alius* n. Philotas VI. II. 16.

11. *Simplici morte* i. uno supplicii genere. Liv. XL. 24. *Ita innoxius adolescens, quum in eo ne simplici quidem genere mortis contenti inimici fuissent, interficitur.* V. *Freinshemii Indicem.*

12. *Obstrepunt.* Tacit. Ann. IV. 42. 2. *Nam postulato Votieno ob contumelias in Cæsarem dictas, testis Æmilius e militaribus viris, dum studio probandi cuncta refert, & quamquam inter obstrepentes magna adseveratione nititur, audivit Tiberius probra, queis per occultum lacerabatur.*

13. *Supremum* i. ad ultimum. Tacit. Hist. IV. 14. 6. *Instare delectum, quo liberi a parentibus, fratres a fratribus, velut supremum dividantur.* Qui *postremum* eodem sensu utitur Ann. III. 74. 8. *Ac tunc Tiberius Blæso postremum.* V. *Freinshemii Indicem.*

14. *Augentem* n. novis ex temerario sermone delictis. V. *Freinshemii Indicem.*

15. *Agere* i. orare, *dicere.* Cicer. pro Manil. *Hic locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus* i. ad orationem habendam. Noster IX. 3. 4. *Agere* dicitur orator, quia causam, & gestum vultus ac corporis *agit*, uti comœdiarum & tragœdiarum *actores* dicuntur, quia diversorum hominum gestus *agunt* i. effingunt, repræsentant in scena. *Agere cum populo* quid sit, docent *Festus*, & *Gell. N. A.* XIII. 15.

16. *Fecisse* i. commisisse. Cicer. pro Cluent. *Hoc ipso fere tempore Strato ille medicus domi fur-*

rem pulcherrimam 18 *cogitaverunt: nemo est, qui conscium fuisse* 19 *nobis Callisthenem dicat. quum morti olim*
11 *destinatus sit a justissimo & patientissimo Rege. Hæc ergo sunt Macedonum præmia, quorum, ut supervacuo & sordido abuteris* 20 *sanguine! At tibi triginta millia mulorum* 21, *captivum aurum vehunt, quum milites nihil domum præter gratuitas* 22 *cicatrices* 23 *relaturi sint. Quæ tamen omnia tolerare potuimus, antequam nos barbaris dederes, & no-*
12 *vo more victores sub jugum mitteres* 24 *Persarum te vestis & disciplina delectat: patrios mores* 25 *exosus es. Persarum ergo, non Macedonum, Regem occidere voluimus; & te*
13 *transfugam* 26 *belli jure persequimur. Tu Macedonas voluisti*

furtum fecit, & cædem ejusmodi.

17. *Contendo* i. affirmo, adseveranter dico. Nep. Epam. VIII. 1. *Quibus ille permisit, ut omnem causam in se transferrent, suaque opera factum contenderent,* &c.

18. *Rem pulcherrimam* i. Alexandri cædem. Tacit. Ann. I. 8. 7. *Quum occisus Dictator Cæsar, aliis pessimum, aliis pulcherrimum facinus videretur.* Noster VI. 7. 10.

19. *Conscium fuisse* conjuratis Callisthenem dicit Arrian. IV. 268. *Quam quidem ob causam crediderim facile fidem adhibitam fuisse delatoribus, qui Callisthenem insidiarum, quæ Alexandro per pueros structæ erant, conscium fuisse accusarant.*

20. *Abuteris* n. cum injuria. Ita enim Donatus in Phorm. II. 3. 66. *Utimur cum honore, abutimur cum injuria.* Senec. de Clement. I. 12. *Alioquin ubi quiescenti pariæ metuuntur, incurrere in pericula juvat, & aliena anima abuti.*

21. *Triginta millia mulorum: ab innumeris aurum fuisse circumlatum camelis* dicit *Plutarch. de fortun. Alex.* II. 24. V. de hoc loco Auctoris varie disserentes *Lipsius Admir. Not.* III. 2. *Glareanum*, & ex hoc *Freinshemium.*

22. *Gratuitas* i. sine præmio, sine mercede. Cicer. de LL. I. *Quid? liberalitas gratuitane est, an mercenaria? si sine præmio benigna est, gratuita: si cum mercede, conducta.* Noster VIII. 12. 6.

23. *Cicatrices* i. vulnera, quibus *corpora patriæ* Macedonum intueri Alexandrum jubet Cœnus IX. 3. 10.

24. *Sub jugum mittere* proprie quid sit, docet Liv. III. 28. *Tribus hastis jugum fit, humi fixis duabus, superque eas transversa una deligata.* Hermolao *sub jugum mittere* μεταφορικῶς est transire ad aliorum habitum, & mores, & illorum more, qui victi erant, *genua Regi ponere, illumque venerari, ut Deum.* n. 13. V. *Raderum.*

25. *Patrios mores.* Unde *patriæ morem ejurasse*, emendante *Boxhornio*, Alexandrum dicit *Justin.* XII. 4. 1. & *tædio morum*, &

luisti genua tibi ponere, venerarique te, ut Deum: Tu Philippum patrem 27 *aversaris, & si quis Deorum ante Jovem haberetur* 28, *fastidires etiam Jovem. Miraris, si liberi homines superbiam tuam ferre non possumus? Quid spera-* 14
mus ex te, quibus aut insontibus moriendum est; aut, quod tristius morte est, in servitute vivendum? Tu quidem, si 15
emendari 29 *potes, multum mihi debes* 30. *ex me enim scire cœpisti, quod ingenui homines ferre non possunt. De cætero parce* 31, *quorum orbam senectutem* 32 *suppliciis ne oneraveris* 33. *nos jube duci* 34, *ut, quod ex tua morte petieramus* 35, *consequamur ex nostra.* Hæc Hermolaus.

CAP.

& *cultus Macedonici vestem, & instituta Persica adsumpsisse* affirmat *Val. Max.* IX. 5. 1. *ext.*

26. *Transfugam*, ubicunque inventus esset, sive in hostico, sive in pacato loco, licebat etiam non exauctoratum sine metu *legis Corneliæ de sicariis*, cuilibet, quasi hostem, interficere. V. *Fab. Semest.* I. 18. *Cujac. Observ.* IV. 9.

27. *Philippum patrem.* Val. Max. IX. 5. 1. ext. *Fastidio Philippi Jovem Hammonem patrem adscivit.*

28. *Ante Jovem haberetur* i. Jovi anteponeretur. V. *Freinshemii Indicem.*

29. *Emendari* i. Corrigi. Cic. L. L. III. *Ut vitiis principum infici solet tota civitas, sic emendari & corrigi continentia.* Proprie *emendare* est *mendas* tollere i. errores. Cic. ad Attic. II. 16. *Me rogat, ut annales suos emendem & edam.*

30. *Multum mihi debes*, quia utilibus te instruo præceptis ad bene imperandum.

31. *Parce* n. parentibus, & cognatis nostris. VIII. 8. 18.

32. *Orbam senectutem* i. *senes*, quos *orbos* per juvenum mortem facis. V. *Glareanum.*

33. *Suppliciis ne oneraveris* i. ne puniveris. Plaut. Amph. I. 1. 172. *Onerandus est pugnis.* Translatum ab *oneribus*, quæ jumentis imponimus.

34. *Duci.* Ductorum est verbum, quo vel in jus, vel in carcerem, vel ad supplicium aliquem abripi significant. Plin. Epist. X. 97. *Supplicium minatus, perseverantes duci jussi.* Sueton. Calig. c. 27. *A calvo ad calvum duci imperavit.* Flor. III. 21. 28. *Ut obsides jure belli, & modo morte damnati duci jubentur.* Noster. X. 4. 1. Plena formula legitur apud Sueton. Tiber. c. 57. *Scurram duci ad supplicium imperavit*, & Cicer. Catil. I. *Ad mortem te, Catilina, duci jam pridem oportebat.*

35. *Quod ex tua morte petieramus*, &c. i. libertatem, ut saltem morte liberemur a servitute, & tyrannide. V. *Raderum.*

CAP. VIII.

ARGUMENTUM.

Hermolao respondet, Callisthenem, & reliquos conjuratos necari jubet Alexander.

1 AT Rex: *Quam falsa sint*, inquit, *quæ iste tradita a magistro suo dixit; patientia mea ostendit* [1]. *Confessum enim ultimum* [2] *facinus, tamen ut vos quoque, non solum ipse, audiretis, expressi; non imprudens* [3], *quum permisissem huic latroni* [4] *dicere, usurum eum rabie, qua compulsus est, ut me, quem parentis loco* [5] *colere debet, vellet occidere. Nuper, quum procacius* [6] *se in venatione gessisset; more patrio, & ab antiquissimis Macedoniæ Regibus usurpato, eum castigari jussi. Hoc & oportet fieri, &, ut a tutoribus* [7] *pupillis* [8], *a maritis uxores* [9], *servis* [10] *quoque pueros hujus ætatis verberare concedimus. Hæc est sævitia in ipsum mea, quam impia cade voluit ulcisci. Nam in cæteros, qui mihi permittunt uti ingenio meo, quam mitis sim, non ignoratis; & commemorare supervacuum est. Hermolao parricidarum supplicia non probari, quum eadem ipse meruerit, minime hercule admiror. nam quum Parmenionem & Philotam laudat, sua servit causa* [11]. *Lynceſten vero Alexandrum bis insidiatum capiti meo a duobus indicibus liberavi: rursus convictum* [12], *per biennium tamen distuli: donec vos postularetis, ut tandem debito supplicio scelus lueret. Attalum, ante quam Rex essem, hostem meo capiti fuisse meministis. Citius utinam non coegisset me sibi irasci. cujus temerariam linguam probra* [13] *dicentem mihi & vobis diutius tuli, quam ille eadem me dicentem tulisset. Regum ducumque clementia, non in ipsorum modo, sed etiam in illorum, qui parent, ingeniis sita est* [14]. *Obsequio mitigantur*

2 3 4 5 6 7 8

Quam falsa sint, patientia mea ostendit: quia, si istis essem moribus, quibus me videri iste voluit, jam pridem indicta causa eum occidissem. Elegans est illud in hanc rem, quod de Augusto narrat Sarisberiensis, qui cuidam in publico inclamanti, *o tyranne!* respondit, *si essem, tu non diceres.* V. *Freinshemium.*

2. *Ultimum* i. deterrimum. Senec. de Clement. 1. 23. *Multo minus audebant liberi nefas ultimum* i. parricidium, quo nihil deterius, *admittere, quamdiu sine lege crimen fuit.* Noster VI. 5. 33. IX. 11. v. 12. 17.

3. *Imprudens* i. insciens, nescius. Plaut. Aul. 1. 1. 23. *Ne mihi verba imprudenti duit.* Noster IX. 2. 31.

4. *Latro* dicitur, qui conjuravit in principem. Infr. *n.* 19. V. *Freinshemii Indicem.*

5. *Parentis loco.* Ita *Lysimachus ferocissimo leoni objectus, magno animo, Regis, veluti parentis, contumeliam tulit.* Justin. XV. 3. 10. Eleganter Epictetus Enchir. c. 37. *Pater est? præcipitur, curam ejus agendam, cedendum ei in omnibus: si convicietur, si verberet, ferendum esse.*

6. *Procacius* i. protervius, petulantius, *vreveligh. Procaces meretrices* dicit Festus *ab assidue poscendo. Procari*, ombeschaemt eyschen. Liv. XXVIII. 24. *Stipendium procacius flagitare, quam ex more, & modestia militari.* Noster X. 2 15. Hermolai *procacitatem* V. VIII. 6. 7.

7. *Tutoribus* id jus in *pupillos* apud Romanos quoque fuisse conjici potest ex definitione tutelæ, *quod sit vis, ac potestas in capite libero.* Nam *tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupilli præponitur* I. 12. §. 3. de adminstr. tut. V. *Freinshemium & Ernst. Observ.* II. 35.

8. *Pupillus* est impubes, qui desiit in patris potestate esse, vel morte, vel emancipatione, & cepit esse in potestate tutoris. V. *Jctos.*

9. *Maritis in uxores* jure quidem hanc potestatem concedi, sed sapientes & cordatos viros ea uti non solere, prolixe probat *Tiraquell. in leg. conn.* 1. 8.

10. *Servis*, pædagogis. Plaut. Bacch. III. 3. 20: 21. 29: 30.

Ante Solem exorientem nisi in palæstram venerat,
Gymnasii præfecto haud mediocres pœnas penderes.
Cum librum legeres, si unam peccavisses syllabam,
Fieret corium tam maculosum,
quam est nutricis pallium.

11. *Suæ servit causæ*, quia parricidas parricida defendit.

12. *Convictum* insidiarum, *overtuyght.* Cicero Phil. II. *Teque in isto ipso convinco non inhumanitatis solum, sed etiam amentiæ.* Noster IX. 8. 9.

13. *Probra* i. convicia. *Probrum* pro crimine ipso quandoque accipitur; sed quid ex hujusmodi delictis ignominia oritur, solentque ea a convicientibus objici, frequentior usus obtinuit, ut pro *ignominia, conviciisque* accipiatur. V. *Alciat. de verb. sign. f.* 132. Noster *n.* 19. IX. 10. 28. X. 7. 5.

14. *Regum clementia in illorum, qui parent, ingeniis sita est.* Recte enim Theopompus interrogatus, *quid ita Sparta floreret? quianc Reges recte imperare scirent?* respondit: *imo, quia cives parere.*

tigantur imperia: ubi vero reverentia exceſſit animis, & ſumma imis confundimus, vi opus eſt, ut vim repellamus.
9 *Sed quid ego mirer iſtum crudelitatem mihi objeciſſe; qui avaritiam exprobrare auſus ſit? Nolo ſingulos veſtrum excitare*[15], *ne inviſam*[16] *liberalitatem meam faciam, ſi pudori veſtro gravem fecero. Totum exercitum adſpicite: qui paulo ante nihil, prater arma, habebat, nunc argenteis*[17] *cubat lectis; menſas auro*[18] *onerant*[19]; *greges ſervorum*
10 *ducunt*[20]: *ſpolia de hoſtibus ſuſtinere non poſſunt*[21]. *At enim Perſæ, quos vicimus, in magno honore ſunt apud me! Equidem moderationis meæ certiſſimum indicium eſt, quod ne victis quidem ſuperbe impero. Veni enim in Aſiam, non ut funditus*[22] *everterem gentes; nec ut dimidiam partem*

parere. Plutarch. Apophth. Lacon. c. 65. Unde *Domitiani natura præceps in iram, & quo obſcurior, eo irrevocabilior, moderatione tamen, prudentiaque Agricolæ leniebatur.* Tacit. Agric. XLII. 6. Expreſſit hunc locum Noſter ex Iſocratis Nicocle, quem dixiſſe perhibet Iſocrates: *Non ſolum conſiderandum eſſe ingenium tyrannorum, cur benigni & difficiles ſint, ſed civium quoque mores. Multi enim jam ob improbitatem civium aſperius imperare, quam vellent, ſunt coacti.* V. *Freinshemium, Loccenium, Camerar. Hor. Subc.* I. 88. & *Lipſ. Polit.* VI. 5. 33.

15. *Excitare*, gaande maaken. Supr. VIII. 6. 22.

16. *Inviſam*, quia, ut apud Terentium Soſia And. I. 1. 16.

Iſthæc commemoratio
Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii.

Unde apud Lucian. Tom. II. p. m. 947. Chronoſolon, ſive Saturnalium legumlator: *De moneribus quam modeſtiſſima ſimul, & quam pauciſſima verba fiunto, neque grave quicquam in literis quisquam aſcribito, nec odioſe laudato, quæ mittuntur.*

17. *Argenteis* i. argento inductis, cum *ex ſolido argento lectos & tricliniares, & cubiculares*, ut inſuitatos Heliogabalo tribuat *Lamprid.* c. 20.

18. *Auro* i. aureis vaſis. Sueton. Calig. c. 37. *Convivis ex auro panes & opſonia apponeret.*

19. *Menſas onerant* i. in menſis plurima apponunt. Ita *lancibus oneratas aras*, in quibus plurimæ lances erant appoſitæ, dicit *Virg.* XII. 215.

20. *Ducunt* i. penes ſe habent. Terent. Heaut. II. 3. 5. *Ancillarum gregem ducunt ſecum.*

21. *Suſtinere non poſſunt* i. propter multitudinem non capiunt, neque ferre, aut vehere poſſunt, *zy weten niet, waar zy daar met heenen ſullen.* V. *Freinshemii Indicem.*

22. *Funditus* i. plane, omnino. Cicer. pro Dom. *Civitatem funditus evertiſti.* Quid *fundus* V. IV. 2. 19. §. 84.

23. *Victo-*

tem terrarum ſolitudinem facerem; ſed ut illos quoque, quos bello ſubegiſſem, victoriæ meæ non pœniteret[23]. *Itaque militant vobiſcum, pro imperio veſtro ſanguinem fundunt, qui ſuperbe habiti rebellaſſent. Non eſt diuturna poſſeſſio*[24], *in quam gladio inducimur*[25]: *beneficiorum gratia ſempiterna eſt. Si habere*[26] *Aſiam, non transire volumus; cum his communicanda eſt noſtra clementia: horum fides ſtabile & æternum faciet imperium. Et ſane plus habemus, quam capimus. inſatiabilis autem avaritiæ eſt, adhuc implere velle, quod jam circumfluit*[27]. *Verum tamen eorum mores in Macedonas transfundo*[28]! *In multis enim gentibus eſſe video, quæ non erubeſcamus imitari*[29]: *Nec aliter tantum imperium apte regi poteſt, quam ut quædam & tradamus illis; & ab iisdem diſcamus. Illud pene dignum riſu fuit, quod Hermolaus poſtulabat a me, ut averſarer Jovem, cujus oraculo adgnoſcor. An etiam, quid Dii reſpondeant, in mea poteſtate eſt? Obtulit nomen filii mihi: recipere ipſis rebus, quas agimus, haud alienum*

II 12 13 14 15

23. *Victoriæ meæ non pœniteret.* Liv. V. 27. *Nec vos fidei noſtræ, nec nos imperii veſtri pœnitebit.* Nam, ut idem ait Liv. VIII. 13. *id firmiſſimum longe imperium eſt, quo obedientes gaudent.*

24. *Non eſt diuturna poſſeſſio*, &c. Recte Saluſt. ad C. Cæſarem de Rep. ord. Orat. I. *Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quam diuturna, arbitror. Contra, qui benignitate, & clementia imperium temperavere, his læta & candida omnia viſa, etiam hoſtes æquiores, quam aliis cives.*

25. *Inducimur* i. introducimur. Sueton. Calig. c. 12. *Ut ſibi in curiam præfectum prætorii inducere liceret.* Noſter V. 6. 2.

26. *Habere* i. firmiter poſſidere, retinere. Flor. IV. 8. 1. *Contraſtis infelicis belli reliquiis Siciliam, Sardiniamque habebat.* V. *Freinshemii Indicem.*

27. *Circumfluit*, rondtom heenen overloopt. *Campi Euphrate, & Tigre circumflui* ſunt Tac. Ann. VI. 37. 5. *circum quos Euphrates, & Tigris fluunt.*

28. *Transfundo* i. transfero. Cic. Phil. II. *Omnem amorem abjecit illinc, atque in hanc transfudit.* Proprie *transfundere* eſt ex uno in aliud vas *fundere.* Colum. XII. 12. *Deinde eam ſæpius in alia vaſa transfuderunt.*

29. *Non erubeſcamus imitari.* Ita & Cæſar apud Saluſt. Bell. Catil. c. 51. *Majores noſtri, P. C. neque conſilii, neque audaciæ unquam egere: neque ſuperbia obſtabat, quo minus inſtituta aliena, ſi modo proba erant, imitarentur.*

30

alienum 30 *fuit. Utinam Indi quoque Deum esse me credant* 31*! Fama enim bella constant; & sæpe etiam, quod*
16 *falso creditum est, veri vicem obtinuit* 32*. An me luxuria indulgentem putatis arma vestra auro argentoque adornasse? Adsuetis nihil vilius hac videre materia, volui ostendere, Macedonas invictos cæteris nec auro quidem*
17 *vinci. Oculos ergo primum eorum, sordida omnia & humilia* 33 *spectantium* 34*, capiam* 35*, & docebo nos, non auri aut argenti cupidos, sed orbem terrarum subacturos venisse. Quam gloriam tu parricida intercipere voluisti, & Macedonas Rege adempto* 36 *devictis gentibus dedere.*
18 *At nunc mones me, ut vestris parentibus parcam! Non oportebat quidem vos scire, quid de his statuissem, quo tristiores periretis, si qua vobis parentum memoria & cura est: sed olim istum morem occidendi cum scelestis insontes pro-*

30. *Rebus, quas agimus, haud alienum.* i. opportunum ad res gerendas, haud male conveniens rebus. Idem Alexandrum monet Diogenes apud Lucian. Dial. Diog. & Alex. *Attamen istud illorum mendacium, Alexander, ad res gerendas haud quaquam tibi fuit inutile, propterea quod vulgus te verebatur, metuebatque, quum Deum esse crederet. Utile enim est civitatibus, ut se viri fortes, etiamsi falsum sit, ex Diis genitos esse credant: ut eo modo animus humanus, velut divinæ stirpis fiduciam gerens, rei magnas aggrediendas præsumat audacius, agat vehementius, & ob hoc impleat ipsa securitate felicius*, ut Varro dicit apud *Augustin. de Civ. Dei* III. 4. V. *Freinshemium.*

31. *Indi Deum esse me credant*, quod credidisse narrat Nostor VIII. 10. 1.

32. *Veri vicem obtinuit*, quia apud vulgus non semper valet id, quod est, sed etiam, quod videtur esse. Liv. XXXIV. 12. *Sæpe vana pro veris, maxime in bello valuisse: & credentem se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia & sperando atque audendo servatum.*

33. *Sordida omnia & humilia* i. arma æra, aut ferro rubiginoso squalentia, nihil opulenti, nihil ornati. V. *Freinshemium.*

34. *Spectantium* i. Indorum, qui nihil *exspectant* adventu nostro, quam &c. *Spectare* simplex hoc significatu capi pene inducor, ut credam, quum toties hujus loco reperiam. V. *Freinshemium.*

35. *Capiam*, tanquam ex insidiis, præstringamque, & hanc speciem non opinantibus objiciam. V. *Freinshemium.*

36. *Adempto* i. vita defuncto. Catul. LXVIII. 10. & 46.

Misero frater adempte mihi.

Ovid. de Pont. I. 9. 41.

Jure igitur lacrymas Celso libamus adempto.

37. *Sol-*

propinquos parentesque solvi 37*. & profiteor in eodem honore futuros omnes eos, in quo fuerunt. Nam tuum* 19
Callisthenem, cui uni vir 38 *videris, quia latro es, scio, cur produci velis: ut coram his probra, quæ modo in me jecisti* 39*, modo audisti* 40*, illius quoque ore referantur. Quem, si Macedo esset, tecum introduxissem; dignissimum te discipulo magistrum: nunc Olynthio* 41 *non idem juris est.* Post hæc consilium dimisit, *tradique damna-* 20
tos hominibus 42*, qui ex eadem cohorte erant*, jussit. Illi, ut fidem suam sævitia Regi adprobarent 43, excruciatos 44 necaverunt 45. Callisthenes quoque tor- 21
tus 46 interiit 47: initi consilii in caput Regis innoxius

37. *Solvi.* V. x. 2. 5. §. 9.

38. *Virn.* fortis. V. VIII. 6. 25. §. 67.

39. *In me jecisti* i. mihi dixisti, mihi ingessisti. Ovid. Metam. v. 664. *Convicia victæ Quum jacerent.* Prop. II. 7. 20. *In nostrum jactet verba superba caput.* Convicia enim & probra sunt quasi tela, quæ *ejaculatur* irascentis rabies. Luctat. in Stat. Theb. I. 451. *Jactis, quasi quæ vulnera facerent.* V. *Gebhard. in Propertium.*

40. *Audisti* Callisthenem, quum illi adesses, in me evomentem, & quæ in me faceres, tibi præcipientem. Callisthenes enim sæpius Hermolai præceptor dicitur ab Alexandro.

41. *Olynthio* i. cum Olynthius sit. *Olynthus* fuit Thraciæ urbs maxima, antiqua, nobilis, rebus omnibus aucta & onerata, cum qua gravia bella gessit Amyntas Macedo, & quam excidit Philippus Amyntæ filius, Alexandri Magni pater quia per misericordiam receperat post cædem unius, duos fratres ejus, quos ex noverca genitos, velut participes regni interficere gestiebat. V. *Cicer. Verr.* III. *Diodor.* XVI. 54. *Justin.* VII. 4. 6. VIII. 3. 10. *Demosthenis Olynthiacas.* Callisthenis vero patriam adducit, ut memoria vetustissimæ hujus simultatis Macedonum exasperaret animos. *Olynthium* illum fuisse docuimus VIII. 5. 13. §. 40.

42. *Hominibus, qui ex eadem cohorte erant*, ut nimirum ita vindictam expeterent illatæ in societatem suam infamiæ. V. *Freinshemium.*

43. *Adprobarent* i. testatam facerent. V. VI. 11. 29.

44. *Excruciatos* ante mortem, exemplo Philotæ VI. 11. 15-18. Crudelitas illa maxime in usu fuit apud veteres: unde quasi solennis scriptorum formula, *excruciatum necare.* Liv. XXV. 25. *Necati omnes excruciati sunt.* Suet. Aug. c. 14. *Quasi eundem mox & discruciatum necasset.* Cic. pro *Manil. Legatum P. R. Consularem, vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit.* V. *Freinshemium.*

45. *Necaverunt.* Arrian. IV. 272.

xius; sed haudquaquam aulæ & adsentantium accommodatus[48] ingenio. Itaque nullius cædes majorem apud Græcos[49] Alexandro excitavit invidiam, quod præditum optimis moribus artibusque, a quo revocatus ad vitam erat[50], quum interfecto Clito mori perseveraret; non tantum occiderit, sed etiam torserit indicta quidem causa. quam crudelitatem sera pœnitentia consequuta est.

272. *Tum Hermolaum, & cæteros comprehensos, a circumstantibus lapidibus obrutos fuisse.* Quod ad Craterum, Attalum & Alcetam statim Alexandrum scripsisse scribit *Plutarch. Alex. f.* 253.

46. *Tortus.* Ita Petron. c. 20. *Neque enim tam magnum facinus admisimus, ut debeamus torti perire. Excruciatum* modo Noster. *Tortus* interit, cujus morte simplici contenti non sumus, sed quem primum multos cruciatus perferre cogimus. *Tormenta* enim adhibuerunt Macedones, tum, ut de causa, quę minus liqueret, quæstio haberetur, ut docent exempla IV. 10. 33. VI. 10. 29: II. 35. tum ut sceleris participes hoc modo in pœnis hærerent acerbioribus. V. §. 45.

47. *Interiisse* Callisthenem nor, addito mortis genere dicit Curtius, quem *occisum* dicunt eodem modo Oros. III. 18. Senec. N. Q. VI. 23. *mori jussum* Valer. Max. IX. 3. 1. ext. *spiritu carere jussum* idem VII. 2. 8. ext. 3. Sed *lancea confossum* ab Alexandro scribit Senec. Suasor. 1. *cavea ferrea circumductum, pædore atque squalore oblitum, leoni postremo objectum excessisse e vita* Laert. Vit. Philos. V. 267. *septem menses in vinculis custoditum, ut in concilio, præsente. Aristotele, judicaretur, ac quo tempore in Mallis Oxydracis Indiæ sauciatus fuit Alexander, ex corpore supra modum turgido, & morbo pediculari excessisse.* Plutarch. Alex. f. 253. *truncatis crudeliter omnibus membris, abscissisque auribus, ac naso, labiisque, deforme ac miserandum spectaculum redditum, cum cane in cavea clausum, & ad metum cæterorum circumlatum, eique venenum in remedia calamitatum a Lysimacho datum.* Justin. XV. 3. 4. *compedibus vinctum, in exercitu circumductum, ac postea morbo decessisse Aristobulus: tortum ac deinde crucifixum vitam finisse Ptolomæus. Adeo ne ipsi quidem scriptores, quorum magna est fides, quique tum temporis Alexandro aderant, de rebus manifestis, quæque, quo pacto gestæ essent, eos nequaquam latebant, inter se consentiunt.* Arrian. IV. 272.

48. *Accommodatus* i. aptus. Cic. de Clar. Orat. *Nec satis populari assensioni accommodatum.*

49. *Apud Græcos*, non tantum, verum etiam Romanos. Senec. N. Q. VI. 23. *Fuit Callisthenis nobile ingenium, & furibundi Regis impatiens. Hoc est Alexandri crimen æternum, quod nulla virtus, nulla felicitas bellorum redimet. Nam quoties quis dixerit, occidit Persarum multa millia: opponetur, & Callisthenem. Quoties dictum erit, occidit Darium, penes quem tunc magnum regnum erat: opponetur, & Callisthenem. Quoties dictum erit, omnia Oceano tenus vicit, ipsum quoque tentavit novis classibus, & imperium ex angulo Thraciæ usque ad Orientis terminos protulit: dicetur, sed Callisthenem occidit. Omnia licet antiqua ducum, regumque exempla transierit, ex his, quæ fecit, nihil tam magnum erit, quam scelus Callisthenes.*

50. *A quo revocatus ad vitam erat* n. *placida & modesta oratione*, quum *Anaxarchus*, *quem consolandi ejus causa arcessitum, ad eum venisse* nulla Callisthenis mentione facta scribit *Arrian.* IV. 260. paulo vehementiore illum erexerit. Sic enim hoc conciliat Plutarch. Alex. f. 253. *Quamobrem intromissus* est Callisthenes Aristoteli necessarius, *& Abderita simul Anaxarchus. Callisthenes quidem modestis rationibus per quandam suavitatem adortus, sermone circuito mœrorem leniter excerpebat. Anaxarchus principio quandam philosophiæ viam sibi vindicaverat. Is igitur ingressus clamitabat: Hiccine est Alexander: quem quum orbis terrarum... is more mancipii luget abjectus, hominum leges & ignominiam reformidans, quibus ipse se legem, & justitiæ metam constituisse debuerat: per illam, quam victor obtinet, majestatem, non autem inanis cujusdam gloriæ cupiditate victum, servilem animum induere? An ignoras, inquit, proinde fas jusque cominus assidere Jovi: ut, quicquid Reges perpetraverint, licere, justumque esse intelligas.* Unde *jure interfectum Clitum Macedones decrevisse* dixit Noster VIII. 2. 12. *Ad vitam* vero *revocare* dicimus illos, quos hortamur, ut moriendi proposito spreto audentiores sint, & vivant. Cic. ad Attic. III. 6. *Quod me ad vitam vocas, unum efficit, ut a me manus abstineam.* Sueton. Octav. c. 53. *Gallum Terrinium senatorem, minus sibi familiarem, sed captum repente oculis, ob id inedia mori destinantem, præsens consolando revocavit ad vitam.* V. *Gronovium* exempla congerentem ad *Senec. Hippol.* 1. 264.

CAP.

Serendis

CAP. IX.

ARGUMENTUM.

In Indiam Indo, Gange, Aceſine, Dyardene, Erymantho, aliisque fluminibus nobilem, cœli temperie variam, lino, avibus, aliisque animalibus, auro, gemmis & margaritis divitem movet Alexander: Indorumque ingenia, & Regum maxime luxuriam, nec non Gymnoſophiſtarum & Brachmanum vitam & ſapientiam luculenter & verboſe deſcribit Curtius.

1 SEd ne otium [1] ſerendis [2] rumoribus natum [3] aleret [4], in Indiam movit [5]; ſemper bello, quam poſt victoriam, clarior. India [6] tota ferme ſpectat

Serendis rumoribus natum eſſe otium ſuo exemplo docent apud *Tacit. Ann.* I. 16. 3. Pannonicę legiones, de quibus ſic ille: *Qui ſine Auguſti, & initiis Tiberii auditię, ob juſtitium aut gaudium, intermiſerat ſolita munia. Eo principio laſcivire miles, diſcordare, peſſimi cujuſque ſermonibus præbere aures.*

2. *Serendis* i. ſpargendis, faciendis. Liv. XXVIII. 24. *Ac primo ſermones tantum occulti ſerebantur.* Cæſ. B. C. II. 17. 3. *Hæc omnibus ſerebat ſermonibus*, ut in Indice legit *Freinshemius*. Proprie *ſerere* eſt ſeminare. Cæſ. B. C. III. 58. 6. *Frumenta, quæ fuerant intra munitiones ſata, conſumpſerant.* Noſter V. I. 27: 5. 24.

3. *Natum* i. factum, *Naſci* dicuntur etiam res inanimæ, quę quovis modo exiſtunt. Sic Propertius dicit *theatra nata* II. 18. 2. *naſci hiſtoriam* II. 1. 8. Cicero: *natum bellum, natam legem, nata judicia.*

Aleret i. majus fieri ſineret. Supr. VI. 6. 12. Dicimur recte *alere* res etiam incorporeas, quibus augendi & accreſcendi copiam facimus, & inſtrumenta ſuppeditamus. Ita *alere ſpem* Cic. Catil. I. *alere morbum* Nep. Attic. XXI. 6. *alere luxuriam* Idem Phoc. I. 4. Noſter *alere ignem* IV. 3. 4. VIII. 10. 8. *alere bellum* VII. 7. 17. Proprie *alere* eſt nutrire, alimentis ſuſtentare. Nep. Ariſt. III. 3. *Quo factum eſt, ut filiæ ejus publice alerentur.* Noſter VI. 5. 28: 4. 18.

5. *Movit* i. exercitum duxit, quia, qui cum exercitu proficiſcitur, illum ſeſe *movere* facit. Flor. II. 8. 8. *Quum ingenti ſtrepitu ac tumultu moviſſet ex Aſia.*

6. *India* ab *Indo* flumine nomen habet, terminatur orientem & ſubſolanum verſus, adusque meridiem Oceano: a ſeptemtrionibus vero, Caucaſo monte, ad Tauri usque confinia: ab occidente & Japyge vento, ad Oceanum usque *Indo* amne. *Indiam* deſcribunt *Arrian.* V. *p. m.* 323. *Per. Indic. p. m.* 510. *Diodor.* II. 35. *Mel.* III. 7. *Strab.* XV. 418. *Plin.* VI. 17. *Solin. c.* 52. *Oroſ.* I. 2. *Herod.* III. *p. m.* 269. *Ortel. Theatr. Orb. f.* 102. Hanc intraſſe Alexandrum dicit & *Plin.* VI. 17. & ante illum Semiramim *Juſtin.* I. 2. 9. quibus & Cyrum addit *Strab.* XV. *p.* 414.

7. *Orientem* ſpectare Indiam docent quoque Strab. XV. 412. *Ea enim & maxima eſt, & ad Orientem poſita.* Apulej. Flor. I. *Indi gens populoſa, cultoribus & finibus maxima, procul a nobis ad Orientem ſita.* Herod. III. 268. *Indi primi ſunt hominum, qui in Aſia ad auroram, & Solis ortum habitant.*

8. *Minus in latitudinem, quam recta regione* i. minus latam, quam longam. Diod. II. 35. *Totius Indiæ magnitudinem ab ortu verſus occaſum duodetriginta millibus ſtadiorum: a ſeptemtrionibus verſus meridiem duobus & viginti millibus definiunt.* Qui circumſcribit *latitudinem* octingentis ſeptuaginta quinque milliaribus Germanicis, *longitudinem* mille. Strab. XV. 418. *Regio rhombi figuram præbet.* Quibus, quum *rhombi* figura ſit longior, quam latior, docet idem, quod Curtius. Magis vero *longam, quam latam* eſſe Indiam veriſſimum eſt, ſi procurrens e ſeptemtrione in Auſtrum ſpectes promontorium: ſi, inquam, diametrum a monte Imao, usque ad promontorium Comorinum, quæ ſunt duo extrema Indiæ, dimetiare; minimum enim quadringentis inter ſe leucis diſtant, quæ Germanica efficiunt milliaria viginti ſupra trecenta. V. *Raderum.*

9. *Auſtrum* i. meridiem. *Meridies*, inquit Gell. N. A. II. 22. *quoniam certo, atque fixo limite eſt, unum meridialem ventum habet: is Latine Auſter, Græce νότος nominatur, quoniam eſt nebuloſus atque humectus: νοτὶς enim Græce humor nominatur.* V. & *Salmaſ. Exerc. Plin. f.* 1252.

10. *Accipiunt* i. ſpectant. Ita *favonios accipere* dicitur Laurentinum Plinii Epiſt. II. 17. *Ad hoc patentibus feneſtris favonios accipit.* Et ejus Thuſci Epiſt. V. 6. *Accipit ab hoc auras quamvis ſereno & placido die.* V. *Freinshemii Indicem. Accipit* vero ſive ſpectat auſtrum promontorium Comorinum. Cujus accolas auſtrum ſpectare teſtatur & Herod. III. 270. *Hi Indi longius a Perſis abſunt, & vento auſtro obnoxii.*

11. *In altius terræ faſtigium excedunt* i. ſunt altiora terra reliqua Indiæ media. Extrema enim

ętat Orientem [7], minus in latitudinem, quam recta regione [8] ſpatioſa. Quæ Auſtrum [9] accipiunt [10], in altius terræ faſtigium [11] excedunt; plana ſunt cætera,

tera, multisque inclitis amnibus Caucaſo [12] monte
4 ortis placidum per campos iter præbent. Indus [13] ge-
lidior [14] eſt, quam cæteri. aquas vehit a colore ma-
5 ris [15] haud multum abhorrentes. Ganges [16] amnis ab

utrinque ſunt alta, Imaus mons & promontorium Comorinum. Inter utrumque hunc angulum montes interjacent continua per Indiam ſerie i. per totam Indiam extenduntur montes. Quod cum dico, accipe latus occidentale totum, quod ſeptemtrio ſtringit, & ab alto alluitur, Arrian. in periplo maris Erythræi 111. 28. *Poſt Barygazam*, Indiæ provinciam, *ſtatim continens vicina a Boreæ in Meridianum cardinem flectitur: unde regio illa Dachinaladis appellatur. Auſter enim illorum lingua Dachanus dicitur. Hujus pars ſuperior mediterranea ad Orientem vergens, multas regiones, deſerta, montes ingentes*, &c. *complectitur*. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*.

12. *Caucaſo* Indico, non Pontico, quem & *Paropamiſum* vocant. Ita certe de Indi fonte Plin. VI. 20. *In jugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropamiſus, adverſus Solis ortum effuſus*. Mel. III. 7. *Indus ex monte Paropamiſo ortus*. Arrianum V. §. 13. V. & VII. 3. 19.

13. *Indus* omnium Aſiæ, atque Europæ fluviorum maximus eſt, præter Gangem, qui etiam Indiæ fluvius eſt. Fontes ejus ex Paropamiſo, vel Caucaſo monte oriuntur, atque in Oceanum auſtrum verſus fertur. Duo ejus ſunt oſtia, eaque paluſtria, & Δ literæ figuram in regione Indorum curſu ſuo efficit, Aegyptio delta ſimile, quod Indorum lingua Patala vocatur. Ejus, qua auguſtiſſimus eſt, quadraginta ſtadiorum latitudine ripæ inter ſe diſtant: qua vero latiſſimus, etiam centum ſummum ſtadiorum ſpatium intermedium eſt. Olim ab Indis *Sandus* fuit adpellatus. Hodie vero *Indus* adpellatur. Eundem Resbutos a Cambaienſibus disterminantem, atque per mediam Cambaiam decurrentem *Cerceten* & *Indes* adpellant. Prius *Mauſolus* quum eſſet dictus, poſtea ab *Indo* quodam juvene egregio, qui Damaſulcida Regis Oxyalci filia corrupta ad mortem quæſitus, in eum ſe præcipitaverat, adpellatus fuit. *Indum* deſcribunt *Arrian.* V. 319. *Diodor.* II. 37. *Mel.* III. 7. *Strab.* XV. 418. *Plin.* VI. 20. *Plutarch. de fluminibus. Stuck. in Arrian. peripl. Maris Eryth.* II. 46.

14. *Gelidior quam cæteri*, quia e locis ſeptemtrionalibus in occidentem fertur, cum Ganges, quem *tepidum* vocat *Ovid. in Ibin n.* 69. verſus ortum disterminetur. V. §. 19.

15. *A colore maris* V. *n.* 14. §. 46.

16. *Ganges* multis fontibus in Hemodo Indiæ monte conceptus, ſimul unum alveum facit, fit omnium maximus, Nilo Aegyptio, & Iſtro Scythico, etiamſi in unum alveum confluerent, major. Patet, qua maxime anguſtus eſt; ad centum ſtadia i. milliaria Germanica tria, & amplius. Recipit novendecim amnes. In

ab ortu [17] eximius ad Meridianam regionem [18] decurrit, & magnorum montium juga recto alveo ſtringit. Inde [19] eum objectæ rupes inclinant [20] ad Orientem. Utque rubro mari [21] accipitur [22], fin- 6
dens [23] ripas, multas arbores cum magna ſoli parte exſorbet. ſaxis quoque impeditus, crebro reverbe- 7
ratur [24], ubi mollius [25] ſolum reperit, ſtagnat, inſulas-

In ſeptem ora diſpergitur. Dictus eſt a *Gange*, Aethiopum Rege. *Gangem* deſcribunt *Arrian. Rer. Indic. p. m.* 514. *Diodor.* II. 37. *Mel.* III. 7. *Strab.* XV. 420. *Plin.* VI. 18. Noſter IX. 2. 2.

17. *Ab ortu* i. a fonte, ab origine, ſtatim ut ortus eſt. Arrian. Rer. Indic. p. m. 514. *Grandem jam inde ab ipſis fontibus Gangem oriri*. Plin. VI. 18. *Cum magno fragore ipſius ſtatim fontis erumpere*. V. *Freinshemium*.

18. *In meridianam regionem*, dum oritur, & a fonte profluit, decurrere Gangem adſerit & Strabo, qui diſerte dicit p. 420. *Omnia Indiæ flumina e Caucaſo primo ad Meridiem deferri*. Unde & Dionyſius v. 1148. Gangeticam Regionem *ad auſtrum* collocat, reſpectu montium, unde fluvii illi oriuntur. V. *Freinshemium*.

19. *Inde* i. ex illo loco, quem deſcribit. Strab. XV. 420. *Alia flectuntur ad Orientem, quemadmodum Ganges, qui a montibus deſcendens, cum in planitiem pervenerit, ad Orientem converſus*, &c. Illa vero planities ita fuit comparata, ut meridie rupibus incluſa pateret ad Orientem, eoque recta regione ruentis amnis alveum a meridie ad Orientem obliquaret. Unde demum inſignis lux *Plin.* VI. 18. qui ait: *cum magno fragore ipſius ſtatim fontis erumpere, dejectumque per ſcopuloſa & abrupta, ubi primum mollis planities contingat, in quodam lacu hoſpitari*, &c. Sic ergo ſunt accipienda verba Poetæ de hoc fluvio Pharſal. III. 240.

Toto qui ſolus in orbe
Oſtia naſcenti contraria ſolvere Phœbo
Audet, & adverſum fluctus impellit in Eurum.

V. *Freinshemium*.

20. *Inclinant* i. flectunt, convertunt. *Strab. n.* 19.

21. *Rubrum mare* non tantum ſinum Arabicum vocarunt antiqui, ſed Oceani meridialis partem illam a ſinu Gangetico usque ad ſinum Arabicum. Oroſ. I. 2. *In his finibus India eſt, quæ habet ab occidente flumen Indum, quod rubro mari accipitur*. Hic vero fluvius in oceanum meridianem evolvitur. Strabo etiam Tigrim & Euphratem in *rubrum mare* emitti teſtatur XI. 151. V. *Barrient. Annot. Sylv. c.* 7. *Lipſ. de Magn. Rom.* I. 3. *Noſtram n.* 14. §. 48.

22. *Accipitur* i. recipitur, in illud ſe exonerat.

23. *Findens* i. plurifariam intercurrens diverſis ſuis oſtiis. V. *Freinshemium*.

24. *Reverberatur* i. retorquetur in ſaxa incurrens, cum Euphrate V. I. 30. *repercutitur* n. 8. V. *Freinshemium*.

8 sulasque [2] molitur [27]. Aceſines [28] eum [29] auget. Ganges decurſurum in mare intercepit [30]: magnoque motu amnis uterque conliditur. quippe Ganges aſperum os [31] influenti [32] objicit; nec repercuſſæ
9 aquæ cedunt [33]. Dyardenes [34] minus celeber auditu [35] eſt, quia per ultima Indiæ currit: cæterum non crocodilos [36] modo, uti Nilus, ſed etiam delphines

25. *Mollius* i. minus ſaxoſum, tot ſaxis non abundans. Supr. v. 3. 2.

26. Inſula, *in Gange eſt magnæ amplitudinis, gentem continens unam, Modogalicam nomine.* Plin. VI. 19.

27. *Molitur* i. in eo fiunt, exſiſtunt. V. VI. 8. 20.

28. *Aceſines* ſpectatiſſimus eſt Indiæ fluvius, cujus ſolius ex Indiæ fluminibus magnitudinem Ptolomæus Lagi filius deſcripſit. Eſſe enim ea parte, qua Alexander eum navigiis, & pellibus cum exercitu transmiſit, rapidum Aceſinis curſum, magnis aſperisque cautibus interjectis, quibus illiſæ, ac repercuſſæ undæ ingentes æſtus, vorticesque concitent: latitudinem vero eſſe quindecim ſtadiorum. V. *Arrian.* V. 353.

29. *Eum* n. Gangem, licet ſolus Curtius a Gange intercipi Aceſinem tradat, quem apud Mallos Indo committit *Arrian. Rer. Indic. p. m.* 515. & *Exped. Alex.* VI. *p. m.* 405. & præter illum *Plin.* VI. 20. *Mel.* III. 7. *Diodor.* II. 37.

30. *Ganges decurſurum in mare intercipit*, dum dicit Curtius, non de alio, quam Aceſine antea videri debet loquutus, loqui enim aliter non potuit, niſi dubiam faceret orationem? etenim ſi dixiſſet, *qui decurſurum*, &c. incertum erat an *τὸ qui* ad Aceſinem, an ad Gangem referendum eſſet: expreſſit ergo *Gangem*, quamvis eundem per vocem *eum* intellexiſſet. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*.

31. *Os* j. aditum. *Os* Gangis hic dicit ratione Aceſinis, quo Gangem intrat, non ratione ipſius Gangis. *Os* ad originem, & caput amnis refertur etiam VI. 4. 7. IX. 9. 2. & 23. Gangis vero *os* V. §. 16. Translatum a rebus animatis ad res inanimas. *Os* enim in animali proprie eſt, non in fluminibus. V. & *Raderum*.

32. *Influenti* i. in Gangem fluenti Aceſini.

33. *Non cedunt*, ſed ſe mutuo elidunt, & ingentes fluctus cient, lateque campos inundant. V. *Raderum*.

34. *Dyardenes* & *Erymanthus* flumina ſunt Græcis & Barbaris ignota. Videtur Curtius Auctores, quos poſteritas nunquam vidit, legiſſe. V. *Raderum*.

35. *Auditu* i. fama. Tacit. Ann. II. 72. 3. *Viſuque & auditu juxta venerabilis* i. præſens, abſensque. V. *Freinshemii Indicem*.

36. *Crocodilos & delphines.* Arrian. Rer. Ind. p. m. 521. *Quin etiam fluvii Indici, perinde ac Nilus Aethiopicus & Aegyptius, crocodilos gignunt, & piſces, ac balænas*

nes ignotasque aliis gentibus belluas alit. Erymanthus crebris flexibus [37] ſubinde curvatus, ab accolis rigantibus [38] carpitur [39]. ea cauſa eſt, cur tenues reliquias jam ſine nomine in mare immittat. Multis præter hos amnibus [40] tota regio dividitur, ſed ignobilibus, quia non adeo interfluunt. Cæterum, quæ propiora ſunt mari, aquilones [41] maxime deurunt:

balænas ejusdem generis. Quos *cum in Indo amne vidiſſet Alexander, Nili ſe caput reperiſſe arbitrabatur: ſuſpicatus Nilum uspiam in Indio oriri*, &c. *Arrian. Exped. Alex.* VI. *p. m.* 378. *Strab.* XV. 430.

37. *Flexibus* i. curvationibus, circuitibus in ſe quaſi redeuntibus. Quintil. IX. 2. *Qui curſu parum valent, flexu eludunt.*

38. *Rigantibus* i. flumen in agros ſuos derivantibus. V. III. 1. 3. §. 23.

39. *Carpitur* i. minor fit, dum in rivos deducitur. Et *carpere aquam* eſt aquam haurire Ovid. in Ibin v. 100.

Et ſummam Libyco de mare carpat aquam.

Proprie *carpere* eſt ſcindere, lacerare. Unde qui jubente convivii domino cibos lacerat, Petron. c. 36. *carpus*, Juven. IX. 110. *carptor* dicitur: & *carpi dies* Horat. Od. I. 11. 8. qui in partes quaſi ſcinditur, dum inſumitur, & impenditur. Idem de Euphrate Arrian. VII. 454. *Multi ex eo alvei derivantur: alii quidem perennes, ex quibus utriusque ripæ accolæ aquam petunt, alii certo tempore fiunt, quum aquæ ad irrigandam terram inopia premuntur (raro enim iis in locis imbres e cælo cadunt) quo fit, ut in aquam*

40. *Multis amnibus.* Plin. VI. 17. *Seneca tentata Indiæ commentatione ſexaginta amnes ejus prodidit.* Arrian. rer. Ind. p. m. 514-517. *Flumina tot ſunt in India, quot in reliqua Aſia: in his maximi ſunt Ganges & Indus. Ganges recipit Cainam, Erannoboam, Coſſoanum, Sonum, Sittocatim, & Solomatim, atque hos quidem navigabiles. Præter hos, Condochatem, Sambum, Magonem, Agoranim, & Omalim. Feruntur etiam in eum Commenaſes grandis fluvius, & Camthis atque Andromatis, Amyſtis, Oxymagis, Erineſes. In Indum autem illabitur Hydraotes in Cambiſtholis, qui Hyphaſin in Aſtrobis, Sarangem ex Meceis, Neudrum ex Attacenis in ſe recipiens, in Aceſinem fluit: Hydaſpes, Sinarus, Tutapus, quibus & Aceſines grandior factus in Indum fertur. Cophes ducens ſecum Malamantum, Soaſtum, Garoeam, Ptarenum & Saparnum, ſe Indo quoque miſcet. Soamus quoque absque alterius fluvii ſocietate in eundem ſe ingerit. Aliorum & complurium fluminum nomina Megaſthenes commemorat, quæ extra Gangem atque Indum feruntur in orientale & meridionale mare: ita* LVIII. *in*

runt: ii cohibiti [42] jugis montium ad interiora [43] non
13 penetrant, ita alendis frugibus mitia [44]. Sed adeo
in illa plaga mundus ſtatas temporum vices mutat,
ut, quum alia fervore Solis exæſtuant, Indiam nives
obruant: rurſusque ubi cætera rigent, illic intole-
randus æſtus exiſtat, nec cur, ulli ſe naturę cauſa [45]
14 ingeſſit. Mare certe quo alluitur [46], ne colore qui-
dem abhorret a cæteris [47]. ab Erythra [48] Rege indi-
tum

univerſum ſint Indiæ fluvii, omnes navigabiles.

41. Aquilo *Latine, Boreas Græce dicitur ventus, qui ab æſtiva, & ſolſtitiali Orientis meta venit.* Gell. N. A. II. 22.

42. *Cohibiti*, quia in alta montium impacti retunduntur. V. *Raderum.*

43. *Interiora* i. valles mediterraneas, quæ maxime ſunt ſeptemtrionales, & in quibus aquilones plurimum pollerent. V. *Freinshemium.*

44. *Mitia*, quia objectu montium defenſa *mitiorem* ſentiunt aerem. Quod quidem & alibi accidit, ut inter rigidos montes reperiantur fertiles & opulentæ valles. V. *Freinshemium.*

45. *Ulli ſe naturæ cauſa ingeſſit.* Et hoc eſt, quod Jarricus dicit I. 41. *Inter utrumque hunc angulum montes interjacent continuâ per Indiam ſerie adusque Commorinum caput, in quibus admirabilis illa temporum anni diverſitas, quæ etiam ſubtiliſſimos quosque Philoſophos reddit elingues, utpote quum veram dare rationem nequeant, qui fieri poſſit, ut eodem in climate, & eodem in latitudinis ſeptemtrionalis gradu, quum ab occidua horum montium parte acerrima ſæviat hyemis aſperitas, & mira aeris intemperies; eodemque tempore ab Orientali incredibilis ſit cœli clementia, qualis vere vel æſtate haberi ſoleat: mare quoque quietum ſit, & navigationi peridoneum.* V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

46. *Alluitur* n. India.

47. *Non abhorret a cæteris* i. reliquis aquis maritimis ſimile eſt. Ita *n.* 4.

48. *Erythras*, ſive *Erythrus* planiſſime is eſt, quem nomine quidem ſacræ literæ *Eſavum* appellant, cognomine autem *Edomum*, Iſaaci filium grandiorem, Jacobi vero fratrem. eſt enim אדום Græce πυῤῥὸς, ſive ἐρυθρὸς, *Erythrus*, Latine ruber. Huic omni ratione licuit tam mari, quàm regioni maritimæ, utriusque domino ac principi, nominis ſui quaſi characterem, notamque imprimere, ut *Edomæum* utrumque antiquitus paſſim vocitaretur. Celeberrimum vero illud *Erythræi*, ſive rubri maris nomen tum demum cœptum eſt uſurpari, poſtquam claſſe in mari *Edom* parata, negotiationem Arabicam, Indicam, & fortaſſe Aethiopicam inſtituiſſet Salomon. V. *Faller. Miſc. Sacror.* IV. 20. & ex illo in *Originibus Becmanum.* Ab *Erythra* mari huic inditum eſſe nomen

tum eſt nomen: propter quod ignari rubere aquas [49]
credunt. Terra lini [50] ferax; inde plerisque ſunt [15]
veſtes. Libri [51] arborum teneri [52], haud ſecus
quam chartæ literarum notas capiunt [53]. Aves [54] ad [16]
imitandum humanę vocis ſonum dociles [55] ſunt.
Animalia inuſitata cæteris gentibus [56], niſi inve-
cta

men docent *Plin.* VI. 23. *Strab.* XVI. 567. *Mel.* III. 8. *Solin. c.* 46. *Arrian. rer. Indic. p. m.* 579. *Noſter* X. 1. 13. Ex recentioribus *Barrient. Annot. Sylv. c.* 7. *Brod. Miſc.* III. 9. *Merul. Coſm.* I. 6.

49. Rubere *aquas putavit Eratoſthenes a colore per reflexionem expreſſo, vel a Sole cum ſupra verticem eſt, vel a montibus ex aduſtione rubentibus. Cteſias Gnidius hiſtoriæ mandavit, fontem quendam eſſe, qui aquam rubicundam, ac minio plenam in mare emittit.* V. *Strab.* XVI. 566.

50. Linea *veſte utuntur Indi, lino ex arboribus facto: & hoc quidem linum aut reliquis omnibus linis candidius eſt, aut nigri ipſt quum ſint, faciunt, ut candidius id, quam eſt, eſſe videatur. Vocantur autem eorum lingua ea arbores Tala: innaſcuntur iis, quemadmodum in ſummitatibus palmarum, veluti glomi lanarum carptarum.* V. *Arrian. rer. Indic. p. m.* 539. 522.

51. Liber *eſt interior tunica corticis, quæ ligno cohæret, in qua antiqui ſcribebant. De quo Virg. Ecl.* X. 67. *Alta liber aret in ulmo. Unde & liber dicitur, in quo ſcribimus: quia ante uſum chartæ, vel membranæ de liberis arborum volumina fiebant i. compaginabantur.* V. *Iſidor.* VI. 13.

52. *Teneri* tam, quam tenerrima noſtra charta, niſi quod candor deſideretur in his, quos ego vidi, ſed colores omnis generis tam avide accipiunt, & bibunt, quam ulla charta. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

53. *Capiunt* i. admittunt, recipiunt. V. *Freinshemii Indicem.*

54. *Aves*, pſittaci. Arrian. Rer. Indic. p. m. 538. *Pſittacos Nearchus narrat, tanquam rem miram, apud Indos naſci, ac vocem humanam exprimere ait.* Martial. XIV. 73.

Pſittacus a vobis aliorum nomina diſcam,
Hoc didici per me dicere, Cæſar ave.

Ad diſciplinam humani ſermonis facilior eſt pſittacus, glande qui veſcitur: & cujus in pedibus, ut hominis, quini digituli numerantur. Non enim omnibus pſittacis id inſigne, ſed illud omnibus proprium, quod eis lingua latior, quam cæteris avibus, eo facilius verba hominis articulantur, patentiore plectro & palato. Id vero, quod dicit, ita ſimiliter nobis canit, vel potius eloquitur, ut vocem ſi audias, hominem putes. V. *Plin.* X. 42. *Apulej. Florid.* II. 18.

55. *Dociles* i. habiles, quæ, quod docentur, facile adprehendunt. Cic. de Orat. II. *Jubent exordiri, ita ut eum, qui audiat, benevolum nobis faciamus, & docilem, & attentum.*

cta 7. Eadem terræ & rhinocerotas 58 alit, non ge-
17 nerat 59. Elephantorum 60 major est vis 61, quam quos in Africa domitant; & viribus magnitudo respon-

56. Ex *animalibus inusitatis cæteris gentibus* est *mantichoras* Indorum lingua, *magnitudine maximi leonis, triplici dentium acutissimarum ordine pectinatim coeunti, facie & auriculis hominis, nisi quod hæ & grandiores, & villosiores sunt, oculis cæsiis, colore sanguineo, pedibus & unguibus eisdem, qui leonis: summa cauda scorpionis modo, aculeo plusquam cubital armata, quo lethaliter pungit, si quem attigerit. vocem edit proxime accedentem ad sonum tubæ: humanis carnibus maxime delectatur, unde Indice mantichoras appellatur, quod bestia hominum voracissima sit.* V. *Plin.* VIII. 21. *Aelian. Var. Hist.* IV. 21. *Solin. c.* 55. qui *mantichoræ* & alia Indiæ animalia, Europæ invisa breviter descripta subjungit.

57. *Invecta* i. aliunde importata.

58. *Rhinoceros* est bellua paulo humilior elephanto, si altitudinem spectes; sed longitudine prope par, nostratis bubali formam referens; nam ungulas habet bisulcas, verum tergore buxei coloris, eoque ab impenetrabili duritie duplicato, tanquam perpetuo thorace protegitur, armatur pedali osseo cornu supra nares eminente, quo ferire sub utero, atque transfodere elephantum peculiarem suum hostem solet, ut ex *Jovio in elogio Tristani Acunii Lusitani* belluam hanc describit *Camerar. Hist. Subc.* I. 25 Unicum illi cornu vindicat Plin. VIII. 20. *Rhinoceros unius in nare cornu, qualis sæpe, visus.* Et licet *Scalig. Exerc. Exot.* 205. belluæ hujus cadaver in Tyrrhenum littus naufragio ejectum, cornu gemino, altero pusillo in fronte, altero in nare robustissimo armatum se vidisse testetur, & de utroque hoc explicari velit Mart. Spect. 22.

Namque gravem gemino cornu sic extulit urum,
Jactat ut impositas taurus in astra pilas.

tamen nummum antiquum, qui illam cum uno cornu e naribus prominente referat, exhibet, & corruptum Martialis locum esse asserit *Spanhem. de præst. & usu numism. dissert.* III. V. & Nostrum IX. I. 5.

59 *Generat* rhinocerotas Aethiopia, opinor, quod Pausanias in Elicis & Bœoticis rhinocerotem taurum Aethiopicum appellet. Nam ita Pausanias: *Vidi etiam Aethiopicos tauros, quos ex ve ipsa rhinocerotas* (quasi tu dicerес *naricornes*) *nominant, quod illis e nare extrema cornu prominet, & paulo superius alterum non sane magnum, in capite nullum prorsus habent.* V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

60. *Elephantorum* naturam cognoscere si cupis lector, evolve sis *Plin.* VIII. 1-13. *Marcellin.* XXV. *Aelianum pluribus in locis, Arrian. Rer. Indic. p. m.* 533-537. *Scalig. Exerc. Exot.* 204. *Camerar. Hor. Subcis.* I. 25.

61. *Vis* i. robur. Tacit. Annal. XII. XII. 44. 3. *Rhadamistus decora proceritate, vi corporis insignis.* Noster IX. 3. 9. Diodor. II. 42. *Habet India plurimos, maximosque elephantos, qui fortitudine etiam, ac robore excellunt.* II. 35. *Plurimos certe, ac prægrandes elephantos pascuis abunde suppeditatis nutrit. Quod etiam facit, ut id genus belluæ istic locorum Africanas viribus multo præstet.* Plin. VIII. 11. *Elephantos fert Africa ultra Syrticas solitudines, & in Mauritania. Ferunt Aethiopes & Troglodytæ, sed maximos, India.* Unde Terent. *Eun.* III. I. 23.

Verum unus tamen
Impense, elephantis quem Indicis præfecerat.

Indici vero *elephanti novem cubitorum altitudine, latitudine quinque habentur*, ut docet *Aelian. de Anim.* XIII. 8. 8.

62. *Aurum flumina vehere* docet & Strab. XV. 455. *Flumina auri micas deferre, ex quibus Regi tributum advehatur, quod & in Iberia contingit*, & maxime *Acesinen & Gangen*, Plin. XXXVII. 13. *Gemmiferi amnes sunt Acesines & Ganges*, qui hunc ab auro, quod vehit, etiam laudat XXXIV. 4. & illi, ut *auriferos*, addit *Tagum Hispaniæ, Padum Italiæ, Hebrum Thraciæ, Pactolum Asiæ.*

63. *Segnes* i. lente fluentes, quasi stagnantes, ut IX. 2. 17. Unde *equi segnipedes*, qui tardius incedunt, dicuntur *Juven.* VIII. 66.

64. *Illis opulentiæ causa est*, imo mercatoribus, qui ab Indis vilium rerum pretio gemmas & margaritas, ad quas ex India in suas terras transportandas magna mercatorum vis confluere solet. Plin. IX. 35. *Principium culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent. Indicus maxime has mittit Oceanus. Inter illas belluas, tales tantasque, quas diximus, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, e tantis Solis ardoribus, atque Indicis quoque insulis petent.* Ex *commercio* vero aliarum nationum non paucos homines corrumpi docuit nos Cicero supr. VIII. 3. 15. §. 20.

66. *Purgamenti freti* i. gemmę & margaritæ. Plin. II. 98. *Omnia plenilunio maria purgantur. Circa Messanam & Mylas simo simili a expuuntur in littus purgamenta. Ejectamenta maris* Tacit. Germ. XLV. 7. *Succinum, quod ipsi gleſum vocant, inter vada atque in ipso litore legunt. Diu inter cætera ejectamenta maris jacebat, donec luxuria nostra dedit nomen. Ipsis in nullo usu, rude legitur, informe perfertur; pretiumque mirantes accipiunt.*

67. *Æstuantis* i. ejicientis, ex-

spondet. Aurum flumina vehunt 62, quæ leni mo- 18
dicoque lapsu segnes 63 aquas ducunt. Gemmas 19
margaritasque mare litoribus infundit. neque alia illis major opulentiæ causa 64 est: utique postquam vitiorum commercium 65 vulgavere in exteras gentes, quippe æstimantur purgamenta 66 æstuantis 67 freti

20 freti precio, quod libido [68] constituit [69]. Ingenia hominum, sicut ubique, apud illos locorum quoque
21 situs format. Corpora usque pedes carbaso [70] velant: soleis [71] pedes, capita linteis [72] vinciunt [73]. lapilli [74] ex auribus pendent; brachia quoque & lacer-

spuentis in litus æstu, qui quid sit, diximus 4 v. 2. 16. §. 67.

68. *Libido.* Ita & Plin. IX. 35. *Conchylia & purpuras omnis ora adierit, quibus eadem mater luxuria paria pene etiam margaritis pretia fecit.* Tertullian. de hab. mulieb. c. 9. *Vitiosa animi passio concupiscentia pretia rebus inflammavit, ut se quoque accenderent.*

69. *Constituit*, daar op stelt. Terent. Heaut. Prol. v. 48. *Pretium statui arti meæ. Facere pretium* modo *Plinius, qui & pretium fieri* dicit IX. 34. Noster IX. 10. 28.

70. *Carbasus* est lini genus miræ tenuitatis, quod in Hispania Tarraconensi primum inventum esse dicit *Plin.* XIX. 1. ad quem locum Dalechampius: *Quidam id genus lineæ panni esse putant, quod telam Baptistæ, & telam Hollandicam, & telam Cameracensem vocant.* Etiam *regio* Membari *fertilis est carbasi, & quæ ex illo conficiuntur telarum Indicarum.* Arrian. perip. maris Eryth. III. 2. Hoc lini genere uti Indos tradit etiam Strab. XV 451. *In cultu corporis nimii. Nam & aurum gestant, & lapillis ornantur, & sindonem candidissimum induunt.* & 467. *Et,* (*ut brevi dicamus*) *Indi veste candida, & sindonibus candidis, & carbasis utuntur.* V. & *Alex. Gen.* v. 18.

71. Solea *ea dicitur, quæ solo pedis subjicitur.* Festus: *Omnia enim ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas.* Gell. N. A. XIII. 21. V. etiam de *soleis Turneb.* XXIV. 17. *Stuck. Ant. Conv.* II. 26. *Balduin. de Calc. c.* II. De Indorum *soleis* Arrian. Rer. Indic. p. m. 540. *Calceos ex corio albo gestant, eosque accurate atque eleganter confectos, ita ut altiores, variisque coloribus distinctas soleas habeant.* Noster II. 27. IX. 1. 29.

72. *Linteis.* Arrian. Rer. Indic. p. m. 539. *Est illis amiculum partim humeris, partim capiti circumjectum.* Strab. XV. 467. *Errantem crinem mitra redimiunt.*

73. *Vinciunt* i. constringunt, ut v. 6. 18. quod de soleis commode dicitur, in quibus *vinculorum* usus est necessarius, unde & *vincula* pro soleis sæpe apud Poetas usurpantur. Tib. I. 6. 15.

Vinclaque de niveo detrahit ipse pede.

quod Terentio est *detrahere soccos* Heaut. I. 1. 72. & nostro *demere soleas* II. 27. V. *Balduin. de calc. c.* II.

74. *Lapilli* i. *inaures*, quæ Isid. XIX. 31. *nuncupabantur ab aurium foraminibus, quibus preciosa genera lapidum dependebantur. Inaures* gestasse Indos, qui

certos [75] auro [76] colunt [77], quibus inter populares aut nobilitas aut opes eminent. Capillum pectunt [78] 22
sæpius, quam tondent. mentum semper intonsum [79] est: reliquam oris cutem ad speciem lævitatis [80] exæquant. Regum tamen luxuria, quam ipsi 23
magnificentiam adpellant, supra omnium gentium vitia [81]. Quum Rex se in publico conspici patitur

qui admodum locupletes fuerint, ex ebore docet *Arrian. Rer. Ind. p. m.* 539. Noster IX I. 30.

75. *Lacertus* esset os inter acutam, gibbamque brachii partem, sive inter cubitum & manum, si recte a *Vossio* & *Bartholino* edocti *brachium* explicuimus IV. 16. 32. §. 57. sed postquam hæc typis descripta erant, incidimus in *Amplissimi Cuperi Observ.* IV. 17. quo valere jubet Grammaticorum filios, qui in tempus nostrum docuerunt *lacertum* inferiorem, *brachium* superiorem partem significare, & evincit *lacertum* pro *brachii* parte superiore, humerisque propinqua usurpari: idque ex eodem, quem laudat Vossius, Ovidio, qui narrat amorem, quo Daphnen prosequutus fuerit Apollo, eumque omnia laudasse virginis, quæ conspectui patebant, membra, ut *digitos, manus, brachia, & lacertos*, qui *media plus parte nudi* erant. Brachium enim ex Grammaticorum sententia sic dictum Deus non vidisset, si *lacerti* sumerentur pro parte inferiore, cum ultra cubitum tectum fuerit, *lacertis* media duntaxat parte nudis. Idem probat ex *Ovid. Metam.* VI. 410. XIV. 304. *Art.* III. 307. *Tacit. Germ. c.* 17.. Sed illa accuratius explicita lector, si voluptate tibi fuerit, ipse evolves.

76. *Auro* i. armillis aureis, sive ornamentis circularibus, quæ in utroque brachio gerebant mulieres, & *brachialia* dicuntur *Plin.* XXVIII. 7. brasseletten. V. & *Brisson. regn. Pers.* II. 236.

77. *Colunt* i. ornant. Tib. I. 7. 23.

Quisquis colit arte capillos.

78. *Pexuisse* se sæpius Indos docemur ab *Ovid. Fast.* III. 465. ubi hac capillorum cura *depexi* dicuntur:

Interea Liber depexos crinibus Indos
Vincit.

79. *Mentum intonsum est.* Alex. Gen. v. 18. *Indi capillum pectunt sæpius quam tondent: barba semper intonsa.* Indos barbam nutrire tradit etiam Strab. XV. 435. *Illam variis coloribus fucare Nearchus scribit: ut alii, quam maxime alba appareat, aliis fusca, aliis rubea, aliis purpurea, aliis viridis.* Arrian. Rer. Ind. p. m. 540. Strab. XV. 435.

80. *Ad speciem lævitatis exæquant. Strab.* XV. 451. *Præcipue frictionem probant, & maxime frigidibus hebeni levibus corpora expoliunt. Læves* sunt depiles, glabri. Tib. I. 9. 16.

Cui levia fulgent
Ora, nec amplexus aspera barba terit.

81. *Supra omnium gentium vitia.*

tur [82], thuribula [83] argentea ministri ferunt; totumque iter, per quod ferri destinavit, odoribus
24 complent. Aurea lectica margaritis circumpendentibus recubat: distincta sunt auro & purpura carbasa [84], quæ indutus est: lecticam sequuntur armati corporisque custodes: inter quos ramis aves pendent [85], quas cantu feriis rebus obstrepere docue-
25
26 runt. Regia auratas columnas habet: totas eas vitis auro cælata percurrit [86], aviumque, quarum visu maxime gaudent, argenteæ effigies opera distin-
27 guunt. Regia adeuntibus patet, quum capillum pectit [87] atque ornat [88]; tunc responsa legationibus, tunc

tia. Aelian. de Anim. XIII. 18. *In regiis ædibus Indiæ, ubi Regum maximus illic regna tenentium ætatem degit, quum alia permulta & magnam hominum admirationem, & nullam comparationem habent, quibuscum sane nec Memnonia Susa, neque tota eorum sumptuositas conferri possunt, neque Ecbatanorum magnificentia cum his in comparatione conjungenda est. Etenim illa Persici fastus vanitas, si cum iis comparentur, videri possint.*

82. *Rex in publico conspiciebatur*, cum bellum urgeret: cum jus diceret: cum sacrum faceret: cum venaretur. *Strabo:* quem V. §. 87. e quibus Curtius tres duntaxat causas profert, bellum, venationes, judicia. Rarus autem adspectus in publico eo pertinebat, *ut venerationis plus ineset*, ut de Velleda *Tacit. Hist.* IV. 65. 8. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

83. *Thuribulum* est vas, in quo *thus* adoletur.

84. *Carbasa* i. vestes factæ ex *carbaso* quam V. §. 68. *Carbasus* in singulari pronuntiatur genere tum fœminino, tum masculino: in plurali neutro.

85. *Aves pendent ramis.* Strab. XV. 466. *Clitarchus refert, magnis præditas frondibus arbores in plaustris quaternarum rotarum deportari, & ex eis mansuetas aves excuti, quarum canorissimum dicit orionem.* Maxime Indorum Rex delectatur *upupa.* Aelian. XVI. 5. *Indorum Rex amores, & delicias suas upupam facit. Hanc manibus gestat, ea se oblectat, & nativam ejus venustatem summa admiratione frequenter intuens, magnam inde lætitiam, voluptatemque capit.* & *psittaco*, Aelian. XIII. 18. *Ubi etiam psittaci aluntur, & sursum deorsum, ultro citroque circum Regem versantur.* V. *Freinshemium.*

86. *Percurrit* i. per eas extenditur. V. *Freinshemii Indicem.*

87. *Quum capillum pectit*, a tribus etiam fictoribus destringitur. Strab. XV. 452. *Præter exitum Regis ad bellum, alius est, quum ad jus dicendum exit, per diem totum audiens, etiamsi hora sit, ut corpus curet. Id autem fit strigilum perfrictione: Nam simul & audit, & a tribus fictoribus perfricatur. Exit etiam ad sacrificia. Deinde ad venationem.*

88. *Ornat*, ita Tibul. I. 9. 6. *Quid facto splendente comas ornare?*

In *ornatu* curam capilli ponit *Tertullianus*, quem V. III. 3. 24. §. 95. quod *curare capillos* dicunt Petron. c. 67. *Sed celerior ventus distulit curationis propositum.* Phæd. II. 3. 8. *Quum se putaret pingi cura mulierum.*

89. *Jura reddere* dicitur magistratus, cum aliquid decernit, quasi quod ei a populo commissum fuit, unicuique distribuens. l. pen. ff. de just. & jur. V. *Calvini Lexicon.*

90. *Inlinuntur* i. inunguntur. Colum. VI. 14. *Prædicto medicamento defricatur & inlinitur, sed ex toto, propter cervicis tumorem, jugum recusat; paucis diebus requies ab opere danda est: tum cervix aqua frigida defricanda, & spuma argentea inlinienda est.*

91. *Venatus.* Strab. XV. 452. *Ad venationem exit, ubi Bacchico more maxima mulierum caterva circumfunditur, stipatores exterius manent. Nam via funibus obtexitur, quod si quis interius ad mulieres prævaricaverit, capite plectitur. Præcedunt eum tympana & tintinnabula. Cum in locis septis venatur, e solio sagittat, adsistentibus ei duabus tribusve mulieribus armatis: cum in locis non clausis venatur, sagittat ab elephante.*

92. Vivaria, *quæ nunc dicuntur sepia quædam loca, in quibus feræ vivæ pascuntur*, M. Varro R. R. III. 3. *dicit leporaria adpellari. Verba Varronis subjeci: Leporaria te accipere volo, non ea, quæ tritavi nostri dicebant, ubi soli lepores sunt: sed omnia sepia affixa ædificia villæ quæ sunt, & habent inclusa animalia, quæ pascuntur. Scipioni dicuntur roboraria a tabulis roboreis, quibus sepia essent.* Gell. N. A. II. 20. *wildbaene*, *warande.* Illa invenit Fulvius Hirpinus. Plin. VIII. 52. *Vivaria eorum cæterorumque sylvestrium primus togati generis invenit Fulvius Hirpinus, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit. Nec diu imitatores defuere L. Lucullus, & Q. Hortensius.*

93. *Inter vota*, vovent enim, seu precantur, ut venatio Regi feliciter cedat, ferasque certius & celerius figat. V. *Raderum.*

94. *Figere* i. jaculo trajicere. Firmicus: *cuspide pisces figere.* Virg. Georg. I. 308. *tum figere damas.*

95. *Binum cubitorum* i. trium pedum. V. III. 3. 16. §. 68. Arrian. Rer. Ind. p. m. 541. *Sagittis utuntur trium paulo minus cubitorum, nihilque est, quod non*

tunc jura popularibus reddit [89]. Demptis soleis, odoribus inlinuntur [90] pedes. Venatus [91] maximus 28
labor est, inclusa vivario [92] animalia inter vota [93] cantusque pellicum figere [94]. Binum cubitorum [95] sagittæ sunt, quas emittunt majore nixu, quam effectu. quippe telum, cujus in levitate vis omnis est, inha-

Indici

29 inhabili [96] pondere oneratur. Breviora itinera equo conficit: longior ubi expeditio est, elephanti vehunt currum [97]; & tantarum belluarum corpora tota contegunt auro [98]. Ac ne quid perditis moribus desit, lecticis aureis pellicum longus ordo sequitur [99]: separatum a Reginæ ordine agmen est, æquat-
30 que luxuria [100]. Feminæ epulas parant. ab iisdem vinum ministratur, cujus omnibus Indis largus est usus [101]. Regem mero somnoque sopitum [102] in cubiculum pellices referunt, patrio carmine [103] noctium invocantes Deos. Quis credat inter hæc vitia curam

Indici sagittarii telum penetret: non scutum, non thorax, aut aliud armaturæ genus quantumvis validum. Noster IX. 5. 9.

96. *Inhabili* i. inepto, incommodo. Colum. II. 1. *Progenerandis esse fetibus inhabilem. inhabilis* vero sit sagitta, quum sagittæ ponderi sagittantis vires non respondent. Noster. VIII. 13. 6: 14. 19.

97. *Elephanti vehunt currum.* Arrian. Rer. Ind. p. m. 542. *Vehuntur plerique camelis, equis & asinis: ditiores elephantis. Regium enim apud Indos est elephanto vehi.*

98. *Auro* i. *aureis* phaleris. Quum enim ob ingentem corporis molem jaculorum, & telorum ictibus pateret elephantus, in quo potissimam victoriæ fiduciam videbantur collocare, qui ejus opera in bello utebantur, factum est, ut totum corpus muniretur. Tales contra Judæos in aciem eduxit Antiochus Eupator I. Machab. VI. 43. *Videns vero Eleazar dictus Sabaran unam ex bestiis loricatis indutam lorica regia, quæ erat superior omnibus aliis bestiis, & visa est illi Regem ferre.* Hirt. de bell. Afric. c. 72. *Ornatusque ac loricatus elephantus quum esset, quæ pars ejus corporis nuda sine tegmine relinqueretur, ut eo tela conjicerentur.* V. *Spanhem. de præst. & usu numism. dissert.* III.

99. *Pellicum ordo sequitur.* Strab. 453. *Ex mulieribus*, V. §. 89. *aliæ in curribus sedent, aliæ in equis, aliæ in elephantis.*

100. *Æquat luxuria* i. a Reginæ luxu nihil differt.

101. *Vini largus est usus.* quod tradunt etiam Athen. X. 437. & Aelian. Var. Hist. II. 41. *Chares Mitylenæus in suis de Alexandro historiis narrat Alexandrum ad Calani Indi Philosophi tumulum, quoniam Indi bibaces erant, meræ potionis certamen proposuisse.* Contrarium docet Strab. XV. 446. *Nam propter vitæ frugalitatem, & vini abstinentiam, aut morbi non sunt, &c.* & 451. *Vinum non nisi in sacrificiis bibunt.*

102. *Mero sopitum.* Contrarium apud *Athen.* X. 434. Ctesias scribit, n. *apud Indos Regi permissam non esse temulentiam.* Unde, ut Strab. XV. 452. narrat, *si qua mulier Regem ebrium*

curam esse Sapientiæ [104]? Unum agreste & horri- 31
dum genus est, quos Sapientes [105] vocant. apud hos occupare fati diem pulchrum [106]; & *vivos se cremari* 32
jubent, quibus aut segnis ætas [107], aut incommoda valetudo est: exspectatam mortem pro dedecore vitæ habent. nec ullus corporibus, quæ senectus solvit [108], honos redditur: inquinari putant ignem, nisi qui spirantes [109] recipit. Illi, qui in urbibus 33
publicis moribus [110] degunt [111], siderum motus scite

ebrium occidisset, hoc munus habebat, ut cum illius successore jungeretur.

103. *Patrio carmine*, cujus præcipuum argumentum fuit, ut Rex bonis somniis uteretur, & benignus erga subditos, ac ξυμφυλα& surgeret. Lege sis Philostratum de vit. Apollon. II. 14. V. *Loccenium* & ex illo *Freinshemium.*

104. *Quis credat inter hæc vitia curam esse Sapientiæ?* Cicer. Tusc. V. *Quæ barbaria India vastior, aut agrestior? in ea tamen gente primum ii, qui Sapientes habentur, nudi ætatem agunt*, &c.

105. *Sapientes*, Brachmani, *qui quidem sophistæ, sive sapientes apud Indos habentur.* V. *Arrian. Exped. Alex.* VI. 410. qui de illis plura *Rer. Indic. p. m.* 530. *ut & Strab.* XV. 455. *Diodor.* II. 40. *Plutarch. Alex. f.* 255. Vocabantur etiam *Gymnosophistæ.* Plin. VII. 2. *Philosophos Indorum, quos Gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum perstare, contuentes Solem immobilibus oculis, ferentibus harenis toto die alternis pedibus insistere.* Hodie *Jogues* dicuntur. *A magis* ortos arbitratur *Laert. Vit. Philosoph.* I. 3.

106. *Occupare diem fati pulchrum* Lucan. III. 250.

Quique suas struxere pyras, vivique calentes
Conscendere rogos: pro quanta est gloria genti
Injecisse manum fatis, vitaque repletos
Quod supereste, donasse Deis!

107. *Segnis ætas* i. senectus, quæ *segnes* reddit homines. Unde *senectam pigram* dicit Tib. I. II. 20, quam V. VIII. 4. §. 11.

108. *Quæ senectus solvit* i. quæ senio cadunt & moriuntur. Rutil. Itinerar. I. 208.

Non indignemur mortalia corpora solvi.

Solvi pro mori usu est tritum. Senec. Epist. 67. *solvi inter canandum.* Ovid. Amor. II. 10. 36.

Medium solvar & inter opus.

Ita *dissolvi* Salust. Jug. c. 17. *Plerosque senectus dissolvit, nisi qui ferro, aut a bestiis interiere.*

109. *Spirantes i.* adhuc viventes. Justin. XI. 15. 6. *Spirantem adhuc invenit.* Noster X. 10. 13.

110. *Publicis moribus* i. secundum publicos mores. Phædr. I. 4. 2. *Suo habitu vitam degere* i. secundum suum habitum, pro suo habitu. V. *Scheffer.*

111. *De-*

te [112] ſpectare dicuntur, & futura prædicere. nec quemquam admovere lethi diem [113] credunt, cui
34 exſpectare interrito liceat. Deos putant, quidquid colere cœperunt; arbores [114] maxime, quas vio-
35 lare [115] capitale eſt. Menſes in quinos denos de-
36 ſcripſerunt dies [116]. anni plena ſpatia ſervant. Lunæ curſu notant tempora, non ut plerique, quum orbem ſidus implevit; ſed quum ſe curvare cœpit in cornua [117]. Et idcirco breviores habent menſes [118], qui ſpatium eorum ad hunc Lunæ modum dirigunt. Multa

111. *Degunt* i. vivunt. Ponitur absque caſu, apud Lactant. v. *Idcirco eum voluit ſub alieno imperio degere: ut ne*, &c. Noſter IX. 3. 8.

112. *Scite* i. eleganter, bene, Cic. LL. I. *Hæ rationes, quæ ſatis ſcite nobis inſtructæ, & compoſitæ videntur.*

113. *Admovere leti diem* i. mortem ſibi conſciſcere, ſe ipſum interficere, velut advocata, attractaque die mortis, quæ ſua ſponte nondum veniſſet. *Occupare fati diem* Noſter *n.* 31. V. *Freinshemium.*

114. Arbores *Deos putant*; hæ enim *fuere Numinum templa, priſcoque ritu ſimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia atque ebore ſimulacra, quam lucos, & in iis ſilentia ipſa adoramus.* Noſter VII. 5. 34.

115. *Violare* i. exſcindere, ſubvertere. Lucan. III. 429.

Sed fortes tremuere manus, motique verenda
Majeſtate loci, ſi robora ſacra ferirent,
In ſua credebant redituras membra ſecures.

116. *In quinos denos dies.* Sed quo modo a Luna corniculata, ſi non etiam a plenilunio alternatim? & ſi a plenilunio, quo modo conſtant ea, quæ dicit non ab eo tempore putari, quum impleverit orbem ſidus? quid enim aliud eſt, quam a plenilunio? Si quinideni dies menſi adtribuuntur, quo modo conſtanter ſervabitur ille numerus, ut tandem rationes Lunæ non labaſcant? ſiquidem Lunares menſes alternis pleni & cavi? De his rebus ita temere etiam doctiſſimi veterum pronuntiare ſolent. Si igitur ſemper a Luna corniculata, ergo menſes non quinis diebus, ut perperam ſcribit Auctor alioquin facundiſſimus, ſed tricenis alternatim conſtabant. *Scalig. de Emend. temp. p.* 118.

117. *Se curvare in cornua* i. eſſe *corniculata*, ut Lunam nominat *Apul. de Deo Socrat. p. m.* 96. Errat vero Curtius, eo quod corniculatam Lunam, quæ Græce eſt μηνοειδὴς pro dimidiata, ἀντὶ τῆς διχοτόμου accepit: ſcribendum fuiſſet, *non utique ab orbe completo, ſed a dimidiato* menſes Indorum computari. V. *Scaliger. de Emend. Temporum & Glareanum.*

118. *Breviores habent menſes.* Videtur innuere eos annum ſuum in 24. menſes tribuere ſolitos: quod facile credo, ut a novilunio una neomenia putetur, altera a plenilunio. V. *Scalig. de Emend. temporum & Glareanum.*

119. *Operæ*, pro *operæ pretium* q. d. dignum cui *opera* impendatur. Plaut. Caſ. v. 2. 5. *Eſt operæ auribus percipere.* Valer. Max. I. 7. 2. *Non eſt operæ, inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri.* Uti *pretium* pro *operæ pretium.* Tacit. Ann. I. 57. 5. *Germanico pretium fuit, convertere agmen.* II. 35. 1. *Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret ſententias noſcere* &c. V. *Indicem.*

Multa & alia traduntur, quibus morari ordinem re- 37
rum, haud ſane operæ [119] videbatur.

CAP. X.

ARGUMENTUM.

Indiæ regulos nonnullos ſibi occurrentes in fidem recipit, varias urbes & regiones deditionem detrectantes expugnat, & in cujusdam urbis obſidione vulneratus ſe eſſe hominem fatetur Alexander.

IGitur Alexandro fines Indiæ [1] ingreſſo gentium 1
ſuarum Reguli [2] occurrerunt, imperata facturi; *illum tertium Jove genitum ad ipſos perveniſſe* memorantes;

INdiæ n. cis Indum flumen ſitæ, *quæ* vero *regio ab Indo Orientem verſus eſt, eam ego Indiam appello, quique eas partes incolunt. Indi ſunt*, inquit *Arrian. Rer. Indic. p. m.* 510. ita ut Indus finis fuerit *Indiæ*, ut VII. 9. 2. §. 6. diximus. licet poſtea etiam, quæ cis Indum erant, *Indiæ* accenſuerint. Strab. XV. 418. *Quæ tradita erant, de ea ſcilicet, quæ tunc India putabatur, quum tam Alexander peragravit, & Indus flumen ejus finis erat. Poſt ea magnam ejus partem Indi occupavere Macedonibus ademptam.* Intelligit vero Curtius *Aſtacenos, Aſſacenos, Nyſæos, Peucelaotas*, quas *Indicas gentes extra Indum amnem occidentem verſus ad Cophenem fluvium incolere* dicit *Arrian. Rer. Indic. p. m.* 507.

2. *Reguli*, & inter hos *Omphis, qui, permittente Alexandro, more gentis ſuæ, nomen, quod patris fuerat, ſumpſit*: Taxilen

rantes; *Patrem Liberum* 3 *atque Herculem fama cog-* 2 *nitos esse : ipsum coram adesse* 5 *cernique.* Rex benigne exceptos *sequi* jussit iisdem itinerum ducibus usurus.

xilen adpellavere populares, &c. Nostet VIII. 12. 14. *Is jam antea legatione ad Alexandrum in Sogdiana hærentem missa, contra Indos Regi obstaturos armorum societatem obtulerat. Sed & tunc per legatos regnum se ipsi traditurum spopondit. Jamque triginta stadia Rex aberat : quum ille Regi exercitu ad bellum instructo, elephantisque velut ad pugnam adornatis, amicos simul adducens occurrit, & jussis subsistere copiis cum paucis concitato equo excurrit, se & exercitum Regis in fidem tradit.* Diod. XVII. 86. Arrian. IV. 291. Strab. XV. 433. Plut. Alex. f. 254.

3. *Patrem Liberum* i. Bacchum, *quem Jovis femine cælatum* videbis *n.* 12 §. 21. Qui quare *Pater* fuerit dictus, docet Lactant. IV. 3. *Omnem Deum, qui ab homine colitur, necesse est inter solennes ritus & precationes, patrem nuncupari, non tantum honoris gratia, verum etiam rationis, & quod antiquior est homine, & quod vitam, salutem, victumque præstat, ut pater. Itaque & Jupiter a precantibus pater vocatur, & Saturnus, & Janus, & Liber, & cæteri deinceps*, quod Lucilius in Deorum consilio irridet:

Ut nemo sit nostrum, quin aut pater optimus Divum
Ut Neptunus pater, Liber, Saturnus pater, Mars,
Janus, Quirinus, pater nomen dicatur ad unum.

V. & Gell. N. A. V. 11. Sed quare *Liber* vocetur, tradit in Quæst. Cent. Plutarchus: *Utrum quia potantibus libertatis pater exisțit? redditur enim per vinolentiam vulgus hominum audax, ac libertate linguæ impletur. An quod libamen præbuit? An, ut vult Alexander, a libera Bœotia Bacchus liber dictus est?* Causam priorem tradit quoque Horat. Od. III. 21. 17-20.

Tu spem reducis mentibus anxiis,
Viresque, & addis cornua pauperi;
Post te neque iratos trementi
Regum apices, neque militum arma.

4. *Herculem* filium Jovis & Alcmenæ. V. *Mythologos* & *Plauti Amphitruonem.* Qui num in Indiam penetravit, valde dubitat Arrian. IV. 306. Rer. Indic. p. m. 518. *Ingens porro erat hæc petra ejus regionis munimentum, famaque tenuit, ne ab ipso quidem Hercule ab Jove fato vinci potuisse. Ego vero, an Hercules Thebanus, aut Tyrius, aut Ægyptius ad Indos penetraverit, nihil habeo, quod affirmare possim. Potius tamen non eo penetrasse, (omnia enim, quæ difficilia sunt, homines, ut difficiliora esse videantur, Herculem ipsum præstare nequivisse comminiscuntur) verum esse crediderim. Equidem de hac petra ita sentio augendæ rei causa Herculis nomen adhibitum esse.*

5. *Coram adesse* i. præsentem esse, Cicer. Attic. XII. 1. *Quid quum coram sumus, & garrimus, quicquid in buccam?*

6. *Ducibus usurus* i. duces habiturus. Nep. Attic. 1. 2. *Patre usus est diligente.* De re ipsa Arrian. IV. 291. *Cum his & Taxiles, reliquique ejus regionis præsides missi.*

7. *Cum copiarum parte.* Arrian. IV. 291. *Cum Gorgiæ, & Cliti atque Meleagri copiis, atque equitum amicorum parte, & mercenariis equitibus omnibus.*

8. Præmittit, *in Peucelaotidem regionem Indum omnem versus.* V. Arrian. IV. 291.

9. *Solutæ* i. disjunctæ. *Solvi* dicuntur opera juncta & contexta, ut Virgilii Aeneis. Augustus carm. in Aeneidem *v.* 4.

Ah scelus indignum, solvetur littera dives?
v. 27.
Tam sacrum solvetur opus?

& Trojæ mœnia. Catul. LXIV. 363. *Urbis Dardaniæ Neptunia solvere vincla.*

rus 6. Cæterum quum amplius nemo occurreret; Hephæstionem & Perdiccam cum copiarum parte 7 præmisit 8 ad subigendos, qui averšarentur imperium: jussitque *ad flumen Indum procedere, & navigia facere, queis in ulteriora transportari posset exercitus.* Illi, quia plura flumia superanda erant, sic junxere 3 naves, ut solutæ 9 plaustris vehi 10 possent, rursusque cunjungi. *Post se Cratero cum phalange* jusso *se-* 4 *qui*, equitatum ac levem armaturam eduxit; eosque, qui occurrerant, levi prælio in urbem proximam 11 compulit. Jam supervenerat Craterus. ita- 5 que ut principio terrorem incuteret genti nondum arma Macedonum expertæ; præcipit, *ne cui parceretur*, munimentis urbis, quam obsidebat, incensis. Cæterum, dum obequitabat mœnibus, sagitta ictus 6 est.

10. *Plaustris vehi.* Ita & resolutiles naves Semiramis in Indiam penetratura camelis deportari curavit. Diodor. II. 16. & 17. *Arcessitis navium architectis negotium dedit, ut navigia fluminibus apta, quæ disjungi possent, coagmentarent. Quum vero juxta flumen Indum materia non esset, ex Bactriana pedestri itinere naves eo transvehi necessum erat. Navium resolutilium numerus erat duo millia, quæ terrestri itinere cameli deportabant.* Ita *naves suas humeris per juga montium, usque ad litus Adriaticum transtulerunt Colchi, cognito quod Argonautæ idem propter magnitudinem navis priores fecissent.* Justin. XXXII. 3. 14.

11. *Urbem proximam.* Arrian. IV. 292. *Quarum urbium primam in ipso itinere sitam adortus, oppidanos pro mœnibus instructa acie stantes, primo impetu, ut potuit, repressos intra portas rejecit*

est [12]. Cepit tamen oppidum [13], & omnibus incolis ejus trucidatis [14] etiam in tecta [15] sævitum est.
7 Inde domita ignobili gente [16] ad Nysam urbem [17] pervenit. Forte castris ante mœnia ipsa in sylvestri loco positis, nocturnum frigus vehementius, quam alias, horrore corpora adfecit, opportunumque re-
8 medium ignis oblatum est. Cæsis quippe sylvis flammam excitaverunt [18]: quæ igni alita oppidanorum sepulchra comprehendit. vetusta cedro facta erant, conceptumque ignem late fudere; donec
9 omnia solo æquata sunt. Et ex urbe primum canum

12. Sagitta *ictus est*. Arrian. iv. 292. *Ipse tela per thoracem ictus vulnus in humero accepit. Levius tamen id fuit, quod thorax, quo minus telum altius in humerum penetraret, obstiterit.*

13. *Cepit oppidum* narrante Arrian. iv. 293. hoc modo: *Alexander, qua parte commodior ad oppugnandum murus videbatur, ad urbem castra locat: posteroque die sub lucem (duplici enim muro cincta urbs erat) exteriorem, qui minus firmus erat, Macedones parvo negotio superant: ad interiorem barbari aliquamdiu restitere. Postquam vero admotis scalis propugnatores omni ex parte telis peterentur, neque diutius sustinere possent, protinus e muro per portas factas, in montes sese proripiunt.*

14. Incolis *trucidatis*. Arrian. iv. 293. *Quos insequuti Macedones, non paucos in fuga cædunt. Quotquot autem vivi in potestatem venerunt, eos etiam, animis ob Alexandri vulnus ira inflammatis, omnes interficiunt. Multi eorum in montes non procul ab urbe dissitos evaserunt.*

15. *Tecta, solo adæquata* esse dicit *Arrian.* iv. 293.

16. *Ignobili gente* forte *Aspiorum, Thyræorum, & Arasacorum*; nam in hos tum temporis movisse Alexandrum narrat *Arrian.* iv. 292.

17. Nysam *urbem a Dionyso conditam, eo tempore, quo Indos domuit, in regione, quam inter Cophenem & Indum fluvios interjacentem aggressus est, sitam esse ferunt. Urbem Dionysus vocavit Nysam, a nutrice Nysa.* Arrian. Exped. Alex. v. 313. *Nysæi vero Indorum gens non sunt, sed ex iis originem ducunt, qui olim cum Libero patre in Indiam venerant, Græcis fortasse, qui in bellis, quæ Dionysus cum Indis gessit, inutiles bello facti fuerant. Fortassis autem etiam indigenas voluntarios in eandem cum Græcis coloniam deduxit, regionemque Nysæam a monte Nysa vocavit, urbemque ipsum Nysam.* Rer. Indic. p. m. 509. quem secum pugnare ne putes; nam urbi & simul monti a Nysa nutrice Liberi nomen factum esse putamus.

18. *Flammam excitaverunt* i. ignem fecerunt, *vuyr ontsteecken.*

num latratus, deinde etiam hominum fremitus auditus est. Tum & oppidani hostem; & Macedones ipsos ad urbem venisse cognoscunt. Jamque Rex 10
eduxerat copias, & mœnia obsidebat [19]; quum hostium, qui discrimen tentaverant, obruti telis sunt. Aliis ergo deditionem; aliis pugnam experiri placebat; quorum dubitatione comperta *circumsideri tantum eos, & abstineri cædibus* jussit. tandemque obsidionis malis fatigati dedidere se. *A Libero patre con-* 11
ditos se esse [20] dicebant; & vera hæc origo erat. Sita 12
est sub radicibus montis, quem *Meron* [21] incolæ ad-

ken. Cicer. pro Mur. *Respondit, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum.*

19. *Obsidionem* non exspectasse dicit *Arrianus* Nysæos; sed, *simul ac Nysam cum exercitu venerat Alexander, Acuphim principem civitatis ad eum misisse, & cum eo legatos triginta ex primoribus, orantes, ut Numini suo urbem liberam relinqueret* Exped. Alex. v. p. m. 313. quod demum accidisse *in Alexandro* narrat *Plutarchus* f. m. 254. *postquam in aggredienda Nysa, dum pavore torperent milites, si quidem profundum ei oppido flumen adlabitur, emicuisset Alexander, & dixisset: o deterrimus ego, qui nunquam nare didici, moxque rapto incumbens clypeo trajecisset. Tunc enim ex obsessis urbibus supplices advenisse legatos. Non repugnasse oppidanos* tradit etiam *Justin.* XII. 7. 6.

20. *Conditos se esse* i. urbem in sua regione esse positam. Ita *Tyriam caussam plurimum pollentem mari in ultimo Hispaniæ tractu insulam Gades condidisse* dicit *Paterc.* I. 2. 6. V. *Salmas. in Tertull. pall. p.* 170.

21. *Meron*, quasi diceres *femur.* Arrian. Rer. Indic. p. m. 509. *Mons urbi vicinus, ad cujus radices sita est Nysa, femur vocatus est, ab infelici eventu, qui Dionyso acciderat, ut denuo nasceretur*, semel scilicet ex Semele Cadmi filia, de qua Arrian. II. 125. *Multoque ante, quam Semele Cadmi filia nata esset, ex qua Bacchus Jovis filius*: denuo ex Jove, de quo Arrian. v. 315. *Montem, qui urbi imminet, Meron vocari voluit Dionysus, quod, secundum fabulas, in femore Jovis fuerit creverit.* V. *Raderum, Freinshemium*, & *Blanckardum in Arrianum.* Ex Orientis vero more ille Deus e *Jovis femore* natus est dictus. Qui enim Orientem salutarunt, sciunt, vocem *femur* pro pudenda parte viri pariter ac mulieris poni: ac de viri quidem Gen. XLVI. 26. Exod. I. 5. pro mulieris Num. v. 21. ubi ea pars, jam ad conceptum minus apta, μηρὸς διαπεπτωκῶς ab Hellenistis dicitur. Eo modo, quo διαμερίσαι in obscœnis apud Græcos, quamquam vox per se honesta. Et tale aliquid Procopius, acceperat, cum notavit, ὁ γὰρ μηρὸς τὸ σπέρμα δηλοῖ.

adpellant. inde Græci mentiendi traxere licentiam,
13 *Jovis femine Liberum patrem esse cælatum* [22]. Rex situ
montis cognito ex incolis, cum toto exercitu, præmissis commeatibus, verticem ejus adscendit [23]. Multa hedera [24] vitisque toto gignitur monte; multæ
14 perennes aquæ manant. Pomorum quoque varii salubresque succi sunt, sua sponte fortuitorum seminum fruges humo nutriente [25]. Lauri baccæque [26] & multa in illis rupibus agrestis est sylva [27]. Credo

δηλῶν. Ergo *prodire e femore alicujus* est filium alicujus esse, aut ex eo genitum esse. Ut de Gedeonis filiis plurimis Jud. VIII. 30. dicitur, οἱ ἐκπορευόμενοι ἐκ μηρῶν αὐτῦ. Ita enim Hellenistæ. Et Sibylla, cujus fragmentum Theophilus ad Autolycum commemorat: ἐι δὲ γενετὸν ὅλως καὶ φθείρεται, ὃ δύνατ' ἀνδρὸς ἐκ μηρῶν μήτρᾳ τε θεὸς τετυπώμενᾳ εἶναι. Ubi *femur* est in viro, quod in femina est matrix. Quod, quum ignorarent, lepide excogitarunt, quasi, ut e Jove nasceretur, illius *femori* insuendus fuisset Bacchus. V. *Heins. Aristæ. Sacr.* c. 1.

22. *Cælatum* i. fabricatum, creatum, natum. *Cælatum* dixit, quod non, ut femina, peperit Bacchum, sed quasi *cælavit* & fabricavit. V. *Raderum.*

23. *Adscendisse* Meron montem Alexandrum tradunt & Arrian. v. 316. *Post hæc Alexandrum cupido cepit adeundi etiam montis Meri cum equitatu amicorum, & peditum agemate*, & Justin. XII. 7. 7. *Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitum.* Sed negat Philostr. II. 4. *Alexandrum Macedonem adfirmant Orgia in monte Nysa celebrasse: veruntamen, qui Nysam incolunt, asserunt, Alexandrum nequaquam montem adscendisse, quamquam id vehementer cuperet, quod esset tum honoris cupidus, tum etiam vetustatis amator. Timuisse autem, ne vitibus conspectis Macedones (qui eas longo jam tempore non viderant) domesticarum rerum desiderio caperentur, neve cupiditas vini eos invaderet, jam diu bibendæ aquæ adsuefactos. His de causis Nysam prætergressus in radicibus montis vota sacraque peregit.* V. *Freinshemium*, & *Loccenium.*

24. *Hedera*, quam in India, nisi in monte Mero nasci negavit *Plin.* XVI. 34. & *Arrian.* V. 317.

25. *Nutriente* i. fovente, alente. Catul. LXI. 25.

Quos Hamadryades Deæ
Ludicrum sibi roscido
Nutriunt humore.

26. *Baccæ* vulgo quid sint, etiam illis, qui linguam Latinam primis salutarunt labris, notum est. Quid Curtio significent, vix habeo dicere. Certe apud omnes Commentatores, quos evolvere quidem mihi contigit, altum de illis silentium. *Lauri baccas* si jungamus, forte quis

Credo equidem non divino instinctu [28], sed lascivia 15
esse provectos, ut passim hederæ ac vitium folia decerperent, redimitique fronde toto nemore similes Bacchantibus [29] vagarentur. Vocibus ergo tot mil- 16
lium, præsidem [30] nemoris ejus Deum adorantium, juga montis collesque resonabant [31]; quum orta licen-

quis cum *Dodor. Herbar.* XXX. 1. fructus diceret lauri, quos Græci δαφνίδας, Brabanti *Bakelaer* appellant. Unde etiam Interpres Belga, quem de industria hoc loco evolvi, *lauri baccas* suo idiomate *bakelaar* vertit. Quid si commate illa distinguamus, ut illa distinguunt *Glareanus*, *Raderus*, alii, significabit arborem a *lauro* distinctam. Quam vero, dicant alii, non ego. Arborem *lotum* Padi accolis dici *baccam Syriacam* monet *Lonicer. Herbar.* IV. 89. Quod si minus placuerit, dicamus significare *morum*. In lingua enim sancta, ut in *Originibus Becmanus*, & in *Lexico Etymologico* auctores sunt, est בָּכָא i. morus, arbor, quæ producit *Baccas* succi plenas. Ita Psalm. LXXXIV. 7. *Qui transeuntes per vallem mori* הַבָּכָא *fontem constituunt eum...* Ubi interpretes non tantum *Polo in Synopsi Critica* laudati; sed etiam Kimchi, ut *Lomejerus* linguæ Hebraeæ peritissimus, quum de hoc loco cum illo agerem, me monuit, arborem, quæ *morus* appellatur, intelligi volunt.

27. *Agrestis sylva* i. multitudo arborum *agrestium*. *Agrestes* autem arbores sunt, quæ non seruntur in hortis, sed in *agris* sponte proveniunt, ut oleaster, labruscæ, &c. quas Græci *agrestem* oleam, & vitem dicunt, ἀγριελαίαν & ἀγριάμπελον. Ovid. Metam. VII. 243.

Has ubi verbenis, sylvaque incinxit agresti.

i. multis herbis & frondibus *agrestibus*. V. *Freinshemii Indicem.*

28. *Non divino instinctu*, quod tamen affirmat Arrian. V. 317. *Tradunt etiam nonnulli (si cui hæc credibilia videntur) multos non obscuri nominis Macedones hedera coronatos in eo epulo Dionysi numine correptos, bacchantes discurrisse.*

29. *Bacchantibus* i. Bacchis, sive Bacchi famulis, quæ tertio quoque anno cum thyrso Orgia Bacchi celebrantes, cum ululatu discurrebant in furorem actæ. Virg. Aen. IV. 300-303.

Sævit inops animi, totamque incensa per urbem
Bacchatur, qualis commotis excita sacris
Thyias, ubi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.

Noster *n.* 18. IX. 10. 24. & 27.

30. *Præsidem* i. Bacchum.

31. *Resonabant* i. sonum reddebant, contra sonabant, Echo enim in illis jugis & collibus audiebatur:

Cui si vis similem pingere, pinge sonum.

ut *Auson. Epigr.* XI. 3. Imo *sonus est, qui vivit in illa*, ut *Ovid. Metam.* III. 401. Unde

licentia a paucis [32], ut fere fit, in omnes se repente
17 vulgasset. Quippe, velut in media pace, per herbas
congestamque frondem prostraverant corpora. Et
Rex fortuitam licentiam non aversatus, large ad
epulas omnibus præbitis, per decem dies Libero
18 Patri operatum [33] habuit exercitum. Quis neget
eximiam quoque gloriam sæpius fortunæ; quam
virtutis [34] esse beneficium? quippe ne epulantes
quidem, & sopitos mero adgredi ausis [35] est hostis,
haud secus Bacchantium ululantiumque fremitu
perterritus, quam si præliantium clamor esset auditus. Eadem felicitas ab Oceano revertentes [36] te-
mulentos comessantesque inter ora hostium texit.
19 Hinc ad regionem, quæ *Dædala* [37] vocatur, perventum est. Deserverant incolæ sedes, & in avios
sylvestresque montes confugerant. Ergo Acadera [38] transit, æque vasta & destituta incolentium
fuga.

resonare Amaryllida i. illam mutua voce pronuntiare dicuntur sylvæ *Virg. Ecl.* 1. 5.

32. *Orta licentia a paucis*, quod enim plures paucioribus impune abire vident, idem strenue audent. Tacit. Ann. 1. 31. 4. *Igitur audito fine Augusti, multitudo lasciviæ sueta, laborum intolerans, implere cæterorum rudes animos.* Vellej. 11. 3. 4. *Non ibi consistunt exempla, unde cœperunt; sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciunt: & ubi semel recto deerratum est, in præceps perveniturr: nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum.* V. *Loccenium*, & *Freinshemium*.

33. Operari, *est Deos religiose, & cum summa veneratione sacrificiis litare, vel convivari. Virg. Georg.* 1. 339. *Lætis operatus in herbis. Pompon. Præc. post. Ad veneris profectus est mane vetulus, votum ut solveret: ibi nunc operatus est.* V. *Non.* XII. 21. *Brisson. Form.* 1. 19. *Lipsi. in Tacit. f.* 36. *Vliet. in Grat. v.* 42.

34. *Sæpius fortunæ, quam virtutis.* Plin. VII. 28. *Sunt in his quidem virtutis opera magna, sed majora fortunæ.* Nostet x. 5. 35.

35. *Adgredi non est ausus*, ob gloriam exercitus Macedonici. V. *Freinshemium*.

36. *Ab Oceano revertentes.* V. IX. 10. 24.

37. *Dædala*, Dædalorum, numero multitudinis: *Dædalos montes* appellant *Justin.* XII. 7. 9. & *Oros.* III. 19. civitas aut regio est Indiæ cis Indum. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*.

38. *Acadera* nulli Scriptorum, præter Curtium, laudata, sita fuerint inter Mazages & Dædala, re-

fuga. Itaque rationem belli necessitas mutavit. di- 20
visis enim copiis pluribus simul locis arma ostendit;
oppressique, &, qui exspectaverant hostem, omni
clade perdomiti sunt. Ptolemæus plurimas urbes; 21
Alexander maximas cepit: rursusque, quas distribuerat, copias junxit. Superato deinde Choaspe 22
amne [39], Cœnon in obsidione urbis opulentæ, Beziram [40] incolæ vocant, reliquit. ipse ad Mazagas [41]
venit. Nuper Assacano, cujus regnum fuerat, demortuo [42]; regioni urbique præerat mater ejus
Cleophes [43]. Triginta millia peditum tuebantur 23
urbem, non situ solum, sed etiam opere munitam.
Nam qua spectat Orientem, cingitur amne torrenti, qui præruptis utrimque ripis aditum ad urbem
impedit. ad Occidentem, & a Meridie velut de in- 24
dustria rupes præaltas admolita [44] Natura est, infra
cavernæ

regiones adhuc cis Indum sitas. V. *Raderum*.

39. *Choaspes amnis* quis sit, non satis percipio, nisi forte mihi eripias, eum esse, quem suspicor, cujus meminit Strab. xv. 731. *Cophem flumen, & Choaspem, qui in Cophem immittit.* Haud procul a Cophe *Choen* fluvium habet Arrian. IV. 291. & 292. qui fortasse illi hic *Choaspes*. V. *Blanck. in Arrian. p.* 304. & *Freinshemium*.

40. *Beziram* appellat *Bazira* Arrianus IV. 304. & dicit *excelso loco sitam, & valido muro omni ex parte cinctam fuisse*, ejusque incolas *Oreorum expugnatione audita, viribus suis diffisos, sub mediam noctem deserta urbe in petram, quam Aornon vocant, confugisse*.

41. *Mazagas* Arrian. Exped. Alex. IV. 299. nominat *Massaga*: Rer. Indic. p. m. 510. & Diodor. Ind. secundi voluminis libri XVII. n. 34. *Massaca*, Strab. XV. 432. *Masoga*. Fuit apud Assacenos ingens oppidum, & Assaceni regni caput.

42. *Demortuo* i. mortuo. Cic. Attic. XVI. 11. *Alii enim sunt alias, nostrique familiares fere demortui.*

43. Cleophes *regina quum se dedidisset ei, concubitu redemptum regnum ab Alexandro recepit; illecebris consequuta, quod virtute non potuerat: filiumque ab eo genitum, Alexandrum nominavit, qui postea regnum Indorum potitus est. Cleophis regina, propter prostratam pudicitiam, scortum regium ab Indis exinde adpellata est.* V. *Justin.* XII. 7. 9. *Oros.* III. 19.

44. *Admolita est* i. quasi ad urbem muniendam magno labore admovit, quod quidem eleganter Curtius: sed reapse ars urbem rupibus admovit, non Natura rupes urbi. V. *Raderum*,

cavernæ & voragines longa vetuſtate in altum cavatæ jacent: quaque deſinunt, foſſa ingentis operis
25 objecta eſt. triginta quinque ſtadia[45] murus urbem complectitur, cujus inferiora ſaxo[46], ſuperiora crudo latere[47] ſunt ſtructa. Lateri vinculum lapides[48] ſunt, quos interpoſuere, ut duriori materiæ fragilis incumberet, ſimulque terra humore di-
26 luta. Ne tamen univerſa conſideret[49], interpoſitę erant trabes validæ, quibus injecta[50] tabulata mu-
27 ros & tegebant, & pervios fecerant[51]. Hæc munimenta contemplantem Alexandrum, conſiliique incertum, quia nec cavernas, niſi aggere, poterat implere, nec tormenta aliter muris admovere, qui-
28 dam e muro ſagitta percuſſit[52]. Tum forte in ſuram[53] incidit telum: cujus ſpiculo evulſo *admoveri equum* juſſit; quo vectus ne obligato quidem vulne-
29 re, haud ſegnius deſtinata exſequebatur. Cæterum, quum crus ſaucium penderet, & cruore ſiccato

& Freinshemii Indicem.

45. *Triginta quinque ſtadia* i. milliare Germanicum, & paſſus 375. V. *Raderum.*

46. *Saxum* eſt lapis naturalis, durus, aſper, quales e monte excidi ſolent. Vocem eſſe Tuſcam vetuſtiſſimam, quod non niſi in ſacrificiis adhiberetur, putat *Scalig. Exerc. Exot.* 108.

47. *Latere* i. terra in lapidem durata. Noſter v. 1. 25. & 29. VII. 3. 8.

48. *Lapis* eſt, qui e terra effoditur, & ſaxo eſt mitior, & tenerior: unde gemmæ *lapides*, non ſaxa dicuntur. Plin. XXXVI. 18. *Nuſquam hic utilior, quam in Italia, gignitur; lapisque non ſaxum eſt.* & 22. *Eſt & viridis lapis, vehementer igni reſiſtens, ſed nusquam copioſus. Et, ubi invenitur, lapis, non ſaxum eſt.*

49. *Conſideret* i. ſubſideret, *moghte ſincken, ſacken*, ut de navigiis in ſicco deſtitutis inf. IX. 9. 12. V. *Freinshemii Indicem.*

50. *Injecta* i. immiſſa, ſuperinjecta, *impoſita* modo. Liv. I. 51. *Injectæque Turno catenæ.* Noſter IV. 3. 7. VI. 8. 22.

51. *Tabulata muros pervios fecerant* i. ſub tabulatis ultro, citroque ire poterant. *Tabulata* ſunt planæ in ædibus ſuperficies, *tabulis* conſtratæ, *ſolders.* Juven. III. 198.

Tabulata tibi jam tertia fumant.

52. *Percuſſit* i. transfodit, trajecit. Nep. Epam. IX. 1. *Epaminondam ſparo eminus percuſſum.*

53. *Suram* i. poſteriorem & carnoſiorem cruris partem, *de kuyte.* Plaut. Pſeud. IV. 7. 80.

Ubi ſuram aſpicias, ſcias poſſe eum gerere craſſas compedes.

Plin.

to frigeſcens vulnus adgravaret dolorem[54], dixiſſe fertur, *ſe quidem Jovis filium dici, ſed corporis ægri vitia ſentire*[55]. Non tamen ante ſe recepit in caſtra, quam 30
cuncta proſpexit, &, quæ fieri vellet, edixit. Ergo ſicut imperatum erat, alii extra urbem tecta demoliebantur[56], ingentemque vim materiæ faciendo aggeri detrahebant[57]: alii magnarum arborum ſtipites cumulis[58] ac moles ſaxorum in cavernas dejiciebant. Jamque agger æquaverat ſummæ faſti- 31
gium terræ; itaque turres erigebantur, quæ opera ingenti militum ardore intra nonum diem[59] abſoluta

Plin. XI. 45. *Suræ homini tantum, & crura carnoſa. Reperitur apud Auctores, quendam in Aegypto non habuiſſe ſuras.* A Curtio diſſentiunt *Arrian.* IV. 300. & *Plutarch. Fort. Alex.* II. 21. quorum ille: *atque ibi ſagitta malleolum leviter perſtrictus eſt*; hic, *apud Aſſacanos telo Indico malleolo icto.* Malleoli vero ſunt, ἐπιφύσεις, duorum oſſium, ſcilicet τῆς κνήμης, καὶ τῆς περόνης, ex quibus tota tibia conflata eſt. Hi talum a lateribus arcte comprehenſum armant, ut ſub iis demerſum difficulter adtingere poſſis. V. *Blanckardum in Arrianum.*

54. *Frigeſcens vulnus adgravaret dolorem*, quia *calidis adhuc vulneribus abeſt dolor*, ut Noſter IV. 15. 17. Statius XI. 544.

Ille dolens nondum, ſed ferri frigore primo
Territus.

V. *Freinshemium.*

55. *Corporis ægri vitia* i. vulneris dolores. Senec. Epiſt. 59. *Omnes jurant me Jovis eſſe filium, ſed vulnus hoc hominem me eſſe clamat.* Scilicet *Seneca & Curtius* rem expreſſerunt, verbis neglectis. *Plutarchus Alex. f.* 254. *de fort. Alex.* II. 21. & *Apophth.* c. 39. ſcribit *jaculo crus ictum, multis concurrentibus eorum, qui ipſum ſæpenumero ſolebant Deum ſalutare, dixiſſe: hoc quidem ſanguis eſt, ut videtis, non ille*

Humor, qui ſuperum manat de corpore Divum.

Verſus hic *Homeri* eſt *Iliad.* V. 340. ubi Poeta Venerem canit a Diomede vulneratam. Quamvis Calliſtheni *Seneca Suaſ.* I. Dioxippo Ariſtobulus Caſſandreus apud *Athen.* VI. 251. Anaxarcho *Laert. Vit. Philoſ.* IX. 567. velut ementitam divinitatem exprobantibus hoc ſcomma tribuant. V. *Raderum & Freinshemium.*

56. *Tecta demoliebantur.* Arrian. IV. 301. *Poſtero die machinis admotis, aliqua murorum parte facile dejecta.*

57. *Detrahebant* e tectis deſtructis. V. *Freinshemium.*

58. *Cumulis* i. cumulatim, acervatim.

59. *Intra nonum diem* abſolvit turres, & aggerem, ut vult *Curtius*: & quatuor inde diebus oppugnatam urbem cepit, ut vult *Arrian.*

ta sunt. Ad ea visenda Rex nondum obducta vulneri cicatrice processit; laudatisque militibus *admoveri machinas* jussit: e quibus ingens vis telorum in
32 propugnatores effusa est. Præcipue rudes talium operum [60] terrebant mobiles turres, tantasque moles nulla ope, quæ cerneretur [61], adductas [62], Deorum numine [63] agi credebant. *pila quoque muralia* [64], *& excussas tormentis pragraves hastas* negabant *convenire mor-*

Arrian. IV. 301. 302.

60. *Rudes talium operum* Senec. de vit. beat. c. 26. appellat *ignaros machinarum*, & qui *segnes laborem obsidentium spectant*, nec, *quo illa pertineant*, *quæ ex longinquo struuntur*, *intelligunt*. *Nihil* enim *tam ignarum barbaris*, inquit Tacit. Ann. XII. 45. 4. *quam machinamenta*, *& astus oppugnationum*.

61. *Ope*, *quæ cerneretur*, quia rotis impositæ turres ab iis, qui intra turres latebant, movebantur trochleis, funibus, & nervis, quibus intus instructę erant. Lucan. III. 467-473.

Stellatis axibus agger
Erigitur, *geminasque æquantes mœnia turres*
Accipit; *hæ nullo fixerunt robore terram*:
Sed per iter longum causa repsere latenti.
Quum tantum nutaret onus, *telluris inanes*
Concussisse sinus, *quærentem erumpere ventum*
Credidit.

62. *Adductas* i. admotas, mox *actas*, Cæsar mox *promotas*.

63. *Deorum numine* Cæs. Bell. Gall. & II. 30. 3. & 4. *Ubi vineis actis*, *aggere exstructo*, *turrim constitui procul viderunt*, *primum irridere ex muro*, *atque increpitare vocibus*, *quo tanta machinatio*, *ab tanto spatio institueretur*? *quibusnam manibus*, *aut quibus viribus*, *præsertim homines tantulæ staturæ tanti oneris turrim in muros sese collocare confiderent*? II. 31. 1. & 2. *Ubi vero moveri*, *& appropinquare mœnibus viderunt*, *nova atque inusitata specie commoti legatos ad Cæsarem de pace miserunt*; *qui ad hunc modum locuti*: *non se existimare*, *Romanos* sine ope Deorum *bellum gerere*; *qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promovere*, *& ex propinquitate pugnare possent*.

64. *Pila muralia* dicit & Cæs. Bell. Gall. VII. 82. 1. *Aut ex vallo & turribus transjecti pilis muralibus interibant*. v. 40. 6. *Multæ præustæ sudes*, *magnus muralium pilorum numerus institutur*. Videtur vero uterque dixisse, ut a *pilis legionariis* distinguerent: Dicuntur, quod vel ex muris in oppugnantes, vel ab oppugnantibus in obsessos de turribus jacerentur. Formam eandem reor fuisse cum iis, quæ manu vibrabantur in acie, sed *muralia* majora. Tormentis excussa in hostem non reor; Cæsar enim Gallos

mortalibus. Itaque desperata urbis tutela [65] concessere in arcem. Inde, quia nihil obsessis præter deditionem placebat, legati ad Regem descenderunt 34
veniam petituri. Qua impetrata, Regina cum magno nobilium feminarum grege aureis pateris vina 35
libantium processit. Ipsa genibus [66] Regis parvo filio admoto, non veniam modo, sed etiam pristinę fortunæ impetravit decus. quippe adpellata *Regina* est; & credidere quidam, *plus formæ*, *quam miseratione datum*. Puero quoque certe postea ex ea utcumque [67] genitō, *Alexandro* [68] fuit nomen. 36

CAP.

Gallos a Romanis ad Alesium e vallis & turribus *pilis muralibus* trajectos narrat. V. *Raderum*.

35. *Desperata urbis tutela* i. desperantes se urbem tueri posse. *Tutela* quævis est protectio. Cicer. Fin. III. *Hoc intelligi volumus*, *salutem hominum in ejus esse tutela*. Noster VIII. 11. 25.

66. Genibus *hominis quædam & religio inest*, *observatione gentium*. *Hæc supplices attingunt*, *ad hæc manus tendunt*, *hæc ut aras adorant*, *fortasse quia inest iis vitalitas*. *Namque in ipsa genu utriusque commissura dextra lævaque a priori parte gemina quædam buccarum inanitas inest*, *qua perfossa ceu jugulo spiritus fugit*. Plin. XI. 45. Virg. Aen. III. 607.

Dixerat: *& genua amplexus*, *genibusque volutans*
Hærebat.

Ubi Servius: *Physici dicunt esse consecratas Numinibus singulas corporis partes*, *ut aurem memoriæ*: *Hinc Virg. Ecl.* VI. 3. *Cynthius aurem vellit & admonuit*: *frontem Genio*, *unde venerantes Deum*, *tangimus frontem*: *dextram Fidei*, *unde v.* 611. *Atque animum præsenti pignore firmat*: *genua Misericordiæ*, *unde hæc tangunt rogantes*.

67. *Utcunque* i. quocunque titulo, sive ex Alexandro vere, sive simulate & falso, atque ex alio suscepto. V. *Raderum*.

68. *Alexandro*, quem & successorem habuit. §. 43. Unde forsan nata fabula de Balascia provincia, cujus *Reges*, *qui jure hæreditario sibi invicem succedunt*, *ab Alexandro Magno originem duxisse feruntur*. Paulus Venetus I. 34. V. *Freinshemium*.

Polyper-

CAP. XI.

ARGUMENTUM.

Urbem Oram, & petram Aornon nomine, ab Hercule frustra antea obsessam, Indorum fuga desertam in ditionem redigit Alexander.

1 HInc Polypercon[1] ad urbem Oram[2] cum exercitu missus inconditos oppidanos prælio vicit: intra munimenta compulsos[3] sequutus 2 urbem in ditionem[4] redigit. Multa ignobilia oppida deserta a suis, venere in Regis potestatem. Quorum incolæ armati petram[5] *Aornon*[6] occupaverunt.

Polyperconta quidem missum scribit Curtius; sed Arrian. IV. 304. *Attalum, & Alcetam, ac Demetrium equitatus præfectum missos, atque urbem muro in orbem ducto intercludere, tantisper dum ipse adveniret, jussos.*

2. *Oram* appellat *Ora* Arrian. IV. 304.

3. *Intra munimenta compulsos.* Arrian. IV. 304. *Oppidani in Alcetam excursionem faciunt, quos Macedones facile repulsos, atque in urbem rejectos muris clauserunt.*

4. *Urbem in ditionem redegit* ipse Alexander. Arrian. IV. 305. *Alexander, quum accepisset, non nullos barbarorum finitimorum in Ora urbem clam se immissuros, ab Abisare ad id missos, primum Ora cum exercitu petit. Neque laboriosa Alexandro Oreorum obsidio fuit. Primo enim impetu in muros facto, urbem expugnavit.*

5. *Petram* hanc *saxum miræ asperitatis, & altitudinis* vocant Justin. XII. 7. 12. & Oros. III. 19. *ingentem, & regionis munimentum* Arrian. VIII. 10. 1. §. 4 & describit hisce Diodor. XVII. 85. *Ambitus petræ stadiorum fuit centum, altitudo sedecim, superficies plana, & ex omni parte rotunda erat. Radices ad meridiem Indus, fluviorum per Indiam maximus, alluebat: partes alias prærupta voragines, & inviæ rupes cinxerant. In hanc, quod munitissima esset, qui superfuerant de incolis, confugerant.* Arrianus vero IV. 306. *Ambitum hujus petræ ducentorum stadiorum esse ajunt: altitudinem, qua humillima est, stadiorum undecim: uno tantum arduo calle, eoque manu facto, adiri posse: multam etiam, eamque purissimam in vertice petræ aquam esse, fontemque inde manare: sylvam etiam habere, tantumque arabilis & fertilis agri, quantum mille homines colere possint.* Noster *n.* 7. & 8.

6. *Aornon* i. avibus carentem. Ὄρνις Græcis est avis, ex qua voce fit ἄορνις, sive ἄορνος, a particula ἀ privativa, quam illis ψερητικὴν adpellant. Latini talem locum corrupta voce Græca *Avernum* dicunt. Petra ergo ἄορνος est averna, qua non transmittunt aves, aut illico pereunt. De hujusmodi locis avernis Lucret. VI. 788. 805. Virg. Aen. VI. 237-242. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

7. *Ab Hercule* ter frustra tentatam hanc petram fuisse scribit *Strab.* XV. 416. quem V. §. 22. sed *Macedonicam* tantum fuisse *jactantiam, hanc petram non potuisse expugnare Herculem* affirmat *Arrian. Rer. Indic. p. m.* 519. quem eo potius *nunquam penetrasse verum* credit VIII. 10. 1. §. 4.

8. *Terræ motu* ab oppugnatione hujus petræ absistere coactum fuisse Herculem præter *Justin.* XII. 7. 12. & *Oros.* III. 19. docet *Diodor.* XVII. 85. hisce verbis: *Hanc, uti fama est, Hercules ille priscus oppugnare adgressus, propter ingentes terræ motus interim obortos, aliaque Deum prodigia, re infecta abscessérat.*

9. *Inopem consilii* i. qui est sine *ope consilii.* Tacit. Hist. III. 68. 6. *Tum consilii inops in palatium rediit.* Noster VIII. 13. 17. IX. 3. 18. X. 8. 7.

10. *Undique præceps & abrupta.* Lucian. Rhetor. præcept. Tom. II. p. 713. *Resque tibi similis esse videbitur, quemadmodum Aornos Macedonibus apparet, undique adspicientibus prærupta.* Hermot. p. 179. *Petram, supra quam virtus habitare creditur, altiorem declivioremque esse illa Aorna Indica.* Noster *n.* 6.

11. *Senior*, quem describit Diodor. XVII. 85. *Senior quidam cum duobus filiis eum adiit, qui cum extrema paupertate conflictans, diu in locis illis vitam toleraverat, domiciliumque in specu quadam, ubi tres lectuli erant petræ incisi, habebat. Hic dum senex cum filiis commoratur, locorum peritiam sibi comparaverat.*

12. *Si pretium operæ esset*, indien hy hem, na dat hem daar van gebeurde, wilde betalen.

13. *Octoginta talenta* 48000. Philippeos efficiunt. Equidem Diodor. XVII. 85. *ingens operæ pretium promissum* ait. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

14. *Constituit* i. promisit, pactus

verunt. Hanc *ab Hercule*[7] *frustra obsessam esse: terræque motu*[8] *coactum absistere* fama vulgaverat. Inopem consilii[9] Alexandrum, quia undique præceps & abrupta[10] rupes erat; senior[11] quidam peritus locorum cum duobus filiis adiit, *si pretium operi esset*[12], *aditum se monstraturum esse* promittens. *Octoginta talenta*[13] constituit[14] *daturum* Alexander; & altero ex juvenibus obside retento, ipsum ad exsequen-

quenda, quæ obtulerat, dimisit. Leviter armatis dux datus est Mullinus [15] scriba Regis. Hos enim circumitu, qui fallerent hostem [16], in summum jugum [17] placebat evadere. Petra non, ut pleræque, modicis ac mollibus [18] clivis [19] in sublime fastigium crescit [20]; sed in metæ [21] maxime modum erecta est: cujus ima spatiosiora sunt, altiora in arctius coeunt, summa in acutum cacumen exsurgunt. Radices [22] ejus Indus amnis subit, prælatus utrimque asperis ripis: ab altera parte voragines eluviesque

15. *Dux datus Mullinus.* Aliter Arrian. IV. 308. *Cum his Ptolomæum Lagi filium corporis custodem mittit, Agrianos secum ducentem, aliosque levis armaturæ, & scutatorum lectissimos quosque, jubens regionem occupatam firmo præsidio munire, & occupati loci significationem aliquam edere.*

16. *Fallerent hostem.* Arrian. IV. 308. *Ptolomæus via ardua atque difficili contendens, non sentientibus barbaris in verticem evadit.*

17. *Summum jugum,* summam jugi partem. Ita *summum montem* Cæs. B. G. I. 22. 1. *Quum summus mons a Tito Labieno teneretur.* Noster *summum montis cacumen* III. 1. 3.

18. *Mollibus* i. clementer editis, ut interpretatur *Tacit.* V. 3. 2. §. 7. Virg. Georg. III. 292.

Juvat ire jugis, qua nulla priorum
Castaliam molli divertitur orbita clivo.

Ubi Servius: i. *facili itinere, & descensione.*

19. *Clivus* est devexitas montis, sive montis latera proclinata. Plaut. Asin. III. 3. 118.

Quadrupedem agitabo adversum clivum.

Petron. c. 94. *Tanquam caballus in clivo.*

20. *Crescit* i. attollitur, mox *exsurgit.* Ita VI. 5. 21. V. v. 4. 6. §. 17.

21. *Meta* est strues, in acutum tendens, sive ima parte lata, superiori angusta, *alle het geene, wat onder breet is, en boven spits.* Ita *metam* lignorum condendorum appellat Cato R. R. c. 56. *In acervo sub dio metas facito: metam fœni* Columella appellat manipulum ita congestum, ut inferiori parte sit latior, superiori in angustum desinat conum II. 19. *Certe, quicquid ad eum modum, quo debet, siccatum erit, in metas construi conveniet, easque in angustissimos vertices exacui. Sic enim commodissime fœnum defenditur a pluviis.* V. & Philand. *in Vitruv.* II. 1.

22. *Radices* Aorni Indum subire docet & Strab. XV. 416. *Quum Alexander petram quandam nomine Avernum primo adortu cepisset, cujus radices Indus*

que præruptæ sunt. Nec alia expugnandi patebat via, quam ut replerentur. Ad manum [23] sylva erat, quam Rex *ita cædi* jussit; *ut nudi stipites* [24] *jacerentur:* quippi rami fronde vestiti impedissent ferentes. Ipse primus truncam arborem jecit; clamorque exercitus index alacritatis [25] sequutus est, nullo detrectante munus, quod Rex occupasset. Intra septimum diem cavernas expleverant [26]; quum Rex sagittarios & Agrianos jubet per ardua niti. juvenesque promptissimos ex sua cohorte triginta delegit. Duces his dati sunt Charus & Alexander; quem Rex *nominis, quod sibi cum eo commune esset* [27], ad-

dus non procul a fonte suo perfluit, gloriabundi dixerunt, Herculem ter petram adortum, ter inde repulsum fuisse, docuit etiam *Diodor.* §. 5.

23. *Ad manum* i. parata, prompta, *by der hand. Hesych. p. m.* 596. Κατὰ χεῖρα, ἕτοιμα, εὐχερῆ, ἃ ὄνυν πρὸς χεῖρας ἢ εἰς πολλὰ χρήσιμα· οἰκέτης. Noster IX. 3. 14.

24. *Nudi stipites* i. sine frondibus. Liv. XXXIII. 5. *Vallo & Macedones, & Græci usi sunt, sed usum ad commoditatem ferendi non aptaverunt. Nam & majores, & magis ramosas arbores cædebant, quam quas ferre cum armis miles posset. Romanus leves, & bifurcos plerosque vel triam, aut cum plurimum quatuor ramorum vallos cædit, ut & suspensis ab tergo ramis ferat plures simul apte miles.* Arrian. IV. 309. *Sub lucem milites singulos centum palos cædere jubet,* qui *palos,* χάραξας dicit, quos Livius *vallos.* V. *Freinshemium.*

25. *Clamor alacritatis index,* qualis apud Liv. III. 62. *Si jam satis animi est, decernique placet, agitedum clamorem, qualem in acie sublaturi estis, tollite hic, indicem voluntatis virtutisque vestræ. Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus,* &c. Arrian. II. p. m. 105. *Hic clamor undique sublatus est, abrumpendam moram, in hostes ruendum.* Noster IX. 2. 30: 4. 23. VIII. II. 8.

26. *Cavernas expleverant.* Diodor. XVII. 85. *Hinc infinita aggerentium opera effecit, ut vallis & radix petræ explerentur.*

27. *Nominis, quod sibi cum eo commune esset.* Plutarch. Alex. f. m. 254. *Quum alteri in rupe quadam oppido juventutem Macedonicam admoveret: quendam Alexandrum nomine compellans: tua interest, inquit, vel ipsius virtute cognominis, strenui gesta militis conficere,* quem ut *nominis memorem* laudat Noster *n.* 15. Et recte. Nam, ut Cassiod. Epist. VIII. 11. *Quum omnis appellatio ad declarandas res videatur imposita, nimis absurdum est portare nomen alienum; & aliud*

admonuit. Ac primo, quia tam manifestum periculum erat; ipsum Regem discrimen subire [28] non
11 placuit: sed, ut signum tuba datum est, vir audaciæ promptæ conversus ad corporis custodes *sequi se* jubet, primusque invadit in rupem. Nec deinde quisquam Macedonum substitit: relictisque statio-
12 nibus sua sponte Regem sequebantur. Multorum miserabilis fuit casus, quos ex prærupta rupe lapsos amnis præterfluens hausit; triste spectaculum etiam non periclitantibus: quum vero alieno exitio [29], quid ipsis timendum foret, admonerentur: in metum misericordia versa, non exstinctos, sed semet-
13 ipsos deflebant. Et jam eo perventum erat, unde sine pernicie, nisi victores, redire non possent; ingentia saxa in subeuntes provolventibus [30] barbaris, queis [31] perculsi instabili & lubrico gradu præcipi-
14 tes recidebant [32]. Evaserant tamen Alexander & Charus, quos cum triginta delectis præmiserat Rex, & jam pugnare cominus cœperant: sed quum superne [33] tela barbari ingererent, sæpius ipsi feriebantur, quam vulnerabant. Ergo Alexander & nominis sui & promissi memor; dum acrius, quam
16 cautius dimicat, confossus undique obruitur. Quem ut Charus jacentum conspexit, ruere in hostem omnium, præter ultionem, immemor cœpit; multosque

dici, quam possit in moribus inveniri.

28. *Subire* i. adire, se objicere, *sigh begeven.* Sueton. Oth. c. 9. *Quidvis discriminis ultro, & vel solæ subirent.* Noster VI. 9. 24.

29. *Alieno exitio, quid ipsis timendum foret, admonerentur.* Ita & Marcell. XVII. 93. *Aliorum exitio, quid fortunis suis immineret, anxie cogitantes,* & Noster VII. 11. 16. V. *Freinshemium.*

30. *Provolventibus* i. volvendo protrudentibus, *voort rollende.* Terent. Andr. IV. 4. 38. *Ego jam hunc in mediam viam Provolvam.* Ubi Donatus i. *porro volvam.*

31. *Queis* pro *quibus* n. saxis. V. *Freinshemium.*

32. *Recidebant* i. retrorsum cadebant. Cicer. de Divin. 1. *Ramulum adductum, cum remissus esset, in oculum sibi recidisse.* Noster X. 1. 6. V. 3. 20.

33. *Superne* i. desuper. Suetonius Tiber. c. 39. *Saxa fortuito superne delapsa sunt.* Noster IX. 4. 32. De re ipsa Diodor. XVII. 85. *Ac*

tosque hasta, quosdam gladio interemit. Sed quum tot unum incesserent manus, super amici corpus procubuit exanimis. Haud secus, quam par erat, 17
promptissimorum juvenum cæterorumque militum interitu commotus [34] Rex signum receptui dedit. Saluti fuit, quod sensim & intrepidi se receperunt; 18
& barbari hostem depulisse contenti, non institere [35] cedentibus. Cæterum Alexander, quum sta- 19
tuisset desistere incepto (quippe nulla spes potiundæ petræ offerebatur) tamen speciem ostendit [36] in obsidione perseverantis. Nam *& itinera obsideri* jussit; *& turres admoveri, & fatigatis alios succedere* [37]. Cu- 20
jus pertinacia cognita, Indi per biduum quidem ac duas noctes, cum ostentatione non fiduciæ modo, sed etiam victoriæ, epulati sunt; tympana [38] suo more pulsantes. tertia vero nocte tympanorum qui- 21
dem strepitus desierat audiri: cæterum ex tota petra faces refulgebant [39], quas accenderant barbari, ut

Ac initio quidem barbari, quod locorum celsitate adjuvarentur, superiores erant, multosque incaute se ingerentium neci dabant.

34. *Interitu juvenum commotus.* Plutarch. Alexand. f. 254. *Dehinc quum ipse fortissime dimicans adolescens oppeteret, non mediocriter animum perculit Alexandri.*

35. *Institere* i. insequuti sunt, urserunt, *na gezet.* Liv. XXXIX. 30. *Institere perculsis hostes.*

36. *Speciem ostendit*, hy stelde sich daar na, ut X. 9. 9. *Species* sæpius ponitur pro externo paratu, cui non multum solidi subest. Tacit. Ann. 1. 44. 6. *Specie defendendæ provinciæ ob imminentes Suevos.*

37. *Succedere*, seconderen. Cæs. Bell. Gall. V. 16. 4. *Stationes dispositas haberent, atque alios alii deinceps excipierent, integrique & recentes defatigatis succederent.* Noster III. 7. 10.

38. *Tympanis* in bello usos esse Indos docet Noster etiam VIII. 14. 10. docet quoque & illa describit Suidas: *Tubis Indi non utuntur, sed pro iis sunt flagella, quæ excutiuni in aerem; & tympana item, horribilem quemdam bombum emittentia. Faciebant illa ex palmæ arboris cavato stipite, cui tintinnabula ex orichalco introrsus adaptabant, & os deinde vasis taurino corio occludebant, atque id in altum ferebant, concutiebantque in acie. Tintinnabula igitur, quæ multa & magna intus, inconditum quendam sonum edebant.* Fuerunt ab ipso Baccho. Polyæn. Strat. 1. 1. *Et cymbalis, & tympanis, signum dedit, loco tubæ.* V. *Lipsi. Mil. Rom.* II. 10.

39. *Refulgebant* i. valde fulSs 2 ge-

ut tutior esset ipsis fuga, obscura nocte per invia
22 saxa cursuris [40]. Rex Balacro, qui specularetur, præmisso, cognoscit, *petram* [41] *fuga Indorum esse desertam*. tum dato signo, ut universi conclamarent,
23 incomposite fugientibus metum incussit. multique, tamquam adesset hostis, per lubrica saxa, perque invias cotes præcipitati occiderunt: plures aliqua membrorum parte mulctati, ab integris deserti
24 sunt. Rex locorum magis, quam hostium, victor, tamen magnæ victoriæ sacrificiis & cultu Diis satisfecit [42]. Aræ in Petra locatæ sunt Minervæ Victo-
25 riæque. Ducibus itineris, quos subire [43] jusserat leviter armatos, etsi promissis [44] minora præstiterant,

gebant. Plin. XI. 28. *Lucent ignium modo noctu, laterum & clunium colore lampyrides* (cicindelæ eidem XVIII. 26. *naghtmuggen*) *nunc pennarum hiatu refulgentes*, &c.

40. *Obscura nocte cursuris.* Arrian. IV. 310. *Barbari a defensione desistunt, missoque ad Alexandrum caduceatore, spondent sese, si pacisci cum iis velit, petræ deditionem facturos. Consilium vero ipsorum erat, ut totum illum diem pactionibus faciendis transigentes nocte sese quisque in domos suas reciperent. Quo cognito, Alexander tempus satis amplum iis ad discedendum concessit, omni præsidio per circuitum amoto. Ipse ibi tantisper, dum discedere inciperent, mansit.*

41. *Petram* hanc *primo adortu cepisse Alexandrum* dixit *Strab.* §. 22. *sed paucis diebus summa vi eversam esse* dicit *Lucian. Hermot. p.* 178. *septimo* demum *die cavernas expletas fuisse* Noster *n.* 9. quibus expletis *oppugnationem acerrimam, quæ assiduis, nec interruptis per septem dies, totidemque noctes conflictibus duraverit*, addit *Diodor.* XVII. 85.

42. *Magnæ victoriæ sacrificiis, & cultu Diis satisfecit* i. habuit Diis honores, sacraque fecit, quæ solebat in *magnis victoriis. Cultum victoriæ* vocavit, tum cæteram magnificentiam in ostentanda ea, tum aras, de quibus sequitur. V. *Freinshemium* & *Palmer. Spic.* 111.

43. *Subire* i. sequi. Ita *subire militiam* est militiæ signa sequi, & militem esse Prop. I. 6. 15.

Hanc me militiam fata subire volunt.

44. *Promissis minora præstiterant*, quia non tantum *per invias & abruptas loci angustias duces fore*; sed & *viam, qua commodior petræ oppugnatio futura esset, parvoque negotio capi posset, ut barbaris rupem insidentibus superior evaderet Alexander, effecturos se polliciti erant.* V. *Diodor.* XVII. 85. *Arrian.* IV. 308.

45. *Cum fide* i. ita ut promissum fuerat. *Fides* enim est promissio. Cic. Fam. I. 10. *Gravissime me me in hanc mentem impulit, & Pompeji fides, quam de me Cæsari dederat, & fratris mei, quam Pompejo.* Hinc *bonæ fidei* homo, qui, quod promiserit, fideliter præstat. Sueton. Aug. c. 42. *Eidem populo promissum quidem congiarium reposcenti, bonæ fidei se esse respondit.*

46. *Sisocosto*, quem *Sisicoptum* nominat Arrian. IV. 311. *Alexander potius petra ei Sisicoptum præfecit, qui multo ante ex Indis ad Bactra ad Bessum transfugerat, & postquam Alexander Bactrianorum regionem subjugarat, conjunctis cum eo copiis fidelem inprimis ei operam navarat.*

rant, pretium cum fide [45] redditum est. Petræ regionisque ei adjunctæ, Sisocosto [46] tutela permissa.

CAP. XII.

ARGUMENTUM.

A petra Aorno Ecbolima procedit, & inde ad Indum flumen pervenit, ubi Omphim regem potentissimum se & sua tradentem, Meleagro licet ægre ferente, benigne excipit Alexander.

INde processit Ecbolima [1]: & quum *angustias itineris obsideri viginti millibus armatorum ab Eryce* [2] *quodam* comperisset; gravius agmen exercitus Cœno ducendum modicis [3] itineribus tradidit. ipse pregressus cum funditore ac sagittario, deturbatis, [2] qui obsederant saltum, sequentibus se copiis viam fecit [4]. Indi sive odio ducis, sive gratiam victoris [3] Regis

Ecbolima, *Embolima* appellat, illamque *urbem non procul a petra Aorno sitam* esse dicit *Arrian.* IV. 307.

2. *Erycen* Diodorus vocat *Aphricen* XVII. 86. *Eo tempore Indus quidam Aphrices cum* CCIↃↃ. CCIↃↃ. *exercitu & quindecim elephantibus illis in locis subsistebat. Hunc quidam interemere, atque interemti capite ad Alexandrum delato, incolumitatem sibi munere isto comparavit.*

3. *Modicis* i. modum non excedentibus, non ita magnis. Ita *modicas exercitationes* de Senect. *modicas potationes* de Divin. I. dicit *Cicero.*

4. *Fecit* i. aperuit, *heeft gebaent.*

Regis inituri, Erycem fugientem adorti interemerunt, caputque ejus atque arma ad Alexandrum detulerunt. Ille facto impunitatem dedit; honorem
4 denegavit exemplo. Hinc ad flumen Indum sextis decimis castris[5] pervenit, omniaque, ut præceperat, ad trajiciendum[6] præparata[7] ab Hephæstione[8] reperit. Regnabat in ea regione Omphis[9], qui patri[10] quoque fuerat auctor dedendi regnum[11]
5 Alexandro. Et post mortem parentis legatos miserat, qui consulerent eum, *regnare se interim vellet*[12]; *an*

5. *Sextis decimis castris* i. sexto decimo die. V. III. 7. 5. §. 27. Licet enim *Aorni radices Indus alluat*, V. VIII. 11. §. 22. tamen ad Indum nunc revertisse dicitur Alexander, quia ab Indo rursus profectus recesserat ad Ecbolima, & angustias eis Indum adhuc ab Eryce obsessas, quem hostem noluit a tergo relinquere, ne eis Indum occupata & pacata Eryx turbaret & reciperet. Pervenit itaque nunc ad illum Indi locum, quo trajecit illum. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium* ad VIII. 11. 7.

6. *Trajecit* Alexander ad Peucolaitidem urbem ad Indum sitam. Strab. XV. 432. *Deinde jam ad Indum est alia civitas, nomine Peucolaitis, ad quam Alexander ponte facto trajecit exercitum.*

7. *Omnia præparata* i. pontem illum, quem dixit *Strabo*, & multas naves. Diod. XVII. 86. *Hinc ad Indum progressus, naves, quas a triginta remorum usu triacontoros vocant, constructas, & fluvium ponte junctum invenit.* Arrian. V. 318. *Alexander ubi ad Indum pervenit, pontem jam ab Hephæstione perfectum reperit, multaque minora navigia, duas vero naves triginta remorum.*

8. *Ab Hephæstione*, quem hæc præparare Rex jusserat VIII. 10. 2.

9. *Omphis*, quem *Mophin* vocat *Diod.* XVII. 86. & *Taxiles* gentis more fuit adpellatus inf. *n.* 14.

10. Patri, *Taxili, quem legatione ad Alexandrum in Sogdiana hærentem missa, contra Indos Regi obstaturos armorum societatem* obtuliſſe dicit *Diod.* XVII. 86. illique *ad Cophenem amnem obviam venisse, dona, quæ apud Indos censentur amplissima, offerentem*, ut addit *Arrian.* IV. 291. Causam, qua inductus hoc fecerit, indicare videtur Noſter *n.* 12. quia *cum duobus regibus Poro & Abisare bellandum* illi jugiter erat, & contra illorum vim auxilium ab externo Rege quærebat.

11. Regnum *Omphis inter Indum & Hydaspem situm, Aegypto majus, ejusque solum pingue, & agrum frugibus lætum* esse dicunt *Strab.* XV. 432. *Plutarch. Alex. f.* 254. & *Arrian.* V. 318.

12. *Regnare se interim.* Hoc genus Reges *inservientes* vocat Tacit. Hiſt. II. 81. 1. *Antiochus vetustis opibus ingens, & inservientium Regum ditissimus.* V. *Freinshemium.*

an privatum opperiri ejus adventum. permisſoque, ut re- 6
gnaret, non tamen jus datum usurpare sustinuit. Is benigne quidem exceperat Hephæstionem, gratuitum frumentum copiis ejus admensus[13]: non tamen ei occurrerat, ne fidem ullius, nisi Regis[14], experiretur. Itaque venienti obviam cum armato 7
exercitu egressus est[15]; elephanti quoque per modica intervalla militum agmini immixti, procul castellorum[16] fecerant speciem. Ac primo Alexan- 8
der non socium, sed hostem adventare[17] credebat. Jamque & ipse *arma milites capere, & equites discedere in cornua* jusserat, paratos ad pugnam[18]. at Indus cognito Macedonum errore, jussis subsistere cæteris, ipse concitat equum, quo vehebatur: idem Alexander quoque fecit, sive hostis, sive amicus occurreret, vel sua virtute, vel illius fide tutus. Coivere, quod ex utriusque vultu posset intelligi, 9
amicis

13. *Admensus*, ita & Cic. Verr. V. *Frumentum, quod illi ex area, si vellet, admetiri licebat.*

14. *Ullius nisi Regis*, uti Syphax apud Livium XXVIII. 15. *Firmandæ amicitiæ fidem nec dare, nec accipere, nisi ipso coram duce Romano.* V. *Freinshemium.*

15. *Egressus est*, cum *triginta stadia Rex aberat.* Diodor. XVII. 86.

16. *Castellorum*, Diod. XVII. 87. *Tota acies urbes speciem exhibebat; nam elephantorum statio turribus, & militum inter hos ordines extenti muris erant assimiles.* Noſter VIII. 14. 13. IX. 2. 15. Ratio est, quia turris, in quibus cum variis telis milites, dorsis illorum superimponebantur. Hirtius de bell. Afric. c. 86. *Cæsar statim ex itinere ante oppidum Thapsum constitit; elephantosque* LXIV. *ornatos armatosque cum turribus ornamentisque capit.* Qui inde *turriti* dicuntur. Plin. VIII. 7. *Pugnavere & Cæsari dictatori viginti turriti cum sexagenis propugnatoribus.* Turriti elephanti figuram exhibet *Stewech. ad Veget.* III. 24. Hos *velut ad pugnam adornatos* hac de causa dicit *Diod.* XVII. 86.

17. *Hostem adventare*, quia *tam numerosum exercitum instructa acie vidit Alexander, fraudem pollicitis Indum subtexere credens, nempe ut imparatos hoc pacto Macedones opprimeret.* V. *Diodor.* XVII. 86.

18. *Paratos ad pugnam.* Sic enim dudum assuefecerat suos. Apud Plutarch. Apoph. c. 38. *Explicatis jam aciei ordinibus, militem quendam videns amento hastile aptare, e phalange, ut inutilem,*

amicis animis: cæterum ſine interprete non poterat conſeri ſermo [19]. itaque adhibito eo, barbarus occurriſſe ſe dixit *cum exercitu, totas imperii vires protinus traditurum; nec exſpectaſſe, dum per nuncios daretur*
10 *fides. Corpus ſuum & regnum permittere illi, quem ſciret gloriæ militantem, nihil magis, quam famam timere perfidiæ* [20]. Lætus ſimplicitate barbari Rex, & dextram fi-
11 dei ſuæ pignus dedit; & regnum reſtituit. Quinquaginta ſex elephanti erant [21], quos tradidit Alexandro, multaque pecora eximiæ magnitudinis: tauros ad tria millia, pretioſum in ea regione, acceptumque ani-
12 mis regnantium armentum [22]. Quærenti Alexandro

tilem, ejecit, qui tum demum arma pararet, quum iis eſſet utendum.

19. *Sermonem conſerere* dicuntur, qui inter ſe colloquuntur. Plaut. Mil. III. 1. 106.

Mihi quæ hujus ſimiles ſermones ſerat.

quod translatum eſt ab hortulanis. Varro L. L. v. 7. *Sermo, opinor, eſt a ſerie: unde ſerta, & in veſtimento ſartum, quod comprehenſum. Sermo enim non poteſt in uno homine eſſe ſolo, ſed ubi oratio cum altero conjuncta. Sermonem* inter Alexandrum & Taxilem collatum denarrat Plutarch. Alex. f. 254. *Erat præterea Taxiles inſignis vir ſapientiæ. Hic quum ſalutatum veniſſet Alexandrum, quod mutuo decertandum eſt nobis bello, inquit: ſi non aquam, aut neceſſarium nobis cibum interceperitis adventaſti, pro quibus duobus ſtrenuos ac ſapientes belligerare viros decet. Equidem ſi te ditior, aut locupletior ſum, in dandis ad te beneficiis paratus advenio. Sin inferior exiſto, tua in me confer officia. Ego vero dignas habere tibi gratias non recuſo. Ea re lætatus Alexander, virum comiter amplexus: atqui putas, ait, ſine bello hac ſermonum familiaritate nos amicitiam adſequutos? Atqui, ne ſuperes, faxo. Ego enim hoc uno tecum bellandi genere enixiſſime decertabo, ne quamvis frugi vir, & conſpicua benignitate exiſtas, in gratificando vincar abs te.*

20. *Famam timere perfidiæ.* Eodem animo Marius apud Saluſtium: *Se nihil metuere, niſi turpem famam.* Pamphilus apud Comicum Andr. II. 6. 13. *Cavit, ne unquam infamiæ ea res ſibi eſſet.*

21. LVI. *elephanti erant.* Arrian. v. 318. *triginta elephantos* Alexandro a Taxile dono datos dicit & præter *boves* III. M. *ovium ultra* X. M. meminit. Plutarch. Alex. f. 254. *multa* a Taxile *munera* Alexandrum *ſuscepiſſe* duntaxat memorat.

22. *Pretioſum armentum.* Sacchinus hiſt. Soc. Jeſu v. 222. de Monopotaparum Indorum Rege: *Viciſſim e Conſalvo ſciſcitatur, quantum auri, quantum agri & præ-*

dro, *plures agricultores* [23] *haberet, an milites? duobus regibus bellanti ſibi majore militum quam, agreſtium, manu opus eſſe* reſpondit. Abiſares [24] & Porus [25] erant; 13
ſed in Poro eminebat auctoritas. uterque ultra Hydaſpen [26] amnem regnabat; & belli fortunam, quisquis arma inferret, experiri decreverat. Omphis, 14
permittente Alexandro, & regium inſigne ſumpſit, & more gentis ſuæ nomen, quod patris fuerat, *Taxilen* [27] adpellavere populares, ſequente nomine imperium in quemcumque transiret. Ergo cum per 15
triduum hoſpitaliter Alexandrum accepiſſet, quarto die, & *quantum frumenti copiis, quas Hephaſtion duxerat, præbitum a ſe eſſet*, oſtendit; & aureas coronas ipſi amicisque [28] omnibus, præter hæc ſignati argenti octoginta talenta [29] dono dedit. qua beni- 16
gnitate ejus Alexander mire lætus, & quæ is dederat, remiſit, & mille talenta [30] ex præda, quam vehe-

prædiorum velit, poſtremo, quam multos boves. Quippe bobus apud eam gentem haud minus, quam auro, pretium ferunt eſſe. V. *Freinsmium.*

23. *Agricultores* i. qui *agros colunt*, ruſticos, *agreſtes*, ut mox ipſe. Liv. XXVI. 35. *Servos agricultores rempublicam abduxiſſe.*

24. *Abiſares.* V. VIII. 13. 1. §. 2.

25. *Porus* Indis *For* appellatur, ut ex Taricio Mircondo Perſa monet *Raderus* VIII. 14. 46. V. VIII. 13. 7. §. 16.

26. *Ultra Hydaſpem.* Strab. XV. 433. *Inter Hydaſpem & Aceſinem eſt Pori terra. Hydaſpen* V. IV. 5. 4. §. 9.

27. *Taxilen.* Diodor. XVII. 86. *Eumque deinceps amicum, & ſocium conſtantem, Taxilem cognominatum, fuit expertus.* Sic Aegyptiorum Reges a Ptolomæo, qui cum Alexandro militavit, Ptolomæi dicti ſunt; & Pharaones a quodam Pharaone: Athenienſium Reges Cecropidæ, a Cecrope: Arſacidæ Parthorum Reges ab Arſace Scytha, & Imperatores Romani Cæſares a Cæſare Julio. V. *Popmam* & *Raderum.*

28. *Ipſi amicisque.* Sic apud Tacit. Ann. II. 57. 6. *in convivio* Nabathæi Regis coronæ aureæ magno *pondere Cæſari & Agrippinæ, leves Piſoni & cæteris offeruntur.* Sapienter vero hoc Taxiles. Nam quod Orſines nobiliſſimus Perſarum unicum ex amicis indonatum præteriiſſet, inſidiis ſceleratiſſimi Bagoæ eunuchi circumventus, morte luit. V. X. 1. 24-37. V. *Freinshemium* & *Raderum.*

29. *Octoginta talenta* efficiunt quadraginta octo millia Philippeorum. Arrian. v. 318. ducenta fuiſſe commemorat, quæ eſſent

vehebat, adjecit: multaque convivalia ex auro & argento vasa, plurimum Persicæ vestis[31], triginta equos ex suis, cum iisdem insignibus[32], queis ad-
17 sueverant, quum ipsum veherent. Quæ liberalitas, sicut barbarum obstrinxerat; ita amicos ipsius vehementer offendit. E quibus Meleager super cœnam largiore vino usus[33], *gratulari se Alexandro* dixit, *quod saltem in India reperisset dignum talentis mil-*
18 *le*[34]. Rex haud oblitus, quam ægre tulisset, quod Clitum ob linguæ temeritatem occidisset, iram quidem tenuit, sed dixit, *invidos homines nihil aliud, quam ipsorum esse tormenta*[35].

CAP.

essent centum viginti millia coronatorum, seu Philippeorum. V. *Raderum.*

30. *Mille talenta* sunt sexcenta millia nostratium Philippeorum. *Operam* enim *dabat, ut omnes homines benevolentia superaret.* Polyæn. IV. 3. *Gloriari* quinetiam *solebat a nullo se beneficiis victum*, teste Senec. de benef. V. 6. Quid Taxili in primo congressu sua omnia offerenti responderit, ex Plutarcho adtulimus §. 19.

31. *Persicæ vestis* i. panni, ex quo Persicæ vestes possent confici. V. *Freinshemii Indicem.*

32. *Insignia* equorum, quibus Imperatores Romani utebantur, fuerunt phaleræ & aurum, fortasse & coccineum stratum. Plutarchus in Pompejo, Pompeji equum, bello in Sertorium moto, describit *auro ornatum, & phaleris plenum.* Julius Obsequens prodigium triste Vibio Pansæ factum scribit, quod *equus phaleratus in ipsius conspectu festinans concidit.* Annon apud Græcos simile. De Alexandro quidem hoc Curtius scribit. V. *Lipsium Mil. Rom.* II. 12.

33. *Largiore vino usus* i. cum largius bibisset. *Uti vino* est vinum bibere, sumere. Paulus Tim. v. 23. ἀλλ' ὀλίγῳ οἴνῳ χρῶ. Ita Tacit. Orat. XLI. 8. *Bonis seculi sui quisque, citra obtrectationem alterius, utatur.*

34. In *India reperisset dignum talentis mille.* Strab. XV. 433. *Unde & plura sunt ab illo consecuti, quam ipsi præbuere, adeo ut Macedones ex invidia dicerent, quasi Alexander non haberet, quibus benefaceret, priusquam Indum trajiceret.*

35. *Invidos ipsorum esse tormenta.* Idem testatur Epigrammatographus Anthol. I. 83.

Grande malum livor, tamen est bonitatis in ipso
Nonnihil; ossorum lumina corque vorat.

Lactant. IV. 4. *Aliis inspirat diabolus invidiam, ut suis ipsi tormentis occupati, nihil aliud cogitent, quam eorum, quos oderint, felicitatem.*

Legati,

CAP. XIII.

ARGUMENTUM.

Abisaræ omnia ditioni suæ permittentis legatos remittit, Barzentem transfugam & Gamaxum Regulum vinctos in custodiam tradit, levia prælia cum Poro, quem describit Auctor, in Hydaspis insulis conserit, & distractis varia arte Pori copiis, ripam adversam ab hostibus vacuam occupat Alexander.

POstero die legati[1] Abisaræ[2] adiere Regem. 1
omnia ditioni ejus, ita ut mandatum erat, *permittebant*[3]: firmataque[4] invicem fide remittuntur ad Regem. Porum[5] quoque nominis sui fa- 2
ma ratus ad deditionem posse compelli, misit ad eum Cleocharem[6], qui denunciaret ei, *ut stipendium*

LEgati, *cum ipsius Regis fratre, aliis aliquot primoribus comitato.* V. Arrian. V. 328. quem *ad Alexandrum cum pecuniis, & elephantis quadraginta miserat.* V. 352.

2. *Abisares montanorum Indorum* fuit *Rex*, V. Arrian. V. 328. Strab. XV. 433. quem appellat *Embisarum* Diodor. XVII. 87. & 90. *Apositarem* Aelian. de anim. XVI. 39. *Abissarem* Arrian. V. 352. *Ambisarum* V. 328. *Barisadem* IV. 312. *Abisarum* Strab. XV. 433. Hunc, Poro profligato, *Alexandrum terrore incusso, ad imperata faciendum adegisse* dicit Diod. XVII. 90. V. & Nostrum VIII. 14. 1.

3. *Omnia ditioni ejus permittebant* i. se suaque Alexandro dediturus promittebant. *Permittere se* est se dedere. Noster III. 1. 8. qui *permittere se ditioni* dixit quoque VI. 5. 9. & *Regis potestati, fideique se permittere* rursus VIII. 4. 21.

4. *Firmata* i. stabilita. Terent. Hec. V. 1. 23.

Si scirem aliud, qui firmare meam apud vos posſem fidem.

Noster IX. 3. 22.

5. *Porum* V. VIII. 13. 7. §. 16.

6. *Cleocharis* nomen extra Curtium, nec alias apud ipsum Curtium non legi. V. *Raderum.*

7. *Stipendium* i. tributum. Liv. II. 9. *Portoriis quoque & tributo plebe liberata, ut divites conferrent, qui oneri ferendo essent: pauperes satis stipendii pendere,*

dium [7] *penderet, & in primo finium suorum aditu occurreret Regi.* Porus *alterum* [8] *ex his facturum sese* respondit; *ut intranti regnum suum præsto esset, sed armatus.*
3 Jam Hydaspen Alexander superare decreverat; quum Barzentes [9] defectionis Arachosiis auctor vinctus, trigintaque elephanti simul capti perducuntur, opportunum adversus Indos auxilium: quippe plus in belluis, quam in exercitu spei ac vi-
4 rium illis erat. Gamaxusque Rex exiguæ partis Indorum, qui Barzenti se conjunxerat, vinctus ad-
5 ductus est. Igitur transfuga & regulo in custodiam, elephantis autem Taxili traditis, ad amnem Hydaspen pervenit: in cujus ulteriore [10] ripa Porus con-
6 federat [11], transitu prohibiturus [12] hostem. Octoginta quinque elephantos objecerat eximio corporum robore; ultraque eos currus trecenti, & peditum triginta fere millia [13], in queis erant sagittarii, sicuti ante

dere, si liberos educarent. Cæs. Bell. Gall. 1. 44. 9. *Sin pace uti malint, iniquum esse de stipendio recusare; quod sua voluntate ad id tempus pependerint.* Noster IX. 1. 14. quamvis a tributo *stipendium* distinguat Tacit. Hist. IV. 74. 2. *Nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis; neque stipendia sine tributis haberi queunt.* Hoc vero *jure belli victores victis imponere consueverunt.* Cæs. Bell. Gall. 1. 44. 6. Unde *stipendium pendere* est se victum fatentis.

8. *Alterum* i. alterutrum, unum ex duobus. Liv. XXII. 2. *At quia medendi nec locus, nec tempus erat, altero oculo capitur.* Justin. XI. 12. 10. *Offert deinde alteram filiam uxorem.*

9. *Barzentem.* V. VI. 6. 36. §. 60.

10. *Ulteriore, quæ trans flumen est.* Livius. Noster IV. 9. 22. IX. 2. 3.

11. *Confederat*, hadde sigh neergeslagen. Cicer. Fam. XV. 4. *Quinque cohortes sine centurione ullo cum apud Philomelum confedissent.*

12. *Transitu prohibiturus* i. impediturus, quo minus transiret. Nep. Hann. III. 4. *Alpicos conantes prohibere transitu concidit.* Noster X. 3. 5. 2. 6. qui absque casu *prohibere* dicit III. 4. 4.

13. LXXXV. *elephantos, currus* CCC. *& peditum triginta fere millia.* Diod. XVII. 87. *Porus ultra quinquaginta peditum millia, & tria millia equitum, pluresque, quam mille, currus, elephantos centum triginta habebat.* Arrian. V. 339. *Porus assumto universo equitatu* (*qui quatuor millium erat*) *& curribus trecentis,*

ante dictum est, gravioribus [14] telis, quam ut apte excuti possent. Ipsum vehebat elephantus [15] super 7
cæteras belluas eminens; armaque auro & argento distincta corpus raræ magnitudinis [16] honestabant. par animus robori corporis; &, quanta inter rudes poterat esse, sapientia. Macedonas non conspectus 8
hostium solum; sed etiam fluminis, quod transeundum erat, magnitudo terrebat. quatuor in latitudinem stadia [17] diffusum, profundo alveo, & nusquam vada aperiente, speciem vasti maris fecerat. Nec pro spatio aquarum late stagnantium impetum 9
coercebat; sed quasi in arctum coeuntibus ripis, torrens, & elisus [18] ferebatur: occultaque saxa inesse ostendebant pluribus locis undæ repercussæ. Terribilior erat facies ripæ, quam equi virique com- 10
pleverant [19]. Stabant ingentes vastorum corporum moles [20], & de industria inritatæ horrendo stridore

centis, elephantis ducentis, peditibus vero, qui usui esse possent, triginta millibus, adversus Alexandrum contendit, elephantis nonnullis, atque aliqua exercitus parte apud castra relictis, qui Crateri equitibus ex ripa terrori essent.

14. *Gravioribus* n. *binum cubitorum* VIII. 9. 28.

15. *Ipsum vehebat elephantus* i. elephantus, quo vehebatur, ut Cicer. de Divin. 1. *Equus, in quo vehebar*, &c. Martial. de Spectac. XVI. 3.

Vexerat Eurupen fraterna per æquora taurus.

Noster III. 11. 11. VII. 7. 35.

16. *Raræ magnitudinis.* Arrian. V. 348. *Alexander equum sistens, magnitudinem Pori* (*erat enim quinque cubitis procerior*) *& pulchritudinem simul admiratus est.* Diodor. XVII. 88. *Porus prolixam edit eædem, quod viribus corporis omnes secum militantes superabat; nam cubitos quinque longus erat, crassitudine autem tanta, ut lorica ejus duplo excederet loricas aliorum, qui robore excellerent: quamobrem veritis ab eo projectis tanta vis inerat, ut non multum citra catapultæ jactum subsisterent.* Noster VIII. 14. 13.

17. *Quatuor stadia* i. milliaris Germanici partem octavam, *een quartier uyr gaans.*

18. *Elisus* dicitur fluvius, cujus aquæ *colliduntur*, tegens malkanderen aanslaan. Non. IV. 154. *Elidere, collidere significat. Virg. Æn.* III. 567.

Ter spumam elisam, & rorantia vidimus castra.

19. *Ripam compleverant* i. in ripa frequentes stabant. Noster n. 14. Ita *completur tribunal* apud Cicer. de Clar. Orat. ad quod litium causa multi veniunt. Arrian.

re[21] auras fatigabant[22]. Hinc hostis, hinc amnis capacia quidem bonæ spei[23] pectora[24], & sæpe se experta, improviso tamen pavore percussérant. quippe instabiles rates, nec dirigi ad ripam, nec tuto adplicari posse credebant. Erant in medio amne insulæ crebræ, in quas & Indi & Macedones nantes levatis super capita armis transibant. Ibi levia prælia conserebant; & uterque Rex parvæ rei discrimine

rian. v. 329. *Porus in adversa ripæ cum omni exercitu conspiciebatur.*

20. *Ingentes vastorum corporum moles* i. elephanti vasti corporis, elephanti valde magni. *Cervum vasti corporis* dicit Phædr. 1. 6. 5. *Moles ferarum* Colum. III. 8. *India perhibetur molibus ferarum mirabilis, pari tamen in hac terra vastitate belluas progenerari quis neget? cum intra mœnia nostra natos animadvertamus elephantos.* Flor. I. 18. *Tum omnia circa: quasi hostilia, gravi mole permiscuit elephantus.* Plin. VIII. 1. *Visique sunt fessi* elephanti *ægritudine, quando & illas moles infestant morbi.* Nostet IX. 2. 21.

21. *Stridore* i. sono incomposito, & incondito. Virg. Aen. VI. 288. *ac bellua Lernæ Horrendum stridens.* Proprie *stridor* est strepitus, qualis in curruum rotis male junctis, aut etiam forium cardinibus auditur. Cicer. Tuscul. V. *Ne stridorem quidem ferræ audiunt, quum acuitur.* Virg. Georg. III. 536.

Contenta cervice trahunt stridentia plaustra.

Nostet VIII. 14. 23. Scalig. de caus. L. L. 13. *S valde servit ad spiritus elisionem. Virg. Aen.* V. 866. *sale saxa sonabant. Rautem ad rudiorem, atque asperiorem, ut murmur. Utrumque conjunctum implent valde, stridere,* τρίζειν. *Et magis, cum terminant dictionem, stridor.* Elephantorum *stridor* vocatur *barritus.* Festus. *Barrire elephanti dicuntur, sicut oves dicimus balare, utique a sono ipso vocis.* Spartian. in Geta c. 5. *Ut dicerent singula animalia, quomodo vocem emitterent, velut, elephanti barriunt,* &c. Unde elephas *barrus* dicuntur Horat. Epod. XII. 1.

Quid tibi vis, mulier nigris dignissima barris.

22. *Fatigabant* i. verberabant. Virg. Aen. IX. 610. *Versaque juvencum Terga fatigamus hasta.*

23. *Capacia spei* i. quæ facile, & libenter sibi spem faciunt. Ita *capacissimam omnis secreti mulierem* dicit Plinius. Nostet VI. 5. 29. Proprie *capax* est, quod quid capere, aut continere potest. Plin. XII. 1. *Quindecim convivarum, ac ministerii capace triclinio.* Nostet IV. 8. 2.

24. *Pectora* i. Macedonum animos. *Pectus* pro animo, quia animus in corde, quod sub *pectore* latet, ut antiquorum nonnullis visum, sedem fixit. Cicer. de amic. *In amicitia, nisi apertum pectus*

ne, summæ experiebatur eventum[25]. Cæterum in Macedonum exercitu temeritate atque audacia insignes[26] fuere Symmachus & Nicanor, nobiles juvenes, & perpetua partium felicitate[27] ad spernendum omne periculum accensi. queis ducibus promptissimi juvenum lanceis modo armati transnavere in insulam, quam frequens hostis tenebat[28]; multosque Indorum, nulla re magis, quam audacia, armati, interemerunt. Abire cum gloria poterant, si unquam temeritas felix inveniret modum[29]; sed, dum supervenientes contemptim[30] & superbe quoque exspectant, circumventi ab iis, qui occulti enataverant, eminus obruti telis sunt. Qui effugerant hostem, aut impetu amnis ablati sunt; aut vorticibus impliciti. eaque pugna multum fiduciam Pori erexit cuncta cernentis e ripa. Alexander inops consilii tandem ad fallendum hostem talem dolum intendit[31]. Erat insula in flumine amplior cæteris, sylvestris[32] eadem & tegendis insidiis apta. fossa

pectus videas, tuumque ostendas. &c. Proprie *pectus* est anterior animalis pars a gula ad ventrem. Nostet VI. 1. 15. IV. 9. 15.

25. *Summæ experiebantur eventum.* Liv. III. 61. *Præliis levibus experiundo adsuefecerat sibi potius fidere, quam meminisse ignominiæ decem virorum ductu acceptæ, parvaque certamina in summam totius profecerant spei.*

26. *Insignes* V. IX. 1. 25. §. 59.

27. *Perpetua partium felicitate* i. quia ab Alexandri semper felicis, semper victoris *partibus* stabant, cum Alexandro domo egressi. V. *Raderum.*

28. *Tenebat* i. occupabat, possidebat. Flor. I. 7. 2. *Regnum, quod a Servio tenebatur.* Nostet *n.* 17. V. 8. 16. VIII. 14. 45.

29. *Temeritas inveniret modum.* Liv. XXX. 30. *Inter pauca felicitatis virtutisque exempla M. Attilius quondam in hac eadem terra fuisset, si victor pacem petentibus dedisset patribus nostris: sed non statuendo tandem felicitati modum, nec cohibendo efferentem se fortunam, quanto altius elatus erat, eo fœdius corruit.*

30. *Contemptim* pro contemnenter. Nævius bell. Pœn. VI.

Superbiter, contemptim conteriit legiones.

V. *Nonium* XI. 53. Nostet IX. 7. 18.

31. Dolum *intendit, furtivo transitu utendum sibi esse ratus.* V. *Arrian.* V. 331.

32. *Sylvestris.* Arrian. V. 332. *Rupes erat ad ripam Hydaspis sita,*

fossa quoque prælta haud procul ripa, quam tenebat ipse, non pedites modo, sed etiam cum equis
18 viros poterat abscondere. Igitur ut a custodia hujus opportunitatis oculos hostium averteret; Ptolemæum *cum omnibus turmis obequitare* jussit, *procul ab insula, & subinde Indos clamore terrere* 33, *quasi flumen*
19 *transnaturus foret*. Per complures dies Ptolemæus id fecit; eoque consilio Porum quoque agmen suum ei parti, quam se petere simulabat, coegit adverte-
20 re. Jam extra conspectum hostis 34 insula erat: Alexander *in diversa parte ripæ statui* 35 *suum tabernaculum* jussit, *adsuetamque comitari ipsum cohortem ante id tabernaculum stare; & omnem adparatum regiæ magni-*
21 *ficentiæ, hostium oculis de industria ostendi*. Attalum 36 & æqualem 37 sibi, & haud disparem habitu oris & corporis 38, utique cum procul videretur; veste regia

ta, ea parte, qua amnis sese magnopere flectit, arboribus varii generis perfrequens. Juxta rupem insula in medio amne erat sylvosa, atque ob solitudinem inaccessa, quam quum animadvertisset ex adverso rupis, & utrinque sylvestria loca, quaque Macedones transitum tentantes occulere possent, hac parte exercitum transmittere statuit. Distabat ea rupes atque insula a magnis castris CL. stadiis.

33. *Indos clamore terrere*. Arrian. v. 331. *Noctu equitibus ad diversas ripæ partes adductis, clamore sublato, & classico cani jusso, omnibusque rebus ad transitum præparatis, ingens tumultus excitabatur. Porus contra ad eam partem, qua clamor edebatur, elephantos adducit. Alexander suo more se hostili aciei opposuit. Quumque multo tempore hoc fieret, neque aliud præter clamores ederetur, Porus ad equitum incursiones moveri destitit. Alexander, ut jam Poro metum nocturnarum excursionum exemerat, hujusmodi quid molitur.*

34. *Extra conspectum hostis*, quia Ptolomæus procul ab insulæ ripa stantem illum abduxerat. V. *Raderum*.

35. *Statui* i. poni, erigi. Cicer. de Invent. *Thebani in finibus æneum tropæum statuerunt*. Nostev. 11. 6.

36. *Attalum*, quem cum *Meleagro & Gorgia medio loco inter insulam, & magna castra statuit, & in castris* ipsis *Craterum relictum fuisse* dicit *Arrian.* v. 332. 333.

37. *Æqualem* i. ætate parem, æque multos annos numerantem. Cic. de Clar. Orat. *In quo tantus error Attii fuit, ut his consulibus quadraginta annos natus Ennius fuerit: cui cum æqualis fuerit Livius.*

38. *Haud*

gia exornat 39, præbiturum speciem ipsum Regem illi ripæ præsidere, nec agitare de transitu. Hujus 22
consilii effectum primo morata tempestas est, mox adjuvit; incommoda quoque ad bonos eventus vertente fortuna. Trajicere amnem cum cæteris co- 23
piis in regionem ° insulæ, de qua ante dictum est, parabat, averso hoste in eos, qui cum Ptolemæo inferiorem obsederant ripam; quum procella 41 imbrem vix sub tectis tolerabilem effudit. obrutique milites nimbo 42 in terram refugerunt, navigiis retibusque desertis, sed tumultuantium fremitus, obstrepentibus ripis, ab hoste non poterat audiri 43. Deinde momento temporis repressus 44 est imber; 24
cæterum adeo spissæ intendere se nubes, ut conderent lucem 45, vixque conloquentium inter ipsos facies noscitaretur. Terruisset alium obducta 46 25
nox

38. *Haud disparem habitu oris & corporis*. Nep. Datam. IX. 3. *Corpore & statura similimum sui*.

39. *Veste regia exornat*. Sic Gelon per *Pediarchum sagittariorum præfectum, sibi forma & adspectu similem, tyrannica veste indutum*, fraudem paravit Himilconi apud Polyæn. Stratag. I. 27. V. *Freinshemium*.

40. *Regionem* i. locum. V. *Freinshemii Indicem*.

41. *Procellam* hanc describit Plutarch. Alex. f. 254. *Ibi imbre ingentibus procellis effuso, crebrisque in exercitum præsertim & fulguribus cadentibus, solvisse tamen, quamvis interire nonnullos, & perstringi fulmine videret, ex insula se ad ulteriorem ripam contendisse. Hydaspen, cum ex illa tempestate torrens, & tumidus ferretur, perrupisse grandi eluvie ripam, magnamque partem illac undæ decurrisse. Terram se intermediam cepisse non stabili pede, utpote lubricam, quam undique lacerabat unda.*

42. Nimbi *proprie repentinæ, & præcipites pluviæ, pluvias vero dicimus lentas & juges*. Serv. Aen. I. 55.

43. Tumultuantium *fremitus non poterat audiri*. Arrian. v. 333. *Largus etiam imber ea nocte e cœlo fusus effecit, ut apparatus, qui ad trajiciendum fiebat, minus sentiretur, quum & tonitruorum & imbrium sonus strepitum armorum, & clamores imperantium dum interciperet.*

44. *Repressus* i. inhibitus. Flor. I. 1. 3. *Tiberinus amnem repressit*. Simile fere exemplum narrat Liv. 11. 62. *Valerius consul castra oppugnare est adortus. Prohibuit fœda tempestas, cum grandine ac tonitribus cœlo dejecta. Admirationem deinde auxit, signo recepti dato, tranquilla serenitas reddita.*

45. *Conderent lucem* i. diem obnubilarent Petron. c. 74.

nox[47] cœlo, quum ignoto amne navigandum esset, forsitan hoste eam ipsam ripam, quam cœci[48] atque improvidi, & ex periculo gloriam arcessen-
26 tes[49] petebant, occupante. obscuritatem, quæ cæteros terrebat, suam occasionem ratus, dato signo, ut omnes silentio adscenderent in rates, *eam*,
27 *qua ipse vehebatur*, *primam* jussit *expelli*[50]. Vacua erat ab hostibus ripa, quæ petebatur; quippe adhuc Porus Ptolemæum tantum intuebatur[51]. una ergo navi, quam petræ fluctus inliserat, hærente, cæteræ evadunt[52]; *armaque capere milites, & ire in ordines* jussit.

CAP.

Petron. c. 74. *Tam spissæ repente tenebræ lucem suppresserant, ut ne proram quidem totam gubernator videret.*

46. *Obducta* i. circumfusa. Cic. Acad. IV. *Obducere tenebras rebus clarissimis.* Noster IV. 7. 13.

47. *Nox* i. tenebræ spissæ, densæ, & quasi *nocturnæ*. Prop. III. 5. 30.

Hunc parvo ferri vidit nox improba ligno.

48 *Cæci* i. obscuro tempore in ignoto fluvio navigantes. *Cæca vestigia* Virg. Aen. VI. 30. sunt latentia, quæ videri, seu oculis notari non possunt, quæ pronuntiat in obscuro, aut minus noto loco. *Cæcum vallum* Festo *dicitur, in quo præacuti pali terræ adfixi, herbis vel frondibus occuluntur.* Noster IX. 9. 2. Plura exempla suppeditabit *Goclen. Probl. Gramm.* II. 67.

49. *Arcessentes* i. efficientes, ut proveniat, ut X. 5. 33. Affini verbo *vocare offensas* dixit *Tacit. Hist.* IV. 80. 4. V. *Freinshemii Indicem.*

50. *Expelli* i. a ripa in flumen protrudi, ut ex fluvio in ripam IX. 4. 11.

51. *Intuebatur* i. in illum oculos suos convertebat, illum observabat.

52. *Evadunt* n. in ripam IX. 2. 8. *sy komen over.* Arrian. V. 334. *Equitatus ac peditatus, quantum aut pelles, aut navigia ferre potuerunt, in insulam evasit.*

Arma

CAP. XIV.

ARGUMENTUM.

Porum prælio commisso vincit, victum & fugientem capit, capto parcit, eumque ampliore regno, quam tenuerat, donat Alexander.

JAmque agmen in cornua divisum ipse ducebat: 1
quum Poro nunciatur *armis virisque* 1 *ripam obtineri* 2, *& rerum adesse discrimen.* Ac primo humani ingenii vitio spei suæ indulgens 3, Abisarem belli
2 socium (& ita convenerat 4) adventare credebat. Mox liquidiore luce aperiente hostem 5, centum quadrigas, & tria millia equitum 6 venienti agmini Porus objecit. Dux erat copiarum, quas præmisit, Hages frater 7 ipsius: summa virium in curri-
3 bus. senos viros 8 singuli vehebant, duos clypeatos,

Armis virisque i. viris armatis. *Hendyadis* vulgo dicitur, qua una res in duas dividitur, interposita conjunctione. Cicer. Fam. I. 7. *Hæc profecto videt, quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint, cum aliquantum ex provincia, atque ex imperio Laudis accesserit* i. ex provinciæ imperio Noster n. 27.

2. *Obtineri* i. insideri, *beset wierde.* Paterc. II. 43. 3. *Ne conspiceretur a prædonibus, omnia tunc obtinentibus maria.*

3. *Indulgens*, toegevende. V. IV. 14. 19. Spes enim omnium ultima afflictos deserit. Tardius credimus adversa, quam secunda. V. *Raderum.*

4. *Convenerat* i. ita pacti fuerant. Flor. II. 14. 1. *Quasi ita convenisset inter Pœnos, & Macedonas.* Noster X. 9. 9.

5. *Liquidiore luce aperiente hostem* i. cum pulsis tenebris dies clarior Alexandrum hostem, non Abisarem amicum ostendisset. V. *Raderum.*

6. *Centum quadrigas, & quatuor millia equitum.* Plutarch. Alex. f. 254. *mille occurrisse equitibus & sexaginta curribus*: apud Arrian. V. 336. *Aristobulus sexaginta curribus venisse; sed Ptolomæus duo millia equitum, & centum & viginti currus duxisse scribunt.*

7. *Hagen fratrem.* Arrian. V. 336. sæpius *filium*: Polyæn. IV. 3. *Pittacum nepotem.*

8. *Senos viros.* Aelian. de anim. XIII. 9. singulis curribus

tos, duos sagittarios ab utroque latere dispositos; cæteri aurigæ erant, haud sane inermes, quippe jacula complura, ubi cominus præliandum erat, 4 omissis habenis in hostem ingerebant. Cæterum vix ullus usus hujus auxilii eo die fuit. namque, ut supra dictum est, imber violentius, quam alias, fusus campos lubricos & inequitabiles fecerat: gravesque, & propemodum immobiles currus inluvie & 5 voraginibus hærebant[9]. Contra Alexander expedito ac levi agmine strenue invectus est. Scythæ & Dahæ primi omnium invasere Indos: Perdiccam deinde cum equitibus in dextrum cornu hostium 6 emisit. Jam undique pugna[10] se moverat[11]; quum ii, qui currus agebant, illud ultimum auxilium suorum rati, effusis habenis in medium discrimen 7 ruere cœperunt. Anceps id malum utrisque erat: nam & Macedonum pedites primo impetu obterebantur; & per lubrica atque invia immissi currus ex- 8 cutiebant eos, a quibus regebantur. aliorum turbati equi non in voragines modo lacunasque, sed 9 etiam in amnem præcipitavere curricula[12]. Pauci tamen hostium tenus exacti[13] penetravere ad Porum

duos tribuit adscensores. *Currus*, inquit, *quidem duos milites pugnantes fert.* Quod & firmat Strab. xv. p. 450. *Currus præter aurigam vectores duos habet.* Idque magis credam, quam ut Curtius narrat. V. *Freinshemium.*

9. *Currus hærebant.* Diod. xvii. 88. *Conflictu ab equitibus primum inito, statim currus Indorum fere omnes fracti pereunt.* Arrianus vero v. 338 dicit *currus una cum equis captos, quod & tardiores in fuga essent, & limus cursum impediret.*

10. *Pugna* hæc commissa est *archonte Athenis Hegemone, mense Martio.* V. *Arrian.* v 350. Quamvis *per id anni tempus solstitium æstivum* fuisse dicat v. 330. *Diodor.* xvii. 87. istius anni *archonta Chremetem Athenis, & Romæ Consules Publium Cornelium, & Aulum Postumium* fuisse narrat.

11. *Undique se moverat* i. omnibus in locis inceperat, *fiebat*, ut *Tacit. Ann.* iii. 21. 5.

12. *Curricula* i. currus. Apul. Milet. vii. 187. *Candidum Solis curriculum omnia collustrabat.*

13. *Hostium tenus exacti.* Vult Curtius; curruum aliquos per interjectam aciem hostium penetrasse ad Porum. Observandum enim

fum acerrime pugnam cientem[14]. Is ut dissipatos tota acie currus vagari sine rectoribus vidit: proximis amicorum distribuit elephantes. post eos posue- 10 rat pedites ac sagittarios tympana pulsare solitos, id pro cantu tubarum Indis erat: nec strepitu eorum movebantur, olim ad notum sonum[15] auribus mitigatis. Herculis simulachrum[16] agmini peditum 11 præferebatur. id maximum erat bellantibus incitamentum, & deseruisse gestantes militare flagitium habebatur. Capitis etiam sanxerant[17] pœnam iis, 12 qui ex acie non retulissent: metu, quem ex illo hoste quondam conceperant, etiam in religionem venerationemque conversos. Macedonas non belluarum modo, sed etiam ipsius Regis adspectus parumper inhibuit. Belluæ dispositæ inter armatos[18] 13 speciem turrium procul fecerant. ipse Porus humanæ

enim duplicem fuisse pugnam, majorem illam, quæ mox describetur, & hanc Hagis nepotis regii, quem a Rege intercisum habuisse Macedones significare videtur. V. *Freinshemium.*

14. *Pugnam cientem* i. pugnantem, præliantem. Tacit. Ann. iii. 41. 4. *Intecto capite pugnam pro Romanis cient. Ciere prælium* Liv. x. 28. *Iterum longius evectos, & jam inter media equitum agmina prælium cientes.*

15. *Ad notum sonum*, nam primum captos mitigari tympanorum ac cymbalorum pulsu cantuque docet *Arrian. ver. Ind. p.* m. 536. Alias enim fere impatiens esse solet insueti sonitus hoc animal, qua re sæpe etiam consternati, inque fugam acti leguntur. V. *Freinshemium.*

16. *Herculis simulacrum agmini prælatum* fuisse; testem Curtium vix inventurum ex iis, qui hodie leguntur, putat *Raderus.* Ego tamen ejus rei indicium me reperisse credo in inscriptione, quam ex aliis antiquis statuis Florentiæ mihi monstrarunt, corruptissimam Herculis statuæ tibiis affixam:

Hercules * Dor * * *
For * *

Illam sic ex Curtio replendam quilibet videt sua sponte:

Hercules Indorum
Fortitudo.

V. *Ernst. Observ.* ii. 22.

17. *Sanxerant* i. decreverant, statuerant. Cicer. Catil. iv. *Si quis de servis supplicium quam acerbissimum sanxerit.*

18. *Dispositæ inter armatos.* Diod. xvii. 87. *Porus ordines ita explicavit, ut equitatum in cornua distribueret: elephantes autem, ad terrorem hostium instructos, in fronte paribus intervallis collocaret, interque ipsos gravis armaturæ militibus locum assignaret.*

næ magnitudinis propemodum excesserat formam 19. Magnitudini Pori adjicere videbatur bellua, qua vehebatur, tantum inter cæteras eminens, quanto
14 aliis ipse præstabat 20. Itaque Alexander, contemplatus & Regem & agmen Indorum, *Tandem*, inquit, *par animo meo* 21 *periculum video. cum bestiis simul, & cum egregiis viris res est.* Intuensque Cœnon, *Quum ego*, inquit, *Ptolemæo Perdiccaque* 22, *&*
15 *Hephæstione comitatus in lævum hostium cornu impetum fecero, viderisque me in medio ardore certaminis; ipse dextrum* 23 *move* 24, *& turbatis signa infer. Tu Antigenes* 25, *& tu Leonnate, & Tauron, invehimini in me-*
16 *diam aciem* 26, *& urgebitis frontem. Hastæ nostræ prælongæ*

19. *Formam* i. decorem, speciem. V. *Freinshemium* & *Rutgers. V. L.* III. 4.

20. *Tantum inter cæteras eminens, quanto aliis ipse præstabat* i. quæ tanto major fuit reliquis, quanto major reliquis hominibus Porus erat. Fuit bellua admodum vasti corporis. Ita enim Plutarch Alex. f. 254. *Pari, id est maximo, pro corporis magnitudine insidebat elephanto.* De bellua hac Philostr. II. 10 *Elephantum, quo in pugna uti debebat, coram adductam gubernator ostendens: iste, inquit, o Rex, te feret: imo vero, inquit, Porus, ego ipsum feram, si vir mihi similis ero.* V. *Raderum.*

21. *Par animo meo.* Sic fere apud Lucan. v. 652.

Credit jam digna pericula Cæsar
Fatis esse suis.

V. *Freinshemium.*

22. *Perdiccam* n. 5. *in dextrum cornu hostium emittit Alexander* in pugna commissa cum Hage Pori fratre, cum quo primum initum est prælium, sed eundem secum retinuit, & cum illo lævum Pori cornu est aggressus, cum iret recta adversum Porum ipsum, qui cum omnibus copiis Alexandrum in amplissimo, & equitabili campo exspectavit. V. *Raderum.*

23. *Dextrum* n. Pori cornu; ut *in lævum* ejus *cornu impetum facturus erat* ipse Alexander.

24. *Move* i. *turba*, ut statim ipse. Ita *Africam motam incursa vacsarinatis* dicit Tacit. *Ann.* III. 32. 1.

25. *Antigenes* fuit *dux Argyraspidarum.* Diod. XVIII. 62.

26. *Mediam aciem* intelligit, quæ inter duo cornua erat disposita, quæ simul etiam *frons* exercitus instructi dicitur, eadem figura, qua partes a læva dextraque *cornua.* Interim adverte, lector, triplicem aciem veluti cum cornigero animantis capite componi: ut enim extrema bubuli capitis cornua occupant, & quod inter cornua est, *frons* est, & dicitur, ita in triplici acie, sinistra & dextra acies cornua, media *frons* dicitur. Discimus hoc

longæ & validæ non alias magis, quam adversus belluas rectoresque 27 *earum, usui esse poterunt; deturbate eos, qui vehuntur, & ipsas confundite. Anceps genus auxilii est* 28, *& in suos acrius furit. In hostem enim imperio; in suos pavore agitur* 29. Hæc eloquutus concitat e- 17
quum primus. Jamque, ut destinatum erat, invaserat ordines hostium; quum Cœnus ingenti vi in lævum cornu 30 invehitur. phalanx quoque in me- 18
diam

hoc ex III. 9. 7. *Media acies* vero, sive *frons* ex elephantis constabat. Arrian. v. 339. *Elephantos primum in fronte collocat*, adversus quos *hastis prælongis & validis* suos armat.

27. *Rectores* i. magistros, gubernatores, ut *n.* 33.

28. *Anceps genus auxilii* etiam falcatos currus appellat Liv. XXXVII. 41. *Eumenes haud ignarus pugnæ, & quam anceps esset auxilii genus.* Elephantos etiam *commune malum* nominat Lucret. v. 1349.

Quam commune malum fuerat, fœdumque futurum.

communes hostes Appianus de bello Hispaniensi: *Unus elephantorum gravi percussus saxo de muro caput, furere atque effrenate ferri cœpit, inque amicos horrendo clamore furens se conjecit, quemvis obvium trudens ac proterens: similiter & reliqui elephanti, illius clamoribus exterriti fecerunt: quod quidem sæpenumero solent; cum insaniunt, quemvis, ut inimicum, accipientes, ob quam eorum perfidiam quibusdam communes hostes appellati.* Quod ita etiam in hoc prælio usu venit. *Belluæ* enim *quum jam in angustum redactæ essent, non minus damni suis, quam hostibus inferebant, malis, dum vexantur, protritis.* &c. *Ipsique elephanti partim vulnerati, partim defatigati, & rectoribus destituti non amplius in pugna certum locum tenebant, sed vulnerum impatientia, rabie instinctis similes, nullo discrimine suos juxta atque hostes impellebant, proculcabantque atque interimebant.* V. *Arrian.* v. 344. *Diodor.* XVII. 88. Nostrum *n.* 30. IX. 2. 19. & 21. *Stewech. in Veget.* III. 24. *Raderum* & *Freinshemium.*

29. *In hostem imperio, in suos pavore agi* elephantos docet etiam Liv. XXIII. 33. *Eo magis ruere in suos belluas, tantoque majorem stragem edere, quam inter hostes ediderunt, quanto acrius pavor consternatas agit, quam insidentis magistri imperio regunt.*

30. *In lævum cornu.* Germana lectio: *lævo cornu.* Tota narratio Curtii intelligetur ex ratione aciei instructæ, quæ expressa breviter apud ipsum. Alexander in dextro cornu cum suo equitatu stabat obversus lævo Indorum. In lævo Cœnus erat moturus in dextrum Pori. Antigenes, Leonnatus & Tauron contra frontem & mediam aciem i. elephantos locati, & hi omnes equites, quos a tergo secuta phalanx, cujus latera Agriani, & sagittarii tegebant.

diam Indorum aciem [31] uno impetu prorupit. At Porus, qua equitem invehi senserat, *belluas agi* jussit: sed tardum & pene immobile animal equorum
19 velocitatem æquare non poterat. ne sagittarum quidem ullus erat barbaris usus, quippe longæ & prægraves nisi, prius in terra statuerent arcum, haud satis apte & commode imponuntur: humo lubrica, & ob id impediente conatum, molientes ictus,
20 celeritate hostium occupabantur. Ergo spreto Regis imperio (quod fere fit, ubi turbatis acrius metus, quam dux, imperare cœpit) totidem erant imperato-
21 res, quod agmina errabant. alius *jungere aciem*; alius *dividere*; *stare* quidam; & nonnulli *circumvehi terga hostium* [32] jubebant. nihil in medium consulebatur. Porus tamen cum paucis, quibus metu potior fuerat pudor, conligere dispersos, obvius hosti
22 ire pergit, *elephantosque ante agmen suorum agi* jubet.
23 Magnum belluæ injecere terrorem; insolitusque stridor non equos [33] modo, tam pavidum ad omnia animal [34]; sed viros quoque ordinesque turbaverat. Jam

bant. Ergo dum Cœnus in dextrum Pori cornu movere jubetur, clarum est stetisse eum in *lævo* Alexandri. Nec te moveat inducta præpositio. Nam in pugna cum Hage pugnata ad eundem modum leges *n.* 5. V. *Blanck. in Arrian. p.* 342.

31. *Indorum aciem*, quia ejus frontem nudare cœperat Porus elephantis in equites & Alexandrum aversis. Itaque phalanx in pedites medios impetum fecit. V. *Raderum.*

32. *Circumvehi terga hostium* i. hostem a tergo circumveniri. Ita IV. 16. 2.

33. *Stridor equos turbaverat*, quia elephantorum *stridorem* ferre non possunt. Flor. I. 18. 8. *Novo odore simul ac stridore consternati equi, quum incognitas sibi belluas amplius, quam erant, suspicarentur, fugam stragemque late dederant.* Liv. XXX. 18. *Ad quorum stridorem, odoremque & aspectum territi equi, vanum equestre prælium fecerant.*

34. *Pavidum ad omnia animal* quod vocat, de insolito tumultu, aut specie interpretare, cujus rei exemplum in Livio X. 28. *Essedis, carrisque superstans armatus hostis, ingenti sonitu equorum rotarumque advenit, & insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos. Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat: sternit inde ruentes equos, virosque improvida fuga. Turbata hinc etiam signa legionum: multique impetu equorum, ac*



Jam fugæ circumſpiciebant locum paulo ante victo- 24
res; quum Alexander Agrianos & Thracas leviter
armatos, meliorem [35] concurſatione [36], quam co-
minus, militem, emiſit in belluas. Ingentem ii vim 25
telorum injecere & elephantis, & regentibus eos.
phalanx quoque inſtare conſtanter territis cœpit. Sed 26
quidam avidius perſequuti belluas in ſemet inritavere
vulneribus. obtriti ergo pedibus earum [37], cæteris,
ut parcius inſtarent, fuere documentum. Præci- 27
pue terribilis illa facies erat, quum manu [38] arma
virosque conriperent [39], & ſuper ſe regentibus tra-
derent. Anceps ergo pugna nunc ſequentium, 28
nunc

ac vehiculorum raptorum per agmen obtriti anteſignani. Unde *ne armorum fremitum, & gladiorum ad clypeos reſonantium in pugna crepitum equi extimeſcant, eos ad ſtrepitum, & ſonitum aſſueſcere cogunt Perſæ, armataque cadaverum ſimulacra paleis farta eis ſubjiciunt, ut caſorum calcationem in bello ferre conſueſcant, ut ne rerum terribilium metu affecti ad rem militarem, quum neceſſitas poſtulat, inutiles ſint.* Aelian. de anim. XVI. 25. V. *Freinshemium.*

35. *Meliorem* i. aptiorem. Juſtin. v. 2. 7. *In conciliandis amicitiarum ſtudiis, quam in retinendis vir melior.* Virg. Aen. v 78.

Aut jaculo incedit melior, levibusve ſagittis.

36. *Concurſtatione* i. velitatione, nunc concurrendo, nunc refugiendo, moxque redeundo, *ſchermutſelinge.* V. *Raderum & Freinshemii Indicem.*

37. *Obtriti pedibus earum.* Diod. XVII. 88. *Poſt cum mole corporum, & roboris impetu elephantes in loco uteremur, Macedonum alii belluarum incurſu obtriti, una cum armis ſimul contuſis pereunt.*

38. *Manu* i. proboſcide, promuſcide, naſo, *de ſnuyte.* Non. I. 241. *Eſt porrecta corporis pars, inhærens naribus, quæ excepto homine in aliis animalibus invenitur.* Diodor. XVII. 88. *Manibus, quas proboſcides vocant.* Cicer. de N. D. II. *Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad paſtum.* Lucret. II. 536. v. 1302. *anguimanos* vocat elephantos, quia manus eſt illis tortilis, flexilis, lubrica, volubilis ſerpentis in morem. Caſſiod. X. 30. *In vicem manus promuſcidem vendit,* qui etiam ſtatim *naſutam manum belluæ* appellat. *Manus* dicuntur in beſtiis quæcunque membra, quibus earum loco uterentur. Ita Plin. VIII. 36. *Urſorum manus* vocat. V. *Freinshemii Indicem & Stewech. in Veget.* III. 24.

39. *Conriperent.* Diodor. XVII. 81. *Alii conrepti, inque altum elevati ſolo rurſum allidantur, indignamque mortem oppetunt,*

nunc fugientium elephantos, in multum diei[40] varium certamen extraxit: donec ſecuribus [id namque genus auxilii præparatum erat] pedes amputare
29 cœperunt. *Copidas* vocant gladios leviter curvatos falcibus ſimiles[41], queis adpetebant[42] belluarum manus. nec quidquam inexpertum non mortis modo, ſed etiam in ipſa morte novi ſupplicii[43] timor
30 omittebat. Ergo elephanti vulneribus tandem fatigati ſuos impetu ſternunt, & qui rexerant eos præcipitati in terram, ab ipſis obterebantur. Itaque pecorum modo[44] magis pavidi, quam infeſti, ul-
31 tra aciem exigebantur[45]; quum Porus deſtitutus a pluribus, tela multo ante præparata in circumfuſos ex elephanto ſuo cœpit ingerere, multisque eminus vulneratis, expoſitus[46] ipſe ad ictus undique pete-
32 batur. Novem jam vulnera[47] hinc tergo, illinc pectore

multi etiam inflictu dentium per totum corpus lanciati, illico vitæ jacturam faciunt.

40. *In multum diei.* Plutarch. Alex. f. 254. *Ita commiſſa pugna octava vix hora fuſi hoſtes.*

41. *Copidas falcibus ſimiles*, unde quas hic *copidas*, *falces* vocat IX. 2. 19. Leunclav. in Pandect. Turcic. c. 172. *Arabibus ſeife, Kilitſch Turcis dicitur is gladius, quem nos acinacem reddidimus. Leviter eſt incurvus, & quia non pungit, ſed cæſim ferit, apud Xenophontem, Græcisque cæteros Perſica tractantes, nomen copidis invenit.* Suidas cum Polybio in arte equeſtri *machæram* interpretatur. *Luſitanos* iis armat Strabo, *Gallos* Plutarchus, *venatores* Apulejus. V. *Freinshemii Indicem. Briſſon. de regn. Perſ.* III. 288. *Lipſ. Mil. Rom. Anal.* III. 3. *Rhodig. A. L.* VIII. 3.

42. *Queis appetebant belluarum manus.* Plin. VIII. 7. *Eorum promuſcidem facillime amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit.* Flor. I. 18. 9. *Jam quippe belluarum terror exoleverat, & Cajus Minucius quartæ legionis haſtatus unius proboſcide abſciſa, mori poſſe belluas oſtenderat.*

43. *Novi ſupplicii*, quod Curtius & Diodorus deſcribunt §. 39.

44. *Pecorum modo* &c. Arrian. V. 344. *Poſtquam vero belluæ defatigatæ non jam amplius validos impetus facerent, ſed ſtridorem tantum edentes, inſtar navis puppi inhibita pedem retro ferrent.*

45. *Exigebantur* i. expellebantur. Plaut. Mercat. Prol. *v.* 69. *Rut confeſtim exigi ſolitum a patre.*

46. *Expoſitus* i. illis obnoxius & patens, ut IX. 5. 9. V. *Freinshemii Indicem.*

47. *No-*

pectore exceperat[48], multoque ſanguine profuſo languidis manibus magis elapſa, quam excuſſa tela mittebat[49]. Nec ſegnius bellua inſtincta rabie, 33
nondum ſaucia invehebatur ordinibus; donec rector belluæ Regem conſpexit fluentibus[50] membris omiſſisque armis vix compotem mentis. Tum bel- 34
luam[51] in fugam concitat ſequente Alexandro: ſed equus[52] ejus multis vulneribus confoſſus deficiensque procubuit, poſito magis Rege, quam effuſo[53]. itaque dum equum mutat, tardius inſequutus eſt. Interim frater Taxilis[54] Regis Indorum præmiſſus 35
ab Alexandro, monere cœpit Porum, *ne ultima experiri perſeveraret, dederetque ſe victori.* At ille, quam- 36
quam exhauſtæ erant vires, deficiebatque ſanguis; tamen ad notam vocem excitatus: *agnoſco*, inquit, *Taxilis*

47. *Novem vulnera.* Juſtin. XII. 8. 5. *Porus multis vulneribus obrutus capitur.* Diodor. XVII. 88. *Porus, cum heroice depugnaſſet, præ multitudine vulnerum exſanguis, animo deficit, & viribus infractis e bellua ad terram delabitur.* Sed Arrian. V. 346. *in dextro humero, quem ſolum in pugna nudum tulerit, vulnus accepiſſe, quia lorica, & robore, & opere præ cæteris eximia facile a reliquo corpore tela propulſaverit, & converſo elephanto receſſiſſe* dicit.

48. *Novem vulnera exceperat* i. novies vulneratus fuerat. Petron. c. 1. *Hæc vulnera pro libertate excepi.* Noſter *n.* 37.

49. *Mittebat* i. jaciebat. Flor. I. 18. 6. *Ea namque ſpecies fuit illius belli, quaſi in terrigenas e cœlo ac nubibus tela mitterentur.* Noſter IX. 5. 8.

50. *Fluentibus* i. præ languore labentibus. Ita *buccas fluentes* dicit *Cic. de Orat.* II.

51. Belluæ *admirabilis quædam prudentia, & pro Rege ſolicitudo perſpecta eſt. Rege namque adhuc incolumi, hoſtes furens vaſtabat, proterebatque: ut vero plurimis jaculis ſaucium ſenſit, ne is deſſueret, veritus, ſenſim ſe humi genibus ſubmiſit. Inde paulatim ex corpore tela proboſcide eximebat.* Plutarch. Alex. f. 254. Quod & *Aelianum* narrantem V. §. 61.

52. *Equus*, Bucephalus, quem V. VI. 5. 18. Hunc *a Pori filio vulneratum interiiſſe* dicit *Arrian.* V. 336. qui tamen *p.* 350. & cum illo *Plutarch. Alex. f.* 254. dicit *interiiſſe non quidem ab aliquo vulneratum, ſed laboribus pariter atque ætate fractum, & trigeſimum annum, quum hæc defatigatio ei accideret, egiſſe.*

53. *Effuſo*, i. cum impetu projecto, quod *excutere* Noſter *n.* 7. III. 11. 11.

54. *Taxilem* ipſum fuiſſe tradit Arrian. V. 348. *Ac primum qui-*

Taxilis fratrem imperii regnique sui proditorem : & telum, quod unum forte non effluxerat [55], contorsit [56] in eum, quod per medium pectus penetravit
37 ad tergum [57]. Hoc ultimo virtutis opere [58] edito fugere acrius cœpit : sed elephantus quoque, qui multa exceperat tela, deficiebat. itaque sistit fu-
38 gam, peditemque sequenti hosti objecit. Jam Alexander consequutus erat, & pertinacia Pori cognita, vetabat *resistentibus parci*. Ergo undique & in pedites, & in ipsum Porum tela congesta sunt:
39 queis tandem gravatus [59] labi ex bellua cœpit. Indus [60], qui elephantum regebat, descendere eum ratus, more solito elephantum *procumbere* jussit *in genua* [61]; qui ut se submisit [62], cæteri quoque, ita enim

quidem Taxilem Indum ad eum mittit. Qui quum adequitasset, seque Poro, quantum per elephantum, qui eum gestabat, tutum erat, conjunxisset, & Porum rogasset, ut sisteret elephantum, & Alexandri postulata acciperet, viso Taxile vetere hoste, &c.

55. *Effluxerat* i. missum, projectum fuerat.

56. *Contorsit*, heeft geschoten. Virg. Aen. v. 520.

Qui tamen ætherias telum contorsit in auras.

57. *Per pectus penetravit ad tergum*. Aliter Arrian. v. 348. *Viso Taxile vetere hoste, conversus in eum ferebatur, tanquam lancea petiturus. Et quidem fortassis interfecisset, nisi ille confestim cum equo e Pori conspectu se proripuisset.*

58. *Ultimo virtutis opere*. Simili re, styloque Liv. x. 35. *Hoc edito velut ultimo virtutis opere, Annibal quum Adrumetum refugisset*. Quod hi *ultimum virtutis opus*, id *extremam virtutem* appellat Statius, ubi Tydeus:

Nec me virtus extrema fefellit.
V. *Freinshemium*.

59. *Telis gravatus* dicitur, qui multa excepit, tanquam pondus aliquod grave. Ita *Thala armis gravis* dicitur *Flor.* III. I. II. quia in illa multa erant arma.

60. *Indus* i. elephanti rector, magister. Ita *Indorum* nomine artem, & scientiam belluas regendi intelligit *Aelian.* VI. 56. XVII. 29. Evidens hujus notionis exemplum est in *Macchab.* I. 6. 37. cum *Indo magistro bestiæ*. *Magister bestiæ* enim explicant vocem *Indus*. In Græco textu clare : καὶ ὁ ἰνδὸς αὐτῷ.
V. *Freinshemii Indicem*.

61. Elephantum procumbere *in genua jubet minimus Aethiops*. Senec. Epist. 85. In illa subsedisse Pori elephantum prodidit quoque Aelian. de anim. VII. 37. *Poro Indorum Rege in prælio, quod cum Alexandro commisit, multis etiam ipse sagittis vulneratus, defixa tamen in corpore Pori tela, leniter & caute promuscide extrahere non prius destitit, quam dominum intellexisset, ex redundanti sanguinis profusione, debilitare & evanescere. Itaque leniter & sensim se demisit, ac ita humi mansit, ut ne alto decidens Pori corpus gravi casu affligeretur.*

62. *Submisit* n. in terram, *demisit corpus in terram*, ut mox Noster.

63. *Cæteros* n. elephantos.

64. *Victoribus tradidit*, ut victoriam Crotoniatis tradiderunt Sybaritarum equi apud Aelian. de anim. XVI. 23. *Equi Sybaritis instituti erant, ut inter epulas ad tibiarum numeros saltarent. Quod quum scirent Crotoniatæ, & bellum adversus eos gererent, tibicines secum in aciem adductos, cum jam intra sagittæ ictum ab hoste abessent, numeros saltationi aptos inflare jusserunt. Quibus auditis Sybaritarum equi, saltationis domesticæ memoria, tanquam in mediis versarentur conviviis, excussis sessoribus saltare, & tripudiare cœperunt, & confuso Sybaritarum ordine, stragis & cladis causa suis fuerunt dominis.*

65. *Dominum tueri, & spoliantes adpetere*, ut ille, de quo Aelian. de anim. III. 46. qui *hominum more acerrime se tuentium, pro suo nutricio, quem corpore tegebat, eum propugnavit, tum vero ex invadentibus partim occidit, partim in fugam impulit : tum altorem suum promuscide circumplexus, ad stabula invexit.*

66. *In vehiculum Porus imponitur*. Aliter Arrian. v. 348. *Alexander alios atque alios submittebat, & in iis Meroem hominem Indum, quod veterem ei cum Poro amicitiam intercedere accepisset. Porus Meroïs oratione audita, & quod vehementi siti premebatur, cum elephanto substitit, atque ex eo descendit. Quumque bibisset, ac nonnihil respirasset, continuo illum ad Alexandrum adducit.*

67. *Malum*, est adverbium interpositæ indignationis. Terent. Heaut. II. 3. 77.

Quas, malum, ambages mihi narrare occipit.

68. *Sur-*

nim instituti erant, demisere corpora in terram. ea res & Porum, & cæteros [63] victoribus tradidit [64]. Rex *spoliari corpus Pori*, interemptum esse credens, 40
jussit, &, qui detraherent loricam vestemque, concurrere; quum bellua dominum tueri & spoliantes cœpit adpetere [65], levatumque corpus ejus rursus dorso suo imponere. Ergo telis undique obruitur, confossoque eo in vehiculum Porus imponitur [66]. Quem Rex ut vidit adlevantem oculos, non odio, 41
sed miseratione commotus, *Quæ, malum* [67], inquit, *amentia te coegit rerum mearum cognita fama, belli fortunam*

tunam experiri; quum Taxiles esset in deditos clementiæ
42 *meæ tam propinquum tibi exemplum?* At ille, *Quoniam*, inquit, *percontaris, respondebo ea libertate, quam interrogando fecisti. Neminem me fortiorem esse censebam. meas enim noveram vires, nondum expertus tuas: fortiorem esse te, belli docuit eventus. Sed ne sic quidem pa-*
43 *rum felix sum, secundus tibi.* Rursus interrogatus [68], *quid ipse victorem statuere debere* censeret; *quod hic*, inquit, *dies tibi suadet: quo expertus es, quam cadu-*
44 *ca* [69] *felicitas esset.* Plus monendo profecit, quam si precatus esset. quippe magnitudinem animi ejus interritam, ac ne fortuna quidem infractam [70], non misericordia modo, sed etiam honore excipere di-
45 gnatus est. ægrum curavit haud secus, quam si pro ipso pugnasset: confirmatum contra spem omnium in amicorum numerum recepit: mox donavit am-
46 pliore regno, quam tenuit [71]. Nec sane quidquam ingenium ejus solidius [72] aut constantius habuit, quam admirationem veræ laudis & gloriæ [73]: simplicius

68. *Rursus interrogatum* Porum respondisse, *ut me regie tractes Alexander, & omnia iis, quæ dixisset, cantineri* dicunt *Arrian.* v. 349. *Plutarch. Alex. f.* 254.

69. *Caduca* i. fragilis, ruinæ proxima, *bros, verganckelijck.* Cic. Somn. Scip. *Infra Lunam nihil est nisi mortale & caducum.*

70. *Infractam fortuna* i. infortunio fractam. Liv. IV. *Is demum vir erit, cujus animum nec prospera fortuna flatu suo efferet, nec adversa infringet.* V. VI. 2. 21. §. 54.

71. *Donavit ampliore regno, quam tenuit.* Ita & Arrian. v. 342. *Poro regnum Indorum restituit, & ultra pristinum imperium, aliam ei regionem vetere ampliorem adjecit. Adjecit* vero Poro, ut ex *Plin.* VI. 17. *Strab.* XV. 437. *Arrian.* V. 350. probat Freinshemius, *regionem, quæ inter Hypanim est & Hydaspen, & novem nationes habere dicitur, civitates ad quinque millia, non minores Co in Meropide. Viribus restitutum, in regni, quod tenuerat, possessionem collocatum*, esse duntaxat scribunt *Diod.* XVII. 89. *Justin.* XII. 8.

72. *Solidius* V. IX. 2. 14. §. 26.

73. *Gloriæ*, quam hoc facto abstulit Alexander. Senec. de Clem. I. 21. *Si regnum quoque suum tuto relinqui apud victum potuit, reponique eo, unde deciderat, ingenti incremento surgit laus ejus, qui contentus fuit ex Rege*

plicius [74] tamen famam æstimabat in hoste, quam in cive [75]; quippe a suis credebat magnitudinem suam destrui [76] posse; eamdem clariorem fore, quo majores fuissent, quos ipse vicisset [77].

Q. CUR-

Rege victo nihil præter gloriam sumere.

74. *Simplicius* i. sincerius, candidius. Plin. Epist. III. 4. *In quo mihi æque jucunda erit simplicitas dissentientis, quam comprobantis auctoritas.* X. 24. *Non est simplicitatis meæ dissimulare.* Ovid. de Pont. III. 3. 100.

Pectus & Herculeæ simplicitatis habes.

V. *Freinshemii Indicem.*

75. *In hoste, quam in cive* i. ab hoste collectam, quam a suis, quos experimento sæpius cognorat obtrectare laudibus suis. Documento erant Clitus, Callisthenes, &c. Quamvis enim & suis admirationi esse poterat, tamen suspecta erant præconia, an e sincero pectore proficiscerentur, nihilque adulationis, aut simulationis admixtæ haberent. V. *Raderum.*

76. *Destrui* i. corrumpi, in nihilum redigi. Tacit. Ann. IV. 18. 3. *Destrui per hæc fortunam suam, imparemque tanto merito rebatur.* Quintil. Instit. Orat. V. 7. *testes destruere* est illorum auctoritatem minuere, & ostendere iis esse moribus, ut ad testimonium recipiendum non sint admittendi. *Destruere* proprie est, quod struxeris, dejicere. Cic. de Senect. *Ut navem, ut ædificium idem destruit facillime, qui construxit.*

77. *Fore clariorem, quo majores fuissent, quos ipse vicisset.* Maximam enim e victoria de Poro relata laudem sibi quæsisse visus est, quem Regum & hostium maximum & potentissimum videri voluit, cum dixit n. 14. *Tandem par animo meo periculum video.*



Soli

Q. CURTII RUFI DE REBUS ALEXANDRI MAGNI, REGIS MACEDONUM, LIBER IX.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Victimis Soli cæsis ad bellum adhuc instans militem spe prædæ pro concione hortatur, in Hydaspis ripa urbes condit, ad Abisarem venire gravatum, & Indiæ, quam describit Auctor, interiora procedit, multas gentes fluminis Hydraotis accolas subigit, & Sophitem, cujus habitum, gentisque mores Auctor describit, Phegolamque ad Hypasin colentem, sese dedentes recipit Alexander.

1 ALexander tam memorabili victoria lætus, qua sibi Orientis fines apertos esse censebat, Soli victimis cæsis[1]; milites quoque, quo promptioribus animis reliqua belli munia obirent[2], pro concione laudatos docuit, *quidquid Indis virium fuisset,*

Soli victimas cecidisse docet & Diodor. XVII. 89. *Solem præterea, cujus beneficio partes Orientis subegisset, sacrificio veneratur.* Arrian. V. 351. *Sacrificia consueta Diis pro victoria fecisse, & ludos, gymnicos, atque equestres ad Hydaspis ripam, eo loco quo primum cum exercitu trajecit, habuisse* tradit.

2. *Obirent* i. exsequerentur, perficerent. Cic. pro Arch. *Quantum cæteris ad res suas obeundas conceditur temporis.*

3. *Dimicatione* i. pugna. Cic. de Orat. *Nos jam in aciem, dimicationemque veniamus.* V. III. II. 5.

4. *Celebratas* i. plurimas, tot ut de illis homines frequenter sermonem serant, & fama loquatur. Ita *res celebratissimas* dicit Cicer. Phil. II. *Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium versari.* V. V. I. 4. §. 7. III. 7. 3. §. 18.

5. *Obsoleta.* V. IX. 6. 14. §. 18.

6. *Pollicentur operam.* Aliter Plutarch. Alex. f. 254. *Ex eo prælio obtusior Macedonibus factus animus. Quæ res illos, ne ad interiora Indiæ penetrarent, reprimebat, haud immemores, quanto cum labore viginti peditum millibus, duobus equitum instructissimas Pori acies profligaverint.*

7. *Finem terrarum.* Senec. Suas. I. *Ita est, Alexander, rerum Natura: post omnia Oceanus, post Oceanum nihil.*

8. *Mare inviseret.* Diod. XVII. 89. *Nam simul ac terminos Indiæ attigisset, subactis illic gentibus, per flumen ipsum intrare Oceanum animo conceperat.* Unde, an Oceanum navigare velit, deliberat apud Senec. Suas. I.

9. *In proximis montibus erat.* Diodor. XVII. 89. *Multum vicini montes abietis procerae, nec parum cedri ac piceæ, adeoque largam materiæ navibus construendis idoneæ copiam sufficiebant.* quod & Strab. XV. 433.

10. *Magnitudinis inusitatæ serpentes*, quos *ad sedecim cubitorum longitudinem porrectos* fuisse dicunt Diod. XVII. 90. Aelian. de anim. XVII. 2. Arrian. rer. Indic. p. m. 538. qui & addit fuisse *maculosos, magnæque velocitatis. Indos* quoque *affirmare, multo majores his apud se nasci eos, qui maximi sint.*

11. *Erant*, non illic nati VIII. 9. 16. sed ex Aethiopia forte transportati VIII. 9. §. 57.

12. *A Græcis*, quibus componitur

fuisset, illa dimicatione[3] *prostratum. cæteram opimam prædam fore, celebratasque*[4] *opes in ea regione eminere, quam peterent. proinde jam vilia & obsoleta*[5] *esse spolia de Persis: gemmis margaritisque, & auro atque ebore Macedoniam Græciamque, non suas tantum domos repleturum.* Avidi milites & pecuniæ & gloriæ; simul 3
quia nunquam adfirmatio ejus fefellerat eos, pollicentur operam[6]: dimissisque cum bona spe, *navigia ædificari* jubet, *ut, quum totam Asiam percurrissent, finem terrarum*[7] *mare inviseret*[8]. Multa materia na- 4
valis in proximis montibus erat[9]; quam cædere adgressi, magnitudinis inusitatæ reperere serpentes[10]. Rhinocerotes quoque, rarum alibi animal, in iis- 5
dem montibus erant[11], cæterum hoc nomen belluis eis inditum a Græcis[12]: sermonis ejus ignari aliud lingua

6 lingua [13] ſua uſurpant. Rex duabus urbibus conditis in utraque fluminis [14], quod ſuperaverat, ripa [15]; copiarum duces coronis [16] & mille aureis [17] ſingulos donat: cæteris quoque portione [18] aut gradus, quem in militia obtinebant [19]; aut navatæ [20]
7 operæ, honos habitus eſt. Abiſares, qui prius, qnam

nitur ex ῥὶς ſeu ῥὶν, ῥινὸς, *naſus*, & κέρας *cornu*. Aelian. XVII. 44. *Quod in ſumma nare cornu gerit, cujus mucro acutus exiſtit, ex eo nomen traxit.*

13. *Lingua* Indorum *ſandabenamet*, Hebræorum *reem*, Chaldæorum *karas*, vel *karaſas*. Latinorum *bos*, vel *taurus Aethiopicus* vocatur. V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium*.

14. *Fluminis* Hydaſpis. Poſita enim ſunt juxta locum, in quo cum Poro pugnaverat. Strab. XV. 433. *Sylva eſt prope Emodos montes, ex qua Alexander multam abietem, & pinum, & cedrum, & varias alias arbores in Hydaſpen deduxit, & quibus claſſem conſtruxit juxta urbes in utraque fluminis ripa ab eo conditas, ubi Porum vicit.*

15. In utraque ripa, *unam in ripa fluminis ulteriore, ubi transmiſerat: alteram, ubi Porum acie vicerat.* Diodor. XVII. 89. & 95. *Atque illam quidem a victoria adverſus Indos parta Nicæam appellavit: alteram Bucephalam, in equi ſui Bucephali memoriam.* Arrian. V. 350. Strab. XV. 433. Juſtin. XII. 8. 8. Noſter IX. 3. 23. *Bucephalæ* meminerunt quoque *Plutarch. Alex. f.* 254. *Plin.* VI. 20. *Aelian. de anim.* XVI. 3. *Gell. N. A. V.* 2. *Heſych. p.* 196.

16. *Coronis*, ut victores, quia victoriæ ſymbolum eſt *corona*, unde Græci vocant στεφάνης ἐπινικίους, & quempiam *coronare* eſt illum victorem pronuntiare, quod ſuſius perſequitur *Paſchal. de coron.* VII. 5.

17. *Mille aureis*, ut donativo. *Mille aureos* exponi per *quinquaginta ſeſtertia*, de quibus VIII. 6. 19. §. 49. putat *Scalig. de re numm. p.* 73.

18. *Portione* i. proportione, inter ſeſe comparatione. Cicero Timæo: *Id aptime aſſequitur, quæ Græce* ἀναλογία, *Latine* (*audendum eſt enim, quoniam hæc primum a nobis novantur*) *comparatio, proportiove dici poteſt.* Varro L. L. IX. 1. *Dicam, quid ſit ſimile ac diſſimile, quid ratio, quam appellant* λόγον, *quid proportio, quod dicunt* ἀνάλογον, *quid conſuetudo.* In ædium compoſitione quid ſit *proportio*, docet *Vitruv.* III. 1. Portionem pro proportione ſæpius *Plinius* & Noſter VII. 11. 12.

19. *Obtinebant* i. habebant, tuebantur. Cic. Fam. I. 8. *Te facillime poſſe obtinere ſummum atque altiſſimum gradum civitatis.*

20. *Navatæ* i. collatæ, adhibitæ, gnavo animo præſtitæ. Cic. Fam. III. 10. *Ut quum hic tibi ſatisfecerimus, iſtic quoque noſtram in te benevolentiam navare poſſimus. Navare*, verbum a nautis tractum, eſt alicui ſtudioſe adjumento

quam cum Poro dimicaretur, legatos ad Alexandrum miſerat; rurſus alios miſit, pollicentes, *omnia facturum, quæ imperaſſet, modo ne cogeretur corpus ſuum dedere* [21]; *neque enim aut ſine regio imperio victurum: aut regnaturum eſſe captivum.* Cui Alexander *nunciari* 8
juſſit; *ſi gravaretur ad ſe venire, ipſum ad eum eſſe venturum* [22]. Hinc Poro amneque [23] ſuperato ad interiora Indiæ proceſſit. Sylvæ erant prope in immen- 9
ſum ſpatium diffuſæ [24], procerisque & in eximiam alti-

jumento eſſe. Naves enim, cum ex navalibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent. V. *in Lexico Spiegelium.*

21. *Corpus ſuum dedere*, quod timeret, ne Alexander memor inconſtantiæ ipſius, & perfidiæ, in ipſum *corpus* animadverteret, aut certe ſe regno privaret. Legatos enim miſerat ante pugnam ad Alexandrum, qui Regis nomine provinciam illi dederent VIII. 13. 1. poſt mutato conſilio Poro auxilia promiſit VIII. 14. 1. & illo victo rurſus hos ablegavit, qui omnia, præter *corpus* regium dederent. Ita *præter ſuam, liberorumque vitam omnia Metello dedit* Jugurtha apud *Salluſt. Jugurth.* c. 46. & 47. V. *Raderum.*

22. *Eſſe venturum* n. exitio ipſius. Quo territus Abiſares videtur ipſe Alexandro ſe coram ſtitiſſe, quod Diodorus videtur docere XVII. 90. *Dehinc Embiſarum, qui auxilium Poro ferendum procraſtinaverat, Alexander terrore incuſſo, ad imperata faciendum adegit. Morbo impeditum non veniſſe* docet Arrian. V. 376. *In hoc rerum ſtatu Arſaces, provinciæ Abiſari finitimæ præſes, & frater Abiſaris, aliique amici ad eum venerant, dona adferentes, quæ apud Indos cenſentur maxima: elephantos etiam ab Abiſare miſſos triginta: Abiſarem morbo impeditum venire non potuiſſe dicentes. Quod quum & legati, qui ab Alexandro ad Abiſarem miſſi fuerant, confirmarent, facile perſuaſus, rem ita ſe habere, Abiſarem provinciæ ipſius ſatrapam conſtituit, atque Arſacem Abiſaris imperio adjunxit.* V. *Raderum.*

23. *Amne*, Aceſine. Nam inter Hydaſpen & Hydraoten, de quo *n.* 13. §. 33. Aceſinem eſſe conſtat ex *Strabone.* Quin & diſerte *Arrian.* V. 353. narrat, eum hoc tempore Aceſinem transiviſſe, & in alterum Porum, illius magni patruelem expeditionem feciſſe, ut apud *eundem* legere eſt *p.* 356. Hujus Pori, quem Curtium in his poſtremis libris valde properantem, & quædam magna negotia omnino prætermittentem, quædam leviter attingentem, quod hic quoque factum, hoc numero intellexiſſe conjicimus, meminerunt quoque *Diodor.* XVII. 91. & *Strabo* XV. 435. Videſis & *Freinshemium.*

altitudinem [5] editis arboribus umbrosæ [26]. plerique rami instar ingentium stipitum flexi in humum, rursus, qua se curvaverant, erigebantur [27] adeo, ut species esset non rami resurgentis, sed arboris ex
11 sua radice generatæ. Cœli temperies salubris: quippe & vim Solis umbræ levant; & aquæ largæ ma-
12 nant e fontibus. Cæterum hic quoque serpentium [28] magna vis erat, squamis [29] fulgorem auri reddentibus [30], virus [31] haud ullum magis noxium est: quippe morsum præsens [32] mors sequebatur;
13 donec ab incolis remedium [33] oblatum est. Hinc per

24. *In immensum diffusæ*, quia pro magnitudine arborum extendebantur. V. IV. 1. 1. §. 1.

25. *In eximiam altitudinem.* Diod. XVII. 90. *Insoliti hic generis arbores erant, ad septuaginta cubitos in altum editæ, & crassitie tanta, ut difficulter quatuor illas viri complecterentur.*

26. *Umbrosæ.* Diodor. XVII. 90. *Umbram ad tria plethra* (ccc. pedes) *de se projectabant.* V. v. 4. 9. §. 26.

27. *Flexi in humum rursus erigebantur.* Strab. XV. 426. *Onesicritus refert, arbores quasdam ingentes esse, quarum rami cum ad duodenos cubitos creverint, reliquum incrementum pronum faciunt deflexi, quousque terram contingant. Deinde terram ingressi radices agunt, veluti propagines: mox rursus in truncum exeunt: a quo postquam aucti fuerint, inde flectuntur, & aliam propaginem efficiunt, & deinde aliam, & sic deinceps, ut ab una arbore umbraculum fiat tabernaculo multicolumnio simile.*

28. *Serpentes* hos describit Diod. XVII. 90. *In hoc etiam tractu magna vis serpentum erat, qui specie quidem exiles, sed varietate corporum insignes erant; nam alii virgas ænei coloris* (*fulgorem auri reddidisse* dicit noster) *specie sua exhibebant: alii densam, pilisque hirsutam, arrigebant cristam.*

29. *Squamis* i. serpentum integumentis, *schubben.* Plin. IX. 12. *Aquatilium tegmenta plura sunt: alia teguntur squamis, ut pisces.*

30. *Fulgorem reddentibus*, schemerende. *Fulgore auri collucere* dicit *Cic. Verr.* VI.

31. *Virus* i. venenum. Lucret. II. 852.

Suo contactos perdere viro.

Noster X. 10. 17. Serv. Georg. I. 129. *Bene ad discretionem epitheton* (*malum*) *addidit. Nam virus & bonum & malum est, sicut venenum. Sane virus hodie tres tantum casus habet: hoc virus, hoc virus, o virus. Antiqui hujus viri dicebant.* Lucret. II. 475. *Tetri primordia viri.*

32. *Præsens mors* i. quæ maturatur, statim sequitur. Virg. Aen. I. 95.

Præsentemque viris intentant omnia mortem.

Ita

per deserta ventum est ad flumen Hydraoten [34]. junctum erat flumini nemus, opacum arboribus alibi inusitatis [35], agrestiumque pavonum [36] multitudine frequens. Castris inde motis oppidum haud procul 14
positum [37] corona capit; obsidibusque acceptis stipendium imponit. Ad magnam deinde, ut in ea regione,

Ita *pœnam præsentem* dicit Cicero de Divin. II. *præsentem ultionem* Liv. XL. 7. & emendante Heinsio Flor. III. 1. 9. *præsens supplicium* Sil. XIV. 220.

Et qui præsenti domitant perjura Falisci
Pectora supplicio.

Præsens periculum Noster V. 9. 1. IX. 7. 9. V. & *Græv. ad Florum.* Diod. XVII. 90. *Mors extemplo sequebatur. Si quis ictus esset, horrendis torquebatur doloribus, & cruentus per totum corpus sudor profluebat.*

33. Remedium *adversus morsum Indici serpentis, neminem Græcorum invenisse: ipsos tamen Indos, eos, qui morsi essent, curasse* scribit Arrian. rer. Indic. p. m. 538. *India* enim *herbas defendentes a venenatorum morsum pernicie gignit: ad quarum usum & scientiam tantopere periti sunt indigenæ, ut quodnam medicamentum cuique serpentum adversetur, probe teneant: simul & ne acerrima veneni vis celerrime per corpus manet, neve id ipsum conficiat, præsens sibi mutuo ferunt auxilium, quod necessarium regio ipsa abunde submistrat.* Aelian. de anim. XVI. 32. *Radicem quamdam* in remedium datam fuisse dicit Diod. XVII. 90. *Macedones igitur ægre contra hanc pestem se tutantes, lectos ex arboribus habentes suspensos majorem noctis partem insomnem ducebant: donec ab incolis de remedio veneni radice quadam edocti, malo isto liberati sunt.*

34. Hydraoten, *alium Indiæ fluvium, latitudine quidem Aceſine nihilo minorem, cursus vero rapiditate inferiorem.* Arrian. V. 357. *Hyarotidem* appellat Strab. XV. 432. & Indiæ amnes hosce hoc disponit ordine: *Post Cophem erat Indus, postea Hydaspes, postea Acesines, & Hyarotis, postremo Hypanis.*

35. *Arboribus alibi inusitatis.* Strab. XV. 426. *Refert Aristobulus, arborem esse non magnam, quæ magnas siliquas habeat, ut faba, denorum digitorum longitudine, mellis plenas: quas qui ederint, non facile evadant mortem. Qui dixerunt trans Hyarotidem visam fuisse arborem, quæ umbram in meridie faceret quinque stadiorum, cunctos exsuperant de arborum magnitudine*, &c.

36. *Agrestis pavo* Græcis ταὼς ἄγριος vocatur, Latinis recentioribus *Vanellus*, een kievit, Aristoteli ἀὶξ, vulgo *capella. Avis est pulchra, columbina magnitudine, cristato capite, ut pavo, in collo viridi colore & lucente, reliquo corpore varia.* V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

regione, urbem [38] pervenit, non muro solum,
15 sed etiam palude munitam [39]. Cæterum barbari
vehiculis inter se junctis [40] dimicaturi occurrerunt:
aliis tela, aliis hastæ, aliis secures erant; transiliebantque in vehicula strenuo saltu, quum succurre-
16 re laborantibus [41] suis vellent. Ac primo insolitum genus pugnæ [42] Macedonas terruit, quum eminus vulnerarentur: deinde spreto tam incondito auxilio, ab utroque latere vehiculis circumfusi repugnantes
17 fodere cœperunt. Et *vincula, queis conserta* [43] *erant*, jussit [44] *incidi* [45], *quo facilius singula circumvenirentur*. itaque

37. *Oppidum haud procul positum videtur fuisse* dictum *Pimprama*. Arrian. v. 358. *Secundis castris ab Hydraote fluvio ad urbem pervenit, cui Pimprama nomen est. Ea Indorum gens Adraistæ vocabantur. Ii statim pactionibus deditionem fecerunt.*

38. *Ad magnam urbem*, cui *Sangala* nomen fuit. Arrian. v. 358. *Alexander postero die militibus ad quietem dato, tertio die Sangala profectus est.* Urbem hanc *multis periculis tandem vix expugnatam incendit, & solo æquavit.* Diodor. XVII. 91. Arrian. v. 364.

39. *Muro, & palude munitam.* Arrian. v. 361. *Murus in circuitu amplior erat, quam ut ab exercitu totus in orbem cingi posset. Vacuis vero peditatu locis (ubi & stagnum quoddam non procul a muris situm erat) equitatum circumduxit, sciens stagnum id parum profundum esse.*

40. *Inter se junctis* i. *in orbem connexis*, ut loquitur Veget. III. 10. *Omnes barbari carru suis in orbem connexis, ad similitudinem castrorum, securas a superventientibus exigunt noctes.* Cæs. B. G. I. 2. 63. *Propterea, quod pro vallo carros objecerant.* Flor. III. 3. 16. *Quum objectis undique plaustris atque carpentis pugnarent. Construere carros* dicit Sisen. Hist. IV. *Impedimenta collocant omnia, construunt carros.* Quod recentiores dixerunt *carraginem*, een wagenburgh. Vopisc. Aurelian. c. 11. *Quærere præterea, ubi carrago sit hostium.* Hanc vero *carraginem* in colle ante urbem fecerunt. Arrian. v. 358. *Tertio die Sangala profectus est, ubi & Cathæi, aliique his finitimi, qui sese iis conjunxerant, ante urbem in colle non omnino arduo instructa acie stabant. Hunc collem veluti triplici vallo in orbem curribus dispositis munierant, castris in medio locatis.*

41. *Laborantibus* i. in prælio periclitantibus. Cic. Fam. I. 1. *Laboratur vehementer* i. in magnum discrimen est ventum.

42. *Insolitum genus pugnæ.* Cæs. Bell. Gall. IV. 34. 1. *Quibus rebus, perturbatis nostris novitate pugnæ, Cæsar auxilium tulit.* V. IV. 13. 5. §. 11.

43. *Conserta* i. colligata, conjuncta. Virg. Aen. III. 467. *Loricam*

itaque octo millibus suorum amissis in oppidum refugerunt. Postero die scalis undique admotis muri 18
occupantur [46]: paucis pernicitas saluti fuit. qui cognito urbis excidio paludem transnavere [47], & in vicina oppida ingentem intulere terrorem; *invictum exercitum, & Deorum profecto adventisse* memorantes. Alexander ad vastandam eam regionem Perdicca 19
cum expedita manu misso; partem copiarum [48] Eumeni [49] tradit, ut is quoque barbaros ad deditionem compelleret: ipse cæteros ad urbem validam [50], in quam aliarum quoque confugerant incolæ, duxit. Oppidani missis, qui Regem deprecarentur, ni- 20
hilominus bellum parabant. quippe orta seditio in diversa

Loricam confertam hamis, auroque trilicem.

44. *Jussit* n. Alexander.

45. *Incidi* i. resecari, amputari. Virg. Ecl. III. 11. *Atque mala vites incidere falce novellas.*

46. *Scalis admotis muri occupantur*, quod paulo fusius Arrian. v. 361. & 363. *Alexander urbem (ea parte, qua stagnum impediebat, excepta) duplici vallo in orbem cingit, & accuratiores ad circuitum stagni custodias locat. Ipse tormenta muris admovere, eosque quatere statuit: quibus nondum quassatis, sed lateritio muro suffoso, scalisque omni ex parte admotis, urbem vi capit.*

47. *Paludem transnavere.* Arrian. v. 362. *Barbaros* quidem *sub quartam noctis vigiliam, portis, quæ ad stagnum, qua parte vallum desinebat, vergebant, effusos*, sed *a Ptolomæo, qui eo loco confederat, & multis curribus, qui in prima illa fuga relicti fuerant, collectis transversos eos in via disposuerat, ut plures fugientibus per noctem difficultates apparerent*, rejectos, *rursus in urbem confugisse*, & illorum *quingentos in ea fuga cæsos esse* scribit.

48. *Partem copiarum*, Arrian. v. 363. *Eumenem scribam ad duas urbes, quæ una cum Sangalis defecerant, mittit, trecentis equitibus ei adjunctis, qui oppidanis denuntient, Sangala urbem ab se expugnatam. Nihil vero ipsis sinistri eventurum, si Alexandri imperium non detrectantes amice eum excipiant; ut nec aliis Indis libere viventibus accidisset, qui voluntariam deditionem fecissent.*

49. *Eumenes* fuit *Cardianus* i. e Cardia Thraciæ urbe oriundus. *Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi Amyntæ filii, qui eum habuit ad manum loco scribæ* (quem *Cancellarium* ad Nepotis Eumenem interpretatur *Ernstius*). *Hunc locum tenuit amicitiæ apud Philippum annos septem. Illo interfecto eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. Novissimo tempore præ-*

diversa consilia diduxerat [51] vulgum; alii omnia deditione potiora; quidam nullam opem in ipsis esse
21 ducebant. Sed dum nihil in commune consulitur, qui deditioni imminebant, apertis portis hostem re-
22 cipiunt. Alexander, quamquam belli auctoribus jure poterat irasci; tamen omnibus venia data [52], & obsidibus acceptis, ad proximam deinde urbem ca-
23 stra [53] movit. Obsides ducebantur ante agmen. quos quum e muris adgnovissent, utpote gentis ejusdem, in colloquium convocaverunt. Illi *clementiam Regis simulque vim* commemorando [54], ad deditionem eos compulere: cæterasque urbes simili
24 modo deditas in fidem accepit. Hinc in regnum [55] Sophitis [56] perventum est. Gens, ut barbari [57],
25 sapientia excellit, bonisque moribus regitur. Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt [58] aluntque;

fuit etiam alteri equitum alæ, quæ hetærice appellabatur. V. *Nep. Eum.* 1. 1. 5. & 6.

50. *Validam* i. munitam. Sallust. Hist. 1. *Urbem validam, multos dies restantem, pugnando vicit.* Cato R. R. c. 1. *Oppidum validum prope siet, aut mare,* &c. Noster IX. 8. 13.

51. *Diduxerat* i. divulserat, distraxerat. Cic. Invent. II. *Diducere in contrarias partes.*

52. *Omnibus venia data.* Diod. XVII. 91. *Aliud deinde oppugnare aggressus, cum supplicum habitu cives deprecarentur, impunitam illis concessit.*

53. *Proximam urbem*, quam *Petam* fuisse dictum ex *Polyæni Stratag.* IV. 3. suspicatur *Popma.*

54. *Clementiam, simulque vim commemorando.* Ita *Dinis, longo usu vim atque clementiam Romanorum edoctus, ponenda arma disserebat*, apud *Tacit. Annal.* IV. 50. 1.

55. *Regnum, Catheam appellat, & inter amnes Hydaspen & Acesinem* collocat *Strab.* XV. 434.

56. *Sophites* etiam *Sopites* dicitur Straboni, & Diod. XVII. 92. *Sophithus* Arrian. VI. 380. *fuit unus ex Nomarchis*, Strab. XV. 434.

57. *Ut barbari* i. ut solent barbari. Flor. IV. 12. 54. *Nec temere sumtus, ut barbaris, impetus.* Cic. Fam. I. 1. *Ut in rebus exulceratis, ita versamur.* Noster *n.* 14. Exempla plurima collegit in suis *ad Curtium, & Florum indicibus Freinshemius*, & ad *Florum* III. 2. *Grævius.*

58. *Tollunt* i. suos agnoscent. Infans non habebatur legitimus, nisi pater præsens, vel eo absente, procurator pro eo, infantem terra levasset, & sinui imposuisset. Itaque *tollere* infantem est suum agnoscere, alere in spem

que; sed eorum quibus, spectandi infantium habitum cura mandata est. Si quos insignes [59] aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, necari jubent [60]. Nuptiis coeunt, non genere ac nobili- 26
tate conjunctis, sed electa corporum specie [61]; quia eadem æstimatur in liberis. Hujus gentis oppidum, 27
cui Alexander admoverat copias, ab ipso Sophite obtinebatur. clausæ erant portæ; sed nulli in muris turribusque se armati ostendebant: dubitabantque Macedones, deseruissentne urbem incolæ, an fraude se occulerent: quum subito patefacta porta, Rex 28
Indus

spem familiæ, & hæredem habere; *non tollere*, familia ejicere, abdicare, aut exponere. Seneca apud Lactant. I. 16. *Quid ergo est, quare apud Poetas sævissimus Jupiter deserit liberos tollere?* Terent. Heaut. IV. 1. 14.

Si puellam parerem, nolle tolli.

Noster X. 3. 11. V. *Demster. ad R.* II. 19. *Pontan. in Ovid. Trist.* IV. 3. 46. *Lacerd. Virg. Æn.* IX. 203. *Turneb. Adv.* IV. 15. *Calvin. in Senec. de Clement.* I. 13.

59. *Insignes* i. inusitato naturæ dehonestamento notabiles. Sueton. Aug. c. 38. *Senio, vel aliqua corporis labe insignibus.* Cic. L. L III. *Deinde cum esset cito necatus, tanquam ex duodecim tabulis insignis ad deformitatem puer.* Illos describunt Plaut. Mil. III. 1. 126.

Tum ne uxor mihi insignitos pueros pariat postea,
Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut bromum filium.

Lucilius:

aliquem rem insignem habuisse, Verrucam, nævum, rictum, dentem eminulum unum.

V. *Gronov. in Script. Eccles.* c. 19. *Turneb. Defens. ad Cicer. LL.* I. *p.* 32.

60. *Necari jubent.* Strab. XV. 435. *Onesicritus auctor est, puerum post duos menses, quam natus fuerit, publice judicari, utrum legitimam formam habeat, & vita dignam, nec ne. Eumque, quum ab eo judicatus fuerit, qui rei præest, vel vivere, vel interimi.* Diod. XVII. 91. *Formæ honestatem inter pretiosissima æstimant: ideoque ab incunabulis, qui sit infantium habitus, dijudicant: qui membris sunt integris, & recte compositis, naturamque habent ad formæ decorem ac robur idoneam, hos educant; at mancos, & corporis habitudine infirmos, ceu indignos educatione, ex vita tollunt.*

61. *Electa corporum specie.* Diodor. XVII. 91. *Consimili ratione etiam matrimonia contrahunt. Posthabita enim dote, cæteroque magni pretii apparatu, ad pulchritudinem & proceritatem corporis unicum habent respectum. Hinc fit, ut qui in urbibus illis habitant, plerique aliis dignitate formæ sint conspectiores.*

Indus cum duobus adultis filiis occurrit, multum inter omnes barbaros eminens corporis specie [62]. 29 Vestis erat auro purpuraque distincta, quæ etiam crura velabat: aureis [63] soleis inserierat [64] gemmas [65]: lacerti quoque & brachia margaritis ornata 30 erant: Pendebant ex auribus insignes candore [66] & magnitudine lapilli. Baculum aureum [67] berylli [68] distin-

Hinc, *ut sponsus & sponsa se mutuo eligant, Catheorum proprium esse Oneſicritus dicit* apud Strab. xv. 435.

62. *Eminens corporis specie.* Diodor. xvii. 91. *Præ omnibus Sopithes Rex formæ elegantia & corporis majestate conspicuus erat. Quatuor enim cubitos excedebat.*

63. *Aureis* i. vel e tela quadam tenuiore *aureis* filis intexta consutis, vel metonymice ὡς, quod *auro* tantum *suppactum solum haberent*, ut Theotimus apud Plaut. Bacch. ii. 3. 97. V. *Balduin. de calc. c. 6.*

64. *Inserierat* i. *inseri*, sive insui curaverat. Ita Hieron. in vita Pauli Eremitæ in fine: *Uno filo villarum pretia insuere.*

65. *Gemmas*, quod de Diocletiano, ejusque moribus ubi agit, dicit Eutrop. ix. 23. *Eamque ob rem ornamenta gemmarum vestibus, calceamentisque addidit.* V. *Balduin. de Calc. c. 6.*

66. *Candore*, qui est inter præcipuas dotes margaritarum. Silius xii. 229.

Miro candoris honore
Lucet in aure lapis rubris advectus ab undis.

V. *Freinshemium.*

67. *Baculum aureum* i. sceptrum. Antiquorum Regum sceptra hastas fuisse docet Justin. xliii. 3. 3. *Per ea adhuc tempora Reges hastas cum diademate* (ita enim legendum esse hunc locum censuit *Sebastianus Mugius Argentoratensis* narrante in suis ad Justinum notis *Scheffero*) *habebant, quas Græci sceptra dixere.* Unde Hieroni *adolescenti primæ bella ineunti aquila in clypeo, noctua in hasta* cum consedisset, *ostentum* non tantum *consilio cautum, & manu promptum*, sed & *Regem futurum significasse* dicit Justin. xxiii. 4. 10. Unde & Homero σκηπτοῦχοι i. *sceptrigeri* dicuntur Reges. Et apud Euripidem in Hecuba λαὸν εὐθύνων δορὶ non in aliam sententiam, quam ut *hastæ* nomine *sceptrum* intelligatur, accipit *Turneb.* xxii. 12.

68. *Beryllis*, de quibus Solin. c. 55. *Beryllos in sexangulas formas Indi adtrivere, ut hebetem coloris lenitatem angulorum repercussu excitent ad vigorem. Beryllorum genus dividitur in speciem multifariam, eximii intervirente glauci & cærulei temperamento, quandam præferunt pari maris gratiam. Infra hos sunt chrysoberylli, qui languidius micantes aurea nube circumfunduntur*, &c. Periegetes n. 1012. etiam in Babylonia ex ophite lapide nasci canit:

Jam vero & auro fert plus gratiæ

distinguebant; quo tradito precatus, *ut sospes acciperet*, se liberosque & gentem suam dedidit. Nobiles ad venandum canes [69] in ea regione sunt; *latratu abstinere* dicuntur, *quum videre feram*, leonibus maxime infesti. Horum vim ut ostenderet Alexandro, in conspectu leonem [70] eximiæ magnitudinis jussit emitti, & quatuor omnino admoveri [71] canes, qui celeriter occupaverunt [72] feram; quum ex iis, qui adsueverant talibus ministeriis, unus, canis leoni cum aliis inhærentis crus avellere; & quia non sequebatur, ferro amputare cœpit: nec sic quidem pertinacia victa, rursus aliam partem secare instituit; & deinde non segnius inhærentem ferro subinde cædebat

31 32 33

tiæ habens aliud
Humidæ beryllo glaucum lapidem, qui in loco illo
Nascitur apud effluvia, ophiten intra lapidem.

V. *Raderum*, ex illo *Freinshemium. Jun. Nomencl. c. 21.*

69. Canes *hos ex commixtione cum tigribus ortos* dicit Diodor. xvii. 92. quod copiosius describit Aelian. de anim. viii. 1. *Tigres ad libidinem inflammati, & cibo completi, cum canibus complexu Venereo junguntur. Ex hac tigridis consuetudine cum cane, non canis, sed tigris procreatur. Et secundo quoque ex hoc, & cane femina etiamnum tigris. Qui vero deinceps, ex hoc & cane concipitur, canis est, seminis in deterius degeneratione.*

70. *Leonem* emissum fuisse dicit quoque *Diod.* xvii. 92. sed *primo cervum emissum; canem vero ex eo loco, ubi quiescebat, nihil se commovisse: deinde ad aprum dimissum immotum permansisse: tum ubi ursus emissus fuisset, & ab eo invadendo se tenuisse, ad extremum, leonem, quem protulissent in medium, ut vidit, ira exarsisse*, &c. tradunt *Aelian de anim.* viii. 1. *Plin.* viii. 40.

71. *Quatuor admotos canes* dicit & Diod. xvii. 92. *Eique duos ex donatorum numero, sed infirmissimos objecit; qui cum belluæ imparet essent, alios duos immisit*: dicit quoque Strab. xv. 436. *Atque ut periculum faceret, duos leoni immisisse, quibus illum tenentibus, alios duos solvisse.* Unum vero immissum fuisse tradunt Aelianus & Plinius, quorum posterior addit: *duos Regi fuisse, hoc interempto, præterea nullum fore*; primum enim *ursos, apros & damas emissos contemnentem interimi jussisse* Alexander. Licet *centum & quinquaginta canes a Sopithe accepisse Alexandrum* narrent Strabo & Diodorus.

72. *Occupaverunt*, quod fusius Plin. viii. 1. *Horrentibus per totum corpus villis, ingenti primum latratu intonuit: mox ingruit assultans, contraque belluam insurgens, hinc & illinc artifici*

debat 73. Ille in vulnere feræ dentes moribundus quoque infixerat. *tantam in illis animalibus ad venandum cupiditatem ingeneraſſe* 74 *Naturam* memoriæ proditum eſt. Equidem plura transſcribo 75, quam credo: nam nec adfirmare ſustineo, de quibus dubito; nec ſubducere 76, quæ accepi. Relicto igitur Sophite in ſuo regno, ad fluvium Hypaſin 77 proceſſit,

artifici dimicatione, qua maxime opus eſſet, infeſtans atque evitans, donec aſſidua rotatum vertigine afflixit, ad caſum ejus tellure concuſſa.

73. *Non ſegnius inhærentem ferro ſubinde cædebat*; quod verboſius Aelianus: *Primum huic caudam abſcindi juſſit. Is præ ipſo leone, quem mordicus tenebat, ſibi caudam facile abſcindi patiebatur. Deinde crus unum ſuſſringi imperavit. Is æque ut a principio urgebat, & perinde nihil remittebat, quaſi alienum crus, & ad ſe nihil pertinens juſſringeretur. Poſt alterum, unde quoque is nihil commotus arcte tenebat. Tum tertium incidi præcepit. Is ſimiliter, ut ante, nihil ſe relaxavit a retinendo leone. Tum etiam quartum crus abſcindi voluit. Is nihilo remiſſior factus, nihiloque minus leonis retinens, maxime robore ad ejus perniciem incumbebat. Denique etſi caput a reliquo corpore abſciſſum erat, illius tamen dentes ex illa leonis parte, in quam primum deſixi fuiſſent, pendebant, & quamvis is, qui eos in initio deſixiſſet, jam moriuus eſſet, ejus tamen ipſius etiam nunc ex leone appenſum caput ſublime ferebatur. Illum interim nec ululatum, nec ſtridorem edidiſſe addit Diodorus.*

74. *Ingeneraſſe* i. gignendo indidiſſe. Cic. Off. 1. *Natura ingenerat præcipuum amorem in eos, qui procreati ſunt.* Liv. v. 26. *Quam ingeneravit Natura, utriſque eſt, & erit.*

75. *Plura transſcribo, quam credo.* Ita & Sueton. Claud. c. 1. *Quod equidem magis, ne prætermitterem, retuli, quam quia verum, aut veriſimile putem.* Pauſan. VI. *Ea quidem, quæ vulgarint hac de re Græci, neceſſe habui commemorare; credere vero omnia nulla me res cogit.* V. *Freinshemium.*

76. *Subducere* i. omittere. V. *Freinshemii Indicem.*

77. *Hypaſin* hunc fluvium etiam nominat Plin. II. 73. VI. 17. & 20. ſed *Hypanim* Solin. c. 52. Strab. XV. 436 *Hyphaſin* Arrianus ſæpius. *Errare* vero *vehementer illos, qui Hypanim in parte Aſiæ prodidere* inquit Plin. IV. 12. *Septem ſtadia eſt latus & ſex orgyias altus, curſu vehementer concitato, & transitu perquam difficili.* Diodor. XVII. 93. & Noſter IX. 2. 1. Pleraque vero, ut videtur, Scythica nomina montium & amnium in Indiam transtulere Alexandri comites, ut Caucaſum, Tanaim & Hypanim. Hypanis enim & Scythici fluvii nomen eſt, ut ait *Salmaſ. Exerc. Solin. f.* 790. *b.*

78. *He-*

ceſſit, Hephæſtione 78, qui diverſam regionem ſubegerat, conjuncto. Phegelas 79 erat gentis pro- 36
ximæ Rex, qui popularibus ſuis *colere agros, ut aſſueverant*, juſſis, Alexandro cum donis occurrit 80; nihil, quod imperaret, detrectans.

78. *Hephæſtionem diverſam regionem ſubegiſſe* ſcribit quoque Diod. XVII. 93. *Interea Hephæſtio cum agmine pridem ſecum miſſo revertitur, poſtquam magnam Indice portionem longe lateque ſubegiſſet*; quanquam, *ut quam celerrime ad Sopithi regnum contenderet, illi imperatum* fuiſſe ſcribat Arrian. VI. 380.

79. *Phegelas, Phegeus* dicitur *Diod.* XVII. 93. de cujus nomine diſſentientes, ſi tanti tibi hoc erit, evolve *Glareanum: Freinshemium: Rutgerſ. V. L.* VI. 14. *Blanckard. in Arrian. p.* 365.

80. *Cum donis occurrit.* Diod. XVII. 93. *Phegeus ipſe multis cum muneribus obviam procederet, ut beneficio ſuo regnum obtineret.*

CAP. II.

ARGUMENTUM.

Gangaridas & Pharraſios aggreſſurus, milites bellum detrectantes ut ad perſeverantiam hortetur, precibus iracundiam miſcet; ſed nihil obtinet Alexander.

BIduum apud eum 1 ſubſtitit Rex: tertio die 1
amnem ſuperare decreverat, transitu difficilem, non ſpatio ſolum aquarum 2, ſed etiam ſaxis impeditum. Percontatus igitur Phegelam, quæ 2
noſcenda erant, *undecim dierum* 3 *ultra flumen per vaſtas ſolitudines iter eſſe* cognoſcit: *excipere* 4 *deinde Gangem,*

1. *Apud eum* n. Phegelam. Diod. XVII. 93. *Ubi cum incolis acceptus eſſet Macedonum adventus, conceſſit, & biduum cum exercitu ſplendide* a Phegela, *ſive Phegeo tractatus, ad Hyphaſin fluvium promovit.*

2. *Spatio aquarum* V. IX. 1. 35. §. 76.

3. *Undecim dierum iter*, quod *duodecim diebus excurrere* dicit *Diod.* XVII. 93.

4. *Ex-*

3 gem, *maximum totius Indiæ fluminum : ulteriorem ripam colere gentes Gangaridas* [5] *& Pharrasios* [6]; *eorumque Regem esse Aggrammem* [7], *viginti millibus equitum*
4 *ducentisque peditum obsidentem vias. ad hæc quadrigarum duo millia trahere, & præcipuum terrorem elephantos, quos*
5 *trium millium* [8] *numerum explere* dicebat. Incredibilia Regi omnia videbantur. igitur Porum (nam cum eo erat) percontatur, *an vera essent, quæ dicerentur?*
6 Ille, *vires quidem gentis & regni haud falso jactari* adfirmat; *caterum, qui regnaret, non modo ignobilem esse, sed etiam ultimæ sortis* [9]: *quippe Patrem ejus, tonsorem vix diurno quæstu propulsantem famem* [10], *propter ha-*
7 *bitum haud indecorum* [11], *cordi fuisse Reginæ. ab ea in propiorem ejus, qui tum regnasset, amicitiæ locum admotum,*

4. *Excipere* V. IX. 10. 6. §. 16.

5. *Gangaridas* cum Curtio appellant *Virgil. Georg.* III. 27. *Plin.* VI. 19. *Solin. c.* 54. *Justin.* XII. 8. 9. *Oros.* III. 19. haud dubie a *Gange*, cujus accolæ sunt: *Gargaridas* vero *Periegetes v.* 1144. tandem *Cardaridas* nominant *Diodor.* XVII. 93. *Strab.* XV. *p.* 431. *Plutarch. Alex. f.* 254. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*. Postremum illud defendit *Salmas. Exercit. Solin. f.* 993. Hodie *Bengalam* id regnum appellari credit *Stuckius in Peripl. maris Erythræi.*

6. *Pharrasios* Plutarch. Alex. f. 254. nominat *Præsios*, Justin. XII. 8. 9. *Præsidas* Diodor. XVII. 93. *Tabræsios* Strab. XV. 440. Solin. c. 55. Arrian. rer. Ind. p. m. 529. *Prasios*, quorum *maxima est urbs Palimbothra ad Erannoboæ & Gangis fluminum confluentem, cujus longitudo ab utroque latere, quo longissime habitatur, est stadiorum* 80. *latitudo* 50. *fossa urbi circumducta, latitudine sex jugerum, altitudine cubitorum* 30. *murus habet turres* 570. *portas* 64. V. etiam *Salmas. Exerc. Solin. f.* 994.

7. *Aggrammem* nominat *Xandramen* Diod. XVII. 93.

8. *Trium millium*, ut *n.* 20. quos *quater mille* dicit Diodorus, *sex mille* Plutarchus, qui Agrammem *cum octoginta millibus equitum, viginti peditum, octo curruum vias* obsedisse dicit.

9. *Ultimæ sortis* i. vilissimus, humillimæ conditionis. Flor. II. 14. 3. *Vir ultimæ sortis Andriscus*, qui *ultimæ stirpis* dicitur Paterc. I. 11. 1. *qui se Philippum, regiæque stirpis ferebat, cum esset ultimæ.* Noster VI. 8. 10. X. 7. 1.

10. *Vix diurno quæstu propulsantem famem*, naeuwlijcks het dagelijckſche brood hebben. *Propulsare famem* dicit & *Cicer. de Fin.* IV.

11. *Habitum haud indecorum* i. pulchritudinem. Ita *habitum decorum* dicit Noster IX. 7. 12. V. *Freinshemii Indicem.*

12. *Spe-*

tum, interfecto eo per insidias, sub specie [12] *tutelæ* [13] *liberum ejus invasisse regnum* [14]; *necatisque pueris* [15], *hunc, qui nunc regnat, generasse, invisum vilemque popularibus, magis paternæ fortunæ, quam suæ memorem* [16]. Ad- 8
firmatio Pori multiplicem animo Regis injecerat curam. hostem belluasque spernebat: situm locorum, & vim fluminum extimescebat: relegatos in ultimum 9
pene rerum humanarum persequi terminum, & eruere arduum videbatur. Rursus avaritia gloriæ [17] & insatiabilis cupido famæ nihil invium, nihil remotum videri sinebat. & interdum dubitabat; *an* 10
Macedones tot emensi spatia terrarum, in acie & in castris senes facti, per objecta flumina, per tot Naturæ obstantes difficultates sequuturi essent? abundantes onustosque præda, magis parta frui velle, quam adquirenda fatigari. Non idem sibi & militibus animi [18] *esse: se totius orbis im-* 11
perium mente complexum, adhuc in operum suorum primordio [19] *stare: militem labore* [20] *defatigatum* [21], *proximum*

12. *Specie* i. titulo, nomine. Sueton. c. 82. *Assidentem conspirati specie officii circumsteterunt.* Noster VII. 1. 14. X. 6. 21.

13. *Tutelæ*, quæ *est vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem suam sponte se defendere nequit, jure civili data ac permissa.* Digest. XXVI. 1. 1. Noster X. 6. 12.

14. *Invasisse regnum* i. regni administrationem ad hunc fuisse devolutam, ut eamdem historiam totidem fere verbis denarrat *Diod.* XVII. 93.

15. *Pueris* i. Regis filiis. *Puer* enim Latinis, ut παῖς Græcis est filius. Plaut. Amph. V. 1. 72. *Alterum esse tuum dixit puerum.*

16. *Magis paternæ fortunæ, quam suæ memorem* i. potius tonsoris animum, quam regium gerentem. Pater tonsor fuerat, sed audax ingenio & indole, hic degener, & patri dissimilis nihil de patris animo præter fortunam patris i. tonsoris habebat. V. *Raderum.*

17. *Avaritia gloriæ* i. nimia & insatiabilis cupido. Ita *laudis avarum* dicit Horat. Art. V. 324. *Præter laudem nullius avaris. laudis avidum* Salust. Catil. c. 7. *laudis avidi, pecuniæ liberales erant.* Noster IV. 7. 29. IX. 1. 3. V. & *Freinshemii Indicem.*

18. *Idem animi* i. eundem animum, *even soo gesint.*

19. *Primordio* i. principio, initio. *Primordium* est, a quo primum ordimur. *Primordia moribus ingerere* dicit Plin. præf. XII. *Agendi primordia* Cicero de LL. II. *Primordium urbis* Tacit. Hist. III. 34. 1. *Primordia belli* Noster IX. 6. 17.

20. *La-*

ximum quemque fructum finito tandem periculo exspectare.
12 Vicit ergo cupido rationem, & ad concionem vocatis militibus, ad hunc maxime[22] modum disseruit: *Non ignoro, milites, multa, quæ terrere vos possent, ab incolis Indiæ per hos dies de industria esse jactata:*
13 *sed non est improvisa vobis mentientium vanitas. Sic Ciliciæ fauces, sic Mesopotamiæ campos, Tigrim & Euphratem, quorum alterum*[23] *vado transivimus, alterum*[24] *ponte; terribilem fecerant Persæ. Nunquam ad liquidum*[25] *fama perducitur: omnia, illa tradente, majora*
14 *sunt vero*[26]. *nostra quoque gloria, quum sit ex solido*[27];
15 *plus tamen habet nominis, quam operis*[28]. *Modo quis belluas offerentes mœnium speciem; quis Hydaspen amnem; quis catera auditu majora, quam vero, sustinere posse credebat? Olim hercule fugissemus ex Asia, si nos fabulæ*

20. *Labore*, ut IX. 3. 1. *perpetuis expeditionibus* Diod. XVII. 94.

21. *Defatigatum*, quia *continuos octo annorum labores cum summis periculis ærumnose toleraverant.* Diodor. XVII. 94.

22. *Maxime* i. fere, eo sensu, quo *admodum*. V. *Freinshemii Indicem.*

23. *Alterum* n. Tigrim. V. IV. 91. 7-21.

24. *Alterum* n. Euphratem. V. IV. 9. 12.

25. *Liquidum*, certum, clarum, compertum. Quintil. Instit. Orat. V. 14. *Ad liquidum, confessumque perducunt.* Senec. Epist. 71. dixit *ad liquidum redigere.* V. *Loccenii Indicem.*

26. *Omnia illa tradente majora sunt vero*, quia ut de fama Ovid. Metam. IX. 138.

veris addere falsa
Gaudet, & e minimo sua per
mendacia crescit.

XII. 57.

Mensuraque ficti
Crescit, & auditis aliquid novus adjicit error.

27. *Solidum* corpus apud geometras est, quod triplici dimensione constat, longitudine, latitudine, & altitudine, ut est apud *Gell. N. A.* I. 20. & apud *Euclidem* opponitur inani, seu vacuo. Horat. Sat. I. 2. 113.

& inane abscindere solido?

Translatitie *ex solido* nasci dicitur, quod non tantum superficiem habet, aut cutem supremam, sed plenum est & integrum, qualiter Donatus enarrat in Andria Terentii. Senec. de Clem. I. 1. *Quibus veritas subest, quæ (ut ita dicam) e solido enascuntur, tempore ipso in majus meliusque procedunt.* Sic Curtius. *Erasm. Adag. f.* 560. *Calvin. in Senec.* I. 1.

28. *Plus habet nominis, quam operis* i. fit major, quam revera est. Cicer. Attic. II. 19. *Neque tantum ea in re, quantus est sermo.*

bulæ debellare potuissent[29]. *Creditisne elephantorum greges majores esse, quam usquam armentorum*[30] *sunt? quum & rarum sit animal*[31]; *nec facile capiatur*[32]; *multoque* 16

mo. Tacit. Ann. VI. 30. 6. *Magisque fama, quam vi stare res suas.*

29. *Fabulæ debellare potuissent.* Sic apud Senec. Suas. II. Porcius Latro: *Arma nobis fabulæ excutiunt?* & paulo supra Triarius: *Non pudet Lacenas ne pugna quidem hostium, sed fabula vinci.* Liv. XXII. 15. *Fabius pariter in suos haud minus, quam in hostes intentus, prius a fabulis invictum animum præstans*, &c. V. *Freinshemium.*

30. *Armentorum greges* nove dictum videtur. Alioqui enim *greges* & *armenta* tanquam diversæ species opponuntur. Sed hic *greges* latissime accipit pro multitudine congregatorum animalium, *armenta* pro equis & bobus: ad quæ genera ea vox proprie pertiner. Plin. Epist. II. 17. *Multi greges ovium, multa ibi equorum, boumque armenta.* Tacit. Ann. XIII. 55. cum *pecora* & *armenta* dixisset, utrumque *gregum* vocabulo comprehendit. *Quotam partem campi jacere, in quam pecora & armenta militum aliquando transmitterentur? Servarent sane receptus gregibus.* V. *Freinshemii Indicem.*

31. *Rarum animal* non est in India. Plin. VI. 19. *Parthalidis Regi elephanti septingenti in procinctu bellorum excubant. Taluctarum Rex elephantos quadringentos in armis habet. Prasiorum Regi elephantorum novem millia per omnes dies stipendiantur. Rarius* tamen est, quam armenta boum, quia tardius & *rarius* paret. *Fert enim in utero fœtum minimum sedecim menses, summum octodecim. Parit autem unicum, sicut equa.* Arrian. rer. Indic. p. m. 536. Diodor. II. 42. Strab. XV. 444. Imo *decem annis gestare in utero vulgus existimat: Aristoteles biennio, nec amplius, quam singulos semel* i. eadem vice *gignere.* Vulgi opinionem notat quoque Plaut. Stich. I. 3. 14. V. *Freinshemium* & *Raderum.*

32. Capitur *in India elephantus, unum ex dominis agente rectore, qui deprehensum solitarium, abactumve a grege verberat ferum, quo fatigato, transscendit in eum, nec secus ac priorem regit. Africa foveis capit, in quas deerrante aliquo, protinus cæteris congerunt ramos, moles devolvunt, aggeres construunt, omnique vi conantur extrahere. Antea domitandi gratia gregis, equitatu cogebant in convallem manu factam, & longo tractu fallacem: cujus inclusos ripis fossisque fame domabant. Argumentum erat ramus, homine porrigente clementer acceptus. Nunc dentium causa pedes eorum jaculantur alioquin mollissimos. Troglodytæ conterminæ Aethiopiæ, qui hoc solo venatu aluntur, arbores propinquas itineri eorum conscendunt. Inde totius agminis novissimum speculati, extremas in clunes desiliunt. Læva apprehenditur cauda, pedes stipantur in sinistro femine. Ita pendens iterum poplitem dextra cædit, ac præacuta bipenni hoc*

17 toque difficilius mitigetur [33]. *Atqui eadem vanitas copias peditum equitumque numeravit. nam flumen, quo latius fusum est, hoc placidius stagnat; quippe angustis ripis coercita, & in angustiorem alveum elisa torrentes aquas*
18 *invehunt: contra spatio alvei segnior cursus est. Praeterea in ripa omne periculum est, ubi adplicantes navigia hostis exspectat. Ita quantumcumque flumen intervenit, idem*
19 *futurum discrimen est evadentium in terram* [34]. *Sed omnia ista vera esse fingamus. utrumne vos magnitudo belluarum, an multitudo hostium terret? Quod pertinet ad elephantos, praesens habemus exemplum: in suos vehementius, quam in nos incurrerunt, tam vasta corpora securi-*
20 *bus falcibusque mutilata sunt. Quid autem interest totidem sint, quot Porus habuit, an tria millia? quum uno aut altero vulneratis caeteros in fugam declinare videamus.*
21 *inde paucos quoque incommode regunt: congregata vero tot millia ipsa se elidunt* [35], *ubi nec stare, nec fugere potuerint inhabiles vastorum corporum moles. Equidem sic animalia ista contempsi, ut, quum haberem, ipse non oppo-*

crure tardato profugiens, alterius poplitis nervos ferit. Alii ingentes arcus defigunt humi longius. Hos praecipui viribus juvenes continent, alii connixi pari conatu tendunt, ac praetereuntibus sagittarum venabula infigunt, mox sanguinis vestigiis sequuntur. V. *Plin.* VIII. 8. cui, si tibi gratum est, adde *Diod.* III. 26. *Aelian. de anim.* VIII. 10. & 15. *Arrian. rer. Ind. p. m.* 534. *Strab.* XV. 443.

33. *Mitigatur* elephantus, dum *primo acre certamen sit inter domitos & feros captos: tandem enim superantur, ut par est, feri languore & fame pressi. Tum sessores ex elephantis in terram demissi languidis illis summos pedes colligant: dehinc domitis imperant, ut feros multis plagis ex-*

cipiant, donec verberibus defatigati in terram procidant, humique prostratos inscendunt. Post haec laqueos cervicibus aptant. Ne vero sessores excutiant, neque aliquid aliud damni inferant, collo acuto ense in circuitum proscindunt, vulnusque laqueo circumligant, ut prae vulnere, & collum, & caput immotum teneant. Si enim pervicaciter reluctentur, funis in vulnus adigitur. Atque ita tandem victos sese agnoscentes vincti cum domitis ducuntur. V. *Arrian. rer. Ind. p. m.* 535. cui addere poteris *Plin.* VIII. 9. *Aelian. de anim.* X. 10. *Strab.* XV. 443. *Gesner. de quadrup. f.* 432.

34. *Evadentium in terram* i. e navi exscendentium. V. *Freinshemii Indicem.*

35. *Elidunt* i. proterunt. Sueton.

posuerim; satis gnarus plus suis, quam hostibus periculi inferre. At enim equitum peditumque multitudo vos com- 22
movet! cum paucis enim pugnare soliti estis, & nunc primum inconditam sustinebitis turbam. Testis adversus 23
multitudinem invicti Macedonum roboris Granicus amnis; & Cilicia inundata cruore Persarum; & Arbela, cujus campi devictorum a nobis ossibus strati sunt. Sero hostium 24
legiones numerare coepistis, postquam solitudinem in Asia vincendo feciſtis: quum per Hellespontum navigaremus, de paucitate nostra cogitandum fuit. nunc nos Scythae sequuntur; Bactriana auxilia praesto sunt; Dahae Sogdianique inter nos militant. Nec tamen illi turbae confido. ve- 25
stras manus intueor; vestram virtutem rerum, quas gesturus sum, vadem praedemque [36] *habeo. quamdiu vobiscum in acie stabo, nec meos nec hostium exercitus numeravero: vos modo animos mihi plenos alacritatis ac fiduciae adhi-*

ton Calig. c. 26. *Elisi per eum tumultum viginti amplius.* Noster IX. 7. 22. Modo n. 17 *elisa* flumina opponebantur *coercitis*, ubi *elidere* est emittere, ut apud Ovid. Metam. VI. 701.

Exsiliantque cavis elisi nubibus ignes.

36. *Vadem praedemque* dicit Alexander se habere militum suorum virtutem, tanquam militum virtus satisdederit & fidejusserit pro rebus, quas Alexander gesturus erat, quemadmodum *praedes & vades* promittunt pro alieno, hi in re capitali, illi in lite nummaria. Differentia haec datur inter *vadem & praedem*, quod *vas* dicatur in re capitali, *praes* in lite nummaria. Versus *Ausonii*, quibus haec differentia traditur *Eidyll.* XII. 100. hi sunt:

Quis subit in poenam capitali judicio? vas.
Quod cum lis fuerit nummaria, quis dabitur? praes.

V. *Beroald. Annot. c.* 92. & *Bud. Annot. prior. in Pand. p.* 125. Tamen *vadimonium* etiam in privatis dicitur, ergo a conjugatis etiam *vas*, ut idem auctor in *Thalete Milesio* confudit, & nullo habuit discrimine: *n.* 18-21.

Nos ἔγγυα, *πάρεσι δ' ἄτη, dicimus:*
Latinum est sponde: noxia est est praesto tibi.
Per mille possum currere exempla, ut probem
Praedes vadesque poenitudinis reos.

V. *Pollet. For. Rom.* V. I. *Loens. Miscel.* IX. 1. *Praes* est idem, quod idoneus & locuples, & compositum ex *pro* vel *pro* & *es*, ὁ ἔγγυαλκος, ὁ ἀξιοχρέως. Tales praecipue eligebantur, qui in publicum sponderent. Ideo interrogabatur, qui se sponsorem exhibebat in publica re pro ejus mancupe, an esset *praes* i. idoneus. Et respondebat, *praes.* V. *Salmas.*

26 *adhibete* 37. *Non in limine* 38 *operum laborumque nostrorum; sed in exitu stamus: pervenimus* 39 *ad Solis ortum* 40 *& Oceanum, nisi obstat ignavia: inde victores perdomito fine terrarum revertemur in patriam. Nolite, quod pigri agricolæ faciunt, maturos fructus per inertiam* 41
27 *amittere e manibus. Majora sunt periculis præmia; dives eadem, & imbellis est regio. itaque non tam ad gloriam vos duco, quam ad prædam. digni estis, qui opes* 42, *quas illud mare litoribus invehit, referatis in patriam: digni,*
28 *qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquatis. Per vos gloriamque vestram, qua humanum* 43 *fastigium excedistis; perque & mea in vos, & in me vestra merita, quibus invicti contendimus* 44, *oro quæsoque, ne humanarum rerum terminos* 45 *adeuntem alumnum commilito-*
29 *nemque vestrum, ne dicam Regem, deseratis. Cætera vobis imperavi; hoc unum debiturus sum. Et is vos rogo,*

mas. de mod. usur c. 16.

37. *Adhibete* i. præbete, præstate, *settet by.* Cic. Fam. VI. 1. *Sed tu illum animum nunc adhibe, quæso, quo me tunc esse oportere censebas.*

38. *Limen* Donato Eun. III. 5. 53. *est, quod ingredientibus & exeuntibus est transversum.* Inde *limen maris* ejus primus est ingressus. Flor. III. 6. 9. *Qua primum nostri maris limen aperitur*, & *limen belli* ejus est initium. Tacit. Ann. III. 75. 6. *In limine belli Tacfarinatem perturbat.* Unde *limen operum & laborum* illorum est initium.

39. *Pervenimus* voce præteriti usus est paulo post futuri significatione. Nondum enim tum ad Oceanum *pervenerat*, sed eo ibat. Illam vero significationem ei tribuit vocula *nisi*, ut fere IV. 14. 22. *Nisi quod in vobis est, ipse ego majore parte captivus sum* i. ero, & permanebo captivus majore mei parte (uxorem, liberos significat) nisi vestra virtute velut pendentem adhuc captivitatem avertatis. V. *Freinshemium.*

40. *Ad Solis ortum*, quia Macedonia, sicuti & toti Europæ India, & Oceanus Indicus est *ad ortum.* V. *Raderum.*

41. *Inertiam* V. IX. 6. 12. §. 16.

42. Opes, *quas mare litoribus invehit* i. *gemmas & margaritas* VIII. 9. 19.

43 *Humanum* i. quo homini datur eniti, ut X. 10. 24. V. *Freinshemii Indicem.*

44. *Contendimus* i. inter nos certamus. Cic. Attic. XIV. 14. *Si duriorem te præbes, non contendam ego adversus te.* Noster *n.* 32.

45. *Humanarum rerum terminos* I. Oceanum, quo terras finiri veteres existimarunt: unde *finis terrarum mare* dicitur IX. 1. 3: 3. 13.

46. *Aciem*

go, qui nihil umquam vobis præcepi, quin primus me periculis obtulerim: qui sæpe aciem clypeo meo texi 46, *ne infregeritis in manibus* 47 *meis palmam* 48, *qua Herculem Liberumque patrem, si invidia absuerit, æquabo. Da-* 30
te 49 *hoc precibus meis, & tandem obstinatum silentium rumpite* 50. *Ubi est ille clamor alacritatis vestræ index? ubi ille meorum Macedonum vultus? Non agnosco vos, milites; nec agnosci videor a vobis. Surdas* 51 *jamdudum*

46. *Aciem clypeo texi*, quum primus starem in acie, & hostem cervicibus vestris imminentem repellerem. V. VI. 1. 14. §. 24. & *Raderum.*

47. *Manibus* palmas victores, & non tantum capite prætulisse, ex hoc loco probat *Paschal. de Coron.* VI. 20.

48. *Palmam* i. victoriam, cujus signum est *palma.* Horat. Od. I. 1. 5.

Palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.

Palma per se victoriam non significat, sed arborem ἐμπεδόφυλλον i. *perpetuo virentem frondibus*, quam Græci φοίνικα vocant. Metaphora hinc sumpta est: quia 1. ut in *Convivialibus quæstionibus* refert *Plutarchus*, hæc una fuerit *communis omnium sacrorum certaminum corona, quum alioqui singuli ludi peculiares quasdam arbores, aut herbas haberent, quibus victores insigniebantur: veluti laurum, oleam, myrtum, apium.* 11. ut ex *Aristot. Problem.* VII. quæ hodie desiderantur & ex *Plutarch. Sympos.* VIII. 5. narrat *Gell. N. A.* III. 6. peculiare huic arbori quidpiam inest, quod cum ingenio fortium virorum conveniat. *Gellii* hæc sunt verba: *Si super palmæ arboris signum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas, onereseque, ut magnitudo oneris sustineri non queat; non deorsum palma cedit, nec intra flectitur, sed adversus pondus resurgit, & sursum nititur, recurvaturque. Propterea, inquit Plutarchus, in certaminibus palmam signum placuit esse victoriæ; quoniam ingenium ejusmodi signi est, ut urgentibus, opprimentibusque non cedat.* V. *Erasm. Adag. f.* 706.

49. *Date* i. concedite, permittite. Cic. Fam. IV. 5. *Da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis ac familiaribus, da patriæ*, &c.

50. *Silentium rumpite* i. *silentio* rem suppressam eloquimini. Virg. Aen. X. 64.

Quid me alta silentia cogis
Rumpere.

Horat. Epod. V. 85.

Sed dubius, unde rumperet silentium.

Ita *rumpere vocem* Virg. Aen. II. 129.

Composito rumpit vocem.

Quod eleganter de aliquo, qui cum diu tacuerit, repente quippiam edit, ad imitationem Græcorum, qui eodem modo suo ἐήγνυσι φωνήν utantur, dici monet *Victor. Var. Lect.* X. 8.

51. *Surdas* i. inexorabiles, non exaudientes. *Surdum* enim est,

dum aures pulso: aversos animos & infractos excitare conor. Quumque illi in terram demissis [52] capitibus perse- 31
verarent; *Nescio quid* [53], inquit, *imprudens in vos deliqui* [54], *quod me ne intueri quidem vultis! in solitudine mihi videor esse. nemo respondet? nemo saltem negat? Quos alloquor? quid autem postulo? vestram gloriam & magnitudinem vindicamus.* 32
Ubi sunt illi, quorum certamen paulo ante vidi contendentium, qui potissimum vulnerati Regis corpus exciperent? desertus, destitutus sum, hostibus deditus. Sed solus quoque ire perseverabo. 33
objicite [55] *me fluminibus, & belluis, & illis gentibus, quarum nomina horretis. inveniam, qui desertum a vobis sequantur: Scythæ Bactrianique erunt mecum; hostes paulo ante, nunc milites nostri. Mori præstat, quam pre-* 34
cario imperatorem esse. ite reduces domos; ite deserto Rege [56] *ovantes. Ego hic a vobis desperatæ victoriæ, aut honestæ morti locum inveniam.*

CAP.

quod non audit, etiamsi audire potest. Prop. II. 13. 18.

Turpis amor surdis auribus esse solet.

Et qui alterum loquentem parum attendit, *surde audire* dicitur Afranio:

Amentes integri surde audiunt.

Nostet VI. 11. 15. X. 16. V. & *Guilielm. Veris.* 11. 16.

52. *Demissis*, laeten hangen, qui gestus est tristium & mœrentium. Cæs. B. G. I. 39. *Sed tristes capite demisso terram intueri.* Propert. II. 11. 6.

At dum demissis suplex cervicibus ibam.

53. *Nescio quid* dicebant veteres significaturi rem aliquam, ejusque causam se ignorare. Suet. Vespas. c. 13. *Oblatrantem, nescio quid.* Terent. Heaut. II. 2. 7.

Sed nescio quid profecto mihi animus præsagit mali.

54. *Deliqui* i. peccavi. Cic. N. D. III. *Ferretne civitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset. Delinquere* tamen minus est, quam peccare. Cic. de Invent. II. *Nam necesse est eum, qui velit peccare, aliquando primum delinquere.* Quid proprie sit *delinquere*, hisce docet Festus: *Delinquere est prætermittere, quod non oportet præteriri.*

55. *Objicite* i. exponite. Cic. pro Sext. Rosc. *Noluerunt feris corpus objicere.* Nostet IX. 3. 12.

56. *Ite deserto Rege.* Paria sunt illa Cerialis apud Tacit. Hist. IV. 77. 6. *Ite, nuntiate Vespasiano, vel, quod propius est, Civili & Classico, relictum a vobis in acie ducem.* V. *Freinshemium.*

Liberius

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Cœni, postquam exercitus causam egerat, exstincti morte ingemiscit, monumentum expeditionis erigi jubet, novo milite augetur, Porum & Taxilem discordes in concordiam reducit, & secundo Hydaspe defluit Alexander.

NE sic quidem ulli militum vox exprimi potuit. exspectabant, ut duces principesque ad Regem perferrent, *vulneribus & continuo labore militiæ fatigatos non detrectare munia, sed sustinere non posse.* Cæterum illi metu adtoniti in terram ora defixerant. Ergo primo fremitus sua sponte; deinde gemitus quoque oritur: paulatimque liberius [1] dolor erigi [2] cœpit, manantibus lachrymis, adeo ut Rex, ira in misericordiam versa, ne ipse quidem, quamquam cuperet, temperare oculis potuerit. Tandem universa concione effusius flente; Cœnus ausus est [3] contantibus cæteris, propius tribunal

1 2 3

Liberius non ad copiam, sed ad libertatem jacentis antea ob timorem mœroris intelligendum est. V. *Barth. Adversar.* XXVIII. 6.

2. *Erigitur* cordibus impressus dolor, & hactenus fremitu obscuro, gemituque conceptus tacito, cum in oculos venit, & metu paulum victo in lacrymas velut ruptis catenis, aut vinculis exit. *Barth.* XXVIII. 6. Est enim *erigi* in altum surgere, & ejus, qui compressus erat, & quasi jacebat. Ita & Tacit. Agric. XII. 6. *Scilicet extrema & plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras, infraque cœlum, & sidera nox cadit.* V. *Freinshemii Indicem*, nec non *Gebhard. Crepund.* III. 26. *Gronov. Observ.* II. 21.

3. *Cœnus ausus est.* Arrian. V. 370. *Tandem Cœnus Polemocratis filius sumpta audacia hunc in modum orsus est.* Nec mirum, Cœnum, & non alium ausum esse exercitus causam agere, *fuit* enim *ex intimis, fidelissimisque Alexandri amicis.* V. *Arrian.* VI. 379. Ejus etiam ætas id postulabat, *ut quæ maxime expedire vi-*

4 bunal[4] accedere; significans se loqui velle. Quem ut videre milites detrahentem galeam capiti (ita enim Regem adloqui mos est) hortari cœperunt, 5 *ut causam exercitus ageret.* Tum Cœnus: *Dii prohibeant*[5], inquit, *a nobis impias mentes*[6]; *& profecto prohibent. Idem animus est tuis, qui fuit semper*[7], *ire quo jusseris, pugnare, periclitari, sanguine nostro commendare posteritati tuum nomen*[8]. *Proinde si perseveras, inermes quoque & nudi*[9] *& exsangues*[10], *utcumque tibi* 6 *cordi est, sequimur vel antecedimus. Sed si audire vis non fictas tuorum militum voces, verum necessitate ultima expressas; præbe, quæso, propitias aures imperium atque auspicium tuum constantissime sequutis, &, quocumque* 7 *pergis, sequuturis. Vicisti, Rex, magnitudine rerum non hostes modo, sed etiam milites. quidquid mortalitas capere poterat, implevimus. emensis maria terrasque melius nobis, quam incolis omnia nota sunt. pene in ultimo mundi* 8 *fine consistimus. In alium orbem paras ire, & Indiam quæris*

deantur, non celaret, & dignitas, qua illum præ aliis ornaverat, tot denique labores, tot pericula audaciter citra ullam tergiversationem ab illo adita. V. *Arrian.* v. 371.

4. *Tribunal* i. suggestum. Tacit. Ann. i. 61. 6. *Quo tribunali concionatus Arminius.* Noster *n.* 38. V. *Freinshemii Indicem.*

5. *Prohibeant* i. avertant. *Dii prohibeant* est formula, qua mala veteres respuebant, & aversabantur. Terent. Andr. III. 3. 36. *Si eveniat, quod Dii prohibeant, discessio.* V. *Brisson. de form.* I. 94.

6. *Impias mentes*, ut te deseramus, destituamus, &c. Respondet enim Cœnus primum ad ultimum caput; quod exercitui objecerat Alexander IX. 2. 32. & 33. V. *Eadem.*

7. *Idem animus est tuis, qui fuit semper.* Ita Terent. Heaut. II. 3. 24. *Animus te erga idem ac fuit.*

8. *Sanguine nostro commendare posteritati tuum nomen* i. nostro periculo efficere, ut nomen tuum ad posteritatem perveniat, ab eaque magni fiat. V. *Freinshemii Indicem.*

9. *Nudi* i. male vestiti. Tacit. Germ. XX. 1. *In omni domo nudi ac sordidi.* Justin. XLIII. 1. 7. *Ipsum Dei simulacrum nudum, caprina pelle amictum est.* Senec. de Ben. V. 13. *Qui male vestitum & pannosum vidit, nudum se vidisse dicit.* V. *Freinshemii Indicem.*

10. *Exsanguis* est, qui est sine *sanguine*, quem quia largiter fundunt, qui vulnerantur, *exsanguis* pro vulnerato ponitur. Unde *vulneribus concisis exsanguem* addunt Cicer. pro Sext. *Quem quum jacentem, & concisum pluribus*

quæris Indis quoque ignotam: inter feras serpentesque degentes eruere ex latebris & cubilibus[11] *suis expetis, ut plura, quam Sol videt, victoria lustres. Digna prorsus* 9 *cogitatio animo tuo, sed altior*[12] *nostro. virtus enim tua semper in incremento erit*[13]; *nostra vis in fine jam est. In-* 10 *tuere corpora exsanguia, tot perfossa vulneribus, tot cicatricibus putria*[14]. *Jam tela hebetia sunt: jam arma deficiunt. Vestem Persicam induimus, quia domestica*[15] *subvehi*[16] *non potest. in externum*[17] *degeneravimus cultum. Quoto cuique lorica est? quis equum habet? jube* 11 *quæri, quam multos servi ipsorum persequuti sint; quid cuique supersit ex præda. Omnium victores, omnium inopes sumus. Nec luxuria laboramus, sed bello instrumenta belli consumpsimus. Hunc tu pulcherrimum exercitum* 12 *nudum objicies belluis? quarum ut multitudinem augeant de industria barbari, magnum tamen esse numerum etiam ex mendacio intelligo. Quod si adhuc penetrare in Indiam* 13 *certum*

vibus vulneribus extremo spiritu exsanguem & confectum viderent. & Noster *n.* 10.

11. *Cubilibus*, hutten. Tacit. Ann. I. 4. 91. *Sed iisdem e cubilibus, quos simul vescentes dies, simul quietos nox habuerat, discedunt in partes.* I. 50. 1. *Stratis etiam tum per cubilia.* Noster *n.* 19. V. *Freinshemii Indicem.*

12. *Altior* i. major. Flor. IV. 12. 47. *Cantabrorum & pejor, & altior, & magis pertinax in rebellando animus.*

13. *In incremento erit* i. augebitur, ei aliquid accedet. Oros. III. 19. *Et quum ætate detriti, animo ægri, viribus lassi, difficile vicissent, castra ob memoriam plus solito magnifica condiderunt. Incrementum*, augmentum, accessio. Cic. de Senect. *Quid ego vitium fatus, ortus, incrementa commemorem?* Liv. IX. 17. *In incremento rerum decessit.*

14. *Putria.* V. X. 1. 31. §. 65. De re ipsa Justin. XII. 8. 12. *Ostendere alius canitiem, alius vulnera, alius ætate consumpta corpora, alius cicatricibus exhausta.* Noster X. 2. 12.

15. *Domestica* i. domi, in patria facta. Ita *domesticas dissensiones*, i. quibus patria laborat *Fam.* VIII. 14. & *domesticas epistolas* in patria factas, & ex patria missas ad *Brutum* dicit *Cicero.*

16. *Subvehi* i. mitti, *nagesonden worden. Subvehere* proprie est adverso flumine advehere. Plin. XIII. 1. *Sæpe etiam lapides subvehunt portantes aliena pondera.*

17. *Externum* i. peregrinum, *uytlandts. Externos crines* Propert. I. 15. 3. vocat peregrinos, aliunde advectos. Noster X. 5. 33. Diodor. XVII. 94. *Habitus etiam Græcus defecerat, ut vestes barbarico ritu de concisis Indorum palliis*

certum[18] *est ; regio a Meridie minus vasta est. qua subacta licebit*[19] *decurrere*[20] *in illud mare, quod rebus*
14 *humanis terminum voluit esse Natura. Cur circumitu petis gloriam, quæ ad manum posita est? hic quoque occurrit Oceanus. nisi mavis errare, pervenimus, quo tua fortu-*
15 *na ducit. Hæc tecum, quam sine te*[21] *cum his, loqui malui ; non uti inirem circumstantis exercitus gratiam ; sed ut vocem loquentium potius, quam ut gemitum mur-*
16 *murantium audires.* Ut finem orationi Cœnus imposuit, clamor undique cum ploratu oritur, *Regem, patrem, dominum*, confusis[22] appellantium vocibus.
17 Jamque & alii duces, præcipueque seniores, queis ob ætatem & excusatio honestior erat, & auctoritas
18 major, eadem precabantur. Ille nec castigare obstinatos, nec mitigare poterat iratos. itaque inops consilii desiluit e tribunali, *claudique regiam*[23] jus-
19 sit, omnibus præter adsuetos, adire prohibitis. Biduum[24] iræ datum est ; tertio die processit, *erigique*

palliis contextas sibi adaptare necesse haberent.

18. *Certum* i. decretum. Terent. Andr. II. 1. 11.

Omnia experiri certum est prius, quam pereo.

Noster IV. 13. 9.

19. *Licebit* i. concedetur, potestas dabitur. Cic. pro Flacc. *Cur his per te frui libertate sua, cur denique esse liberos non licet?*

20. *Decurrere* i. festinare Plin. III. 20. *Ad tacita suffragia, quasi ad remedium, decurrerunt.* Proprie *decurrere* est e superiore in inferiorem currere. Virgil. Aen. II. 41.

Laocoon ardens summa decurrit ab arce.

21. *Tecum, quam sine te.* Senec. Epist. 47. *Sic fit, ut isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet.*

22. *Confusis* i. permixtis, variis. *Confusa verba* Ovid. Met. XII. 55. *confusa fabula populi* Prop. II. 10. 7. Noster IX. 6. 15. qui & *confusa vitia* dicit IX. 7. 15.

23. *Claudi regiam.* Plutarch. Alex. f. 234. *Alexander primo se intra tentorium ira ac dolore continere, nullam militibus, nisi Gangem transmitterent, rerum gestarum gratiam habere, reditum vero apertam cladis accepiæ confessionem esse.*

24. *Biduum.* Arrian. V. 373. triduum. *Hæc quum dixisset, in tabernaculum se recepit, neque quemquam amicorum ad tertium ab eo diem in colloquium admisit : exspectans, si qua forte animorum mutatio (ut plerumque in turba militari evenire solet) Macedonibus ac sociis incidisset, quæ faciliores persuasu eos redderet.*

25. Duo-

que *duodecim aras*[25] *ex quadrato saxo, monumentum expeditionis suæ ; munimenta quoque castrorum*[26] jussit *extendi*[27], *cubiliaque amplioris formæ*[28], *quam pro corporum habitu relinqui* ; ut speciem omnium augeret, posteritati fallax miraculum[29] præparans. Hinc repetens, quæ emensus erat, ad flumen Ace- 20
sinem locat castra. Ibi forte Cœnus morbo exstinctus est. cujus morte ingemuit Rex quidem ; adjecit tamen, *propter paucos dies longam orationem eum exorsum, tamquam solus Macedoniam visurus esset.* Jam 21
in aqua[30] classis[31], quam ædificari jusserat[32], stabat.

25. Duodecim aras *altitudine quidem maximis turribus bellicis pares, latitudine, quam quæ turrium est, majore.* Arrian. V. 374. *quinquaginta cubitorum.* Diodor. XVII. 95. Erexit illas *in adversa ripa Hypasis amnis, qui fuit ejus itinerum terminus, exsuperato tamen amne.* Plin. VI. 17. Solin. c. 52. Herculem & Liberum patrem imitatus. Strab. III. 310. *Alexander Indicæ militiæ fines posuit, in iis videlicet locis aras, per quos in Orientem pervenit, ad Indorum extremos, Herculem ac Liberum patrem imitatus. Iste quidem mos exstitit.*

26. *Munimenta castrorum*, quæ describit Diod. XVII. 95. *Hinc castra triplo majore, quam prior fuerat, ambitu complexus, fossam pedes quinquaginta latam, & decem altam duxit. E terra autem intra fossam accumulata murum non contemnendum exstruxit.*

27. *Jussit extendi*, ut illorum *molitionibus & hostis terreretur, & posteris admiratio sui relinqueretur.* Justin. XII. 8. 16.

28. *Cubilia amplioris formæ.* Diodor. XVII. 95. *Peditem etiam jussit in tabernaculo quemque suo duo cubilia quinum cubitorum exstruere. Equites autem, cubilibus etiam præsepia, altero tanto ustatis ampliora addere. Eademque ratione cæterorum post se relinquendorum magnitudines extendere. Hæc eo consilio peragenda curabat, tum ut heroicam feciße expeditionem memoraretur : tum ut virorum prægrandium vestigia, & roboris ustatum excedentis modum, argumenta incolis relinqueret.*

29. *Fallax miraculum.* Plutarch. f. 254. *Multa prius ad comparandam gloriam dolosa, ac simulata commentus.*

30. *In aqua stabat* i. parata erat. Non enim prius in aquam deducitur, quam instructa, & ad navigandum apta fuerit. Noster IX. 9. 19. Comprehendit hæc omnia Liv. XXVIII. 45. *Naves instructæ, armataque in aquam deductæ sint.* V. Freinshemii Indicem.

31. *Classis*, quam describit Diod. XVII. 95. *Classe cum armamentis perfecta (adornatæ autem fuerant naves apertæ CC. & actuariæ[19] CCC.) &c.* & cujus numerum multo majorem fuisse dicit

bat. Inter hæc Memnon ex Thracia in ſupplementum equitum ſex millia, præter eos ab Harpalo [33] peditum ſeptem millia [34] adduxerat; armaque viginti quinque millia auro & argento cælata [35] pertulerat,
22 queis diſtributis vetera cremari juſſit. Mille navigiis aditurus Oceanum, diſcordes [36] & vetera odia retractantes [37] Porum & Taxilem, Indiæ Reges, firmata per adfinitatem gratia reliquit in ſuis regnis; ſummo
23 in ædificanda claſſe amborum ſtudio uſus. Oppida quoque duo condidit [38], quorum alterum Nicæam adpellavit, alterum *Bucephalon*, equi, quem amiſerat, memoriæ ac nomini dedicans [39] urbem. *Elephantis* deinde, *& impedimentis terra ſequi* juſſis, ſecundo amne [40] defluxit [41], quadraginta ferme ſtadia

dicit Arrian. VI. 381. *Erat autem navium omnium numerus (ut Ptolomæus Lagi filius tradit, quem ego potiſſimum ſequor) naves triginta remorum* LXXX. *At in univerſum omnes naves, tam quæ equos vehebant, quam actuariæ & fluviales, quæ multo ante, aut tum temporis conſtructæ fuerant* II. M.

32. *Aedificari juſſerat* in *proximis* Hydaſpi fluvio *montibus*, indicio IX. 1. 4. quod & conſtat ex hujus capitis *n.* 22. quo dicit *in ædificanda claſſe ſummo* Pori, Taxilisque *ſtudio uſum. Aedificata* ergo fuit in Hydaſpe fluvio, qui amborum finibus medius interfluebat. V. *Freinshemium* IX. 3. 24.

33. *Harpalo*, quem V. X. 2. 2. & 3.

34. Septem millia, *triginta amplius millia* dicit Diod. XVII. 95. *Sub id vero tempus nova ex Græcia ſupplementa, tum auxiliarium, tum ſtipendiis militantium ductu Imperatorum adventant, triginta amplius peditum millia, & ſex millia fere equitum.*

35. *Auro & argento cælata*, quæ *elegantes fabricata* dicit *Diod.* XVII. 95.

36. *Diſcordes* i. a ſe diſſidentes. Cicer. Rull. II. *Non contentione, non ambitione diſcordes.* Noſter III. 8. 26. IV. 13. 4. X. 9. 4. V. & X. 8. 14. §. 20.

37. *Retractantes* i. renovantes. Cic. Attic. VIII. 9. *Sed hæc omittamus: augemus enim dolorem retractando.* Noſter X. 5. 20.

38. *Oppida condita* tradidit IX. 1. 6. ſed hic iterum inculcat in errorem inductus eo negotio, quod, ſicut etiam *Arrian.* V. 376. tradit, Alexander tum temporis non quidem de novo iſta oppida condidit, ſed quæ ibi *imbres corruperant, inſtauravit.* V. *Freinshemium.*

39. *Dedicans* i. conſecrans, inſcribens. Phædr. III. 1. 30.
Honori & meritis dedicans illum tuis.

40. *Amne*





PHIDIAS NOBILIS SCVLPTOR
AD ARTIFICIS PRAESTANTIAM
DECLARANDAM
ALEXANDRI BVCEPHALVM
DOMANTIS EFFIGIEM
E MARMORE EXPRESSIT.

SIXTVS·V·PONT·MAX·
ALEXANDRI MAGNI EIVSQ BVCE-
PHALI STATVAS IN EXQVILIIS TEM
PORIS INIVRIA LACERAS ET QVA-
SI COLLABENTES RESTITVIT ET
COMMODIORE LOCO COLLOCAVIT

SIXTO·V·PONT·MAX·
ANTIQVITATVM RESERVATORI,

SIXTVS·V·PONT·MAX·
SIGNA ALEXANDRI MAGNI
CELEBRISQ·EIVS BVCEPHALI
EX ANTIQVITATIS TESTIMONIO
PHIDIAE ET PRAXITELIS
AEMVLATIONE HOC MARMORE
AD VIVAM EFFIGIEM EXPRESSA
A FL CONSTANTINO MAX·E GRAECIA
ADVECTA SVISQ IN THERMIS IN HOC
QVIRINALI MONTE COLLOCATA
TEMPORIS VI DEFORMATA LACERAQ
AD EIVSDEM IMP MEMORIÃ VRBISQ
DECOREM IN PRISTINAM FORMAM
RESTITVTA HIC REPONI IVSSIT
AN·DO·MD LXXXIX PONT·IIII·

PRAXITELES SCVLPTOR
AD PHIDIAE AEMVLATIONEM
SVI MONVMENTA INGENII
POSTERIS RELINQVERE
CVPIENS
EIVSDEM ALEXANDRI
BVCEPHALIQ SIGNA
FELICI CONTENTIONE
PERFECIT.

Joh. Vanden Avele, fecit Aquaforti

dia singulis diebus procedens, ut opportunis locis exponi subinde copiæ possent.

40. *Amne*, non Acesine, ut cum Justin. XII. 9. 1. & Diodor. XVII. 95. vult Curtius; sed Hydaspe. Strab. XV. 422. *Postquam in Hydaspen venissent, & Porum superassent, iter ad Hypanim facientes ad orientem, atque inde ad Hydaspen rursus, continuo pluisse: & cum navium fabricationi ad Hydaspem immorati essent*, &c. Arrian. rer. Ind. p. m. 543. *Alexander parata jam ad Hydaspis ripas classe, collectis omnibus*, &c. *ex iis naves implevit*. p. 546. *His rebus ita constitutis Alexander sacrum fecit Hydaspi, unde solvebat.* V. *Freinshemium.*

41. *Defluxit* i. deorsum fluxit. Noster *descendere* IV. 7. 9. *devehi* IX. 8. 3. is afgesackt. Nam flumina, quo mari propinquiora, eo sunt devexiora. Virg. Georg. III. 447. *Missusque secundo defluit amni.* Noster IX. 6. 22. 9. 27.

CAP. IV.

ARGUMENTUM.

Sobios dum expugnat, vi fluminum ibi coeuntium in ultimum discrimen venit, cui ereptus fluminibus aras ponit. Oxydracarum oppidum oppugnaturus militem seditiosum compescit, & Demophoonta vatem, ut obsidionem omitteret, monentem contemnit Alexander.

PErventum erat in regionem [1], in qua Hydaspes amnis Acesini committitur [2]. Hinc decurrit in fines Sobiorum [3]. hi *de exercitu Herculis* 1 2

Regionem Indiæ, quæ vergit ad meridiem. Alexander enim recusantibus Macedonibus Hyphasin transire, & Orientem, Gangemque petere, coactus est se ad meridiem convertere, ut ibi ad Oceanum penetraret. Diod. XVII. 96. *Tandem cum amicis naves ingressus, amne secundo in Oceanum, qui versus meridiem est, navigationem intendit.* V. *Raderum.*

2. *Committitur* i. *confunditur* n. 8. *coeunt amnes* n. 9

3. *Sobiorum*, quos *Sibas* Strab. XV. 416. Arrian. rer. Indic. p. m. 519. *Sibos* Oros. III. 19. *Ibos* Diodor. XVII. 96. *Sileos* Justin. XII.

lis[4] *majores suos esse* commemorant, *agros relictos*[5] *esse*; *cepisse sedem, quam ipsi obtinebant.* Pelles ferarum[6] pro veste; clavæ[7] pro telo erant: multaque etiam, quum Græci mores exolevissent, stirpis ostendebant vestigia. Hic exscensione facta ducenta & quinquaginta stadia[8] processit, depopulatusque regionem, oppidum caput ejus corona[9] cepit. Quadraginta peditum millia alia gens[10] in ripa fluminum[11] opposuerat, quam amne superato in fugam compulit, inclusosque mœnibus[12] expugnat. puberes interfecti sunt, cæteri[13] venierunt[14]. Alteram deinde urbem[15] expugnare adortus, magnaque vi defen-

XII. 9. I. appellant. V. *Raderum*, *Freinshemium* & *Clareanum*.

4. *Herculis* petram Aornon oppugnantis. *Diod.* XVII. 96. *Strab.* XV. 416.

5. *Aegros relictos majores*, quos *post irritum conatum in regione illa Herois auspicio collocatos* dicit *Diodor.* XVII. 96.

6. *Pelles ferarum*, &c. quod tradunt quoque Arrian. rer. Indic. p. m. 519. & Strab. XV. 416. *Sibas*, *Indicam gentem*, *quod eos pellibus amictos conspexerant*, *ab Herculis expeditione relictos esse asserebant. Siquidem & clavam gestant Sibæ*, *& bubus clavæ inurunt notam*: *atque hoc ad memoriam clavæ Herculis retulerunt.* Noster IX. 10. 10.

7. Exscensione facta *ab navibus in terram*, ut Liv. XXII. 20. *Itaque ad Honoscam classe provecti*, *exscensione ab navibus in terram facta*, &c.

8. CC. & L. *stadia* i. septem milliaria Germanica cum quadrante, eoque amplius. V. *Raderum*.

9. *Oppidum corona capit*, sed incolas *deditionem fecisse*, & *in amicitiam ac fidem receptos* dicit Arrian. VI. 385. quod fusius exponit Diod. XVII. 96. *Tum castris non obscuri nominis urbi admotis*, *quorum præcipua erat auctoritas*, *exeunt*, *inque colloquium Regis admissi*, *necessitudinis antiquæ memoriam renovant*, *& cupide omnia se facturos*, *quomodo cognatos deceat*, *pollicentur.*

10. *Alia gens*, quam *Agalassenses* dicit fuisse Diod. XVII. 96. *Inde conterminas ad gentes se convertit. Inter has Agalassenses quadraginta peditum & tria equitum millia coegisse reperit.*

11. *Fluminum* Acesines & Hydaspis jam unum in alveum redactorum. V. *Freinshemium*.

12. *Inclusos mœnibus expugnat.* Diod. XVII. 96. *Committitur pugna*, *& vincit Alexander*, *ubi plerique conciduntur*; *superstites in specus & vicina oppida refugiunt*, *quibus expugnatis*, *servituti mancipantur.*

13. *Cæteri*, impuberes.

14. *Venierunt* i. venditi sunt. Cic. pro Sext. Rosc. *Primum hoc videamus*, *ejus hominis bona qua ratione venierunt*, *aut quomodo*

defendentium pulsus, multos Macedonum amisit. Sed quum in obsidione perseveraret, oppidani desperata salute ignem[16] subjecere tectis, se quoque ac liberos conjugesque incendio cremant. Quod[7] quum ipsi augerent, hostes exstinguerent, nova forma pugnæ erat. delebant[17] incolæ urbem; hostes defendebant: adeo etiam Naturæ jura bellum in contrarium mutat. Arx erat oppidi intacta[18], in[8] qua præsidium dereliquit: ipse navigio circum vectus[19] est arcem. quippe tria flumina tota India præter Gangem maxima munimento arcis adplicant undas. A Septemtrione Indus adluit; a meridie Acesines Hydaspi confunditur. Cæterum amnium[9] coitus maritimis similes[20] fluctus movent, multoque ac turbido limo, quod aquarum concursu subinde turbatur, iter, qua meant navigia, in tenuem alveum cogitur. Itaque quum crebri fluctus se in-[10] veherent, & navium hinc proras, hinc latera pulsarent;

modo venire potuerunt. Noster IX. 8. 15.

15. *Alteram urbem.* Diodor. XVII. 96. *De cæteris etiam incolis*, *qui ad arma concursaverant* CCIↃↃ. CCIↃↃ. *in magna quadam urbe*, *tutandi sui causa*, *congregatos vi expugnat. Sed cum obseptis viarum angustiis fortiter e tectis propugnarent*, *vi summa pulsus Macedonum haud paucos amittit.* qui, & cum illo *Curtius* supra Mallos, *Arrian.* VI. 391. in ipsis Mallis hanc urbem locant.

16. *Ignem subjeciße tectis oppidanos* docet & Arrian. VI. 391. *Jamque arx victa erat*, *quum Indorum alii succensis suis ædibus ipsi etiam earum incendio perierunt.* Sed *oppido per iram succenso*, *maximam illorum partem simul combussisse* Alexandrum tradit Diodor. XVII. 96.

17. *Delebant* n. *ignibus*, ut Noster III. 10. 8. Liv. XXXIV. 39. *Pythagoras succendi* Lacedæmonis *ædificia muro proxima jussit. Quæ quum momento temporis arsissent*, *ut adjuvantibus ignem*, *qui alias ad exstinguendum opem ferre solent*, &c.

18. *Intacta* i. nondum oppugnata, in quam ad ter *mille*, *qui* ex urbis incendio *superfuerant*, *elapsos*, *& supplices veniam rogasse* dicit *Diodor.* XVII. 96. sed *jam victam fuisse* asserit *Arrian.* VI. 391. V. *Raderum.*

19. *Circumvectus est* non ad oppugnandam, quam jam cum præsidio tenebat, sed ut per flumina ulterius progrederetur. V. *Raderum.*

20. *Maritimis similes* i. maximos,

farent; subducere[21] nautæ cœperunt. sed ministeria eorum hinc metu[22], hinc prærapida celeritate
11 fluminum occupantur[23]. In oculis[24] duo[25] majora omnium[26] navigia submersa sunt; leviora quum & ipsa nequirent regi, in ripam tamen innoxia[27] expulsa sunt. Ipse Rex in rapidissimos
12 vortices incidit[28]: quibus intorta[29] navis, obliqua[30], & gubernaculi impatiens agebatur[31]. Jam vestem

mos, admodum feros. Plaut. Rud. prol. v. 69.

Increpui hibernum, & fluctus movi maritimos.

21. *Subducere* i. in ripam ducere, *in terram trahere*, ut *Serv. Aen.* I. 555. Unde Plaut. Most. III. 2. 50.

Quæ ne subducta erat tuto in terra.

22. *Metu* n. militum, ut apud Tacit. Ann. II. 23. 2. *Miles pavidus, & casuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempestive juvat, officia prudentium corrumpebat.*

23. *Ministeria occupantur.* Diodor. XVII. 97. *Tanta fluxus concitati vis erat ac vehementia, ut ars gubernatorum succumberet.* Videtur vero *ministerium* huic rei velut proprium esse vocabulum. Ita enim loquuntur Poetæ. Virg. Aen. VI. 302.

Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat.

& Historici. Tacit. de mor. Germ. XLIV. 2. *Nec velis ministrant, nec remos in ordinem lateribus adjungunt.* Noster IV. 3. 18. VII. 9. 6.

24. *In oculis*, in conspectu. Virg. Aen. I. 119.

Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit.

25. *Duo submersa.* Diod. XVII. 97. *Duæ itaque naves longæ submerguntur.* Arrian. VI. 387. *Multæ itaque naves quassatæ, duæ inter se collisæ, cum multis, qui eis vehebantur, perierunt.*

26. *Majora omnium* pro *omnibus.* Ità & Plin. VI. 17. *Quinque millia oppidorum fuisse, nullum Coi minus.* Apul. Milef. IX. p. m. 235. *Nec tamen sui molliorem provocaverat.* V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 991. 6. *Voss. in Vell. Paterc.* c. 31.

27. *Innoxia* i. quæ non acceperunt damnum. Colum. II. 10. *Sic condita, erit a curculionibus innoxia.*

28. *Rex in rapidissimos vortices incidit.* Diod. XVII. 97. *Prætoria etiam in vastum abrepta vorticem, Rex ultimum vitæ periculum adit.*

29. *Intorta* i. obvoluta, circumvoluta. Proprie *intorquere* est cum impetu vibrando emittere. Sic *intorquere tela* de Arusp. resp. Cicero & Poetæ dicunt sæpius.

30. *Obliqua* i. non recta, transversa, *dwërs, over eene zijde.* Plin. IX. 39. *Natant obliqui* polypi *in caput.*

31. *Agebatur* i. trudebatur, propellebatur, ut infr. IX. 9. 9. V. *Freinshemii Indicem.*

32. De-

vestem detraxerat corpori[32]; projecturus semet[33] in flumen; amicique, ut exciperent eum, haud procul nabant. adparebatque anceps periculum tam nataturi, quam navigare perseverantis. Ergo ingenti 13
certamine concitant[34] remos, quantaque vis humana esse poterat, admota[35] est, ut fluctus, qui se invehebant, everberarentur[36]. Findi crederes 14
undas, & retro gurgites cedere. quibus tandem navis erepta, non tamen ripæ adplicabatur, sed in proximum vadum inliditur. Cum amne bellum fuisse crederes, ergo aris pro numero fluminum positis, sacrificioque facto, triginta stadia processit. Inde ventum est in regionem Oxydracarum[37] 15
Mallorumque[38], quos alias bellare inter se solitos tunc periculi societas junxerat[39]. Nonaginta millia

32. *Detraxerat corpori* i. exuerat, *deposuerat* Noster. III. 5. 2. Cicer. de Clar. Orat. *Commentarii Cæsaris nudi omni ornatu orationis, tanquam veste detracta.* Noster III. 12. 5.

33. *Projecturus se*, ut Justin. XI. 8. 3. *In præfrigidam undam se projecit. Descendere* dicit Noster III. 5. 2.

34. *Concitant* i. movent, *navem remis concitare* super IV. 3. 2.

35. *Admota* i. adhibita. V. *Freinshemii Indicem.*

36. *Everberarentur*, i. verberando quasi repellerentur, & superarentur. Virg. Aen. X. 208.

It gravis Auletes, centenaque arbore fluctum
Verberat assurgens.

Senec. Med. II. 3.

Jussique pati verbera pontum.

Ubi *verbera* sunt remorum ictus. V. *Loccenii Indicem.*

37. *Oxydracarum*, quos *Sugambros* Justin. XII. 9. 3. *Sydracas* Plin. VI. 6. sed *Oxydracas* Diod. XVII. 98. & Arrian. VI. 385. cum Curtio adpellant, illosque *Bacchi cognatos* dicit Strab. XV. 437.

38. *Mallorum, quorum mons Mallus, tractusque ejus finis Ganges.* Plin. VI. 17. illos *Ambros* Justin. XII. 9. 3. *Mandros* Oros. III. 19. si sana utrobique lectio, nominant. *Gentes bellicosissimas & pugnacissimas* fuisse dicunt *Diod.* XVII. 98. *Arrian.* VI. 385. *Plutarch. Alex. f.* 254.

39. *Quos periculi societas junxerat* eodem modo, quo Hierosolymitanos, de quibus Tacit. Hist. V. 12. 6. *Ita in duas factiones civitas discessit, donec propinquantibus Romanis bellum externum concordiam pareret.* De quorum conjunctione Diod. XVII. 98. *Hi ante Regis adventum bellum inter se gerebant, sed Regis jam imminentis metus ad concordem armorum societatem eos compulerat: datisque & acceptis ultro denis virginum millibus per affinita-*

lia juniorum peditum [40] in armis erant; præter hos equitum decem millia [41] nongentæque quadrigæ.
16 At Macedones, qui omni discrimine jam defunctos se esse crediderant, postquam integrum [42] bellum cum ferocissimis Indiæ gentibus superesse cognoverunt, improviso metu territi, rursus seditiosis vo-
17 cibus Regem increpare cœperunt: *Gangem amnem, & quæ ultra essent, coactos transmittere* [43]; *non tamen finisse, sed mutasse bellum. Indomitis gentibus se objectos,*
18 *ut sanguine suo aperirent ei Oceanum. Trahi extra sidera & Solem* [44], *cogique adire, quæ mortalium oculis Natura subduxerit. Novis idemtidem armis* [45] *novos hostes exsistere* [46]. *Quos ut omnes fundant fugentque, quod præmium*

tem illam inter se reconciliati erant. Nec tamen conjunctis in aciem viribus descenderunt: sed dissensione de summa imperii exorta, in propinquas huc illuc urbes dilapsi fuerant. & Arrianus, quem V. §. 54.

40. *Novem millia peditum*, sed *octuaginta millia peditum* in armis fuisse dicunt Justin. XII. 9. 3. & Oros. III. 19. *plus quam octuaginta millia* Diod. XVII. 98.

41. *Decem millia equitum* ponit & Diodorus; sed *sexaginta millia* Justinus & Orosius.

42. *Integrum*, quod de integro, de novo geritur, Donat. Andr. IV. 2. 5. *Integratur, quod ad integrum redit, quod repetitur, quod instauratur. Virg. Georg.* VI. 515.

Ramoque sedens miserabile carmen
Integrat.

43. *Transmittere* i. omittere, prætermittere. Tacit. Ann. XV. 31. 2. *Apud quos vis imperii valet, inania transmittuntur.* V. *Freinshemium.*

44. *Extra sidera & Solem*: ita Virg. Aen. VI. 796.

Jacet extra sidera tellus
Extra anni, Solisque vias.

Ubi Servius: *Nulla terra est, quæ non subjaceat sideribus. Unde perite addit: extra anni Solisque vias: ut ostenderet duodecim signa, in quibus est circulus Solis. Significat autem Maurorum Aethiopiam, ubi Atlas: de qua ait Lucanus:*

Aethiopumque solum, quod non premeretur ab ulla
Signiferi regione poli, nisi poplite lapso
Ultima curvati procederet ungula Tauri.

Minut. Fel. Octav. p. m. 7. *Sic imperium suum ultra Solis vias, & ipsius Oceani limites propagavit.*

45. *Novis armis*, quæ auro & argento cælata distribuerat IX. 3. 21.

46. *Exsistere* i. exoriri. Dicitur autem fere de rebus, quæ inopinantibus offunduntur, & objiciuntur. Tacit. Annal. XV. 69. 1. *Non crimine; non accusatore exsistente.* Digest. III. tit. 3. n. 39. §. 6.

mium ipsos manere? caliginem, ac tenebras [47], *& perpetuam noctem profundo* [48] *incubantem* [49]; *repletum immanium belluarum gregibus fretum: immobiles undas, in quibus emoriens* [50] *Natura defecerit.* Rex non sua, sed 19
militum solicitudine anxius, concione advocata docet, *Imbelles esse, quos metuant. nihil deinde, præter has gentes, obstare, quo minus terrarum spatia emensi ad finem simul mundi laborumque perveniant. Cessisse* [51] *illis me-* 20
tuentibus [52] *Gangem, & multitudinem nationum, quæ ultra amnem essent, declinasse iter eo, ubi par gloria, minus periculum esset. Jam prospicere se Oceanum: jam per-* 21
flare [53] *ad ipsos auram maris: ne invidierent sibi laudem, quam peteret. Herculis & Liberi patris terminos transituro illos Regi suo, parvo impendio, immortalitatem famæ daturos. paterentur se ex India redire, non fugere.* Omnis 22
multitudo, & maxime militaris, mobili impetu fertur. ita seditionis non remedia, quam principia, majora sunt. Non alias tam alacer clamor ab exercitu 23
est redditus, jubentium, *duceret Diis secundis* [54], *& aquaret*

§. 6. *Postulata est cognitio de in integrum restitutione, cum minor circumscriptus in venditione diceretur, alterius procurator exsistit.* Noster IX. 8. 14. V. & *Freinshemii Indicem.*

47. *Caliginem, ac tenebras.* Senec. Suas. 1. *Stat immotum mare, & quasi deficientis in suo fine Naturæ pigra moles, novæ ac terribiles figuræ, magna etiam Oceano portenta, quæ profunda ista vastitas nutrit, confusa lux alia caligine, & interceptus tenebris dies, ipsum vero grave & devium mare, & aut nulla, aut ignota sidera.*

48. *Profundo* i. mari. Senec. de Ben. VII. 2. *Qui se in profundum aviditate cæca prorsus immitteret.* V. *Freinshemii Indicem.*

49. *Incubantem*, quod a Virg. Aen. I. 93. *Ponto nox incubat atra* habere nostrum, & illo verbo molestissimum quiddam indicari, ut illo Horat. Od. I. 3. 30.

Macies, & nova febrium
Terris incubuit cohors.

ad Virgilium putat *Lacerda.*

50. *Emorientem* i. deficiens, ut *Seneca* §. 47. Ita *emorientem terram* dixit IV. 7. 10.

51. *Cessisse* i. precibus locum dedisse. Virg. Aen. II. 76. 4.

Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.

52. *Metuentibus*, i. ne, quem timuissent, cogerentur transire. V. *Raderum.*

53. *Perflat*, ut de favonio Colum. II. 21. *Ad eam rem favonius habetur eximius, qui lenis, æqualisque æstivis mensibus perflat.*

æquaret gloria, quos æmularetur. Lætus his adclamationibus ad hostes protinus castra movit. Validissimæ Indorum gentes erant, & bellum impigre parabant; ducemque ex natione Oxydracarum [55] spectatæ virtutis elegerant. Qui sub radicibus montis castra posuit, lateque ignes, ut speciem multitudinis augeret, ostendit; clamore quoque ac sui moris ululatu idemtidem adquiescentes Macedonas frustra terrere conatus. Jam lux adparebat; quum Rex fiduciæ ac spei plenus alacres milites *arma capere, & exire in aciem* jubet. Sed metune, an seditione obor-
26 ta inter ipsos, subito profugerunt barbari. Certe avios montes & impeditos occupaverunt. quorum agmen Rex frustra persequutus, impedimenta cepit. Perventum deinde est ad oppidum Oxydracarum, in quod plerique confugerant, haud majore
27 fiducia mœnium, quam armorum. Jam admovebat [56] Rex, quum vates monere eum cœpit, *ne committeret, aut certe differret obsidionem. vitæ ejus veri-*
28 *culum ostendi* [57]. Rex Demophoonta [58] (is namque vates erat) intuens, *Si quis*, inquit, *arti tuæ intentum & exta spectantem sic interpellet; non dubitem, quin incom-*

54. *Secundis* i. secundantibus, sive iter *secundum* i. prosperum præbentibus. Prop. III. 19. 7.

Jam liquidum nautis aura secundat iter.

55. *Oxydracarum*, apud quos hoc infortunium accidisse Alexandro tradunt *Lucian. Dial. mort.* 14. *Appian. Civil.* II. *Stephanus in* Ὀξυδράκαι: *Pausanias in Atticis.* Negat Arrian. VI. 398. *Infortunium hoc in Oxydracis Alexandro obtigisse communis opinio est: quod tamen apud Mallos, liberam Indorum gentem accidit. Nam & urbs Mallorum erat, & a Mallis ictus fuit Alexander. Porro statuerant quidem Malli Oxydracis sese conjungere, atque ita prælium inire, sed Alexander itinere per arida, & siticulosa loca facto eos prævertérat, priusquam aut Malli Oxydracis, aut Oxydraci Mallis adjumento esse possent.* Apud Mallos hoc esse gestum tradunt quoque *Plutarch. Alex. f.* 254. & *de fort. Alex.* I. 1: II. 29. *Strab.* XV. 437.

56. *Admovebat* n. exercitum. Absolute positum. V. *Freinshemii Indicem.*

57. *Ostendi.* Diod. XVII. 98. *Augurii quibusdam maximum Regi periculum ex vulnere in hac obsidione portendi.*

58. *Demophoonta*, quem *jurgiis*

incommodus [59] *ac molestus* [60] *videri tibi possit.* Et quum 29
ille, *ita prorsus futurum*, respondisset; *Censesne*, inquit, *tantas res, non pecudum fibras* [61] *ante oculos habenti, ullum esse majus impedimentum, quam vatem superstitione captum?* Nec diutius, quam respondit, moratus [62], 30
admoveri jubet *scalas*: contantibusque cæteris evadit in murum. Angusta muri corona [63] erat: non pinnæ

giis exceptum fuisse dicit *Diodorus.*

59. *Incommodus* i. importunus. Quę duo conjugit Plaut. Asin. I. 1. 47.

Fateor esse eam importunam, atque incommodam.

60. *Molestus* i. gravis, odiosus. Terent. Andr. IV. 1. 17. *Molestus certe ei fuero.* Hinc *Molesté sedulus* supr. III. 6. 11. *Molestus* proprie est, qui *mole* aliqua premitur. Inde *molestè incedere* apud *Catull.* XLII. 8.

61. *Fibras pecudum ante oculos non habenti.* Ita apud Cicer. de Divin. II. Prusiæ Hannibal. Is enim, cum *Hannibali apud eum exulanti pugnare placeret, negabat se audere, quod exta prohiberent. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mavis, quam Imperatori veteri credere?* & Hemer. Iliad. M. heroice rejicit augurium: *Aves, inquit, minime moror, sive ad dextram versus Orientem volent, sive ad sinistram versus Occasum.* Et sane Varro *non solum otiosos, sed sordidissimos fuisse Deos* ait, *si in jecorum & viscerum sterquilinio sua occuluissent consilia, hominibus ab insanis sacerdotibus manifestanda.* V. *Freinshemium & Loccenium.*

62. *Nec diutius, quam respondit, moratus.* Ita Justin. II. 3. 13. *Nec dicta res morata.*

63. *Angusta muri corona* i. contractior projectura *coronæ. Corona* est pars muri, totiusque lapidex structuræ, quam loricam dicimus, sive prominentia, & veluti supercilium, suggrundulave arcendis stillicidiis inventa. Bononienses grundas nominant, Galli larmerios, quod guttas stillicidii, tanquam lacrymas a pariete, relidat, *een voordack.* Vitruv. II. 8. *Summis parietibus structura testacea sub tegula subjiciatur altitudine circiter sesquipedali, habeatque projecturas coronarum, ita vitari poterunt, quæ solent in his fieri vitia. Quum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut a ventis dejectæ, qua possit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lori testacea lædi laterem, sed projectura coronarum rejiciet extra perpendiculum stillas, & ea ratione servaverit integras lateritiorum parietum structuras.* Quando vero Curtius dicit, *angustam fuisse muri coronam*, vult ostendere projecturas *coronarum* non multum excessisse ipsum murum. Alioqui in *corona* muri, quod extra murum exstaret, stari poterat. Tectum autem erat pronum, ubi vestigia figi non poterant; qua coronam tegebat, mollius declinabat. V. *Raderum, Philandr. in Vitruvium. Bud.*

pinnæ [64], sicut alibi, fastigium ejus distinxerant [65]; sed perpetua lorica [66] obducta, transitum sepserat [67]. Itaque Rex hærebat magis, quam stabat in
31 margine, clypeo undique incidentia tela propulsans,
32 nam ubique eminus ex turribus petebatur. Nec subire milites poterant, quia superne vi telorum obruebantur. tandem magnitudinem periculi pudor vicit: quippe cernebant contatione sua dedi hostibus
33 Regem. Sed festinando morabantur auxilia [68]. nam dum pro se quisque certat evadere, oneravere scalas; queis non sufficientibus [69] devoluti unicam spem Regis fefellerunt [70]. Stabat enim in conspectu tanti exercitus, velut in solitudine destitutus.

CAP.

Annot. post. in Pand. p. 255. & 493. Paschal. de Coron. l. 2. Jun. Nomencl. c. 52.

64. *Pinnæ* i. murorum summitates, acroteria acuminata, ad modum fastigii turrium, columellæ, statuæ, & id genus alia tectorum ornamenta, in summo tecto collocata, *scherpe foeyen*. Varr. L. L. IV. 32. *Muri summa, pinnæ, ab his, quas insigniti milites habere in galeis solent, & in gladiatoribus Samnites.* Cæs. de Bell. Gall. VII. 72. 4. *Huic loricam, pinnasque adjecit.* V. *Raderum & Jun. Nomencl. c. 52.*

65. *Distinxerant* i. hic illic in illo positæ erant, & murum quasi diviserant. *Distinguere* enim est dividere, discernere. Colum. I. 6. *Lacubus distinguuntur granaria, ut separatim quæque legumina ponantur.*

66. *Lorica* i. structura fastigiata pluviam dispellens extra perpendiculum suggrundulis prominentibus. V. §. 63.

67. *Sepserat* i. impediverat, ne miles Alexandri murum subire posset. V. v. 4. 24.

68. *Festinando morabantur auxilia.* Idem accidit in novæ Carthaginis obsidione, de qua Liv. XXVI. 44. *Cæterum tumultus inde major, quam vis, adhiberi poterat: dum applicant, dum partim exponunt scalas, militesque, dum qua cuique proximum est, in terram evadere properant; ipsa festinatione, & certamine alii alios impediunt.*

69. *Sufficientibus* i. non capientibus tot milites. Diod. XVII. 98. *Inter hæc Macedones binas applicarant scalas: sed dum nimis multi adscensum moliuntur, confractis utrisque; omnes ad terram corruerant.* Arrian. VI. 395. *Tum scutati de Rege solliciti, quum & ipsi celeriter scalas conscendunt, fractis scalis præcipites in terram corruerunt, aliisque simul conscendendi facultatem sustulerunt.*

70. *Spem Regis fefellerunt* i. secus factum est, quam Rex futurum opinatus fuerat. Cic. Catil. IV. *Si meam spem vis improborum fefellerit, atque superaverit.* Noster IX. 8. 28.

Ut

CAP. V.

ARGUMENTUM.

In urbem hostium plenam se saltu immittit, multa vulnera excipit, ultimo discrimini a suis eripitur, &, ubi sanguis, cujus ingens vis patefacto latius vulnere, & spiculo evulso manare cœperat, constiterat, somno paulisper acquievit Alexander.

JAmque lævam, qua clypeum ad ictus circumferebat, lassaverat, clamantibus amicis, *ut ad ipsos desiliret* [1], stabantque excepturi; quum ille rem ausus incredibilem [2] atque inauditam, multoque magis ad famam temeritatis, quam gloriæ [3] insignem. Namque in urbem [4] hostium plenam, præ- 2
cipiti

Ut ad ipsos desiliret, quod *indignum rerum suarum gloria arbitratus est*, narrante *Diodor.* XVII. 99.

2. *Rem ausus incredibilem.* Ita *armatus in Tiberim dum desiluit* Cocles, dicitur *ausus rem plus famæ habituram ad posteros, quam fidei*, Liv. II. 10.

3. *Temeritatis, quam gloriæ.* Recte Cic. Offic. I. *Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habet, quam fortitudinis.* Unde non immerito *amici, qui eum deducebant, factum ejus reprehenderunt, quod se tanto discrimini pro exercitu objecisset, quia non dux, sed militis hoc erat officium*, ut prodidit Arrian. VI. 403. idemque non probavit Philippus ejus pater apud Lucian. Tom. III. Dial. mort. I. *Quomodo autem tibi non probatur, pater, quod in Oxydracis, gente Indica lubens me in periculum conjecerim, atque acceptis plurimis vulneribus, muros primus omnium transsilierim.* V. & Nostrum IX. 6. 6-15.

4. *In urbem* se immisisse Alexandrum narrant etiam *Diodorus, Plutarchus, Justinus, Orosius*, sed *Arrianus* potius *in urbis arcem*, in quam oppidani, *quum ejus impetum sustinere non possent, se receperint*, quamque, *quum cunctari Macedones in admotione scalarum viderentur, Alexander ipse scalam cuidam eam gestanti ereptam muro applicans, scuto tectus conscenderit.*

cipiti saltu semetipse[6] immisit[7]; quum vix sperare posset dimicantem certe, & non inultum esse moriturum: quippe, antequam adsurgeret, opprimi po-
3 terat, & capi vivus. Sed forte ita libraverat corpus, ut se pedibus exciperet[8]. itaque stans init pugnam; & ne circumiri posset, Fortuna providerat.
4 Vetusta arbor, haud procul muro, ramos multa fronde vestitos, velut de industria Regem protegentes, objecerat: hujus spatioso stipiti[9] corpus, ne circumiri posset, adplicuit; clypeo tela, quæ ex ad-
5 verso ingerebantur, excipiens. Nam quum unum procul tot manus peterent; nemo tamen audebat propius accedere[10]: missilia ramis plura, quam cly-
6 peo incidebant. Pugnabat pro Rege primum celebrati nominis fama: deinde desperatio, magnum ad
7 honeste moriendum incitamentum. Sed quum subinde hostis adflueret[11], jam ingentem vim telorum

5. *Hostium plenam*, quam *vacuam ratum* fuisse Oros. III. 19. *desertam a defensoribus de muro animadvertisse* Justin. XII. 9 5. dicunt.

6. *Semetipse sine ullo satellite*, ut *Justinus* & *Orosius*, *cum paucissimis*, ut *Plutarchus*; post Alexandrum enim arcem *conscendisse Peucestam*, *post Peucestam Leonnatum corporis custodem*, *per eandem scalam*, *per aliam vero Abream unum ex duplariorum ordine* docet *Arrianus*, licet de *Leonnato non omnes consentire*, *ut nec de Abrea duplario* scribat VI. 400.

7. *Saltu se immisit* i. desiliit, quod *saltu præcipitem se dare* Virg. IX. 815. Quia vero *in muro stans e vicinis circumquaque turribus petebatur*, *statuit tandem*, *si diutius in muro persisteret*, *periclitaturum se*, *neque quicquam operæ pretium facturum*: *at si intra arcem se conjiceret*, *fortassis eo ipso facto hostes territurum*; *sin minus*, *saltem egregium facinus editurum*, *& laude*, *admiratione que apud posteros parta moriturum*. V. *Arrian.* VI. 395.

8. *Se pedibus exciperet* i. ita se demitteret, ut in pedes procideret. V. *Freinshemii Indicem*.

9. *Stipiti*, quod & tradit Justin. XII. 9. 9. *Ubi obrui multitudine se vidit*, *trunco se*, *qui tum propter murum stabat*, *applicuit*. *muro obfirmatum* dicit Arrian. VI. 395. & cum illo Oros. III. 19. *Muri obice posteriora tutans*, *contrarios facilius eo usque sustinuit*, sed Diodor. XVII. 99. *a dextra arborem radicibus muro adfixam*, *a sinistra murum ipsum pro munimento sibi fecisse*.

10. *Propius accedere*, quia *vibrantibus ejus armis jubar aliquod*, *& spectrum barbaris videbatur pro corpore ejus obversari*. Plu-

rum exceperat clypeo: jam galeam saxa perfregerant; jam continuo labore gravia genua succiderant[12]. Itaque contemptim & incaute, qui proxi- 8
mi steterant, incurrerunt: e quibus duos[13] gladio ita excepit, ut ante ipsum exanimes procumberent. nec cuiquam deinde propius incessendi eum animus fuit: procul jacula sagittasque mittebant. Ille ad 9
omnes ictus expositus, ægre jam exceptum poplitibus corpus tuebatur, donec Indus duorum cubitorum sagittam (namque Indis, ut antea diximus, hujus magnitudinis sagittæ erant) ita excussit, ut per thoracem paulum super latus dextrum[14] infigeretur. Quo vulnere adflictus[15], magna vi sanguinis 10
emicante[16], remisit[17] arma moribundo similis, adeoque resolutus, ut ne ad vellendum[18] quidem telum sufficeret dextra. Itaque ad exspoliandum 11
corpus[19], qui vulneraverat, alacer gaudio[20] accurrit. quem ut injicere corpori suo manus sensit, credo,

Plutarch. Alex. f. 254.

11. *Hostis adflueret* i. multi hostes accederent. Justin. XXVI. 2. 1. *Novusque illi hostis Gallograciæ exercitus adfluxisset*. Proprie *adfluere* est ad aliud fluere Plin. II. 97. *Bis inter duos exortus Lunæ adfluunt*, *bisque remeant*, *vicenis quaternisque semper horis*.

12. *Succiderant*, waren gesoncken. Plautus Curc. II. 3. 30. *Genua inedia succidunt*. *PH. Lassitudine*.

13. *Duos* Arrian. VI. 395. *Nonnullos cominus eum lacessentes*, *atque adeo ipsum Indorum ducem audacius irruentem gladio interficit*: *alium propius accedentem saxo*, *alium rursus gladio ferit*.

14. *Super latus dextrum*, infra mammillam dicunt *Diodorus*, *Plutarchus*, *Justinus*, *Orosius*, sed *supra mammillam* Arrianus.

15. *Afflictus* i. læsus, ut Phædr. II. 8, 12. *Nec sum læsus vulnere*.

16. *Emicante* i. subito exeunte, exsiliente. Flor. I. 18. 4. *Atque hostem rati emicant*.

17. *Remisit* i. dimisit, *beeft laten hangen*, *vallen*. Plin. VIII. 32. *Quum erexere aures*, *acerrimi auditus*: *quum remisere*, *surdi*. *Submittere* Noster *n.* 18.

18. *Vellendum* i. extrahendum. Suet. Jul. c. 45. *Ut non solum tonderetur diligenter*, *ac raderetur*, *sed velleretur etiam*.

19. *Exspoliandum corpus* i. spolia corpori detrahenda. Cic. pro Dejot. *Dejotarus seje*, *& filium suum exspoliare maluit*. Noster VIII. 14. 40. qui *demere spolia* supr. VI. 1. 14.

20. *Alacer gaudio*, *velox* Plutarcho, *incaute*, *non sine despectu Regis* Diodoro. Est vero pleonasmus gaudii abundantiam fi-

do, ultimi dedecoris indignitate[21] commotus; linquentem revocavit[22] animum, & nudum[23] hostis
12 latus subjecto mucrone hausit[24]. Jacebant[25] circa Regem tria corpora, procul stupentibus cæteris[26]: ille ut, antequam ultimus spiritus deficeret, dimicans jam[27] exstingueretur, clypeo se adlevare co-
13 natus est: & postquam ad connitendum nihil superabat virium, dextra impendentes[28] ramos complexus tentabat adsurgere[29]. Sed ne sic quidem potens corporis[30], rursus in genua procumbit; manu pro-
14 vocans hostes, si quis congredi auderet. Tandem Peucestas[31] per aliam oppidi partem deturbatis propugnatoribus muri vestigia persequens[32] Regi supervenit. quo conspecto Alexander jam non vitæ suæ, sed mortis solatium superveniſſe ratus, clypeo fatigatum corpus excepit. Subit inde Timæus[33]: & paulo post Leonnatus: huic Aristonus[34] supervenit. Inde quoque, quum intra mœnia Regem esse comperissent, omissis cæteris illuc concurrerunt, urgebantque protegentes. ex quibus Timæus multis adverso corpore vulneribus acceptis egregiaque edita pugna cecidit: Peucestas quoque tribus jaculis confossus non se tamen scuto[35], sed Regem tuebatur: Leonnatus dum avide ruentes barbaros submovet, cervice graviter icta semianimis procubuit ante Regis pedes. Jam & Peucestas vulneribus fatigatus submiserat clypeum: in Aristono spes ultima hærebat[36]. hic quoque graviter saucius tantam vim hostium ultra sustinere non poterat. Inter hæc ad Macedonas, *Regem cecidisse*, fama perlata est. Terruisset alios, quod illos incitavit[37]. namque periculi omnis immemores dolabris perfregere murum; & qua moliti erant aditum, inrupere in

15 16 17 18 19

gnans. Liv. VI. 6. *Gaudio alacres fremunt.* Phædr. II. 6. 21.

21. *Indignitate* i. fœditate, atrocitate. Cic. de Invent. II. *Facti alicujus atrocitatem, aut indignitatem, aut omnino culpam augere.*

22. *Revocavit* i. resuscitavit. *Revocari* dicuntur mortui, cum reviviscunt. Prop. II. 10. 29.

Sed frustra multos revocabis, Cynthia, Manes.

Revocari proprie dicuntur qui redire jubentur. Cic. Rul. III. *Qui provocati a me venire noluerunt, revocati saltem revertantur.*

23. *Nudum* i. non tectum gladio, quem *enudaverat*. Plutarch. Alex. f. 255.

24. *Hostis latus subjecto mucrone hausit* i. *gladium lateri subjiciens letali hominem vulnere prostravit*, ut Diodor. XVII. 99. V. VII. 2. 27.

25. *Jacebant* i. prostrata erant. *Jacere* dicuntur mortui. Phæd. I. 28. 9. *O canis, merito jacet.*

26. *Stupentibus cæteris*, Ita Statius IX. 538.

Non tamen aut ensem, galeamve audacia cuiquam
Tangere, vix credunt oculis, ingentiaque horrent
Funera.

27. *Dimicans jam* i. dum etiam dimicaret, inter ipsum dimicandum. Ad eundem modum *simul* pro, interea dum, usus est Apul. VI. *Et simul dicens libellum ei porrigit.* V. *Freinsh.* V. 3. 9.

28. *Impendentes* i. supra illum pendentes. Plin. VI. 14. *Dextera, lævaque ambustis similes impendent scopuli.*

29. *Tentabat adsurgere.* Diod. XVII. 99. *Mox vicino, quem apprehenderat, ramo se attollens, cuicunque liberet, pugnam offerebat.*

30. *Potens corporis* i qui habet potestatem in corpus, qui illud potest regere. Ita *potens imperii* dicitur Tac. XI. 31. 3. qui imperium obtinet: *potens rerum* Sueton. Jul. c. 72. *potens legionum* Patere. II. 65. 1. *potens certaminis æstus* Liv. XXVIII. 30.

31. *Peucestas* fuit *unus satellitum* Diodoro, quem *Alexandri magni servatorem, dignum tanta gloria* nominat *Plin.* XXXIV. 8. & 8. & quem, *quod fidem ejus egregiam cum aliis in rebus, tum apud Mallos expertus esset, ubi magno suo periculo Alexandrum servarat, Persis satrapam constituit.* V. *Arrian.* VI. 440.

32. *Muri persequens vestigia*, de mueren langs gaande. Plaut. Rud I. 4. 30. *Littus hoc persequamur.*

33. *Timæus* dicitur Plutarch. Alex. f. 255. *Limnæus*, de fort. Alex. II. 29. *Lemnæus.* V. *Freinshemium.*

34. *Aristonus* Pisci filius Pellæus fuit, & inter Alexandri corporis custodes numeratur Arrian. VI. 433. V. *Freinshemium.*

35. *Scuto* n. *Palladis Iliacæ.* Arrian. VI. 396. quod Minervæ templo detraxerat Arrian. I. 32. *Quumque in Ilium veniſſet Palladi Iliacæ dicitur sacrificasse: universique armis, quibus uti solebat, in ejus templo fixis, sumsisse eorum loco sacra quædam arma, quæ ex Trojano bello adhuc salva erant: quæ quidem arma scutatos ante ipsum in prælium gestare solitos narrant.* VI. 393. *Post hunc Peucestas, sacrum scutum gestans, quod Alexander ex æde Palladis Iliacæ sumtum in omnibus præliis præ se gestari curabat.*

36. *Hærebat* i. manebat, erant. Cic. Catil. IV. *Memoria tantorum periculorum in omnium gentium sermonibus, ac mentibus semper hærebit.*

37. *Terruisset alios, quod illos*

in urbem; Indosque plures fugientes, quam congredi ausos, ceciderunt. Non senibus, non feminis, non infantibus parcitur [38]: quisquis occurrerat, ab illo vulneratum Regem esse credebant. tandemque internecione hostium justæ iræ [39] parentatum est.
21 *Ptolemæum, qui postea regnavit* [40], *huic pugnæ adfuisse*, auctor est Clitarchus [41], & Timagenes [42]. Sed ipse, scilicet [43] gloriæ suæ non refragatus [44], *abfuisse se, missum in expeditionem* memoriæ tradidit [45]. Tanta

los incitavit. Simile est, quod narrat Liv. x. 29. *Romani, duce amisso, quæ res terrori aliis esse solet, sistere fugam, ac novam de integro velle instaurare pugnam.* IX. 22. *Nec ut fit, ad ducis casum perculsa magis, quam inritata est multitudo.* V. *Freinshemium.*

38. *Non senibus, non feminis, non infantibus parcitur.* Arrian. VI. 397. *Magna tum Indorum strages fit, omnibus ad unum cæsis, ne mulieribus quidem aut infantibus exceptis.*

39. *Justæ iræ.* Diodor. XVII. 99. *Tum urbe per vim capta Macedones, quicquid hominum in manus illorum incidit, quod iræ super Rege indulgerent, trucidant, totumque oppidum cadaveribus replent.*

40. *Qui postea regnavit* in Aegypto X. 10. 1.

41. *Clitarchus*, de quo Quintil. Instit. X. 1. *Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur.* Noster IX. 8. 15. De Alexandro scripsit historiam.

42. *Timagenes*, de quo quoque Quintil. Inst. X. 1. *Longo post intervallo temporis natus Timagenes, ut hoc est ipso probabilis, quod intermissam historias scribendi industriam nova laude reparavit.* V. *Freinshemium proleg. c. 4. Voss. de Histor. Græc. I. 24.*

43. *Scilicet*, interdum est serio, valde affirmantis pro certo, rem ita se habere. Cic. Fam. XIII. 26. *Peto igitur a te, tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere.* Eadem notio vocis *videlicet* apud Liv. XXIII. 12. *Hostium cepi bina castra, prædæ videlicet plena, & commeatuum.* V. *Freinshemium.*

44. *Refragatus* i. repugnans obnitens. Cicero Philip. XI. *Ne refragari homini amicissimo videar.* Ita apud Quintil. Instit. X. 5. *ingenium refragatur illi*, qui, quod quæritur, ingenio adsequi non potest. Proprie *refragari* est infringere alterius sententiam in comitiis, in rostris, in foro, & opponitur τῷ *suffragari*, quod V. VII. 1. 11. Ita *non detrectatorem suarum laudum* appellat Catonem Liv. XXXIV. 15. *Cato ipse, haud sane detrectator laudum suarum multos cæsos ait.*

45. *Memoriæ tradidit.* Arrian. VI. 400. *In eo præcipue mihi errasse videntur, qui Alexandri res conscripserunt, quod Ptolemæum Lagi filium una cum Alexandro, & Peucesta scalam conscendisse scribunt, jacentemque objecto*

ta componentium [46] vetusta rerum monumenta, vel securitas [47], vel par huic vitium, credulitas! Rege in tabernaculum relato, medici [48] lignum 22
hastæ corpori infixum ita, ne spiculum moveretur, abscindunt. corpore deinde nudato [49] animadver- 23
tunt [50] hamos [51] inesse telo; nec aliter id sine pernicie corporis extrahi posse, quam ut secando vulnus augerent [52]. Cæterum ne, secantes profluvium [53] sanguinis occuparet, verebantur; quippe 24
ingens telum [54] adactum erat, & penetrasse in viscera videbatur. Critobulus [55], inter medicos artis 25
eximiæ,

objecto scuto protexisse: ideoque Ptolomæum Soterem i. servatorem a militibus appellatum fuisse, quum alioqui Ptolomæus ipse scribat, se huic pugnæ non interfuisse; sed eo tempore copiarum ducem adversus alios barbaros pugnasse.

46. *Componentium* i. scribentium. Cic Attic. XV. 15. *Ego testamentum composui, quod quum voles, obsignabo.* Proprie *componere* est simul ponere, conjungere, colligere. Terent. Hec. IV. 3. 5.

I ergo intro, & compone, quæ tecum simul ferantur.

Quia vero in utroque sermone verba *componuntur*, & ordine conjunguntur, hinc factum, ut *componere* sit scribere.

47. *Securitas*, quam taxat & Arrian. VI. 401. *Hæc mihi per digressionem dicta sunt, ut in tantorum facinorum, & casuum expositione posteri plus diligentiæ adhibeant.*

48. *Medici* i. chirurgi, ut IV. 6. 17.

49. *Corpore nudato* i. *corpori thorace detracto*, ut *Plutarch. Alex. f.* 205.

50. *Animadvertunt* i. intelligunt, sentiunt, deprehendunt. Cic. de Divin. I. *Experrecta nutrix animadvertit dormientem circumplicatum serpentis amplexu.*

51. *Hamos* i. uncos, quibus, ne facile evelli possent, jacula armabant veteres. Plin. XVI. 36. *Calamis orientis bella conficiunt, quibus spiculæ addunt inrevocabili hamo noxia.* Unde *hamatæ sagittæ* Prop. II. 9. 5. & Ovid. Trist. III. 10. 13. talibus uncis armatæ. Proprie *hamus* est uncus, quem *abdit cibus*, ut loquitur Tibul. II. 7. 3. dum piscator *captat arundine pisces.* Cic. de Senect. *Quod ea videlicet capiantur, ut hamo pisces.*

52. *Secanda augerent, latius patefacerent.* n. 28.

53. *Profluvium* i. fluxus. Plin. XXVI. 12. *Sanguinis profluvium sistit herbæ pæoniæ semen rubrum.* Noster n. 29.

54. *Telum*, cujus *ferri latitudo trium digitorum, longitudo quatuor fuisse perhibetur.* Plutarch. Alex. f. 255.

55. *Critobulus*, quem *Critodemum, medicum Coum, ex Æscu-*

eximiæ, ſed in tanto periculo territus, manus admovere metuebat, ne in ipſius caput parum proſpe-
26 ræ curationis [56] recideret eventus [57]. Lachrymantem eum ac metuentem, & ſolicitudine propemodum exſanguem Rex conſpexerat. *Quid*, inquit, *quodve tempus exſpectas, & non quamprimum hoc dolore me ſaltem morituram liberas? An times, ne reus ſis, quum*
27 *inſanabile vulnus acceperim?* At Critobulus tandem vel finito, vel diſſimulato metu hortari eum cœpit, *ut ſe continendum præberet, dum ſpiculum evelleret: etiam*
28 *levem corporis motum noxium fore.* Rex quum adfirmaſſet, *nihil opus eſſe iis, qui ſemet continerent*; ſicut præceptum erat, ſine motu præbuit corpus [58]. Igitur patefacto latius vulnere, & ſpiculo evulſo, ingens vis ſanguinis manare cœpit; linquique animo Rex, & caligine oculis offuſa, veluti moribun-
29 dus [59] extendi [60]. Quumque profluvium medicamentis

Æſculapii ſtirpe nominat Arrian. VI. 397. De illo Plin. VII. 37. *Magna & Critobulo fama eſt, extracta Philippi Regis oculo ſagitta, & cura deformitatem oris curata orbitate luminis.* V. *Popmam*, & ex illo *Freinshemium.*

56. *Curatio* eſt ipſe medendi actus. Cic. de Off. I. *Medici gravioribus morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur.*

57. *In ipſius caput recideret eventus.* Recte. Id enim Glauciæ Hephæſtionem in Ecbatanis affectum minus curanti contigit. Illum enim narrantibus Arrian VII. 471. & Plutarch. Alex. f. 2. 256. *ut dolorem ſuum teſtaretur, vel ob potionem non recte datam, vel quod, quum eum liberalius bibiſſe cerneret, curam ejus omiſiſſet, in crucem tolli juſſit Alexander.*

58. *Sine motu præbuit corpus.* Ita *C. Marius, ruſticanus vir, ſed plane vir, cum ſecaretur, vetuit ſe alligari: nec quisquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus.* V. Cicer. Tuſc. II. Et puer Macedo, *in cujus brachium* ſacrificante Alexandro *carbo ardens delapſus eſt, dolorem ſilentio preſſit, & brachium immobile tenuit, ne ſacrificium Alexandri, aut concuſſo thuribulo impediret, aut edito gemitu regias aures adſpergeret, licet aduſti corporis odor ad circumſtantium nares perveniſſet.* Valer. Max. III. 3. 1. ext. V. *Raderum.*

59. *Moribundus* i. ſemimortuus, vicinus morti. Val. Max. V. 7. 1. ext. *Jacebat ipſe in lectulo, moribundo ſimilis.* Noſter n. 10. VI. 1. 15. IX. 1. 33. V. & *Beroald. Annot. in Servium.* §. 26.

60. *Extendi*, quia mors corpora *extendit.* Perſ. III. 104.

Compoſitus lecto, craſſisque lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit.

Virg. V. 374.

Et fulva moribundum extendit arena.

V. *Raderum.*

mentis fruſtra inhiberent; clamor ſimul atque ploratus amicorum oritur, Regem exſpiraſſe credentium. Tandem conſtitit ſanguis [61], paulatimque animum recepit, & circumſtantes cœpit adgnoſcere. Toto eo die ac nocte, quæ ſequuta eſt, arma- 30
tus exercitus regiam obſedit [62], confeſſus omnes unius ſpiritu vivere. nec prius receſſerunt, quam compertum eſt, ſomno pauliſper adquieſcere. hinc certiorem ſpem ſalutis ejus in caſtra [63] retulerunt.

CAP.

61. *Conſtitit ſanguis.* Arrian. VI. 398. *Quumque rurſus Alexander animo linqueretur, ſyncopen ipſam ſiſtendo ſanguini remedio fuiſſe.*

62. *Exercitus regiam obſedit* n. ut curam ſuam Regi minus belle valenti approbaret. Illam enim aliquoties laudat Noſter, III. 5. 5-8. IX. 6. 4.

63. *In caſtra*, n. quæ ad urbem erant, non ea, quæ ad Aceſinis & Hydraotis confluentes, de quibus *Arrian.* VI. 401. quem videbis IX. 6. 1. §. 3. V. *Freinshemium.*



Septem

CAP. VI.

ARGUMENTUM.

Curato vulnere, licet nec dum obducta cicatrice, se periisse credentibus ostendit, Cratero amicorum nomine, ne se in posterum tantis exponat periculis, monenti composita oratione gratias agit, & habet Alexander.

1 REx septem diebus [1] curato vulnere, necdum obducta cicatrice, quum audisset, *convaluisse* [2] *apud barbaros* [3] *famam mortis suæ; duobus navigiis junctis, statui in medium undique conspicuum tabernaculum* jussit, *ex quo se ostenderet periisse credentibus.* Conspectusque ab incolis spem hostium falso nuncio
2 conceptam inhibuit. Secundo deinde amne defluxit, aliquantum intervalli a cætera classe præcipiens, ne quies corpori invalido adhuc necessaria
3 pulsu remorum impediretur. Quarto, postquam navigare cœperat, die, pervenit in regionem [4] desertam

Septem diebus, *complures* dicit Diod. XVII. 99. *Interea dum complures Rex curationi vulneris dies insumit.*

2. *Convaluisse* i. certam, ratam, confirmatam esse. Sic in reg. jur. 29. *Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere* i. quod ab initio non valet, postea non confirmatur. V. *Loccenii Indicem.* Proprie *convalescere* est valetudinem recipere. Cic. de Fat. *Si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, sive medicum adhibueris, sive non, convalesces.*

3. *Apud barbaros*, imo apud Macedonas. Arrian. VI. 401. *Porro quum Alexander ibi ad curandum vulnus commoraretur, primo statim rumore perlatum est in castra, unde is in Mallos profectus fuerat, eum ex vulnere interiisse. Ac primo quidem ejulatus totis castris auditus est, quum ex aliis in alios fama spargeretur, & Græcos per Bactrianam & Sogdianam in colonias distributos*, qui, *quod jam pridem sedes inter barbaros assignatas molestè ferrent, & tunc rumore defuncti Regis arrigerentur, a Macedonum imperio defecerunt.* V. *Diod.* XVII. 99. & nostrum IX. 7.

4. *Regio-*

sertam quidem ab incolis; sed frumento & pecoribus abundantem. placuit is locus & ad suam, & ad militum requiem. Mos erat principibus amicorum, 4
& custodibus corporis, excubare ante prætorium, quoties Regi adversa valetudo incidisset. hoc tum more quoque servato universi cubiculum ejus intrant. Ille solicitus, ne quid novi adferrent, quia 5
simul venerant; percontatur, *num hostium recens nunciaretur adventus.* At Craterus, cui mandatum erat, ut amicorum preces perferret ad eum; *Credisne* [5], inquit, *adventu magis hostium, ut jam vallo consisterent, quam cura salutis tuæ, ut nunc est tibi vilis, nos esse solicitos? Quantalibet* [6] *vis omnium gentium con-* 6
spiret [7] *in nos* [8]; *impleat armis virisque totum orbem; classibus* [9] *maria consternat* [10]; *inusitatas belluas inducat: tu nos præstabis invictos. Sed quis Deorum hoc Macedo-* 7
niæ columen [11] *ac sidus* [12] *diuturnum fore polliceri; quum* 8
tam

4. *Regionis* nomen nullus exprimit. Sed intra Oxydracas & Mallos fuisse necesse est. V. *Raderum.*

5. *Credisne*, ita in orationum exordiis loqui amat Curtius. Ita enim loquutum esse observo IX. 2. 16. VIII. 5. 17. Eo modo utitur suo *videsne* supr. IV 10. 32. 11. 8. V. *Raderum.*

6. *Quantalibet*, soo groot, als sy willen. Plin. VIII. 16. *Leo vulneratus observatione mira percussorem novit, & in quantalibet multitudine appetit.*

7. *Conspiret* i. conjuret. Suet. Jul. c. 9. *Venit in suspicionem conspirasse cum M. Crasso. Meminerunt hujus conjurationis* &c. Unde *conspirati* dicuntur, qui conjuraverunt. Suet. Galb. c. 19. *Rumoribus, quos conspirati, ut eum in publicum elicerent, de industria dissiparant.* Proprie *conspirare* est simul spirare, *te samen blasen.* Colum. IV. *Omnibus suis partibus ad educandam prolem novam conspiret.*

8. *In nos* n. communibus viribus opprimendos. V. *Freinshemii Indicem.*

9. *Classibus* i. navibus. Serv. Aen. I. 43. *Re vera unam navem significat, ut Horat. Od. III. 11. 47.*

Me vel extremos Numidarum in agros
Classe releget.

10. *Consternat* i. tegat, tot deducat, ut iis mare quasi tectum sit. Noster IX. 8. 5. *Consternere* est *sternendo* effundere, tegere. Cic. de Divin. I. *Ex horreis direptum & effusum frumentum vias omnes constraverat.* Noster V. 1. 20. IX. 10. 25.

11. *Columen* i. decus, ornamentum. Donat. Phorm. II. 1. 57. *Columen, sustentatio, vel decus.* Viri vero principes & Reges quasi sustentacula sunt sibi

tam avide manifestis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas trahere te in casum 13? *Quis enim tibi superstes aut optat esse, aut potest? eo pervenimus, auspicium atque imperium sequuti tuum, unde, nisi te reduce, nulli ad Penates suos iter est. Qui si adhuc de Persidis regno cum Dario dimicares; etsi nemo vellet, tamen ne admirari quidem posse:* 14 *tam promptæ esse te ad omne discrimen audaciæ: nam ubi paria sunt periculum ac præmium* 15, *& secundis rebus amplior fructus est, & adversis solatium majus. Tuo vero capite ignobilem vicum emi* 16, *quis ferat, non tuorum modo militum, sed ullius etiam gentis barbaræ civis, qui tuam magnitudinem novit? Horret animus cogitatione rei, quam paulo ante vidimus. Eloqui timeo, invicti corporis spoliis inertissimos* 17 *manus fuisse injecturos, nisi te interceptum misericors*

subjectorum. Plaut. Cas. III. 2. 6.

Sed eccum egreditur senati columen.

Thessaliæ columen Peleus dicitur Catull. LXIV. 26. 324. In illos enim, ut in Turnum, *omnis domus inclinata recumbit.* Virg. XII. 59. Plurima huc facientia ex Aeschyne, Pindaro, Oppiano collegit *Ritterſh. in Oppian. Κυνηγ.* I. 1. Proprie *columen* est fastigium ædium, aut villarum *culmus* tectum. Varr. R. R. III. 7. *Ustum agreste, ut alii dicunt, saxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus villæ: a quo appellatæ columbæ, quæ propter timorem naturalem summa loca in tectis capiant.*

12. *Sidus* appellant etiam Caligulam Romani apud Sueton. c. 13. *Super fausta nomina, sidus, & pullum, & puppum, & alumnum appellantium*, ob fausti ratem, ni fallor, aut etiam oris venustatem. Horat. Od. III. 9. 21.

Quamquam sidere pulchrior
Ille est.

13. *Trahere te in casum.* Ita Tacit. Ann. I. 47. 1. *se remque publicam in casum dare* i. in fortunæ incertæ periculum.

14. *Ne admirari quidem posset*, quippe cogitaret, non iniquum esse, ut magnum ob præmium, magnum etiam periculum susciperetur. V. *Freinshemium.*

15. *Ubi paria sunt periculum & præmium.* Sueton. Aug. c. 25. *Prælium quidem, aut bellum suscipiendum omnio negabat, nisi cum major emolumenti spes, quam damni metus ostenderetur.* Nam *minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes ajebat esse aureo hamo piscantibus: cujus obrupti damnum nulla captura pensari posset.*

16. *Emi* i. comparari. Pretium dici de quacunque re, qua aliud quid comparatur, & quasi *emitur*, diximus VI. 6. 11.

17. *Inertissimos* i. ignavissimos. *Iners* optimis Auctoribus igna-

cors in nos Fortuna servasset. Totidem proditores, totidem desertores sumus, quot te non potuimus persequi. Universos licet milites ignominia notes, nemo recusabit luere id, *quod ne admitteret, præstare non potuit. Patere nos quæso alio modo esse viles tibi. Quocunque jusseris, ibimus. Obscura* 18 *bella & ignobiles pugnas nobis deposcimus: temetipsum ad ea serva pericula, quæ magnitudinem tuam capiunt. Cito gloria obsolescit* 19 *in sordidis* 20 *hostibus: nec quidquam indignius est, quam consumi eam, ubi non possit ostendi.* Eadem fere Ptolemæus, & similia iis cæteri. jamque confusis vocibus eum orabant, *ut tandem exsatiatæ* 21 *laudi modum* 22 *faceret, ac saluti suæ, id est, publicæ parceret.* Grata erat Regi pietas amicorum. itaque singulos familiarius amplexus

13 14 15 16

ignavus est, fugitans militiæ, ac laborum. Virg. Aen. IX. 55.

Teucrum mirantur inertia corda.

Tib. I. 1. 29.

Quæso, segnis inertque vocer.

Eadem mente sexum femineum, *sexum ineriem* i. horrentem ab armis militaribus tangendis, potiusque mundo suo gaudentem vocat Papin. Achill. II. 173.

Hinc aliæ, quæ sexus iners, naturaque ducit &c.

Unde *vita iners* opponitur militari *Tib.* I. 1. 1-3. *Claud. Cons. Honor.* III. 41-50. Proprie *inertes* qui sint, docet Cic. Fin. II. *Artes, quibus qui carebant inertes a majoribus nominabantur.* V. *Gebhard. Crep.* III. 4. *Voss. Gram.* III. 45.

18. *Obscura* i. ignobilia. Ita *obscuram*, eandemque *ignobilem* dicit mortem III. 5. 10. *obscuram & ignobilem senectutem* IX. 6. 19. *Obscura* vero bella, quæ geruntur cum gente *obscura* & minus nota.

19. *Obsolescit* i. deficit, minor fit. Sueton. Aug. c. 89. *Ne paterentur nomen suum commissionibus obsolescere.* Proprie *obsolescere* est inveterascere, ab usu recedere. Cic. pro Manil. *Obsolevit jam ista oratio, re multo magis, quam verbis refutata.* Noster VI. 9. 25. IX. 1. 2.

20. *Sordidis* i. vilibus. Cicer. ad Octav. *Cui sordibat Macedonia provincia.* Virg. Ecl. II. 44.

Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.

Noster X. 10. 8. 2. 23. VIII. 8. 16. Proprie *sordedum* est *sordibus* infectum. Cic. Tusc. III. *Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.* V. IV. 1. 22. §. 89.

21. *Exsatiatæ* i. assiduo labore expletæ. Ubi enim *satietas*, ibi præcessit assiduitas, & sequitur remissio. Plaut. Most. I. 3. 39.

Te deseret ille ætate & satietate.

22. *Modum* i. finem. Cic. pro Manil. *Itaque non mihi tam copia, quam modus in dicendo quærendus*

plexus *considere* jubet. altiusque [23] sermone repetito,
17 *Vobis quidem*, inquit, *o fidissimi piissimique* [24] *civium atque amicorum, grates ago habeoque, non solum eo nomine* [25], *quod hodie salutem meam vestræ præponitis; sed quod a primordiis belli nullum erga me benevolentiæ pignus* [26] *atque indicium* [27] *omisistis. adeo ut confitendum sit, nunquam mihi vitam meam fuisse tam caram, quam esse cœpit,*
18 *ut vobis diu frui possim. Caterum non eadem est cogitatio eorum, qui pro me mori optant, & mea: qui quidem hanc benevolentiam vestram virtute meruisse me judico. Vos enim diuturnum fructum ex me, fortitan etiam perpetuum percipere cupitis: ego me metior non ætatis spatio, sed glo-*
19 *ria* [28]. *Licuit paternis opibus contento intra Macedoniæ ter*

rendus est, qui hæc conjungit Verr. IV. *Nos modum aliquem, & finem orationi nostræ faciamus.*

23. *Altius* i. magis a principio. Cic. pro Cluent. *Longo, & alte petito proœmio respondere. Supra repetere* Salust. Catil. c. 5. *Res ipsa horsari videtur supra repetere.*

24. *Piissimi.* Hanc vocem a toto Latio proscripsit Cicer. Philip. XIII. *Tu porro ne pios quidem, sed piissimos quæris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter divinum tuam pietatem novum inducis. Piissimum hominem Lepidum* nominaverat Antonius. Sed illa præter Curtium utuntur Flor. IV. 7. 15. *Sed in abolitione sanctissimarum, piissimarumque animarum, judicio suo, scelere alieno, uterentur.* Senec. Consol. ad Polyb. c. 26. *Quod longe a sensibus tuis prudentissimis, piissimisque abest*: alii. V. *Raderum, Loccenium*, &, qui hujus gradus usum ex vetustis inscriptionibus probat *Vinetum ad Florum. Barth.* XXXV. 9. qui similes plurimos collegit superlativos.

25. *Eo nomine* i. ea causa. Cic. Fam. XII. 13. *Hoc a te peto, non solum reipublicæ, sed etiam amicitiæ nostræ nomine.* Noster III. 7. 2.

26. *Pignus* i. argumentum certissimum. Phædr. v. 6. 37.

Turpemque aperto pignore erorem probant.

Noster VI. 10. 11 VII. 2. 11.

27. *Incidium* i. notam, signum. Cic. Fam. VII. 6. *Cum aliquo insigni indicio meæ erga te benevolentiæ.*

28. *Melior me non ætatis spatio, sed gloriæ.* Non enim quamdiu, sed quam bene vixeris, refert. Pedo Albinov. ad Liviam v. 447.

Quid numeras annos? vixti maturior annis.
Acta senem faciunt: hæc numeranda tibi.

Val. Max. IX. 12. *Nam etsi* (vitæ tempore) *bene uti velis, etiam parvum amplissimum efficies, numerum annorum multitudine operum superando. Alioqui quid attinet inerti mora gaudere,*

terminos per otium corporis exspectare obscuram & ignobilem senectutem [29]. *Quamquam ne pigri* [30] *quidem sibi fata* [31] *disponunt* [32]: *sed unicum bonum diuturnam vitam æstimantes sæpe acerba* [33] *mors occupat. Verum ego, qui non annos meos, sed victorias numero* [34], *si munera Fortunæ* [35] *bene computo* [36], *diu vixi* [37. *Orsus a Macedonia* 20 *imperium* [38], *Græciam teneo: Thraciam, & Illyrios subegi: Triballis, Mædisque* [39] *imperito; Asiam, qua Helles-*

dere, si magis vitam exigis, quam approbas? Scipio apud Liv. XXVIII. 43. *Sic senem se perfunctum honoribus, & me infra ætatem filii etiam sui posui; tanquam non longius, quam quantum vitæ humanæ spatium est, cupiditas gloriæ extendatur.* V. *Loccenium.*

29. *Intra Macedoniæ terminos exspectare senectutem.* Arrian. v. 370. *Siquidem nos etiam quidnam magnum ac memorabile in vita egissemus, si desides in Macedonia satis habuissemus, laboris experles, domos nostras tueri?*

30. *Pigri sibi fata non disponunt.* Salust. Jug. c. 85. *Etenim nemo ignavia immortalis factus.* Senec. brev. vit. c. 2. *Marcentes, oscitantesque fata deprehendunt.*

31. *Fata* i. vitæ annos *fatis* concedendos. Propert. I. 19. 9.

Quamvis te longæ remorentur fata senectæ.

32. *Disponunt* i. constituunt, ordinant. Petron. c. 75. *Ite cauti, & opes per mille annos disponite.*

33. *Acerba* i. immatura. Deductum hoc a fructibus arborum, qui ante maturitatem *acerbi* sunt. Sic in Ovidii Fastis IV. 647.

Et pecus ante diem partus edebat acerbos.

V. *Freinshemii Indicem & Voss. Rhet.* IV. 5. 6.

34. *Non annos, sed victorias numero.* Ita Mamertin. in grat. act. c. 14. *Itaque grandævum jam imperium videbitur his, qui non ratione dierum, aut mensium, sed operum multitudine, & effectarum rerum modo Juliani tempora metiuntur.* Idem sensus in his Martial. X. 53. 2.

Invida quum Lachesis raptum trieteride nona,
Dum numerat palmas, credidit esse senem.

V. *Freinshemium.*

35. *Munera fortunæ* i. res a me gestas, bella, victorias. V. *Raderum.*

36. *Computo* i. numero, illorum numerum colligo. Flor. III. 21. 25. *Quis autem illos potest computare, quos in urbe passim, quisquis voluit, occidit.*

37. *Diu vixi*, quia plerosque Reges, qui ætatem ad centum etiam annos propagarunt, factis & rerum gestarum gloria superavi. V. *Raderum.*

38. *Imperium*, non bellum, quia Macedonia proprium fuit Alexandri regnum, cujus ex asse fuit hæres. V. *Raderum.*

39. *Mædos* hos non tacet Stephan.

21 *Hellesponto, qua rubro mari adluitur* 40, *posſideo. jamque haud procul abſum a fine mundi, quem egreſſus, aliam Naturam, alium Orbem* 41 *aperire mihi ſtatui. Ex Aſia in Europæ terminos momento unius horæ transivi. Victor utriusque regionis poſt nonum regni mei, poſt vigeſimum atque octavum ætatis annum; videorne vobis in excolenda gloria* 42, *cui me uni devovi, poſſe ceſſare? Ego vero non deero, & ubicumque pugnabo, in theatro terrarum orbis*
22 *eſſe me credam* 43. *Dabo nobilitatem ignobilibus locis* 44: *aperiam cunctis gentibus terras, quas Natura longe ſubmoverat*

phan. περὶ πόλεων. *Mædi gens Thraciæ vicina Macedoniæ.* Coſmographus quoque Ptolomæus in tabulis Europæ, & III. 11. hos laudat: *Verſus Macedoniam*, inquit, *& Ægæum mare ſimiliter præturæ ſunt Mædicæ, Droſica, Cæletica. Mædos* hos a *Madai* tertio Japeti filio, Noachi nepote deducit *Salian. Annal. Eccleſ. a. mundi* 193. *n.* 24. *p.* 175. V. *Raderum.*

40. *Aſiam, qua Hellesponto, qua rubro mari alluitur* i. a finibus Europæ usque ad Indos & Oceanum. Tantum erat, ac tam late patebat Darii regnum IV. 14. 9. V. *Raderum.*

41. *Aliam Naturam, alium Orbem.* Sen. de ben. VII. 2. *Nec illum exiſtimes parvo eſſe contentum. Omnia illius ſunt. Non ſic, quemadmodum Alexandri fuerunt: cui, quamquam in littore maris rubri ſteterat, plus deerat, quam qua venerat. Illius ne ea quidem erant, quæ tenebat, aut vicerat, cum in oceano Oneſicritus præmiſſus explorator erraret, & bella in ignoto mari quæreret. Non ſatis apparebat inopem eſſe, qui extra Naturæ terminos arma proferret?* Epiſt. 119. *Nunquam parum eſt, quod ſatis eſt: nunquam multum eſt, quod ſatis non eſt. Poſt Darium & Indos pauper eſt Alexander Macedo: quærit, quod ſuum faciat, ſcrutatur maria ignota, in Oceanum claſſes mittit novas: &, ut ita dicam, mundi clauſtra perrumpit. Quod Naturæ ſatis eſt, homini non eſt.*

42. *In excolenda gloria* i. ſtudendo gloriæ. *Excolere* eſt ornare. Cic. Parad. 1. *Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tanquam excolatur.*

43. *In theatro terrarum orbis eſſe me credam* i. nullus locus erit tam ignobilis & obſcurus, qui mihi non ſit pro ipſo *theatro totius orbis*, in quo potero virtutem meam exercere. V. *Raderum.*

44. *Nobilitatem ignobilibus locis.* Ita Ariſtippus a Dionyſio juſſus in convivio in imo loco accumbere, *Hunc*, inquit, *locum, o Rex, illuſtrare me vis, ac honorificum reddere, ſignificans non locum reddere hominem viliorem, ſed ex dignitate hominis honorem addi*

verat 45. *In his operibus exſtingui me, ſi foret, pulchrum* 46 *eſt: ea ſtirpe ſum genitus, ut multam* 47 *primus, quam longam vitam debeam optare. Obſecro* 48 *vos, cogitate* 23
nos perveniſſe in terras, quibus feminæ ob virtutem celeberrimum nomen eſt. quas urbes Semiramis condidit 49? *quas gentes redegit in poteſtatem* 50? *quanta opera molita eſt* 51? *Nondum feminam æquavimus gloria, & jam nos laudis ſatietas cepit? Dii faveant, majora adhuc reſtant. Sed ita* 24
noſtra erunt, quæ nondum adtigimus; ſi nihil parvum duxerimus 52, *in quo magnæ gloriæ locus eſt. Vos modo me ab inteſtina fraude & domeſticorum inſidiis præſtate ſecurum; belli Martisque diſcrimen impavidus ſubibo. Phi-* 25
lippus in acie tutior, quam in theatro 53 *fuit: hoſtium manus*

addi loco. V. *Laert. vit. Philoſ.* II. 123.

45. *Longe ſubmoverat* i. e conſpectu ſubduxerat, abſcondiderat, V. *Freinshemii Indicem* & IV. 4. 9.

46. *Pulchrum* i. honeſtem. Virg. Aen. II. 318.

Pulchramque mori ſuccurrit in armis.

Georg. IV. 218.

Pulchramque petunt per vulnera mortem.

47. *Multam.* præclaram. Cic. Fam. II 10. *Quadam auctoritate apud eos, qui me non norant, nominis noſtri; multum enim eſt eſt hic locis.*

48. *Obſecro* i. per ſacra rogo. Terent. Andr. II. 2. 14. *Obſecro, quam primum hoc me libera metu.* Noſter V. 2. 21.

49. *Quas urbes condidit?* Babylonem. V. V. I. 24. §. 73. & *alias etiam urbes ad Euphratem & Tigrim, ubi emporia illis conſtituit, qui merces e Media, & Parætacene, totaque vicinia important.* V. *Diodor.* II 11.

50. *Quas gentes redegit in poteſtatem?* Univerſam *Ægyptum* pervaſit; *Lybiaque magna ex parte in ditionem redacta, Jovem Hammonem adiit. His perfuncta plurima Æthiopiæ loca ſubigit.* V. *Diod.* II. 14 *Juſtin.* I. 2:8. 9.

51. Quanta *opera molita eſt? Semiramidis opera præter ea, quæ apud Babylonem ſunt, multa per univerſam fere hanc continentem oſtenduntur, ut aggeres, qui Semiramidis vocantur, & mœnia, & munitionum fabricæ, & aquæ ductus, & ſcalæ, & foſſæ in fluminibus & lacubus, & viæ, & pontes.* V. *Strabon.* XVI. 497. *Diod.* II. 14.

52. *Nihil parvum duxerimus.* Hieronymus ad Lætam, in re diſſimili, ſimilem fere ſententiam dixit: *Non ſunt contemnenda quaſi parva, ſine quibus magna conſtare non poſſunt.* Pulchre Nazianzenus:

Τὸ μικρὸν ἐ μικρὸν, ὅταν ἐκφέρῃ μέγα.

V. *Freinshemium.*

53. *In theatro.* Diodor. XVI. 95. *Pauſanias Philippo per eos ipſos*

nus ſæpe vitavit; ſuorum effugere non valuit. aliorum quoque Regum exitus, ſi reputaveritis, plures a ſuis, quam
26 *ab hoſte interemptos numerabitis* 54. *Cæterum quoniam olim rei agitatæ in animo meo nunc promendæ* 55 *occaſio oblata eſt; mihi maximus laborum atque operum meorum erit fructus, ſi Olympias mater immortalitati conſecretur* 56, *quandocumque* 57 *exceſſerit vitâ. Si lieuerit, ipſe præſtabo hoc: ſi me præceperit fatum* 58; *vos mandaſſe mementote.* Ac tum quidem amicos dimiſit 59: cæterum per complures dies ibi ſtativa habuit.

CAP.

ipſos ludorum dies inſidias compoſuit, hoc equidem modo. Equis ad portas urbis diſpoſitis, ad oſtia theatri Gallico, quem occultum habebat, gladio accinctus. Philippum tunc amicos, a quibus eo deductus fuerat, præire ſe in theatrum jubebat, ſtipatoribus per intervallum aliquod inde remotis. Ibi dum ſolum eſſe Regem videt, (medium inter duos Alexandros, ſolum, generumque contendiſſe ad ſpectaculum ludorum dicit Juſtin. IX. 6. 3.) accurrit, & tranſverſarium per latera vulnus inferens, mortuum humi proſternit.

54. *Plures a ſuis, quam ab hoſte interemptos, numerabitis.* Ita & Senec. Epiſt. 4. *Recognoſce exemplum eorum, qui domeſticis inſidiis perierunt, aut aperta vi, aut dolo: & intellige, non pauciores ſervorum ira cecidiſſe, quam Regum.* Nec mirum. Nam, ut Saturninus apud Vopiſc. c. 10. *gladii & tela* Regum *cervicibus impendent, imminent haſtæ undique ſpicula: ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidantur.* Ita *cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus eſt amicus, qui ei mortem afferret*, ut de Marcello a P. Magio Chilone pugione percuſſo Ciceroni ſcribit Sulpitius Famil. IV. 12. V. & *Freinshemium.*

55. *Promendæ* i. dicendæ. Plaut. Aſin. I. 1. 11.

Percunctanti quin promam omnia.

Promere eſt in medium proferre. Cic. de Fin. III. *In Tuſculano quum eſſem, vellemque e bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris uti, veni in ejus villam, ut eos ipſe, ut ſolebam, inde promerem.*

56. *Immortalitati conſecretur.* i. in cœleſtium numerum referatur. Cic. pro Milon. *Qui tyrannos necarunt, prope ad immortalitatem & religionem, & memoriam conſecrantur.* Noſter X. 5. 30.

57. *Quandocumque* i. quocunque tempore. Cic. de ſomn. Scip. *Quandocumque eadem parte Sol, eodemque tempore iterum defecerit.*

58. *Fatum* i. mors. Flor. III. 9. 4. *Et ille quidem ad rei famam veneno fata præcepit*, cui hoc eſt *mortem præcipere* IV. 12. 30.

59. *Dimiſit* i. non amplius retinuit.

Gara-

CAP. VII.

ARGUMENTUM.

Græcorum in Bactris defectionem reprimit, Oxydracarum & Mallorum legatos ſe ſuaque dedentes epulis admovet, Dioxippi pugilis per invidiam, quia Horratam, a quo provocatus fuerat, in terram arietaverat, furti falſo inſtimulati, & ſeſe interimentis mortem graviter fert Alexander.

HÆc dum in India geruntur, Græci milites in 1 colonias a Rege deducti Garabactra [1], orta inter ipſos ſeditione, defecerant; non tam Alexandro infenſi, quam metu ſupplicii. Quippe 2 occiſis quibusdam popularium [2], qui validiores [3] erant, arma ſpectare [4] cœperunt; & Bactriana [5] arce, quæ quaſi negligentius [6] adſervata erat, occupata, barbaros [7] quoque in ſocietatem defectionis impulerant. Athenodorus erat princeps eorum, 3 qui Regis quoque nomen adſumpſerat; non tam imperii cupidine, quam in patriam revertendi cum iis,

Garabactra. Græcos hos *per Bactrianam in colonias diſtributos* fuiſſe dixit *Diodor.* IX. 6. 1. §. 3 *& hæc circa Bactra geſtra* dicit Noſter n. 11. Unde quis conjecturam faceret, *Garabactra* vocem eſſe nihili, & *circa Bactra* legendum. V. *Loccenium, Raderum, Freinshemium.*

2. *Popularium* Macedonum, vel Græcorum omnes enim ratione barbarorum *populares* inter ſe Græci & Macedones V. *Loccenium, Raderum, Freinshemium.*

3. *Validiores* n. ex ſeditioſis.

4. *Spectare* i. eo inclinare, circumſpicere, *daarna om ſien.* V. *Freinshemii Indicem.*

5. *Bactriana* i. in Bactris ſita.

6. *Negligentius*, quod cuſtodes nullum externum hoſtem timerent. V. *Raderum. Negligens* eſt, qui ſua curare omittit. Cic. de Orat. *Quarum rerum negligentia pleraſque cauſas videmus amitti.*

7. *Barbaros* i. Bactrianos.

4 iis, qui auctoritatem ipsius sequebantur. Huic Bicon quidam nationis ejusdem, sed ob æmulationem infestus, comparavit insidias, invitatumque ad epulas per Boxum quendam Macerianum in convivio
5 occidit. Postero die concione advocata Bicon *ultro insidiatum sibi Athenodorum* plerisque persuaserat: sed aliis suspecta fraus erat Biconis; & paulatim in plu-
6 res cœpit manare suspicio. Itaque Græci milites arma capiunt, occisuri Biconem, si daretur occasio. cæterum principes eorum, iram multitudinis
7 mitigaverunt. Præter spem suam Bicon præsenti periculo ereptus, paulo post insidiatus Auctoribus salutis suæ est: cujus dolo cognito & ipsum compre-
8 henderunt [8], & Boxum. Cæterum *Boxum protinus* placuit *interfici*: *Biconem etiam percruciatum* [9] *necari*. jamque corpori tormenta admovebantur; quum Græci milites, incertum ob quam causam, lympha-
9 tis similes ad arma discurrunt. Quorum fremitu exaudito, qui torquere Biconem jussi erant, omisere; veriti ne id facere tumultuantium vociferatio-
10 ne prohiberentur. Ille, sicut nudatus erat, pervenit ad Græcos; & miserabilis facies supplicio destinati in diversum [10] animos repente mutavit, *di-*
11 *mittique eum* jusserunt. Hoc modo pœna bis liberatus, cum cæteris, qui colonias a Rege adtributas reliquerunt, revertit in patriam [11]. Hæc circa Ba-
12 ctra & Scytharum [12] terminos gesta. Interim Regem duarum gentium [13], de quibus ante dictum est,

8. *Comprehendere* Donat. Eunuch. v. 5. 23. *significat strictim aliquem in facinore deprehensum*. Ita illic Terentius: *Hunc pro macho postea comprehendere intus*. Noster VI. 8. 19.

9. *Percruciatum* i. totum excruciatum, ut *perarmatum* IV. 9. 23. *percuratum* IV. 6. 21. VII. 6. 23.

10. *In diversum* i. in contrarium. Sueton. Illust. Gramm. c. 9. *Interrogatus a Varrone, diversæ partis advocato*, &c.

11. *Cum cæteris revertit in patriam*. Diodor. XVII. 99. omnes occisos dicit. *Ad tria millia confluxerant: qui deinde cum magno reditum in patriam conatu tentassent, omnes post Alexandri interitum conciti fuere*.

12. *Scytharum*, *Sogdianorum* Diodor.

est, centum legati adeunt. Omnes curru vehebantur [14], eximia magnitudine corporum, decoro habitu, lineæ vestes intextæ auro, purpuraque distinctæ. Ei *se dedere ipsos*, *urbes agrosque* refere- 13
bant; *per tot ætates inviolatam libertatem* [15] *illius primum fidei ditionique permissuros*. *Deos sibi deditionis auctores*, *non metum*; *quippe intactis* [16] *viribus jugum excipere*. Rex consilio habito deditos in fidem accepit; 14
stipendio [17], quod Arachosiis utraque natio pensitabat [18], imposito. præterea *duo millia & quingentos equites* imperat, & omnia obedienter a barbaris facta. Invitatis deinde ad epulas legatis [19] gentium regu- 15
lisque, *exornari* [20] *convivium* jussit. Centum aurei lecti [21] modicis intervallis positi erant; lectis circum-

Diodor. XVII. 99.

13. *Duarum gentium*, Oxydracarum & Mallorum.

14. *Curru vehebantur*, quasi triumphabundi, quod auctoritatem illorum augebat, quia veluti Reges, non supplices, ut victi aut rei, aut Alexandri arma metuentes Regem adierunt. V. *Raderum*.

15. Per tot ætates inviolatam libertatem, *jam inde ab eo tempore, quo Liber Pater in Indiam venerat, ad Alexandrum usque*. V. *Arrian.* VI. 404.

16. *Intactis* i. integris, nondum debilitatis. V. III. II. 23. §. 96.

17. *Stipendium Arachosiis pependerunt* Oxydracæ & Malli non subjectionis, sed protectionis, ut vocant, nomine. Ita Pœni Romanis, qui tamen nullum ex Romanis vel prætorem, vel præsidem provinciæ, vel procunsulem ad excidium usque suum admisere, stipendia pependerunt, quæ & Arachosiis forte hi populi, licet nec Regem, nec Magistratum extra suam gentem agnoverint, sed rempublicam liberam habuerint, suisque legibus vixerint. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*.

18. *Pensitabat* i. solvebat. Cic. pro Manil. *Qui vectigalia vobis pensitant, aut eos, qui exercent*.

19. *Invitare legatos ad epulas* vetustissimus mos est. Hoc Athenis factitari solitum Plutarchus; hoc Rhodi Polybius; hoc ipsum in ipsa Scythia Priscus testis est. Talium epularum exemplum est apud Q. Curtium. V. *Paschal. Legat.* c. 68.

20. *Exornari* i. magnifice instrui. Cic. Verr. VI. *Exornat ample, magnificeque triclinium, exponit plurima ac pulcherrima vasa argentea*. Noster III. 11. 23. VIII. 5. 9.

21. *Centum aurei lecti*. Aelian. Var. Hist. IX. 3. *Alexandro tabernaculum erat centum lectorum spatii capax, quinquaginta columnis aureis interstinctum tectum sustul-*

cumdederat aulæa, purpura auroque fulgentia [22]; quidquid aut apud Persas vetere luxu, aut apud Macedonas nova immutatione [23] corruptum erat, confusis utriusque gentis vitiis in illo convivio ostendens. 16 Intererat epulis Dioxippus Athenienſis, pugil [24] nobilis, &, ob eximiam virtutem virium, Regi pernotus & gratus [25]. Invidi malignique increpabant [26] per ſeria & ludum, *ſaginati* [27] *corporis ſequi inutilem*

ſuſſulciebatur. Ipſum vero tectum erat inauratum, & magnifica arte, varietateque. Athen. Deipnoſ. XII. 539. *Lectos centum capiebat ejus tabernaculum aureis columnis octo ſuſtinebatur. Lacunaria in ſummo protenſa, aurata, magnifica varietate quadam eminebant, & ſuperiorem partem contegebant.*

22. *Purpura fulgentia*, unde *purpurea* dicuntur Virg. Georg. III. 25.

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

23. *Immutatione nova*, nieuw ſaçon. V. *Freinshemii Indicem.*

24. *Pugiles* nudi concertare conſueverunt, pugnisque ſtrictis, vel nudis, vel æneæ, vel lapideæ ſphæra plenis, vel loris, laminave circumſeptis, ſeſe invicem percutiebant, modo caput, modo dorſum, modo brachia petentes, neque unquam ſeſe mutuo complicantes. In qua pugna ſuperabat, qui vel adverſarium pugnorum ictibus in terram proſternebat, vel gravius & damnoſius feriebat: quamquam non deſunt, qui & calcaribus hujusmodi pugnam facilitatam tradant. V. *Mercur. Gymn.* II. 9 Dioxippum hunc *pugilem* fuiſſe dicunt etiam *Aelian. Var. Hiſt.* XII. 58. *Diodor.* XVII. 100; ſed pancratiaſtam *Athen.* VI. 251. *Plin.* XXXV. II.

25. *Regi charus*, quod negare videtur Plutarch. Alex. f. 244. *Pugilum & pancratiaſtarum ſpectatulis nullo ſtudio interfuit.*

26. *Increpabant* i. cum crepitu vocis, vel pedum in illum inſurgebant. Plaut. Amph. I. 1. 58.

Superbi nimis ferociter legatos noſtros increpant.

Increpare proprie eſt crepitum, ſonum emittere. Cicer. Catil. I. *quicquid increpuerit* i. quis etiam auditus fuerit.

27. *Saginati* i. pinguefacti, Colum. VI. 38. *Ea herba viridis, nec tarde tamen arida, fœni vice ſaginat jumenta.* Prop. IV. 1. 12.

Parva ſaginati luſtrabant compita porci.

Noſter v. 1. 39. *Sagina* cibus eſt, quo optima redduntur animalia. Plaut. Moſt. I. 1. 62. *Cædite ſaginam* i. quosvis cibos lautiores. *Saginarium* locus, ubi *ſaginantur* pecudes, vel aves. Varr. R. R. III. 10. *Anſeres includunt in ſaginario.* Dicitur etiam de athletis. Illi enim, qui ludo gladiatorio præparabantur, a muneratiis in *ſaginario* alebantur, ut cibis valentioribus roborati vehementius digladiarentur. Cyprian. Epiſt. 11. *Paratur gladiatoribus ludus, ut libidinem crudelium lumi-*

inutilem belluam [28]. *quum ipſi prælium inirent, oleo* [29] *madentem præparare ventrem epulis.* Eadem igitur in convivio Horratas [30] Macedo jam temulentus exprobrare ei cœpit; & poſtulare, *ut, ſi vir eſſet* [31], *poſtero die ſecum ferro decerneret: Regem tandem vel de ſua temeritate, vel de illius ignavia judicaturum.* Et a Dioxippo contemptim militarem eludente ferociam accepta conditio eſt. Ac poſtero die Rex, quum etiam acrius certamen expoſcerent, quia deterrere non poterat, deſtinata exſequi paſſus eſt. Ingens hic militum, inter quos erant Græci, qui Dioxippo ſtudebant [32], convenerat multitudo. Macedo juſta arma ſumpſerat; æreum clypeum, haſtam, quam *ſariſſam* vocant, læva tenens, dextra lanceam: gladioque cinctus, velut cum pluribus ſimul dimicaturus. Dioxip-

17 18 19

luminum ſanguis oblectet, impletur in ſucum cibis fortioribus corpus, & arvinæ toris membrorum moles robuſta pinguescit, ut ſaginatus in pœnam carnis pereat. Hinc *gladiatoria ſagina.* Tacit. Hiſt. II. 88. 2. *Paratos cibos, ut gladiatoriam ſaginam dividebat.* Et *ſagina* Prop. IV. 8. 13. ludus gladiatorius,

Qui dabit immundæ venalia farta ſaginæ.

V. & *Schott. Obſerv. Human.* V. 9. *Lipſ. Saturn.* I. 14. De arida athletarum *ſaginatione* plurima invenies apud *Mercur. Gymn.* I. 15. *Fabr. Agon.* III. 3. *Salmaſ. in Tertull. pall. p.* 261.

28. *Inutilem belluam* i. magnam molem viribus præditam, ſed ad bellum inutilem. V. *Freinshemii Indicem.*

29. *Oleo* ungebantur luctaturi, Noſter *n.* 20. Iccirco palæſtras Græci nominat Λιπαρὰς i. pingues, & veluti *oleo* nitentes. Et *oleum non vidiſſe* apud Theocr. Εἰδυλ. 4. illudque *ſanguine viperino cautius vitare* apud Horat. Od. I. 8. 8. eſt nunquam luctatum eſſe, utpote qui nunquam *oleo* unctus fuerit. Primos *Græcos oleum in gymnaſiis publicaſſe* tradit *Plin.* XV. 7. Unde *Horat. Epiſt.* II. 1. 32.

Luctamur Achivis doctius unctis.

V. *Lambin. in Horat.* I. 8. 8. *Pier. Hierogl.* LIII. 10. & *Fabr. Agon.* III. 2. *Mercur. Gymn.* I. 8.

30. *Horratas*, quem *Corragum* nominant *Aelian. Var. Hiſt.* X. 22. *Diodor.* XVII. 100. Et hoc verum hominis nomen fuiſſe credam. Eſt enim Macedonicum: quo etiam apud Liv. XLII. 67. eſt *Eumenis præfectus*, quem Macedonem fuiſſe certum eſt ex eodem XXXVIII. 13. V. *Freinshemium.*

31. *Si vir eſſet.* Ita Liv. XXV. 18. *Nihil ſibi cum eo conſociatum.. cujus patriam ac Penates publicos, priva-*

20 Dioxippus oleo nitens, & coronatus [33], læva puniceum amiculum, dextra validum nodoſumque [34] ſtipitem præferebat. Ea ipſa res omnium animos exſpectatione ſuſpenderat: quippe armato congredi
21 nudum [35], dementia, non temeritas, videbatur. Igitur Macedo haud dubius eminus interfici poſſe, lanceam emiſit; quam Dioxippus quum exigua corporis declinatione vitaſſet [36]; antequam ille haſtam transferret in dextram, adſiluit, & ſtipite mediam
22 eam fregit. Amiſſo utroque telo Macedo, gladium cœperat ſtringere, quem occupatum complexu, pedibus repente ſubductis [37] Dioxippus arietavit [38] in

privatosque oppugnatum veniſſet. Si vir eſſet, congrederetur. I. 14. *Tuum eſt, inquit* Tanquil, *Servi, ſi vires, regnum.* V. & *Grævium* plura exempla colligentem ad *Flor.* III. 3.

32. *Studebant* i. favebant. Cic. pro Cœl. *Multi boni adoleſcentes illi homini nequam, atque improbo ſtuduerunt.*

33. *Coronatus*, veluti vel prioribus olim certaminibus victor, vel quaſi certus de futura etiam cum Horrata victoria. V. *Raderum* & ex illo *Freijshemium.*

34. *Nodoſum* i. *nodis* plenum, *noestaghtigh. Nodus* eſt eminens ille callus, ubi velut colligati ſimul videntur eſſe rami. Liv. I. 18. *Augur dextra manu baculum ſine nodo aduncum tenens. Clavam* vocant hunc ſtipitem *Diodor.* XVII. 100. & *Aelian. Var. Hiſt.* X. 22.

35. *Nudum* i. inermem comparatione Horratæ, vel revera *nudum.* Iſidor. XVIII. 17. *Antea certantes cincti erant, ne nudarentur: poſt relaxato cingulo repente proſtratus & exanimatus eſt quidam curſor. Quare ex conſilii decreto tunc archon Hippomenes, ut nudi deinceps omnes exercitarentur, permiſit. Ex illo gymnaſium dictum eſt, quod juvenes nudi exercerentur in campo, ubi ſola tantum pudenda operiuntur.* Et *nuda prælia in ſtadio* fuiſſe dicit *Tertullian. Scorpiac.* c. 5. V. *Fabr. Agon.* II. 2.

36. *Vitaſſet*, quia pugilum *tota ars ictum vitare* non fuga, ſed corporis inclinationibus & flexionibus. V. *Scalig. Poet.* I. 22.

37. *Subductis* i. ſupplantatis, *een hacksken ſetten.*

38. *Arietavit* i. protruſit, humi afflixit, more *arietis* incurſu præcipitavit. Senec. de tranq. anim. c. 1. *Ubi aliquid animum inſolitum arietari percuſſit.* N. Q. V. 2. *At ubi in magna laxitate corpora pauca verſantur, nec arietare poſſunt, nec impelli.* Unde *arietare* eſt in terram cadere. Vit. beat. c. 8. *Nihil pravi, nihil lubrici ſupereſt: nihil in quo arietet, aut labet.* In Bruto Accii, quod de *Divin.* I. refert *Cicero*, ita de ſomnio ſuo Tarquinius:

Quum

in terram, ereptoque gladio pedem ſuper cervicem jacentis impoſuit; ſtipitem intentans [39], eliſurusque eo victum, ni prohibitus eſſet a Rege [40]. Triſtis 23
ſpectaculi eventus, non Macedonibus modo, ſed etiam Alexandro fuit; maxime quia barbari adfuerant: quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium recidiſſe verebatur. Hinc ad crimina- 24
tionem invidorum adapertæ ſunt aures Regis. & poſt paucos dies inter epulas aureum poculum ex compoſito ſubducitur [41]; miniſtrique, quaſi amiſiſſent, quod amoverant [42], Regem adeunt. Sæpe 25
minus eſt conſtantiæ in rubore [43], quam in culpa. con-

Quum jam quieti corpus nocturno impetu
Dedi, ſopore placans artus languidos.
Viſum eſt in ſomnis paſtor ad me appellere,
Duos conſanguineos arietes inde eligi,
Pecus lanigerum eximia pulchritudine:
Præclarioremque alterum immolare me:
Deinde ejus germanum cornibus connitier
In me arietare, eoque ictu me ad caſum dari.

39. *Intentans* i. eo ſe percuſſurum minitans. Cic. pro Mil. *Clodius non ſervos, non arma, non vim intentavit.*

40. *Ni prohibitus eſſet a Rege*, quod docet quoque Diodor. XVII. 101. *Rex proſtratum dimitti jubet, finemque ſpectaculo imponens discedit*: ſed occiſum eſſe tradit Aelian. Var. Hiſt. X. 22. *Et quum ei haſtam excuſſiſſet, vi rapuit hominem cum armis; & jacentis collum calcavit, ſtrictoque gladio ipſius, quo cinctus erat, armatum interemit.*

41. *Subducitur* i. furto auferetur. Plaut. Curc. II. 3. 81.

Caput deponit, condormiſcit: ego ei ſubduco annulum.

42. *Quaſi amiſiſſent, quod amoverant.* Diod. XVII. 101. *Quare menſæ cuidam miniſtro perſuadent, ut poculum aureum pulvino ejus ſubjiciat, proximoque convivio de furto conquerantur: & poculum tandem apud Dioxippum repertum eſſe ſimulant. Amovere* eſt per ſpeciem removere, dum voti fierent compotes Dioxippi æmuli. Ita *amovetur cuſtos* apud Prop. I. 11. 8.

43. *Rubor* non eſt conſtans & perpetua malæ conſcientiæ nota: interdum enim ex ſubita oritur commotione propter ſuſpicionem in innocentem inopinato jactam, aut ex phantaſia ſubito, & vi quadam ſe inferente, aut ex imbecillitate frontis. Senec. Epiſt. 11. *Fabianum, cum in ſenatum teſtis eſſet inductus, erubuiſſe memini: & hic mire illum pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, ſed a novitate rei: quæ inexercitatos etſi non concutit, movet, naturali in hoc facilitate*

conjectum oculorum [44], quibus, ut fur destinabatur, Dioxippus ferre non potuit: &, quum excessisset convivio [45], literis conscriptis [46], quæ Regi
26 redderentur, ferro se interemit. Graviter mortem ejus tulit Rex, existimans indignationis esse, non pœnitentiæ testem [47]: utique postquam falso insimulatum [48] eum, nimium invidorum gaudium ostendit.

CAP.

cilitate corporis pronos. Nam, ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati, & mobilis, & cito ad os prodeuntis. V. *Loccenium. Rubor* est pudor. Tacit. Hist. IV. 62. 2. *Melior pars, rubore & infamia*, quia ejus comes est, & signum. Cic. Tusc. IV. *Quo fit, ut pudorem rubor consequatur.* Terent. Andr. v. 3. 7. *Num ejus color pudoris signum usquam indicat.*

44. *Conjectum oculorum, oculos* absolute, nec ineleganter vocat Flor. IV. 7. 4. *Ne publici doloris oculos ferrent*, datse haar uyt de oogen quamen. V. *Freinshemii Indices Curtianum & Florianum.*

45. *Excessisset convivio*, sed *brevi interjecta mora in diversorium regressus*, ut addit *Diodor.* XVII. 101.

46. *Literis conscriptis*, de inimicorum contra se machinis. Diodorus.

47. *Indignationis, non pœnitentiæ testem* i. potius indignitate ficti criminis, quam ulla veri pœnitentia commotum, necem sibi conscivisse. V. *Freinshemium.*

48. *Insimulatum* i. accusatum. Terent. Phorm. II. 3. 12.

Si herum insimulabis avaritiæ, male audiet.

Ubi Donatus: *Insimulare est crimen ingerere. Insimulatio est & falsi & veri criminis incusatio. Sic Cic. Catil.* I. *Nihil eorum, quæ Galli insimulabant, negarunt.* Noster X. 4. 9.

Mille

CAP. VIII.

ARGUMENTUM.

Ab Indorum legatis dona accipit, Sabracas, Musicanos, Præstos, aliosque debellat, Ptolomæi vulneri herbam per quietem sibi a dracone oblatam veneni remedium imponit Alexander.

INdorum legati dimissi domos, paucis post diebus cum donis revertuntur. trecenti erant equi, mille triginta currus [1], quos quadrijugi [2] equi ducebant, lineæ vestis aliquantum, mille scuta Indica [3], & ferri candidi [4] talenta centum; leonesque raræ magnitudinis & tigres [5], utrumque animal ad man-

Mille triginta currus, quingentos tantum, ut Arrian. VI. 405. *Quingentis etiam curribus, eorumque propugnatoribus adjectis.*

2. *Quadrijugi* i. quatuor ad unum jugum alligati. Ovid. Metam. II. 168.

Tritumque relinquunt
Quadrijugi spatium, hæc, quo prius, ordine currunt.

3. *Scuta Indica.* Arrian. rer. Indic. p. m. 541. *In sinistra peltas ex crudo corio bubulo, angustiores, quam ii, qui eas gestant, longitudine propemodum æquales.*

4. *Candidi*, quod aut natura fuit ejusmodi, aut arte factum & politum. *Indicum* videtur appellari Jctis Digest. XXXIX. 4. 16. §. 7. *Species pertinentes ad vectigal, ebur, ferrum Indicum*, &c. *Sericum* Plin. XXXIV. 14. *Ex omnibus autem generibus palma ferico ferro est: Seres hoc cum vestibus suis, pellibusque mittunt.* Ctesias Ind. c. 4. *De ferro, quod in fundo hujus fontis exstat: ex quo duos gladios se habuisse dicit ipse Ctesias, unum a Rege, alterum a Regis matre Paryssatide donatum. Id ferrum si in terram defigatur, nebulas & grandines, turbinesque avertere, & seipsum hæc vidisse, Rege bis periculum faciente, commemorat.* V. *Raderum.*

5. Tigres *Hyrcani & Indi ferunt animal velocitatis tremendæ, & maxime cognitæ, dum capitur.* Plin. VIII. 18. *Megasthenes auctor est, tigres apud Prasios gigni magnitudine duplos fere ad leonem, adeo valentes, ut unus ex mansuetis a quatuor hominibus ductus, si mulum posteriore pede apprehenderit, ad se trahat.* Strab. XV. 440. *Quod bestiarum genus insignes maculis notæ, & pernicitas memorabile*

manſuetudinem domitum: lacertarum[6] quoque in-
3 gentium pelles, & dorſa[7] teſtudinum. Cratero deinde imperat Rex, *haud procul amne*[8], *per quem erat ipſe navigaturus, copias duceret*: eos autem, qui comitari eum ſolebant, imponit in naves, & in fines
4 Mallorum ſecundo amne devehitur. Inde Sabracas[9] adiit, validam[10] Indiæ gentem, quæ populi, non Regum imperio[11] regebatur. ſexaginta millia peditum habebant, equitum ſex millia: has copias currus quingenti ſequebantur. tres duces ſpectatos
5 virtute bellica elegerant. At qui in agris erant proximi

reddiderunt. Fulvo nitent: hoc fulvum nigrantibus ſegmentis interundatum, varietate adprime decet. Solin. c. 17.

6. *Lacertos* dicit Plin. VIII. 39. *Arabiæ eſſe cubitales. In India vero in Nyſa monte quatuor & viginti in longitudine pedum, colore fulvos, aut puniceos, aut cæruleos.* Aelian. de anim. XVI. 41. *In India lacertos maximos Polycletus ait, tum valde vario colore naſci: ut pellis floridis quibusdam picturis maxime diſtincta, & ad tactum mollis & tenera ſit.*

7. *Dorſa* i. teſtacea operimenta, quæ *putamina* Plin. IX. 11. *Teſtudinum putamina ſecare in laminas, & cortices* IX. 12. *Aquatilium alia teguntur cortice, ut teſtudines.* Illa *in India non minora eſſe, quam ſcapha juſtæ magnitudinis, & decem leguminum medimnos capere* narrat *Aelian. de anim.* XVI. 14. Imo *uniuscujusque ſuperficiem integrum tectum præſtare*, eo quod *ſingulæ ad quindecim cubitorum magnitudinem procedant, ut ſub eis non pauci habitare queant.* Idem XVI. 17. & *Plin.* IX. 19. *In illis* vero *magna ludentis Naturæ varietas, tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis & concavis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæſis, in dorſum elatis, levibus, rugatis, denticulatis, ſtriatis, vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato: jam diſtinctione virgulata, crinita, criſpa, cuniculatim, imbricatim undata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expanſa, prædenſata, porrecta, ſinuata brevi nodo ligatis, toto latere connexis, ad plauſum apertis, ad buccinam recurvis.* V. *Plin.* IX. 33.

8. *Amne* Indo. Arrian. VI. 407. *Deinde Cratero cum magna exercitus parte, & elephantis ad ſiniſtram Indi fluminis ripam traducto*, &c.

9. *Sabracas*, quos *Sambeſtas* Diod. XVII. 102. vocat.

10. Validam, *cum numero, tum virtute hominum nulli Indicarum gentium poſtferendam* Diodorus.

11. *Populi, non Regum imperio* i. democratia, non monarchia.

ximi flumini ([illegible]ntes autem vicos; maxime in
ripa habebant) [illegible]dere totum amnem, qua proſpici poterat, n[illegible] conſtratum, & tot millium
arma fulgentia; [illegible] nova facie[12], Deorum exercitum, & alium [illegible]rum patrem, celebre in illis
gentibus nomen, adventare credebant. Hinc mi-6
litum clamor, hinc remorum pulſus, variæque nautarum voces hortantium[13], pavidas aures impleverant. Ergo univerſi ad eos, qui in armis e-7
rant, currunt, *furere* clamitantes, *cum Diis prælium inituros*[14]. *navigia non poſſe numerari, quæ invictos veherent.* tantumque in exercitum ſuorum intulere terroris, ut legatos[15] mitterent gentem dedituros. His in fidem acceptis, ad alias deinde gentes[16] quar-8
to die pervenit. Nihilo plus animi[17] fuit, quam cæteris fuerat. itaque oppido ibi condito, quod *Alexandriam*[18] adpellari juſſerat, fines eorum, qui *Muſicani*

chia. V. *Freinshemii Indicem.*

12. *Territi nova facie*, nova, & inuſitata acceſſus facie, Diodorus, forte velorum verſicolorium quoque. Plin. XIX. 1. *Tentatum eſt tingi linum quoque, & veſtium inſaniam accipere in Alexandri Magni primum claſſibus, Indo amne navigantis, quum duces ejus ac præfecti in certamine quodam variaſſent inſignia navium, ſtupueruntque littora ſtatu verſicoloria implente.* V. *Freinshemium.*

13. *Nautarum hortantium.* In navi enim, quæ remis agebatur, loco omnibus remigibus conſpecto ad malum ſedebat *hortator*, ut vocatur Plaut. Merc. IV. 2. 5. Hic ne remiges inæquali motu turbarent remigium, omnibus conandi aut ſiſtrinendi ſignum dabat. Id ſignum aut dabatur voce, & dicebatur *celeuſma* Marr. III. 67. 4. Serv. Aen. V. 177. vel malleo, vel pertica pulſa in aliquod corpus reſonans, & fragorem edens: *portiſculum* nominat Plaut. Aſin. III. 1-15. V. *Gron. Obſ.* IV. 26. *Scheff. Mil. Nav.* IV. 7. *Blanck. in Arrian.* VI. 383.

14. *Furere cum Diis prælium inituros.* Paterc. II. 107. 2. *Noſtra quidem fuvit juventus, quæ cum veſtrum Numen abſentium colat, præſentium potius arma metuit, quam ſequitur fidem.*

15. Legatos, *quinquaginta ex præcipua nobilitate.* Diodorus.

16. Ad *alias gentes, Sodras & Maſſanos.* Diodor. XVII. 102. *Oſſadios & Sogdos* Arrian. VI. 406. 407.

17. *Animi* i. roboris, audaciæ. Flor. IV. 7. 14. *Brutus quum in Caſſio etiam ſuum animum perdidiſſet.* Noſter IX. 10. 27.

18. *Alexandriam.* Diodor. XVII. 102. *Quibus in locis juxta flumen oppidum condidit Alexandriam,*

9 *Muſicani* [19] adpellantur, intravit. Hic de Teriolte [20] ſatrape, quem Paropamiſadis præfecerat, iisdem arguentibus, cognovit: multaque avare ac ſuper-
10 be feciſſe convictum interfici juſſit [21]. Oxathres [22] prætor Bactrianorum, non abſolutus [23] modo, ſed etiam jure amplioris imperii [24] donatus eſt. Finibus Muſicanis deinde in ditionem redactis, urbi eo-
11 rum præſidium impoſuit [25]. Inde Præſtos [26], & ipſam Indiæ gentem, perventum eſt. Oxycanus [27] Rex erat, qui ſe munitæ urbi [28] cum magna manu popularium incluſerat. Hanc Alexander tertio die,
12 quam cœperat obſidere, expugnavit. Et Oxycanus, quum in arcem confugiſſet, legatos de conditione deditionis miſit ad Regem: ſed ante, quam adirent eum, duæ turres cum ingenti fragore prociderant, per quarum ruinas Macedones evaſere in arcem; qua capta Oxycanus cum paucis repugnans
13 occiditur. Diruta igitur arce, & omnibus captivis venumdatis, Sabi [29] Regis fines ingreſſus eſt; multisque

& mille, qui hoc incolerent, delegit.

19. Muſicani *terra eſt Indiæ auſtraliſſima.* Strab. XV. 426.

20. *Terioltes* Arrian. VI. 406. *Tiryeſtes.*

21. *Interfici juſſit*, ſed dicitur tantum *ſubmotus* Arriano.

22. *Oxathres*, Arriano *Roxanes Alexandri uxoris pater.* Noſter X. 3. 11.

23. *Abſolutus* i. liberatus a crimine forte defectionis, quam in Bactris acciditſe, & in cujus ſocietatem barbaros a Græcis eſſe impulſos docuit nos Noſter IX. 7. 2.

24. *Amplioris imperii*, quia illi & *Parapamiſadarum ſatrapatum dedit* Alexander.

25. Præſidium impoſuit *arce in urbe exſtructa, quod peridoneus is locus videretur, ad finitimas gentes in fide, atque officio continendas.* V. *Arrian.* VI. 408.

26. *Præſtos*, de quibus nulla apud alios, quod ſciam, mentio. Quæ Ortelius in tabulis, & theſauro adfert, tantum ex Curtio petita ſunt. V. *Raderum.*

27. *Oxycanus* etiam *Arriano*, ſed *Porticanus* dicitur *Siculo* & *Strab.* XV. 437.

28. Munitæ urbi, *duas maximas urbes, quæ Oxycano parebant, primo impetu cepiſſe, inque altera* illarum *Oxycanum* fuiſſe dicunt *Siculus* & *Arrianus.*

29. *Sabi*, quem *Ambiram* Oroſ. III. 19. *Ambigerum* Juſtin. XII. 10. 2. *Sabam* Plutarch. Alex. f. 255. *Sambum* Arrian. VI. 409. & Diod. XVII. 102. vocant. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

30. *Ut-*

tisque oppidis in fidem acceptis, validiſſimam gentis urbem [30] cuniculo cepit [31]. Barbaris ſimile mon- 14
ſtri [32] viſum eſt, rudibus militarium operum; quippe in media ferme urbe e terra exſiſtebant [33], nullo ſuffoſſi ſpecus ante veſtigio facto [34]. *Octoginta millia* 15
Indorum in eâ regione cæſa Clitarchus eſt auctor, *multosque captivos ſub corona veniſſe* [35]. Rurſus Muſicani 16
defecerunt, ad quos opprimendos miſſus eſt Pithon [36], qui captum principem gentis [37], eumdemque defectionis auctorem, adduxit ad Regem: quo Alexander in crucem ſublato [38], rurſus amnem, in quo

30. *Urbem*, cui *Sindomana nomen* fuiſſe dicit *Arrianus.*

31. *Cuniculo cepiſſe* dicit Curtius; ſed Arrianus tradit *portas urbis ei apertas fuiſſe, & qui Sambo familiares ac domeſtici erant, cum numerata pecunia, & elephantis occurriſſe.* V. IV. 6. 8.

32. *Monſtri* V. IX. 9. 10. §. 17.

33. *In media urbe e terra exſiſtebant.* Quintil. Declam. 255. *Cuniculos fodere, & per occultos ſpecus ingenti labore exhauſtis terris, in mediam ſubito emergere civitatem.* Veget. II. 11. *Ut etiam cunicularios haberent, qui ad morem Beſſorum, ducto ſub terris cuniculo, muriſque intra fundamenta perfoſſis, improviſi emergerent ad urbes hoſtium capiendas.* Claudian. de rapt. Proſerp. II. 163.

Ac velut occultus ſecurum prodit in hoſtem
Miles, & effoſſi ſubter fundamina campi
Tranſſilit incluſos arcano limite muros,
Turbaque deceptas victrix erumpit in arces,
Terrigenas imitata viros.

V. *Freinshemium.*

34. *Nullo ante veſtigio facto.* Ita fere Flor. II. 15. 14. *Inde quaſi enata ſubito claſſis erupit.*

35. *Sub corona veniſſe* quid fuerit, docet Gell. N. A. VII. 4. *Antiquitus jure belli capta mancipia coronis induta veniebant, & idcirco dicebantur ſub corona venire, eratque corona ſignum captivorum venalium. Eſt autem alia hujus rationis opinio, cur dici ſolitum ſit captivos, ſub corona venumdari, quod milites, cuſtodiæ cauſa, captivorum venalium greges circumſtarent: eaque circumſtatio militum corona appellata ſit. Sed id magis verum eſſe, quod ſupra dixi, Cato quoque in libro, quem compoſuit de re militari, docet. Verba ſunt hæc Catonis: Ut populus ſua opera potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronatus veniat.*

36. Pithone *Agenoris filio ſatrapa, cum idoneo exercitu in eum miſſo, ipſe urbes Muſicano ſubditas adortus,* &c. V. *Arrian.* VI. 410.

37. *Principem gentis*, Muſicanum. Arrian. VI. 410. *His geſtis, ad caſtra & claſſem rediit, quo Muſicanus a Pithone captus adducitur.*

17 quo *classem exspectare se* jusserat, repetit. Quarto deinde die secundo amne pervenit ad oppidum [39], qua iter in regnum erat Sabi. Nuper se ille dedide-
18 rat [40], sed oppidani detrectabant imperium, & claudebant portas. Quorum paucitate contempta Rex, *quingentos Agrianos mœnia subire* jusserat, *& sensim recedentes elicere* [41] *extra muros hostem, sequuturum pro-*
19 *fecto, si fugere eos crederet.* Agriani, sicut imperatum erat, lacessito hoste subito terga vertunt; quos barbari effuse sequentes in alios, inter quos ipse Rex erat, incidunt. Renovato ergo prælio ex tribus millibus barbarorum quingenti cæsi sunt, mille ca-
20 pti, cæteri mœnibus urbis inclusi. Sed non ut prima specie læta victoria; ita eventu quoque fuit: quippe barbari veneno [42] tinxerant gladios, itaque saucii subinde exspirabant; nec causa tam strenuæ mortis excogitari poterat a medicis, quum etiam leves

38. *In crucem sublato; in crucem* enim peregrinos tollere solitos Macedones fuisse docent exempla *Brachmanorum, quosquot Musicanum ad defectionem instigarant* apud Arrian. VI. p. m. 410. *Oxinis, quod templa, & sepulcra regia spoliasset, multosque Persarum injuste peremisset* apud eundem ib. p. m. 439. *Bessi* Nostr. VII. 5. 40. *Arimazis, ejusque propinquorum* &c. VII. II. 28. *Tyriorum* IV. 4. 17.

39. *Oppidum.* Diodor. XVII. 103. *Inter Brachmanum urbes postrema erat Harmatelia*, &c.

40. *Nuper se ille dedidérat*, & illum montanis Indis præfecerat Alexander, sed vel Musicani dimissi, cum quo graves inimicitas gerebat, metu, vel a gymnosophistis ad defectionem solicitatus, in ulteriores Indi fluvii partes cum triginta elephantis aufugerat. V. *Arrian.* VI. 409. *Plutarch. Alex. f.* 255. *Diodor.* XVII. 102.

41. *Elicere* i. evocare. Plaut. Bacch. III. 1. 17.

Ut cum ex lutulento cœno hinc eliciat foras.

42. *Veneno*, quod e serpentibus quibusdam venatione captis erat confectum. *Hos necatos Soli exponebant, ibi cum resoluta fervore æstus caro liquesceret, sudor quidam exstillabat: & cum liquore illo venenum bestiarum simul excernebatur. Unde evenit, ut saucii corpus illico stupor invaderet, quem breve cruciatus acerrimi insequerentur, convulsioque & tremor omnia membra corriperet: cutis præterea frigore inhorrens liveseceret, bilisque per vomitum eliceretur. Quid? quod nigra ex vulnere spuma profluente sanies oriebatur, quæ celeriter præcipuas corporis partes invadens miserabile mortis genus efficiebat.*

ves plagæ [43] insanabiles essent. Barbari autem spe- 21
raverant incautum & temerarium Regem excipi posse. & forte inter promptissimos dimicans intactus evaserat. Præcipue Ptolemæus lævo humero, le- 22
viter quidem saucius, sed majore periculo, quam vulnere, adfectus Regis solicitudinem in se converterat [44]. Sanguine conjunctus erat, & quidam Philippo genitum [45] esse credebant; certe pellice ejus ortum constabat. Idem corporis custos, promptis- 23
simusque bellator; & pacis artibus, quam militiæ, major & clarior, modico civilique cultu, liberalis inprimis, adituque facilis [46], nihil ex fastu [47] regio adsumpserat. Ob hæc Regi, an popularibus carior 24
esset, dubitari poterat: tum certe primum expertus suorum animos, adeo ut fortunam, in quam postea adscendit; in illo periculo Macedones ominati [48] esse videantur. quippe non levior illis Ptole- 25
mæi fuit cura, quam Regis: qui & prælio & solicitudine fatigatus cum Ptolemæo adsideret, *lectum, in quo ipse adquiesceret*, jussit *inferri*. In quem ut se 26
re-

ciebat. E quo consecutum, ut pari modo, & qui magnas accepissent plagas, & quibus vix leviter stricta esset cutis, afficerentur. V. *Diodor.* XVII. 103.

43. *Plagæ* i. vulnera. Non. IV. 361. *Plagæ, vulnera. Virg.* XII. 299.

plagamque ferenti
Occupat os flammis.

Georg. III. 225.

Multa gemens, ignominiam,
plagasque superbi
Victoris.

44. *Regis solicitudinem in se converterat* i. effecerat, ut Rex de illo esset solicitus. V. III. 11. 24. §. 99.

45. *Philippo genitum* dicit Pausan. Attic. 1. *Ptolemæum quidem Macedones re Philippi Amyntæ filii, verbo Lagi filium fuisse existimant. Ejus enim matrem* Arsinoen *uterum ferentem a Philippo, Lago uxorem datam ferunt.* Contra *ex gregario milite virtutis causa provectum* ab Alexandro dicit *Justin.* XIII. 4. 11. V. *Raderum & Freinshemium.*

46. *Aditu facilis* i. qui se adituros, quum potest, non prohibet. Cic. pro Manil. *faciles aditus* hoc dicit sensu: *Facilis ad eum privatorum, liberæ querimoniæ de aliorum injuriis esse dicuntur.*

47. *Fastu* i. superbia, arrogantia. Tacit. Ann. IV. 74. 4. *Juxta gratiam, aut fastus janitorum perpetiebantur.*

48. *Ominati* i. augurati, *geprophetsert*, Plin. Epist. IV. 15.

recepit [49], protius altior insequutus est somnus. Ex quo excitatus, *per quietem* [50] *vidisse se* exponit *speciem draconis* [51] *oblatam herbam* [52] *ferentis ore, quam veneni*
27 *remedium esse monstrasset. colorem* [53] *quoque herbæ* referebat, *adgniturum, si quis reperisset*, adfirmans. inventamque deinde, quippe a multis erat requisita, vulneri imposuit [54]: protinusque dolore finito, intra
28 breve spatium cicatrix quoque obducta est. Barbaros ut prima spes fefellerat, se ipsos urbemque dediderunt. Hinc in proximam gentem Pathaliam [55] perventum est. Rex [56] erat Mœris, qui urbe deserta

Optamus enim tibi, ominamurque in proximum annum Consulatum. Noster IX. 9. 22.

49. *Se recepit* i. vit cubitum. *Lecto se recipere* Prop. II. 24. 31.

Nulla tamen lecto recipit se sola libenter.

Recipere significat reditum in locum tutum. Plaut. Mil. II. 3. 33.

Horsum ad stabulum junix se recipiat a pabulo.

50. *Per quietem* ut Justin. XII. 10. 3. i. *in somnis*, ut Terent. Andr. II. 5. 19.

Si se illam in somnis, quam illum, amplecti maluit.

Secundum quietem Cic. Divin. II. *Tum secundum quietem visus ei dicitur draco. In quiete* de Divin. I. *Ei visum est in quiete.*

51. Draconis *ejus, quem mater Olympias aliebat*, V. *Cicer. de Divin.* II. Quendam potius herbariæ rei peritum Regi indicasse herbam vere judicat Strabo XV. 474. *Quumque Ptolemæus saucius periclitaretur, ferunt quendam Alexandro in somno adstitisse, atque ei radicem cum ramo ostendisse*, &c. *Verisimile profecto est, aliquem eam Regi indicasse: sed adulationis gratia fabula adjuncta est.*

52. *Herbam* dicunt *Diodor.* XVII. 103. *Justin.* XII. 10. 3. *Oros.* III. 19. sed *radiculam* fuisse vult *Cicero.*

53. *Colorem* non tantum, sed etiam *ejus naturam, & vim docere, locum etiam, ubi nasceretur, ostendere visus est.* V. *Siculum & Ciceronem.*

54. *Vulneri imposuit.* Diodorus. *Excitatus ergo Alexander investigatam herbam contrivit, & corpori Ptolemæi per cataplasma applicata, & potione ex illa exhibita, sanitati ægrotum restituit.*

55. *Pathaliam*, quam *Pattalenam* Strab. XV. 437. vocat, illamque *per Indum in duos alveos divisum* ait factam, & sic *Indus regionem in literæ Δ figuram secat, majoremque, quam est Ægyptium delta, efficit, quod Indorum lingua Pattala vocatur*, ut Arrian. V. 319. VI. 410. ret. Indic. p. m. 511. *Patales* dicitur Plin. II. 73. *In eadem insula Patales celeberrimo portu, Sol dexter oritur, umbræ in meridiem cadunt.* Nunc *regnum Cambajæ* Maffejo

serta in montes profugerat [57]. Itaque Alexander 29
oppido potitur [58], agrosque populatur. Magnæ inde prædæ actæ [59] sunt pecorum armentorumque, magna vis reperta frumenti. Ducibus deinde sumptis [60] amnis peritis, defluxit ad insulam medio ferme alveo enatam [61]. 30

CAP.

Maffejo & Dalechampio. V. *Raderum* & ex illo in Indice *Freinshemium.*

56. *Rex.* Arrian. VI. 410. *Eodem tempore ad eum venit Pattalorum regulus, se suasque ditiones Alexandri fidei committens. Atque hunc quidem imperio suo restituit, omnia, quæ ad excipiendum excercitum necessaria essent, parare jussit.*

57. *Profugerat.* Arrian. VI. 412. *Quumque jam triduo navigasset, nuntiatum est ei Pattalorum regulum, magna Pattalensium manu coacta, urbe destituta aufugisse.*

58. *Oppido potitur, & Hephæstionem in illa arcem ædificare jubet.* Arrian. VI. 412.

59. *Actæ* i. *factæ, captæ, pariæ*, ut sæpius *Cicero.* Noster IX. 10. 7.

60. *Ducibus sumptis* n. ex ejus loci incolis. Arrian. VI. 413. negat ullos duces principio habuisse. *Cæterum quum ipse neminem navigationis ducem haberet, (Indi enim, qui ea loca habitabant, profugerant)* &c. V. *Raderum.*

61. *Enatam* i. existentem. *Emersisse insulam* dicit Justin. XXX. 4. 2. *Repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit.* Proprie *enasci* est ex alio nasci. Justin. I. 4. 2. *Hic per somnum vidit ex naturalibus filiæ vitem enatam.*

CAP. IX.

ARGUMENTUM.

In Oceanum descendit, navibus æstu destitutis ultimum periculum adit, iisque aqua leni tractu redeunte rursus levatis voti sui compos fit Alexander.

1 IBI diutius subsistere coactus, quia duces socordius adservati profugerant, misit, qui conquirerent alios; nec repertis, pervicax[1] cupido incessit visendi Oceanum, adeundique terminos mundi, sine regionis peritis, flumini ignoto caput suum, totque fortissimorum virorum salutem permittere. 2 Navigabant ergo omnium, per quæ ferebantur, ignari. quantum inde abesset mare; quæ gentes colerent; quam placidum amnis os, quam patiens longarum navium esset, anceps & cœca æstimatio augurabatur. Unum erat temeritatis solatium perpetua felicitas. 3 Jam quadringenta[2] stadia processerant, quum gubernatores, *adgnoscere ipsos auram maris*[3], *& haud procul videri sibi Oceanum abesse*, indicant 4 Regi. Lætus ille hortari nauticos[4] cœpit, *incumberent remis*[5], *adesse finem laborum omnibus votis expetitum. Jam*

Pervicax V. x. 3. 6. §. 5.

2. cccc. *stadia* i. duodecim milliaria Germanica, & amplius semis. Infr. *n.* 27. V. *Raderum.*

3. *Agnoscere auram maris*, quia cruda, aspera, incocta vento præsertim flante, & æstum maris impellente, vel ab illo impulso: sicut sentiunt ii, qui a noto, austro, & meridie arcticas regiones nive, & glacie horridas petunt. V. *Raderum.*

4. *Nauticos* i. nautas. Plin. IX. 31. *Quod ubi videre nautici, statim pluribus ancoris navigia infrenant.* Liv. XXXIX. 26. *Quos portus mercatores aut nautici petant.* Noster n. 7. & 26. Hujus vocis usum ex *Apulejo*, *Ammiano*, *Isidoro*, *Jctis ad Veget.* IV. 43. adstruit *Stewechius.*

5. *Incumberent remis.* Ita & Virg. Aen. x. 294.

Nunc, o lectæ manus, validis incumbite remis.

met maght aan de riemen vallen, qui

Jam nihil gloriæ deesse; nihil obstare virtuti: sine ullo Martis[6] *discrimine, sine sanguine orbem terræ ab illis capi. Ne Naturam quidem longius posse procedere*[7]. *brevi incognita, nisi immortalibus, esse visuros.* Paucos tamen 5 navigio emisit in ripam[8], qui agrestes vagos exciperent; e quibus certiora nosci posse sperabat. illi scrutati omnia tuguria, tandem latentes reperere. Qui 6 interrogati, *quam procul abesset mare?* responderunt, *nullum ipsos mare ne fama quidem accepisse: cæterum tertio die perveniri posse ad aquam amaram, quæ corrumperet dulcem.* Intellectum est mare destinari[9] ab ignaris naturæ ejus. Itaque ingenti alacritate nautici 7 remigant, & proximo quoque die, quo propius spes admovebatur, crescebat ardor animorum. tertio jam die mixtum flumini subibat mare, leni adhuc æstu confundente dispares[10] undas. Tum aliam 8 insulam[11] medio amni sitam evecti paulo lentius, quia

qui & *insurgere* dicit III. 560. v. 189. *Incumbunt* vero remiges *remis* pectore. Unde ubi *remorum*, ibi & pectoris mentio. Unde Ovid. Metam. XI. 462.

reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos.

& Val. Flacc. Argon. III. 472.

Inde alii increpitant, atque æquora pectore tollunt.

V. *Lacerd. in Virg.* x. 294. *Vall. Eleg.* III. 44.

6. *Martis* i. belli, qui ejus auctor. Cic. pro Marc. *Quos amissimus civer, eos Martis vis percutit.*

7. *Ne naturam quidem longius posse procedere.* Tacit. Agric. XXXIII. 12. *In ipso terrarum, ac Naturæ fine.* Ad quæ Virdungus: Ridiculum; quasi illuc usque tantum natura: sed hæ suat veterum hallucinationes, nescientes terram esse conjcam

in orbem
Undique surgentem, pariter pariterque cadentem.

Leges, si lubet, multa hujusmodi ineptiarum, & anilium delirationum apud Senec. Suas. 1. Ipse etiam Alexander hic χρονιον ὄζει.

8. *Paucos navigio emisit* &c. Arrian. VI. 413. *Nonnullis, qui inter levis armaturæ milites expeditissimi essent, in ulteriorem ripam emissis, Indos aliquot cepit, quibus deinceps in eo flumine navigationis ducibus est usus.*

9. *Destinari* i. intelligi, designari, ut VI. 9. 7. IX. 7. 25.

10. *Dispares* i. falsas & dulces. V. *Raderum.*

11. *Aliam insulam*, quam *Cillutam* nominare videtur Arrian. VI. 414. *His omnibus pro eo, ac tempus ferebat, reparatis, Alexander duabus actuariis navibus secundo flumine præmittit,*

quia curſus[12] æſtu reverberabatur, adplicant claſſem: & ad commeatus petendos discurrunt, ſecuri caſus ejus; qui ſupervenit ignaris. Tertia ferme
9 hora[13] erat, quum ſtata vice Oceanus exæſtuans[14] invehi cœpit, & retro flumen urgere. quod primo coercitum, deinde vehementius pulſum, majore, impetu adverſum[15] agebatur, quam torrentia prę-
10 cipiti alveo incurrunt. Ignota vulgo freti[16] natura erat[17], monſtraque[18] & iræ Deum indicia cernere videbantur. Idemtidem intumeſcere mare, & in campos paulo ante ſiccos deſcendere ſuperfuſum. Jam-

tit, qui inſulam explorent, in quam indigenæ ajebant ipſi deſcendendum eſſe, ad Oceanum naviganti. Eam inſulam Cillutam vocabant. Qui poſtquam renuntiaverunt ipſam inſulam magnam eſſe, portuſque commodos & aquam habere, reliquam claſſem eo agi jubit. Syllufirin vero & *Pſyttulcyn* Plutarch. Alex. f. 255.

12. *Curſus* fluminis, quod *retro urſiſſe Oceanus* dicitur *n.* 9. Illa notione apud Virg. Ecl. VIII. 4.

Suos requierunt flumina curſus.

V. *Freinshemium.*

13. *Tertia hora*, ante meridiem, poſt Solis ortum, quæ apud nos eſt nona ante meridiana. V. *Raderum.*

14. *Exæſtuant.* In littore Cambajæ, quod V. IX. 8. 28. §. 54. inquiunt *Conimbricenſes*, in *meteor. tract.* 3. c. 4. quæ eſt in faucibus Indi, mare binis hôris triginta circiter leucas acceſſu obtegit: binis, totidem receſſu detegit. Itaque tanta rapiditate agitur, ut homines ingruentem e pelago undam vix curſu evadant. Ne vero incautos æſtus arripiat, cymbali ſonitu admonentur. Nec naves ibi poſſent commorari, niſi haberent lacunas ad eum uſum deſoſſas, in quibus mari abeunte conſiſtunt. *Æeſtus* rationes Lunæ impreſſionibus adſignant *Ariſtot. Probl. ſect.* 23. *meteor.* II. 1. *Ptolom.* II. 12. *Plutarchus de placitis Philoſophorum. Sen. N. Q.* III. 28. *Plin.* II. 97. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

15. *Adverſum* i. retrorſum actum, contra decurſum aquæ, ut IX. 10. 1. Unde *adverſo amne ſubire*, tegens ſtroom op. X. 1. 16. V. *Freinshemii Indicem.*

16. *Freti* i. maris, Quod quid proprie V. IV. 1. 7. §. 5.

17. *Ignota natura vulgo erat*, quod de ſuis fatetur Alexander apud Arrian. I. 54. Parmenionem enim, qui naumachiam ſuaſerat, refellit, dum dicit: *Parmenionem opinione ſua falli, neque recte augurium interpretari. Parum enim prudenter facturum ſe, ſi cum tam pautis navibus adverſus multo plures pugnet, cumque parum exercitato milite in re navali, adverſus exercitatiſſimos Cyprios ac Phœnices eat:* & illorum trepidatio in periculis, mari ſi quæ

Jamque levatis navigiis, & tota claſſe diſperſa, qui 11
expoſiti erant, undique ad naves trepidi & improviſo malo adtoniti recurrunt. Sed in tumultu feſti- 12
natio quoque tarda eſt[19]. hi contis[20] navigia adpellebant; hi, dum remos aptari[21] prohibebant, conſederant[22]. quidam enavigare[23] properantes, ſed 13
non exſpectatis, qui ſimul eſſe debebant, clauda[24] & inhabilia navigia languide moliebantur, aliæ navium inconſulte ruentes non receperant; pariterque & multitudo, & paucitas[25] feſtinantes morabatur. Clamor

quæ imminere viderentur, quam denarrat Noſter *n.* 10-22. ſatis docet.

18. *Monſtrum* eſt, quodcunque eſt contra naturam, ſive in quo rectus ordo naturæ vertitur. Tale eſt Minotaurus. V. *Frontonem* & *Donat. in Eunuch.* IV. 3. 14.

19. *Feſtinatio tarda eſt.* Ita Liv. XXII. 39. *Feſtinatio improvida eſt & cæca.*

20. *Contis* i. perticis longioribus, quibus altitudo aquæ exploratur, & aguntur naves. Virg. Aen. VI. 302.

Ipſe ratem conto ſubigit, velisque miniſtrat.

V. 206.

Concuſſæ cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuere, illiſaque prora pependit.
Conſurgunt nautæ, & magno clamore morantur
Ferratasque ſudes, & acuta cuſpide contos
Expediunt.

Donatus: *Contus eſt pertica oblonga, in capite ferrum habens, qua nautæ ad exploranda loca navibus opportuna utuntur.* V. *Scheff. Mil. Nav.* II. 5.

21. *Remos aptari. Remi* perticæ ſunt longiores, in latitudinem quandam deſinentes, quibus navis vel impeditur, vel ſtabilitur. Poetæ *tonſas* appellarunt, etiam *palmulas* dixere. Græci κώπας, ab auctoribus opinor. *Copas* enim eas inveniſſe ferunt. Alligabantur loris ad ſcalmos i. paxillos quoſdam, quos ſinguli habebant proprios. Vitruv. X. 8. *Etiam remi circa ſcalmos ſtrophis religati.* Curtio hæc res *aptare remos* dicitur. V. *Scheffer. Mil. Nav.* II. 5.

22. *Conſederant* i. locum, ubi *conſiderent*, quærebant. V. *Raderum.*

23. *Enavigando* i. *navigando* evadere. Plin. VI. 17. *Proditur Alexandrum Magnum nullo die minus, quam ſtadia* 10. *navigaſſe in Indo, nec potuiſſe ante menſes quinque enavigare.* Sic *enare* n. 18. *nando* evadere & *evehi* n. 8. & 27.

24. *Clauda* i. non omnibus partibus integra: deerant enim & multi remi, &, quinecceſſariis rebus naves inſtruerent, naucleri deſiderabantur. V. *Raderum.*

25. *Multitudo & paucitas* i. quia in quibusdam navibus erant nimis multi, in quibusdam nimis pauci. V. *Raderum.*

26. *Ten-*

14 Clamor hinc *exſpectare*, hinc *ire* jubentium, diſſoneque voces nusquam idem ac unum tendentium [26], non oculorum modo uſum, ſed etiam aurium abstu-
15 lerant. Ne in gubernatoribus quidem quidquam opis erat, quorum nec exaudiri vox a tumultuantibus poterat; nec imperium a territis incompoſitis-
16 que ſervari. Ergo conlidi [27] inter ſe naves, abstergerique [28] invicem remi, & alii aliorum navigia urgere cœperunt. Crederes, non unius exercitus claſſem
17 vehi, ſed duorum navale iniſſe certamen. Incutiebantur [29] puppibus proræ; premebantur a ſequentibus, qui antecedentes turbaverant [30]: jurgantium
18 ira perveniebat etiam ad manus [31]. Jamque æſtus circa flumen campos inundaverat, tumulis dumtaxat eminentibus, velut inſulis parvis; in quos ple-
19 rique trepidi omiſſis navigiis enare cœperunt. Diſperſa

26. *Tendentium* i. expoſcentium. V *Freinshemii Indicem.*

27. *Conlidi* i. ſimul percuti, *tegen malkanderen aanſlaan.* Colum. XII. 16. *Ne inter ſe pondere ſuo preſſæ conlidantur.* Noſter IV. 3. 17. Arrian. VI. 413. *Poſtridie enim quam ſolverant, orta tempeſtas, ventusque æſtui contrarius cavas undas ciebat, navesque inter ſe collidebat: adeo ut pleræque quaſſatæ, nonnullæ vero ex triginta remorum navibus prorſus diſſipatæ fuerint, ægreque ad ripam, priusquam a vorticibus plane abſorberentur, appulſæ ſint.*

28. *Abstergeri* i. abrumpi, frangi. Nautica & maritima eſt phraſis, qua *abstergere, detergere remos* non aliud eſt, quam transverſæ navis hoſtilis cum impetu & transcurſu remos perfringere, auferre, & velut puram ab iis reddere. Flor. II. 2. 8. *Longe illis nauticæ artes, detergere remos.* Cæſ Bell. Civ. I. 58. I. *Pluribus navibus adoriri ſingulas, aut remos transcurrentes detergere, ſi poſſent, contendebant.* Liv. XXVIII. 30. *Unius prælata impetu, lateris alterius remos deterſit.* Eadem forma *detergere palmites* Colum. IV. 27. eſt ſupervacuos decerpere, & *detergere murorum pinnas* Liv. XXVIII. 5. V. *Lipſ. Elect.* II. 19. *Scheffer. Mil. Nav.* III. 6.

29. *Incutiebantur*, wierden tegen aangeſlingert.

30. *Premebantur a ſequentibus, qui antecedentes turbaverant.* Hisce ſimile eſt, quod narrat Livius XXVIII. 30. *Una natura freti, æſtusque totius certaminis potens, ſuas alienis navibus nequicquam remigio in contrarium tendentes invehebat, ut fugientem videres retro vertice intortam victricibus illatam: & ſequentem, ſi in contrarium tractum incidiſſet maris, fugientis modo*

ſperſa claſſis partim in prælta aqua ſtabat, qua ſubſederant [32] valles; partim in vado hærebat, utcumque inæquale terræ faſtigium occupaverant undæ: quum ſubito novus, & priſtino major terror incutitur. Reciprocare [33] cœpit mare magno tractu aquis in ſuum fretum recurrentibus; reddebatque terras paulo ante profundo ſalo merſas. Igitur deſtituta navigia alia præcipitantur in proras [34]; alia in latera procumbunt [35]. Strati erant campi ſarcinis, armis, avulſarum [36] tabularum [37] remorumque fragmentis. Miles nec egredi in terram, nec in naves ſubſiſtere audebat; idemtidem præſentibus graviora, quæ ſequerentur, exſpectans. Vix, quæ perpetiebantur, videre ipſos credebant, in ſicco [38] naufragia, in amni mare. Nec finis malorum. quippe æſtum paulo poſt mare relaturum, quo navigia adlevarentur, ignari, famem [39] & ultima [40] ſibimet ominabantur. belluæ quoque fluctibus deſtitutæ terri-

modo ſe avertentem.

31. *Ad manus* i. ad pugnam. Cic. Verr. VII. *Nonnunquam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat.*

32. *Subſederant* i. ſe ſubmiſerant. V. v. 4. 6. §. 17.

33. *Reciprocare* i. refluere, ad littus ſuum redire. Flor. II. 8. 9. *Eubœam inſulam reciprocantibus aquis Euripus abſcidit.* Unde *reciprocus amnis.* Plin. X. 57. *Quod extremas fluminum aquas ſectetur, cavernasque ſibi faciat in terra, atque in his vivat, etiam reciprocis amnibus ſuccato littore.* & *naves reciprocari* dicuntur Liv. XXV. III. 30. *Quinqueremem ſatis credens deprehenſam rapido in freto in adverſum æſtum reciprocari non poſſe.*

34. *Præcipitantur in proras*, gaan over eynde ſtaan. *Everſa fluctibus* Noſter *n.* 24.

35. *In latera procumbunt*, gaan op de zijde liggen.

36. *Avulſarum* i. abruptarum. Plin. IX. 47. *Intellectum ineſſe iis apparet, quia ubi avulſorem ſenſere, contractæ multo difficilius abstrahuntur.*

37. *Tabularum* i. aſſerum, ex quibus naves fiunt, & in quas, mare dum magnum eſt, & turbidum, lacerantur. Cic. de Off. III. *Quid, ſi in una tabula ſint duo naufragi, æque ſapientes, ſibine uterque rapiat, an alter cedat alteri?*

38. *In ſicco* i. in terra, extra mare, in quo tamen, & non in terra naufragia fieri ſolent. Virg. Georg. I. 363.

Cumque marinæ
In ſicco ludunt fulicæ.

39. *Famem*, omnia enim circum

23 terribiles vagabantur[41]. Jamque nox adpetebat, & Regem quoque desperatio salutis ægritudine adfecerat. non tamen invictum animum curę obruunt, quin tota nocte præsideret in speculis, equitesque præmitteret ad os amnis, ut, quum mare rursus exæ-
24 stuare sensissent, procederent. *Navigia* quoque *lacerata refici, & eversa fluctibus, erigi* jubet, *paratosque esse & intentos, quum rursus mare terras inundasset.*
25 Tota ea nocte inter vigilias adhortationesque[42] consumpta, celeriter & equites ingenti cursu refugere; & sequutus est æstus. qui primo aquis leni tractu subeuntibus cœpit levare navigia, mox totis campis
26 inundans etiam impulit classem. plaususque[43] militum nauticorumque insperatam salutem immodico celebrantium gaudio litoribus ripisque resonabat. *unde tantum rediisset subito mare? quo pridie refugisset? quanam esset ejusdem elementi*[44] *natura, modo discors, modo imperio temporum obnoxia*, mirabundi[45] requi-
27 rebant. Rex quum ex eo, quod acciderat, conjectaret

cum loca, sterilibus obsita arenis, nihil alimentorum pollicebantur. V. *Raderum*.

40. *Ultima*, den ondergang. V. *Freinshemii Indicem*.

41. *Vagabantur* i. palpitabant in æstu jam tenui deficiente, hærebantque in vadis, vel frustra conabantur æstum sequi. V. *Raderum*.

42. *Inter vigilias & adhortationes* i. in vigiliis & adhortationibus, Terent. Eun. IV. 2. 1.

Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias.

Nostet VIII. 2. 6. Exempla plurima suppeditat *Vechner. Hellen.* II. 3.

43. *Plausus* n. manibus & pedibus factus. *Plausus* proprie est percussio. Plin. X. 21. *Galli diem venientem nuntiant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum.* Inde *plaudere* dicuntur textores, cum instrumento ad eam rem facto licium, densius inculcant, & cum sonitu conlidunt. Virg. Cir. v. 179.

Non Libyco molles plauduntur pectine telæ.

Et hinc translatum omnem læti animi significationem indicat, & migravit quoque in theatrum, quo peractis fabulis spectatores dimittebantur, & illis dicebatur, *valete & plaudite*. Quintil. VI. 2. *Tunc est commovendum theatrum, quum ventum est ad ipsum illud, quo veteres comœdiæ, tragœdiæque clauduntur, Plaudite.*

44. *Elementi* i. aquę. V. *Sciopp. Infam. Fam. p.* 172.

45. *Mirabundi* i. admirantes. Liv. XXXVII. 10. *Quum, quonam modo*

jectaret post Solis ortum statum tempus esse; media nocte, ut æstum occuparet, cum paucis navigiis secundo amne defluxit. Evectusque os ejus quadringenta stadia processit in mare[46], tandem voti sui compos[47]: præsidibusque maris & locorum Diis sacrificio facto[48], ad classem rediit.

CAP.

modo ea fieri possent, mirabundus percunctaretur.

46. Processit in mare, *ut in Oceano, qui ultra Indos est, navigasse diceretur.* V. *Arrian.* VI. 415.

47. *Compos voti* est, qui obtinuit, quod volebat. Tib. I. II. 12.

Atque aliquis voti compos liba ipsa ferebat.

48. *Diis sacrificio facto.* Justin. XII. 10. 4. *Reversus in naves, Oceano libamenta dedit, prosperum in patriam reditum precatus.* Diod. XVII. 104. *Tunc cum familiaribus ad Oceanum profectus, duabus illic insulis repertis, magnifico Deos sacrificio veneratur; aureaque pocula numero haud pauca, nec pondere exigua, una cum libamentis in mare projecit: Tandem excitatis in Tethyos & Oceani honorem aris, expeditioni propositæ finem imposuisse ratus classe per amnem retro subvehitur.* Arrian. VI. 415. *Ibi tauros Neptuno cæsos in mare projecit, libationeque sacrificio superaddita, phialam auream, & crateras aureos gratias agens in undas immisit.*

CAP. X.

ARGUMENTUM.

Dum vernum tempus exspectat, urbes plerasque condit, naturam maris cognoscit, in Arabitarum, Gedrosiorum, Horitarum, & maritimorum Indorum, quos describit Auctor, regiones venit, exercitu, quem fames & pestilentia urserant, vindicato, Ozineque & Zariaspe oppressis, in Carmaniam procedit, Liberi Patris gloriam & famam æmulaturus, comessabundus & bacchabundus incedit, & satrapen Aspasten interfici jubet Alexander.

1 HInc adversum flumen subiit classis; & altero die adpulsa est haud procul lacu [1] salso, cujus ignota natura plerosque decepit, temere ingressos aquam. quippe scabies [2] corpora invasit, & contagium [3] morbi etiam in alios vulgatum est. oleum remedio fuit. Leonnato deinde præmisso, ut

2 cum pruritu atque squamatione. *Isidor.* IV. 8. Ita & Serv. Georg. I. 495. *Scabra rubigine, aspera: unde & scabies dicitur a corporis asperitate.* Unde & *turpis scabies* Virg. Georg. III. 444. quia, ut illic Servius, *asperum & turpe efficit corpus.* Causam *scabiei* hujus refert *Raderus*, quod aqua illa non fuerit marina, sed mixta, & in lacu stagnante semiputris.

LAcu, quem describit Arrian. VI. 416. *Quumque jam non procul a faucibus fluminis abesset, ad quendam magnum lacum pervenit, qui aut ab ipso flumine late diffuso efficitur, aut ab aquis ex circumvicinis locis influentibus, flumenque auctius, & marino sinui perquam simile reddentibus. Nam & pisces marini jam in eo conspiciebantur, majores, quam nostrum mare fert. Ad eam itaque lacus partem, quam duces navigationis monstrabant, appulsus, plerosque militum cum Leonnato ibi relinquit.*

2. *Scabies* est asperitas cutis

3. *Contagium*, de besmettelijckheyd. *Contagium* morbus est, qui definiente Isid. IV. 6. *quem tetigerit, polluit*, & quo *contingit, ut una aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat.* ut Serv. Ecl. I. 51.

ut puteos foderet [4], qua terrestri itinere ducturus exercitum videbatur, quippe sicca erat regio; ipse cum copiis substitit [5], vernum tempus [6] exspectans. Interim & urbes [7] plerasque condidit. Nearcho [8] 3
atque Oneficrito [9] nauticæ rei peritis imperavit, *ut validissimas navium deducerent* [10] *in Oceanum, progressique, quoad tuto possent, naturam maris noscerent: vel eodem amne* [11], *vel Euphrate* [12] *subire eos posse, quum reverti ad se vellent.* Jamque mitigata hyeme, & navi- 4
bus, quæ inutiles videbantur, crematis, terra ducebat exercitum. Nonis castris in regionem Arabi- 5
tarum [13]; inde totidem diebus in Gedrosiorum [14] regio-

4. *Puteos foderet.* Justin. XII. 10. 7. *Inde iter terrestre facturus, cum arida loca medii itineris dicerentur, puteos opportunis locis fieri præcipit, quibus ingenti dulci aqua inventa*, &c. Arrian. VI. 416. *Regiones, quam adnavigabat, ratione explorata, puteos complures effodi jubet, unde aqua classi suppetere posset.*

5. *Substitit* forte *ad Hyala oppidum insigne*, ad quod *per amnem retro cum subvectus* esset, *appulisse* dicit *Diod.* XVII. 104.

6. *Vernum tempus*, quia *id anni tempus erat ad navigandum ineptum. Etesiæ spirabant.* V. *Arrian.* VI. 417.

7. *Urbes*, & in his *Barcen* Justin. XII. 10. 6.

8. Nearchum *Androtimi filium constituit eis navarchum. Erat hic Nearchus Cres genere: habitabat autem Amphipoli, quæ ad Strymonem fluvium sita est.* Arrian. rer. Indic. p. m. 546. qui *Nearchum de Alexandro historiam memoriæ prodidisse* dicit Exped. Alex. V. 321.

9. *Oneficritus* gubernator fuit navis regiæ. *Arrian. rer. Indic. p. m.* 450. de quo idem Exped. Alex. V. 381. *Oneficritum navis suæ gubernatorem constituit, qui quidem in ea historia, quam de Alexandro conscripsit, etiam hoc mentitur, quod se classis præfectum fuisse scribat, quum gubernator navis tantum esset. Astypalæum* nominat *Arrian. rer. Indic p. m.* 546.

10. *Deducerent* i. e littore ad navigandum traherent. Cæs. Bell. Gall. V. 2. 2. *Circiter* 100. *ejus generis, cujus supra demonstravimus, naves, & longas* XXIIX *invenit constructas, neque multum abesse, quin paucis diebus deduci possit.* Hirt. Bell. Afric. LXII. 1. *Interim Varus classem, quam antea Uticæ hyemis gratia subduxerat, celeriter deducit.*

11. *Eodem amne*, Indo.

12. *Euphrate*, nam & in Oceanum se exonerat V. *Raderum.*

13. *Arabitarum*, quos *Arbies* Strab. XV. 469. Plin. VI. 23. *Abritas* Diodor. XVII. 104 vocant,

regionem perventum est. Liber hic populus concilio habito dedidit se; nec quidquam deditis, præter
6 commeatus, imperatum est. Quinto hinc die venit ad flumen, *Arabum*[15] incolæ adpellant. Regio deserta & aquarum inops excipit[16]; quam emensus in Horitas[17] transit. ibi majorem exercitus partem Hephæstioni tradidit; levem armaturam cum Pto-
7 lemæo Leonnatoque partitus est. Tria simul agmina populabantur Indos[18]; magnæque prædæ actæ sunt: maritimos Ptolemæus; cæteros ipse Rex, & ab alia parte Leonnatus urebant. In hac quoque regione urbem[19] condidit, deductique sunt in eam
8 Arachosii. Hinc pervenit ad maritimos Indos[20]. deser-

cant, sed cum Curtio Arrian. vi. 419. *Arabitas, quos liberos Arabium flumen accolentes, quum neque satis virium haberent, ut cum Alexandro confligerent, neque tamen sese subjicere ei vellent, simulatque eum cum exercitu adventare senserunt, in solitudines aufugisse* docet.

14. *Gedrosia*, inquit Marcianus Heracleotes Ponticus in suo periplo i. p. 54. *a septemtrione Drangiana & Arachosia circumscribitur, ab occasu usque ad mare Carmaniam habet, ab oriente parte Indiæ, quoad Indum flumen pertinet, usque ad Arachosiæ jam dictæ terminos definitur. A meridie Indico Oceano clauditur.* V. Radermm & ex illo Freinshemium. Pluribus illam describit *Arrian.* vi. 421.

15. *Arabum*, quem *Arbin* Strab. xv. 469. Plin. xi. 24. vii. 2. *Arobion* Arrian. rer. Indic. p. m. 551. appellant, qui, ut addit Arrianus, per Arabitarum regionem fluens, nomen illis indiderit.

16. *Excipit* i. sequitur. Flor. i. 3. 1. *Excipit Pompilium Numam Tullus Hostilius.* Noster ix. 2. 2. x. 9. 6. 10. 19.

17. *Horitas*, quos *Neoritas* Diod. xvii. 105. *Ab his Arbies Arbis flumen disterminat, & horum prænavigatio mille & octingentorum stadiorum est.* i. quinquaginta sex milliariorum Germanicorum cum quadrante. Strab. xx. 469. *Horum duces ad Alexandrum profecti, & se & gentem in ejus potestatem dederunt.* Arrian. vi. 421.

18. *Tria agmina populabantur Indos.* Idem refert Strab. xv. 471. *Copiis tripartitis, ipse cum exercitus parte, per Gedrosiam profectus est.*

19. *Urbem*, quam verisimile est fuisse *Alexandriam Arianæ*, cujus mentio apud Strab. xi. 129. *Ariæ longitudo est ad duo millia stadiorum, campi latitudo trecenta. Urbes Artacana, Alexandria*, quæ fortasse est *Alexandria condita a Leonnato jussu Alexandri in finibus gentis Arianæ, portu salubri.* Plin. vi. 23.

20. *Maritimos Indos*, Ichthyophagos

desertam vastamque regionem late tenent, ac ne cum finitimis quidem ullo commercii jure miscentur. Ipsa solitudo natura quoque immitia effera- 9
vit[21] ingenia: prominent ungues nunquam recisi[22]; comæ hirsutæ & intonsæ[23] sunt. tuguria con- 10
chis[24], & cæteris purgamentis maris instruunt. ferarum pellibus tecti, piscibus Sole duratis[25], & majorum quoque belluarum, quas fluctus ejicit, carne vescuntur. Consumptis igitur alimentis Macedo- 11
nes primo inopiam, deinde ad ultimum famem sentire cœperunt, radices palmarum[26], namque sola ea arbor gignitur[27], ubique rimantes. Sed quum 12
hæc quoque alimenta defecerant, jumenta cædere adgressi,

phagos appellare videtur Arrian. rer. Indic. p. m. 559. *Infra Gedrosios loca maritima accolunt ii, quos Ichthyophagos vocant*, & p. 565. *longitudinem oræ* illorum dicit esse *stadiorum* x.M; *dictos vero a piscium esu.*

21. *Efferavit* i. feris similia fecit, feritatem induxit. Cic. N. D. i. *Equidem arbitror, multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eos nulla suspicio Deorum sit.* Noster viii. 2. 16.

22. *Ungues nunquam recisi.* Diodor. xvii. 105. *Qui istic habitant, ungues a primo ætatis exortu ad senectutem usque excrescere sinunt.* Arrian. rer. Indic. p. m. 557. *Erant unguibus quasi ferinis: siquidem unguibus loco ferri uti dicebantur, pisces que iis discindentes, ligna etiam molliora iis secabant.*

23. *Comæ hirsutæ & intonsæ. Erant*, inquit Arrianus, *tum reliquo corpore, tum etiam capite hirti. Alebant* enim *crines inter se conflatos.* Diodorus.

24. *Conchis* i. testis durioribus *Concharum*, quæ significant id genus piscium omne, quod firmiorem habet testam. Ex illis tuguria instruxisse docent etiam Strab. xv. 470. *Domicilia ex ossibus cetorum, & ostreorum conchis magna ex parte faciunt. Nam trabium & fulcrorum usum costæ præstant, portas maxillæ*, & Diod. xvii. 105. *Parietum quidem structuram educunt, culmen vero e costis balænarum, unde octodecim cubitorum trabes adornantur, superimponunt: tegularum denique loco squamis balænarum tecta cooperiunt.*

25. *Piscibus Sole duratis.* Strabo: *Ex cetorum & ostreorum vertebris fiunt mortaria, in quibus pisces subiguntur, ad Solem assantur. Postea ex his panem conficiunt, frumenti paululum admiscentes.*

26. *Radices palmarum.* Arrian. vi. 424. *Indigenis etiam imperat, ut palmarum fructus ad mercatum adferant.* Strab. xv. 472. *Palmarum tamen & fructus, & cerebrum saluti fuit*, qui tamen p. 473. *crudas palmulas enecasse* dicit *multos*, quod & Plin. xiii.

adgressi, ne equis[28] quidem abstinebant, & quum deessent, quæ sarcinas veherent, spolia de hostibus, propter quæ ultima Orientis peragraverant, cre-
13 mabant incendio. Famem[29] deinde pestilentia[30] sequuta est: quippe insalubrium ciborum novi succi, ad hoc itineris labor, & ægritudo animi, vulgaverant morbos; & nec manere sine clade, nec progredi poterant: manentes fames; progressos
14 acrior pestilentia urgebat. Ergo strati erant campi pene pluribus semivivis, quam cadaveribus. Ac ne levius quidem ægri sequi poterant[31]: quippe agmen raptim agebatur, tantum singulis ad spem salutis ipsos proficere credentibus, quantum itineris
15 festinando præriperent. Igitur, qui defecerant, notos ignotosque, *ut adlevarentur*, orabant. Sed nec jumenta[32] erant, quibus excipi possent[33]; & miles

4. testatur, scribens: *Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt.* V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

27. *Sola ea arbor gignitur.* Contrarium docet Arrian. VI. 421. *In Gedrosiorum solitudine tradit Aristobulus multas myrrhæ arbores nasci. Habere præterea eam magnam nardi odoratæ radicum copiam. Alia præterea ibi nasci arborum genera, quarum folia lauri foliis sint simillima.*

28. *Equos* mactasse Alexandri milites tradit quoque Arrian. VI. 426. *Multa etiam jumenta milites ipsi sua sponte interficiebant. Quum enim frumentum ipsos deficeret, concursu facto equos plerosque trucidantes, & mulorum carnibus vescentes*, &c.

29. *Famem pestilentia sequuta est*, ut apud Flor. III. 15. 17. *Quum ex mora obsidentem Regem fames, & ex fame pestilentia urgeret.* Just. XII. 13. 12. *Multorum deinde dierum inopia contraxerat & pestem, tantaque fœditas morientium fuit, ut vix cadaveribus implerentur.* Liv. VI. 21. *Pestilentiam inopia fruguum excepit.*

30. *Pestilentia* est morbus ille contagiosus, de quo proprie *pestilentia* dicitur. Liv. XXV. 26. *Accessit & pestilentia, commune malum.* Cic. Fam. XIV. 1. *De loco nunc quidem abiit pestilentia: sed quamdiu fuit, me non attigit.* Plin. II. 96. *Locris & Crotone pestilentiam nunquam fuisse annotatum est.*

31. *Ne levius quidem ægri sequi poterant.* Arrian. VI. 426. *Alii præ morbo, alii præ nimia defatigatione, æstu ac siti in itinere relicti erant: neque qui eos vehebant, aut relictos curabant, ulli erant, quippe agmen raptim agebatur, & præ communis salutis studio, singulorum cura necessario negligebatur.*

32. *Nec jumenta erant, quibus excipi possent.* Arrian. VI. 426. *Jumque nec ægri, nec, qui præ defatigatione in via relicti erant, vehi amplius poterant, partim jumentorum inopia, partim quod currus confregissent.*

33. *Quibus excipi* i. in quæ recipi. V. *Freinshemii Indicem.*

34. *Misericordia in formidinem versa.* Ita Cæs. Bell. Gall. VII. 26. 4. *In summo periculo timor misericordiam non recipit.* V. *Raderum.*

35. *Sacra communia.* Ita Justin. V. 10. 3. *Admonet deinde cognationis, legum, sacrorum communium. Sacrorum societatem* vocat Plin. Paneg. V. *Freinshemii Indicem.*

36. *Dolore ac pudore anxius.* Nihil minus. *Non enim ignoravit itineris difficultatem, sed prosperitatem ambitione permotus, contendit per Gedrosiam cum exercitu proficisci, cum videlicet audisset, neminem adhuc ducem exercitum per ea loca salvum traduxisse, excepta Semiramide ex Indis fugiente: quam quidem indigenæ narrabant cum viginti solis ex toto exercitu evasisse: Cyrum vero Cambysis filium cum septem solis. Atque hæc quidem ei nuntiata, æmulationem quandam Cyri & Semiramidis in ejus animo excitasse.* V. *Strab.* XV. 414. *Arrian.* VI. 424.

37. *Finitimarum regionum.* Diod. XV. 105. *Quapropter viros omnium expeditissimos in Parthiam, Drangianen, Ariam, cæterasque solitudini conterminas Regiones misit, cum mandatis, ut quam celerrime camelos dromadarios, & id genus jumenta portandis sarcinis adsueta, cibariis, aliisque ad usum commodis rebus, onusta ad Carmaniæ fines adducerent.*

38. *Necessitatis* i. inopiæ, indigentiæ. Tacit. Histor. IV. 22. 2. *Ita paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quæ adversus necessitates in longum sufficissent.*

39. *Nec cessatum est ab his.* Diod. XVII. 105. *Hi mandatis ad provinciarum satrapas quam ocyssime perlatis, ut magna commeatuum vis ad definitum locum deportaretur, effecerunt.*

les vix arma portabat, imminentisque etiam ipsis facies mali ante oculos erat. Ergo sæpius revocati, ne respicere quidem suos sustinebant; misericordia in formidinem versa[34]. Illi relicti *Deos testes, sacra* 16
communia[35], *Regisque* implorabant *opem*: quumque frustra surdas aures fatigarent, in rabiem desperatione versi, *parem suo exitum, similesque ipsis amicos & contubernales* precabantur. Rex dolore ac pudore 17
anxius[36], quia causa tantæ cladis ipse esset; ad Phrataphernen Parthorum satrapen misit, qui juberet *camelis cocta cibaria adferre:* alios quoque finitimarum regionum[37] præfectos certiores necessitatis[38] suæ fecit. Nec cessatum est ab his[39]. Itaque fame dum- 18
taxat

taxat vindicatus exercitus, tandem in Gedrosiæ fines perducitur. Omnium rerum sola fertilis [40] regio est, in qua stativa habuit, ut vexatos milites
19 quiete firmaret. Hic Leonnati literas accipit, *Conflixisse* [41] *ipsum cum octo millibus peditum & quingentis equitibus Horitarum, prospero eventu* [42]. A Cratero quoque nuncius venit, *Ozinem* [43] *& Zariaspem* [44] *nobiles Persas, defectionem molientes, oppressos a se, in vin-*
20 *culis esse*. Præposito igitur regioni Sibyrtio [45] (namque Menon [46] præfectus ejus nuper interierat morbo)

40. *Sola fertilis*. Non admodum fertilem esse dicit Strab. xv. 470. *Ultra hæc est Gedrosia, minus quam India exusta, quam reliqua Asia magis. Ea fructuum & aquarum inopia laborat, nisi æstate, nec multo melior est, quam regio Ichthyophagorum*: & *maxima ex parte desertam* esse dicit Arrian. vi. 421.

41. *Conflixisse* i. prælium commisisse. Nep. Eum. viii. 1. *Hic in Paratacis cum Antigono conflixit.*

42. *Prospero eventu*, quem exponit Arrian. vii. 449. *Corona donavit Leonnatum, qui etiam eum propugnarat, & ob pericula apud Indos adita, & victoriam apud Oros partam, quodque cum copiis suis in aciem progressus, Oritarum iisque finitimorum populorum motus, defectionemque compescuisset, & prælio superasset, multaque alia apud Oros præclare gessisset.* Rer. Indic. p. m. 555. *Hoc in loco Leonnatus, cui Oritarum res Alexander commiserat, magno prælio Oritas vicit, & quotquot sese Oritis conjunxerant: cæsis* vi. m. *ducibusque eorum omnibus: a Leonnati partibus quindecim, peditibus non multis, & Apollophane Gadrosiorum satrapa desideratis.* Contrarium tamen docet Diodor. xvii. 105. *Dum adhuc in itinere est, Oritarum quidam Leonnati agmen adorti, numerum haud exiguum prostravere.* V. *Blanck. in Arrian. p.* 449.

43. *Ozinem* Arrian. vi. 430. *Ordonem* appellat: *Alexandro jam Carmaniam ingresso, Craterus ad eum venit, reliquum exercitum, & elephantos secum ducens, unaque Ordonem, quem, quod defectionem molitus esset, ceperat.* Hos adduxisse Craterum non negat Curtius, cum expresse id dicat x. 1. 9. sed primo nuntium misisse, mox ipsum venisse dicit. V. *Raderum & Freinshemium.*

44. *Zariaspem*, de quo nihil memini apud alios legere, nisi forte sit Baryaxes Medus apud Arrian. vi. 434. affectati regni postulatus, & interfectus. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

45. *Sibyrtio*, qui *Carmaniæ satrapa erat, nuper admodum id muneris ab Alexandro consequutus; tum vero Arachotorum & Gadrosiorum imperium illi conlatum est*, ut illum describit *Arrian.* vi. 430. V. & *Diodor.* xviii. 3. *Justin.* xiii. 4. 22.

46. *Me-*

21 bo) in Carmaniam [47] ipse processit [48]. Aspastes erat satrapes gentis, suspectus res novare voluisse,
2 dum in India Rex esset. Quem occurrentem dissi-
2 mulata ira comiter adloquutus, dum exploraret, quæ delata erant, in eodem honore habuit. Quum Indiæ præfecti [49], sicut imperatum erat, equorum jumentorumque jugalium [50] vim ingentem ex omni, quæ sub imperio erat, regione misissent; quibus deerant [51] impedimenta, restituit [52]. Arma 23
quoque ad pristinum refecta sunt cultum: quippe haud procul a Perside [53] aberant, non pacata modo, sed etiam opulenta. Igitur, ut supra dictum 24
est [54], æmulatus [55] Patris Liberi [56] non gloriam solum,

46. *Menon*, quem innuit Noster vii. 3. 5. Arachosiorum, vicinorumque Gedrosorum, ut intelligi datur, prætorem, ut ab Alexandro subacti sunt. Sed Arrian. vi. 429. *Thoantem* nominat, cui *cum ex morbo decessisset, Sibyrtius successor est datus.* V. *Freinshemium.*

47. *Carmania* parte sui, *Marciano Heracleote* auctore, *Persicum sinum respicit, parte vero Indicum Oceanum post Persicum sinum. Circumscribitur a septemtrione Carmania deserta; ab occidente Perside, & flumine Bagrada, & parte etiam reliqua sinu Persico, eo quod Carmanico sinu illum respiciant: ab oriente Gedrosiam juxta Persicas Alpes respicit: a meridie post fauces Persici sinus Oceano Indico.* V. *Raderum.*

48. *Processit.* Strab. xv. 474. *Die sexagesimo in Gedrosiorum regiam ab Oritis veniens, cum exercitu paululum quievisset, in Carmaniam profectus est.*

49. *Indiæ præfecti.* Arrian. vi. 431. *Stasanor & Phratapher-*

nes magnam jumentorum, atque camelorum copiam ad Alexandrum duxerunt, simulac eum in Gedrosios exercitum ducere intellexerunt.

50. *Jugalium i. jugo* eidem adjunctorum, *die by malkanderen gespant worden.* Virg. viii. 280.

Absenti Aeneæ currum, geminosque jugales
Semine ab æthereo spirantes naribus ignem.

51. *Deerant* n. equi & jumenta ad vehenda impedimenta. V. *Freinshemium.*

52. *Restituit.* Arrian. vi. 432. *Et quidem peropportune cum ipsi, tum cameli & jumenta advenerunt: omniaque partim in singulos præfectos, partim per turmas, & centurias, & cohortes pro numero jumentorum & camelorum partitus est.*

53. *Haud procul a Perside*; Carmania enim ab occidente ad Persidem pertinebat. V. ii. 44.

54. *Supra dictum est* iii. 12. 18.

55. *Æmulatum fuisse Liberum*

lum, quam ex illis gentibus deportaverat 57; sed etiam famam (sive illud triumphus fuit ab eo primum institutus 58, sive bacchantium lusus) statuit imitari, animo super humanum fastigium elato. *Vicos, per quos iter erat, floribus coronisque sterni* jubet: *liminibus adium crateras vino repletos* 59, *& alia eximiæ magnitudinis vasa disponi: vehicula deinde constrata, ut plures capere milites possent, in tabernaculorum modum* 26 *ornari, alia candidis* 60 *velis, alia veste preciosa.* Primi

rum patrem affirmat etiam Diod. XVII. 106. *Ubi reductis ad se copiis omnibus, vires recolligendi copiam fecit; cumque illis ad panegyricæ speciem pompæ exornatis, per dies septem processit; & festam Libero patri comessationem peragens, in medio passim itinere compotationes non absque temulentia instituit. Sunt nonnulli*, inquit Arrian. VI. 432. *qui scribant Alexandrum duobus curribus junctis, inter amicos musicis modulationibus aures ejus demulcentes stratum, per Carmaniam exercitum duxisse: milites coronatos ludentesque sequutos, frumentum, aliasque res, quæ ad voluptatem pertinent, ad viam Carmanis apponentibus. Atque hæc quidem æmulatione quadam Dionysiacæ bacchationis ab Alexandro fiebant. Hæc mihi tamen non verisimilia videntur. Hæc enim neque Ptolemæus Lagi, neque Aristobulus Aristobuli filius, neque alius quisquam auctor, cui hac in parte fides haberi possit, memoriæ prodidit: fuisseritque tanquam indigna fide relata esse.*

56. *Liberum patrem*, quem *memorant*, inquit Diod. III. 65. *impiis ubique graviter multatis, & benigne habitis cæteris hominibus, ex India in elephanto sublimem Thebas rediisse. Et quia totum expeditionis intervallum trienne fuerat, Græcos propterea Trieteridas celebrare asserunt. Primum quoque omnium spoliis tantæ expeditionis onustum, cum triumpho in patriam esse invectum.*

57. *Deportaverat* i. retulerat. Cic. de Off. I. *Pompejus dixit, frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse.* Noster X. 2. 11.

58. *Triumphus ab eo primum institutus.* Arrian. VI. 432. *Fama tenebat Dionysum, Indis devictis, hoc etiam pacto magnam Asiæ partem peragrasse: & Dionysum ipsum Triumphum vocatum esse, & pompas, quæ ob bellicas victorias fiunt, ea de causa triumphos dici.*

59. *Crateras vino repletos.* Plutarch. Alex. f. 255. *Nusquam pelam, cassidem, sarisamve conspiceres; at phialas, pateras, atque tericlia, & tota semita ingentibus doliis, crateribusque proluentes sese milites, inque vicem tum eundo, tum cubando propinantes.*

60. *Candidis* i. ex Indica byssо confectis. V. *Freinshemium.*

51. *Co-*

mi ibant amici & cohors regia, variis redimita floribus coronisque 61, alibi tibicinum cantus, alibi lyræ sonus audiebatur 62: item in vehiculis, pro copia cujusque adornatis 63, comessabundus exercitus, armis, quæ maxime decora erant, circumpendentibus. Ipsum convivasque currus vehebat, crateris aureis ejusdemque materiæ ingentibus poculis prægravis. Hoc modo per dies septem bacchabundum agmen 27 incessit; parta 64 præda, si quid victis saltem adversus comessantes animi fuisset: mille hercule, viri modo & sobrii, septem dierum 65 crapula 66 graves in suo triumpho, capere potuerunt. Sed Fortuna, 28 quæ rebus famam preciumque constituit 67; hic quoque militiæ probrum vertit in gloriam. Et præsens ætas, & posteritas deinde mirata est, *per gentes nondum satis domitas incessisse temulentos, barbaris, quod temeritas erat, fiduciam esse credentibus.* Hunc adpara- 29 tum carnifex sequebatur: quippe satrapes Aspastes, de

61. *Coronis* ex hedera factis. XVI. 34. *Theophrastus negaverat hederam nasci in India, nisi in monte Mero. Alexandrum vero ob raritatem ita coronato exercitu, victorem ex India rediisse, exemplo Liberi patris.*

62. *Tibicinum cantus, lyræ sonus audiebatur.* Plut. Alex. f. 255. *Comessationes fistularum ac tibiarum cantibus, tum carminibus, & lascivis mulierum saltibus passim agebantur.* Arrianum V. §. 51.

63. *Vehiculis adornatis.* Plutarch. Alex. f. 255. *Multa subinde carpenta sequebantur, partim purpureis, ac variis instructa velaminibus, partim recentes arbusculas ac virides ferentia ramos, quibus familiaribus regiis, coronatisque proceribus, dum potatur, umbracula fierent.*

64. *Parta* i. parata. Virg. Ecl. III. 68.

Parta meæ Veneri sunt munera.

Salust. Jugurth. c. 10. *Quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio & fide pariuntur.* V. *Freinshemium.*

65. *Septem dierum.* V. Diodor. §. 51.

66. *Crapula* est capitis affectio ex vino intemperantius hausto orta. Cicer. Phil. II. *Edormi crapulam, & exhala.* Liv. IX. 31. *Nec prius sensere, quam plausiris in foro relictis plenos crapulæ eos lux oppressit.*

67. *Fortuna rebus famam, preciumque constituit.* Salust. Catil. c. 8. *Sed profecta Fortuna in omni re dominatur. Ea res cunctas ex libidine magis, quam ex vero, celebrat, obscuratque.* V. VIII. 9. 19. §. 67.

68. *Astaspes*

de quo ante dictum est, interfici jussus est [68]. adeo nec luxuriæ quidquam crudelitas; nec crudelitati luxuria obstat [69].

Q. CUR-

68. *Astaspes interfici jussus est*, cui, sed nominibus non expressis, plures addit Diod. XVII. 106. *Quibus perfunctus, cum multos satraparum, & ducum per vim & injuriæ potestate abusos cognovisset, meritas illis pœnas irrogavit. Qua Regis in duces improbe se gerentes severitate divulgata, multi ex præfectis, injuriarum & scelerum sibi conscii, timere sibi cœperunt. Ideo nonnulli, qui mercenariis præerant, a Rege deficiunt: quidam corrasis undique pecuniis fugam intendunt.*

69. *Nec luxuriæ crudelitas, nec crudelitati luxuria obstat.* Ita Tacit. Ann. XV. 35. 1. *Ejus munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem a sceleribus cessabatur. Iisdem quippe illis diebus Torquatus Silanus mori adigitur.* Trebell. Pollio XXX. tyran. §. 9. *Exstat sane epistola Gallieni, quam ad Celerem Verianum scripsit, qua ejus nimietas crudelitatis ostenditur, quam ego idcirco interposui, ut omnes intelligerent, hominem luxuriosum crudelissimum esse, si necessitas postulet.*



Heracon

Q. CURTII RUFI DE REBUS ALEXANDRI MAGNI, REGIS MACEDONUM, LIBER X.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Parmenionis interfectores in vinculis habet, Persarum defectionis auctores punit, Nearchum & Onesicritum, quum quæ in maritimo itinere audivissent, & comperissent, narraverant, ad plura cognoscenda mittit, Africam, Hispaniam, Italiam adire cogitat, & naves ædificari jubet, Orsinem Persagadarum satrapen sepulchri Cyri violati Bagoæ eunuchi opera suspectum, & Pharadaten regnum adfectantem occidit, & Thraciam Græciamque propemodum, Zopyrione præfecto Thraciæ cum toto exercitu tempestate coorta oppresso, amissas per literas cognoscit Alexander.

Isdem fere diebus Cleander & Sitalces, & cum [1] Agathone Heracon [1] superveniunt [2], qui Parmenionem jussu Regis occiderant; quinque millia

HEracon præfectus fuit *Susiorum*, a quibus, licet *tum temporis criminationem subterfugerit, paulo post convictus, quod eorum templum diripuisset, pœnas dedit.* V. *Arrian.* VI. 43 1.

2. *Superveniunt* e *Media*, in qua illos *cum Parmenione reliquerat*

2 lia peditum cum equitibus mille. Sed & accusatores eos e provincia, cui præfuerant, sequebantur[3]; nec tot facinora, quot admiserant[4], compensare[5] poterant cædis perquam gratæ Regi ministerio[6]. 3 Quippe, quum omnia profana spoliassent; ne sacris quidem abstinuerant: virginesque & principes feminarum stupra perpessæ, corporum ludibria deflebant. 4 Invisum Macedonum nomen avaritia eorum 5 ac libido barbaris fecerat. Inter omnes tamen eminebat Cleandri furor; qui nobilem virginem constupratam[7] servo suo pellicem[8] dederat. 6 Plerique amicorum Alexandri non tam criminum, quæ palam objiciebantur, atrocitatem; quam memoriam occisi per eos Parmenionis, quod tacitum prodesse reis apud Regem poterat[9], intuebantur: læti recidisse iram in iræ ministros[10], nec ullam potentiam scelere

rat Alexander V. *Arrian.* VI. 430.

3. *Accusatores eos sequebantur.* Arrian. VI. 431. *E quibus Cleandrum & Sitalcem accusatos ab indigenis pariter, atque exercitu ipso, quod templa spoliassent, veteraque monumenta movissent, multaque alia in subditos improbe, atque avare perpetrassent. Accusare* est aliquem peccasse ostendere, illumque ad *causam* dicendam urgere. V. *Jctos.*

4. *Admiserant* i. fecerant, commiserant. Cic. pro Quint. *Id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis.* Noster VI. 7. 32. VII. 6. 15. X. 4. 11.

5. *Compensare* i. exæquare. Cic. de Fin. II. *Rationes tuas te video compensare cum istis doloribus.*

6. *Cædis gratæ ministerio.* Justin. XII. 10. 8. *Quos sine respectu amicitiæ Alexander in conspectu legatorum necari jussit.*

7. *Constupratam* i. stupratam, vitiatam, *geschonden.* Cic. de Pet. Consul. *Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis & efficacitatis, ut prope in gremiis parentum prætextatos liberos constuprarit.*

8. *Servo pellicem,* quum majorem, indignioremque injuriam ne excogitare quidem posset. Justin. XVI. 5. 2. *Et ne quid mali afflictis, honestissimis domibus deesset, uxores eorum, filiasque nubere servis suis, proposita recusantibus morte, compellit. Sed matronis tam lugubres nuptiæ, graviores repentinis funeribus fuere.* V. *Freinshemium.*

9. *Tacitum prodesse reis apud Regem* i. quamvis tacitum iram Regis erga reos mitigare. V. *Raderum.*

10. *Læti recidisse iram in iræ ministros.* Ita Tac. Ann. VI. 10. 3. *Quo lætius acceptum sua exempla*

scelere quæsitam cuiquam esse diuturnam. 7 Rex cognita causa pronunciavit, *ab accusatoribus unum, & id maximum crimen esse præteritum, desperationem salutis suæ*[11]*: nunquam enim talia ausuros, qui ipsum ex India sospitem, aut optassent reverti, aut credidissent reversurum.* Igitur hos quidem vinxit[12]; *sexcentos* autem *militum,* 8 *qui sævitiæ eorum ministri fuerant, interfici* jussit. Eo- 9 dem die sumptum est supplicium de iis quoque, quos auctores defectionis Persarum Craterus adduxerat. Haud multo post Nearchus & Onesicritus, quos 10 *longius in Oceanum*[13] *procedere* jusserat, supervenium[14]. Nunciabant autem quædam audita, alia 11 comperta, *insulam*[15] *ostio*[16] *amnis subjectam auro abundare, gemmarumque in litore fœcundo nasci.* Ea *pla in consultores recidisse.* Lucret. V. 304.

Circumvenit enim vis atque injuria quemque,
Atque unde exorta est, ad eum plerumque revertit.

V. *Loccenium.*

11. *Salutis suæ,* quæ in maximo periculo apud Mallos, sive Oxydracas vertebatur, ut vidimus IX. 5. quod in Persidem dubio procul fama divulgaverit. Crimen vero illorum auxit desperatio regiæ salutis, peperit enim violationem dignitatis regiæ, dum Regis salus illis fuit tam vilis, ut talia patrare sustinuerint. Ita seditionem molientibus objectat apud Liv. XXVII. 27. *In castris meis (quantum me opinio fefellit?) fama mortis meæ non accepta solum, sed etiam exspectata est.*

12. *Hos quidem vinxit,* &, quod apud Curtium deest, *occidit* testibus Justino, quem V. §. 6. & Arriano VI. 431. *Quæ ut nuntiata sunt, necari eos jussit, ut & reliqui satrapæ, aut præsides, aut principes, qui iis locis constituerentur, metuerent, si officium non fecissent, sese eodem supplicio affectum iri.*

13. *In Oceanum,* ut *Oreorum, & Gedrosorum, atque Ichthyophagorum regionem circumnavigarent.* V. *Arrian.* VI. 433.

14. *Superveniunt,* dum *Salmunti* moratur Rex. Diodor. XVII. 106. *Sub quod tempus, dum in maritima quadam urbe, cui Salmunti nomen, permoratur, & scenicos in theatro ludos exhibet, cum classe sua appellunt, qui ad littorales Oceani terras investigandum missi fuerant.* Tempus reditus notat Plin. VI. 23. *Festos dies ibi agentem Alexandrum invenerunt septimo mense, postquam digressus ab iis fuerat Patalis, tertio navigationis.*

15. *Insulam.* Mela III. 7. *Ad Tomum insula est Chryse, ad Gangem Argyre. Altera aurei soli (ita veteres tradidere) altera argentei: atque ita, ut maxime videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula est.* Plin. VI. 21. *Extra ostium Indi Chryse & Argyre, fertiles metallis*

abundare; inopem equorum esse: singulos equos ab iis, qui ex continenti trajicere auderent, singulis talentis [17] *emi. Plenum esse belluarum mare; aestu secundo eas ferri* [18], *magnarum navium* [19] *corpora* [20] *aquantes: truci cantu* [21] *deterritas sequi classem: cum magno aequoris stre-* 13 *pitu, velut demersa navigia, subisse aquas.* Cætera incolis crediderant: inter quæ, *rubrum mare, non a colore undarum, ut plerique crederent, sed ab Erythra Rege* 14 *adpellari. Esse haud procul a continenti insulam* [22] *palmis fre-*

tallis, ut credo. Nam quod aliqui tradidere, aureum argenteumque iis solum esse, haud facile crediderim. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

16. *Ostium* est fluminis exitus, per quem in mare se effundit flumen. Liv. XXI. 26. *Et ad proximum ostium Rhodani* (*pluribus enim divisus amnis in mare decurrit*) *castra locat.*

17. *Singulos singulis talentis* i. unum sexcentis Philippicis, seu aureis. V. *Raderum.*

18. *Aestu secundo ferri* i. *pulsatas ex profundo cum fluctibus volvi*, ut *Plin.* IX. 3.

19. *Magnarum navium corpora aequantes* i. magnas instar navium. Diodor. XVII. 106. *Et, quod omnium insolentissimum, multos incredibili mole cetos occurrisse.* Arrian. rer. Indic. p. m. 567. *Porro cete ingentis magnitudinis in exteriori mari nascuntur.* Strab. XV. 478. *Nearchus cetorum magnitudinem vicenum & ternum orgyiarum refert.* Arrian. rer. Indic. p. 569. *Multæ siquidem balænæ viginti quinque orgyarum* i. centum cubitorum. Solin. c. 52. Plin. IX. 3. *Indica maria balænas habent ultra stadia quatuor jugerum.* V. & *Salmas. Exerc. Plin. f.* 1012. *b.*

20. *Corporum tria sunt genera: unum, quod continetur uno spiritu, & Græce ἔνπνμένον i. unitum vocatur, ut homo, signum, lapis, & similia: alterum, quod ex contingentibus i. pluribus inter se cohærentibus constat, quod συνημμένον i. connexum vocatur, ut ædificium, navis, armarium: tertium, quod ex distantibus constat, ut corpora plura non soluta, sed uni nomini subjecta, veluti populus, legio, grex.* V. *Pompon. Digest.* XLI. *tit.* 3. §. 30. *Senec. Epist.* 102. *Nat. Quæst.* II. 2.

21. *Truci cantu* i. horribili clamore, horrendo tubæ clangu, fragore. Diod. XVII. 106. *Quorum metu perculsi, initio spem vitæ ipsi abjecerint, ut qui ipso statim momento cum navigiis interituri essent: sed postquam omnes simul una voce clamorem edidissent, collisisque armis, & infectis tubis excitassent strepitum, belluas rei novitate consternatas profundum subiisse.* V. & *Strab.* XV. 478. *Arrian. rer. Indic. p. m.* 567.

22. *Insulam*, quam *Oaracta* vocat Arrian. rer. Indic. p. m. 579. ejusque *longitudinem* DCCC. *stadia efficere* dicit; sed *Ogyrin* Plin.

frequentibus consitam, & in medio fere nemore columnam [23] *eminere, Erythræ Regis monumentum* [24], *literis gentis ejus scriptam.* Adjiciebant [25], *navigia, quæ* 15 *lixas mercatoresque vexissent, famam auri sequutis gubernatoribus in insulam* [26] *esse transmissa, nec deinde ab his postea visa.* Rex cognoscendi plura cupidine accen- 16 *sus, rursus eos terram legere* [27] jubet, *donec ad Euphraten* [28] *adpellerent classem, inde adverso amne Babylonem* [29] *subituros.* Ipse animo infinita complexus [30], 17 sta-

Plin. VI. 28. Mel. III. 8. *Tyrinam* & *Doracta* Strab. XVI. 546. V. *Popmam, Fuller. Misc. Sacr.* IV. 20. & ex illo *Freinshemium.*

23. *Columnam*, quæ *ingens tumulus* Straboni.

24. *Erythræ monumentum.* Arrianus: *In hac insula ajebant sepulcrum ejus exstare, qui primus imperium insulæ tenuisset, nomenque ei fuisse Erythræ, atque inde mare illud Erythræum appellatum.*

25. *Adjiciebant* i. referebant inter alia Nearchus & Onesicritus. V. *Freinshemium.*

26. *In insulam*, quam *Nosalam* vocat Arrian. rer. Indic. p. m. 569. *Nearchus Ichthyophagorum regionem prætervectus, cognovit insulam quamdam in eo mari esse, centum fere stadiis a continente remotam, quæ habitatoribus vacua esset. Hanc indigenæ Soli sacram esse dicebant, Nosolamque vocari, neque a quoquam mortalium adiri. Si quis vero imprudens eo deferatur, eum non amplius cerni. Nearchus actuariam quamdam navem Aegyptiis nautis instructam, non procul ab hac insula evanuisse scribit, navigationisque duces affirmasse, quod imprudentes in eam insulam delati ex oculis hominum sublati fuerint.*

27. *Legere terram* i. prope terram, aut littus navigare. Virg. Aen. III. 127.

Et crebris legimus freta consita terris.

Ubi Servius: *Legimus i. prætervimus, ut v.* 292. *Littoraque Epiri legimus. Tractus sermo a nautis, quod funem legendo i. colligendo aspera loca prætereunt.*

28. *Ad Euphratem.* Arrian. rer. Indic. p. m. 588. *Noctu repetita navigatione in altum delati, totum etiam diem posterum in vesperum usque navigantes* IↃCCCC. *stadiis confectis, ad Euphratis ostia appulerunt, & ad pagum quendam Babylonicæ regionis, cui Diridotis nomen est, pervenerunt.*

29. *Babylonem.* Arrian. rer. Ind. p. 589. *Ab ostiis Euphratis Babylonem usque Nearchus stadia* III. CIↃCCC. *statuit. Postquam vero nuntiatum est Alexandrum appropinquare, rursus adverso flumine nitentes ad pontem quendam recens factum, per quem Alexander exercitum in Susas traducturus erat, consistunt. Eo loci exercitus conjuncti sunt.*

30. *Animo infinita complexus.* Arrian. Exped. VII. 441. *Sunt, qui tradant, Alexan-*

ſtatuerat omni ad Orientem maritima regione [31] perdomita, ex Syria petere Africam [32], Carthagini infenſus [33]: inde Numidiæ [34] ſolitudinibus peragratis curſum Gadis [35] dirigere. *ibi* namque *columnam*
18 *Herculis* [36] *eſſe* fama vulgaverat. Hiſpanias [37] deinde,

dram in animo habuiſſe magnam Arabiæ partem circumnavigare, & Aethiopum regionem, Libyamque & Numidas, atque ita ſuperato Atlante monte, ad Gades in noſtrum mare, Africa Carthagineque ſubacta penetrare. Hinc eum per Euxinum pontum navigare voluiſſe in Scythas & Mœotim paludem: alii in Siciliam & Japygium promontorium. Jam tum enim Romanorum nomen late diffuſum, animum ejus commoviſſe.

31. *Maritima regione*, Arabia. Diodor. II. 1. *Iſta gens libertatis perpetuo amans, nec unquam extraneum principem admittit. Ideo nec Perſarum, nec Macedonum poſtea Reges, quamvis potentiſſimi, nationem hanc ſubigere valuerunt.* De hac regione plurima *Arrian.* VII. 485. 486. V. *Freinshemium.*

32. *Africam* deſcribit Saluſt. Jugurth. c. 17. *In diviſione orbis terræ plerique in parte tertia Africam poſuere: pauci, tantum modo Aſiam, & Europam eſſe; ſed Africam in Europa. Ea fines habet ab occidente fretum noſtri maris & Oceani: ab ortu Solis declivem latitudinem: quem locum catabathmon incolæ appellant. Mare ſævum, importuoſum: ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infœcundus: cœlo terraque penuria aquarum: genus hominum ſalubri Porpore, velox, patiens laborum.*

33. *Carthagini infenſus*, quia *Tyrios horiati fuerant ejus legati, ut obſidionem forti animo paterentur, brevi Carthagine auxilia ventura.*

34. *Numidiæ*, quæ Africæ regio, ſita inter fluvios Ampzagam, quo ſeparatur ab Africa minori, ſive Carthaginenſium imperio, & Mulugam, quo ſejungitur a Mauritania. Hodie regnum *Algieri.* V. *Solin.* c. 26. *Mel.* I. 6. *Plin.* V. 3. *Strab.* II. 234.

35. Gades *fretum attingit, eaque a continenti anguſto ſpatio, & veluti flumine abſciſſa, qua terris propior eſt, pene rectam ripam agit: qua Oceanum ſpectat, duobus promontoriis evecta in altum, medium littus abducit, & fert in altero cornu ejusdem nominis urbem opulentam, in altero templum Aegyptii Herculis.* Mela III. 6. *In capite Bæticæ*, inquit Solin. c. 23. *ubi extremus eſt noti orbis terminus, inſula a continenti ſeptingentis paſſibus ſeparatur, quam Tyrii ab Erythræo mari profecti Erythram, Pœni lingua ſua Gadir i. ſepem nominarunt.* V. & *Herod.* IV. 300. *Strab.* III. 235. 305. *Plin.* IV. 22. *Diodor.* V. 20. *Salmaſ. Exercit. Plin. f.* 284.

36. *Columnam Herculis*, de quibus mira, ſed incerta. Nam alii pro columnis promontoria ponunt, alii montes, alii ſtatuas Herculis, alii turres, alii columnas

de, quas *Iberiam* Græci a flumine Ibero vocabant, adire; & prætervehi Alpes [38], Italiæque [39] oram, unde in Epirum [40] brevis curſus [41] eſt. Igitur Me- 19
ſopotamiæ prætoribus imperavit, *materia in Libano monte cæſa, devectaque ad urbem Syriæ Thapſacum, in-*

lumnas æreas octo cubitorum: alii freti clauſtra, alii etiam quippiam ultra Gades ſitum. Nonnulli pro columnis habent Calpen & Abilam, qui eſt mons ex adverſo Calpæ in Africa. V. *Strab.* III. 307. 308. *Mel.* II. 6. *Solin.* c. 29. & ex his *Raderum* & *Freinshemium.*

37. *Hiſpania* prima eſt verſus occidentem Europæ continentis regio, quam pelago undique incinctam, niſi qua tangit Gallias, ubi ea ab hac Pyrenæis montibus, tanquam naturali munimine diſtinguitur, aſpicis. Habet ab ortu montem Pyrenæum: a ſeptemtrione clauditur Oceano Cantabrico: ab occaſu mari occiduo: a meridie freto Herculeo, & mari Baleárico. V. ex recentioribus *Ortel. Theatr. Orb. f.* 16. *Vet. Geogr. f.* 4. *Druſ. Quæſt. Hebr.* III. 53. ex antiquioribus *Juſtin.* XLIV. 1. *Plin.* III. 1. *Solin.* c. 26. *Mel.* II. 6. *Strab.* II. 228.

38. Alpes *a Pauloni & Vari fluminum littoribus longe lateque diffuſæ, primo ad ſeptemtrionem magno gradu excurrunt: deinde ubi Germaniam attigerunt, verſo impetu in Orientem abeunt, diremptisque populis immanibus usque in Thraciam penetrant.* V. *Mel.* II. 4. Quas Galliæ quis, an Germaniæ, vel Italiæ adſcribat, parum referr. Sunt certe montes, qui Italiam hodie ab Gallia, Germaniaque procurſu ſuo, tanquam nativo muro ſeparant. V. *Merul. Coſmog.* II. 4. 5. & qui *Alpes* peculiari libello deſcripſit *Joſias Simlerus Tigurinus.*

39. *Italiæ* termini poſterioribus ſeculis hi ſtatuti: Flumen Varus, inde linea per Alpes Cocticas, montem Adulam, Alpes Rhæticas, adjunctaque juga porro ad amnem Arſiam Hiſtriæ terminum. Hoc unum latus, cætera maria alluunt. V. *Ortel. Theatr. Orb. f.* 68. De variis *Italiæ* nominibus multa *Jan. Anim.* I. 22. Plutarch. de Fort. Rom c. 26. *Ego vero etiam Alexandri Magni mortem in parte felicitatis Romanæ pono, niſi magnis ſucceſſibus, & rebus clariſſime geſtis, inſuperabili confidentia, & elatione animi, qui ſtellæ inſtar ab ortu Solis in occaſum transiliebat, ac jam in Italiam fulgorem armorum jaciebat*, &c. Livius tamen IX. 17. ab Alexandro *invictum Romanum imperium* futurum fuiſſe putat. V. *Freinshemium.*

40. *Epirus* ab Acroceraunis incipit montibus, & tendit ad Magneſiam & Macedoniam. Illam pluribus deſcribunt *Plin.* IV. 1. *Strab.* VII. 592. *Lauremb. Græc. Ant. p.* 11.

41. *Curſus* i. iter maritimum. *Currere* enim dicuntur naves. Prop. I. 14. 2.

Et modo tam celeres miveris currere linires.

gentium carinas 42 *navium ponere: septiremes omnes esse, deducique Babylonem. Cypriorum Regibus* 43 *imperatum,*
20 *ut aes stuppamque* 44 *& vela præberent.* Hæc agenti Pori & Taxilis Regum literæ traduntur, *Abisarem morbo; Philippum* 45 *præfectum ipsius ex vulnere interisse,*
21 *oppressosque, qui vulnerassent eum* 46. Igitur Philippo substituit Eudæmonem 47. dux erat Thracum.
22 Abisaris regnum filio ejus adtribuit. Ventum est deinde Persagadas. Persica est gens 48, cujus satrapes

Unde *currere*, navigare. Horat. Od. 1. 28. 35.

Injecto ter pulvere curras.

Cursus, navigatio. Cic. N. D. III. *Dionysius cum fanum Proserpinæ Locris expilasset, navigabat Syracusas: isque cum secundissime cursum teneret. Videtisne (inquit) amici, quam bona a Diis immortalibus navigatio sacrilegis detur. Currus*, navis. Catull. LXIV. 9.

Ipsa levi fecit volitantem flamine currum.

42. *Carina* proprie est navis trabs ima, cui cætera velut fundamento superstructa sunt. Cæs. Bell. Civ. I. 54. 2. *Carinæ primum ac statumina ex levi materia fiebant: reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur.* V. *Scheffer. de Mil. Nav.* I. 6.

43. *Cypriorum regibus.* Marcellin. XIV. p. 23. *Tanta tamque multiplici fertilitate abundat rerum omnium Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus, a fundamento ipso carinæ, ad supremos usque carbasos ædificet onerariam navem, omnibusque armamentis instructam mari committat.*

44. *Stuppa*, heede, grof vlas. Hac commissuras tabularum firmabant. Plin. XIX. 1. *Stuppa, ea lini pars, quæ proxima cortici malleo stuppario contusa, stipatur inter tigna, & rimas navium dehiscentium.* V. *Scheffer. Mil. Nav.* I. 5.

45. *Philippum* Machatæ filium. V. *Arrian.* V. 328.

46. *Oppressosque, qui vulnerassent eum.* Arrian. VI. 430. *Jamque Carmaniam versus proficiscerat Rex, quum ei nunciatur Philippum Indorum satrapam mercenariorum fraude ex insidiis interemtum: ac percussores quidem a Macedonibus, qui Philippo corporis custodes erant, partim in ipsa cæde, partim post perpetratum facinus captos, interfectos esse.*

47. *Eudæmonem*, quem *Eudemum* nominat Arrian. VI. 430. *Quo cognito, Eudemum & Taxilem per literas jubet, regionis quæ antea fuerat Philippo subdita, curam administrationemque suscipere tantisper, dum ipse satrapam aliquem eo mittat.*

48. *Persica est gens*, in ultimo angulo *Persidis*, quæ ad ipsum finum *Persicum* colit. Solin. c. 55. *A meridie Persidem. Deinde tractus hic procedit usque ad castellum, quod Magi obtinent, Pasargada nomine.* Idem Plin. VI. 26. V. *Raderum.* Unde Arrian. VI. 434.

pes 49 Orsines erat, nobilitate ac divitiis inter omnes barbaros eminens. Genus ducebat a Cyro 50 quon- 23
dam Rege Persarum: opes & a majoribus traditas habebat; & ipse longa imperii possessione cumulaverat. Is Regi cum omnis generis donis, non ipsi modo 24
ea, sed etiam amicis ejus daturus occurrit. Equorum domiti greges sequebantur, currusque argento & auro adornati, preciosa supellex, & nobiles gemmæ, aurea magni ponderis vasa, vestesque purpureæ, & signati argenti talentum quatuor millia 51. Cæterum tanta benignitas 52 barbaro caussa 25
mortis fuit. nam quum omnes amicos Regis donis super ipsorum vota 53 coluisset 54; Bagoæ spadoni, qui Alexandrum obsequio corporis devinxerat sibi, nullum honorem habuit. admonitusque a quibus- 26
dam, *quam Alexandro cordi esset*; respondit *amicos Regis, non scorta se colere: nec moris esse Persis, mares ducere* 55, *qui stupro effeminarentur.* His auditis spado 27
potentiam flagitio & dedecore quæsitam, in caput no-

434. *Ipse versus Pasargadas Persidis profectus est.*

49. *Satrapes.* Arrian. VI. 434. *Quumque ad Persidis fines venisset, Phrasaortem ibi satrapatu fungentem non reperit, (qui, Alexandro adhuc apud Indos res gerente, morbo decesserat) Orxines vero præsidem agabat, non quidem ab Alexandro constitutus, sed quod non indignum censuisset Persas Alexandro in officio continere, quamdiu nemo esset, qui ejus provinciæ curam gereret.*

50. *A Cyro rege*, per cujus filias crediderim descendisse, seu alias. Nam Cambyses Cyri filius nullos ex se natos liberos suscepit, aut reliquit. V. *Raderum.* & IV. 12. 8.

51. *Argenti talentum quatuor millia* efficiebant vicies quater centena millia aureorum seu Philippicorum, uno philippeo viginti victoriatis, baziis vulgo, æstimato. V. *Raderum.*

52. *Benignitas* i. liberalitas. Terent. Eun. I. 2. 84.

Nunc ubi meam
Benignitatem sensisti in te claudier.

Ubi Donatus: *Benignitas aut in quantitate rerum est, aut in facilitate præstantis.* Noster *n.* 35: 38: 5. 31.

53. *Super ipsorum vota*, meerder, als sy hadden konnen wenschen. V. *Freinshemii Indicem.*

54. *Coluisset* i. ornasset, auxisset. V. *Freinshemii Indicem.*

55. *Mares ducere* i. pro maribus habere, *marem putare* Catul. XVI. 13.

nobiliſſimi[56] & inſontis exercuit[57]. Namque gentis ejusdem leviſſimos falſis criminibus adſtruxit[58], monitos, tum demum ea deferre, quum ipſe juſſiſſet. Interim quoties ſine arbitris erat, credulas Regis aures implebat; diſſimulans cauſam iræ, quo gravior criminantis auctoritas eſſet. Nondum ſuſpectus erat Orſines; jam tamen vilior. Reus[59] enim in ſecreto[60] agebatur, latentis periculi ignarus: & importuniſſimum ſcortum, ne in ſtupro quidem & dedecoris patientia[61] fraudis oblitum, quoties amorem Regis in ſe accenderet[62], Orſinem modo *avaritiæ*, interdum etiam *defectionis*, arguebat. Jam matura erant in perniciem innocentis mendacia, & fatum, cujus inevitabilis[63] fors eſt, adpetebat. Forte enim *ſepulchrum Cyri*[64] Alexander juſſit *aperiri*, in quo erat conditum[65] ejus corpus, cui dare volebat inferias. Auro argentoque repletum eſſe crediderat, quippe ita fama Perſæ vulgaverant; ſed præter clypeum ejus putrem[66], & arcus duos Scythicos, & acinacem, nihil reperit[67]. Cæterum corona aurea[68] impoſita amiculo, cui adſueverat[69] ipſe, ſolum[70], in quo corpus jacebat, velavit; miratus *tanti nominis Regem, tantis præditum opibus, haud precioſius ſepultum eſſe, quam ſi fuiſſet e plebe.* Proximus erat lateri ſpado, qui Regem intuens, *quid mirum*,

56. *Nobiliſſimi*, utpote qui genus *a Cyro quondam Perſarum Rege* duceret *n.* 23. Ita & *n.* 38.

57. *Potentiam exercuit* i. poteſtate uſus eſt. Tacit. Hiſt. I. 30. 3. *Nemo unquam impunitum flagitio quæſitum honis artibus exercuit.* Noſter. X. 3. 3: 8. 19.

58. *Adſtruxit* i. adornavit, ſubmiſit. V. *Raderum.*

59. *Reus agebatur* i. accuſabatur. Tacit. Annal. III. 13. 4. *Usque reus agi poſſet, acie victum.*

60. *In ſecreto.* Marcellin. XIV. 28. *Iisdemque reſidui regii acceſſere ſpadones, quorum ea tempeſtate plus habendi cupiditas ultra mortalem modum adoleſcebat, inter miniſteria vitæ ſecretioris per arcanos ſuſurros nutrimenta fictis criminibus ſubſerentes: qui ponderibus invidiæ gravioris virum fortiſſimum opprimebant.*

61. *Dedecoris patientia* i. quando ſpado ſtuprabatur, quem *muliebris patientiæ* ſcortum vocat Petron. c. 10. quia averſa Venere patitur, quæ mulier; eidemque tribuit *annos ad patiendum geſtientes* c. 47. Senec. N. Q. I. 16. de Hoſtio quodam: *Hæc ita diſponebat, ut, quum virum ipſe fateretur, averſus omnes admiſſarii ſui motus in ſpeculo videret.* Et: *Toto corpore patientiæ expoſitus ſpectabat nefanda.*

62. *Accenderet* i. concitaret, augeret. V. *Freinshemii Indicem.*

63. *Inevitabilis* i. quæ vitari non poteſt. Paterc. II. 57. 3. *Ineluctabilis. Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cujuscunque fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit. Immutabilis* Noſtro V. II. 10.

64. *Sepulcrum Cyri* fuit *apud Paſargadas in hortis regiis, & circum id lucus omnis generis arboribus conſitus, aquisque irriguus. Sepulcrum ipſum ab ima parte ſaxo quadrato ſtructum quadrangularem formam præ ſe ferebat. In editiore parte ædicula erat lapideo fornice contecta, portulamque habebat, quæ in eam ducebat, ita anguſtam, ut ægerrime unus aliquis, neque is magnæ ſtaturæ, ingredi poſſet.* V. *Arrian.* VI. 435. *Strab.* XV. 485.

65. *Conditum* i. ſepultum. Cic. L. L. II. *In eo ſepulcro Regem noſtrum Numam conditum accepimus.*

66. *Putrem* i. ſitu corruptum, *vuyl, bemoddert.* Ita *putrem caſam* dicit Prop. IV. 10. 14. *Putris odorato luxerat igne caſa.* Noſter IX. 3. 10.

67. *Nihil reperit.* Strab. XV. 485. *Per eum Ariſtobulus introiſſe ſe ait, jubente Rege, & aureum lecticam vidiſſe, & aureum alveolum, & menſam cum poculis, veſtem plurimam,* (quam Arrian. VI. 436. refert fuiſſe *candyn regiam, aliasque veſtes Babylonii operis, femoralia Medica, ſtolas hyacinthino colore tinctas, torques, gladios, inaures auro, & gemmis ligatos) & ornatum lapillis incruſtatum. Atque hæc vidiſſe affirmat, cum primo acceſſiſſet, poſtea direpta fuiſſe: accætera quidem asportata, lecticam vero confractam, & alveolum transpoſitum: mortuum autem nusquam apparere.*

68. *Corona aurea*, quod ſolenne fuit gentilibus. Aelian. Var. Hiſt. XII. 7. *Alexander Achillis monumentum coronavit, & Hephæſtion Patrocli.* Sueton. Auguſt. c. 18. *Per idem tempus conditorium & corpus Magni Alexandri, cum prolatum e penetrali ſubjeciſſet oculis, corona aurea impoſita, ac floribus aſperſis veneratus eſt.* Quibus plura exempla addit *Ouzel. in Minuc. Felic. p.* 64.

69. *Cui adſueverat* i quod crebro geſtabat. Supr. VIII. 12. 16. V. III. 12. 2. §. 4.

70. *Solium* i. loculus, ubi defunctorum corpora condebantur. Plin. XXXV. 12. *Quin & defunctos ſeſe multis fictilibus ſoliis condi maluere.* Flor. IV. 11. *In differto Odoribus ſolio, juxta ſuum ſe collocavit Antonium.* Noſter X. 10. 9. & 13. Dicitur *arca* Petron. c. 72. *Jubet corpus mariti ſui tolli ex arca*, & *ſarcophagus* Juven. X. 172.

Qui figulo poſtquam munitam intraverit urbem,
Sarcophago contentus erit.

Solium proprie eſt alveus, in quem lavaturi deſcendebant. Sueton. Auguſt. c. 83. *Quoties nervorum*

mirum, inquit, *est*, *inania sepulchra esse Regum*, *quum*
satraparum[71] *domos aurum inde egestum capere non pos-*
34 *sint? Quod ad me adtinet*, *ipse hoc bustum*[72] *antea non*
videram: sed ex Dario ita accepi, *tria millia talentum*[73]
35 *condita esse cum Cyro. Hinc illa benignitas in te; ut, quod*
impune habere non poterat Orsines, donando etiam gra-
36 *tiam iniret.* Concitaverat jam animum in iram; quum ii, quibus negotium idem dederat[74], superveniunt. hinc Bagoas; hinc ab eo subornati, falsis
37 criminibus occupant aures. Antequam accusari se suspicaretur Orsines, in vincula est traditus. Non contentus supplicio insontis spado, ipse morituro manum injecit[75]. Quem Orsines intuens, *audieram*,

vorum causa marinis, *Albulisque calidis utendum esset*, *contentus hoc erat*, *ut insidens ligneo solio*, &c. V. *Salmas. Exerc. Plin. f.* 1203. 1204. *Brisson. de regn. Pers. l. p.* 152. *Guther. de jur. Man. II.* 21. *Philand. in Vitruv. IX.* 3. *Kirchm. de Fun.* III. 15. *Blanck. in Arrian. p.* 435.

71. *Satraparum.* Strab. XV. 485. *Quod non satrapæ*, *sed prædatorum opus fuerat*, *qui ea reliquerant*, *quæ asportare nequiverunt.* Plutarch. Alex. f. 255. *Postea Polymachum*, *quod Cyri sepulcrum demolitus esset*, *necavit*, *quamquam pollens*, *& vir illustrissimus foret.*

72. *Bustum* i. Cyri sepulcrum. Cic. LL. II. *De sepulcris autem nihil est apud Solonem amplius*, *quam*, *ne quis ea deleat*, *neve alienum inferat: pœnaque est*, *si quis bustum* (*nam id puto appellari tymbon*) *aut monumentum*, *inquit*, *aut columnam violarit*, *dejecerit*, *fregerit.* Proprie *bustum* est locus, ubi cadaver combustum est. *Bustum proprie dicitur locus*, *in quo mortuus est combustus & sepultus: diciturque bustum quasi bene ustum. Ubi vero combustus quis tantummodo*, *alibi vero est sepultus*, *is locus ab urendo ustrina vocatur. Sed modo busta*, *eo quod sepelitur*, *sepulcra vocamus.* V. *Marcell. Donat. in Sueton. Neron. c.* 33. *Kirchm. de Fun.* III. 1.

73. *Tria millia talentum* efficiunt decies octies centena millia aureorum. V. *Raderum.*

74. *Si*, *quibus negotium idem dederat* i. testes subornati *n.* 27.

75. *Ipse injecit manum moriturο* i. ipse lictore, & carnifice, digno spadone ministerio functus est; forte enim Orsinem in crucem ipse egit. Arrian. VI. 439. *Ibi multa Orxini crimina objecta sunt: quod templa*, *& sepulcra regia spoliasset*, *multosque. Persarum injuste peremisset. Atque hunc quidem jussu Alexandri in crucem sustulerunt.* V. *Raderum.* Observa lector contra *Budæi Annat. prior. in Pand. p.* 242. sententiam, *injicere* recte usurpari pro *inferre.* Ità enim non tantum

ram, inquit, *in Asia olim regnasse feminas*[76], *hoc vero*
novum est, *regnare castratum*[77]! Hic fuit exitus no- 38
bilissimi Persarum, nec insontis modo, sed eximiæ quoque benignitatis in Regem. Eodem tempore 39
Phradates regnum adfectasse suspectus occiditur. Cœperat esse præceps ad repræsentanda[78] supplicia; idem ad deteriora credenda[79]. Scilicet res secundæ 40
valent commutare naturam; & raro quisquam erga bona sua satis cautus est. Idem enim paulo ante Lyncestem Alexandrum delatum a duobus indicibus damnare non sustinuerat: humiliores quoque reos 41
contra suam voluntatem, quia cæteris videbantur insontes, passus absolvi: hostibus victis regna reduxerat[80]. ad ultimum a semetipso degeneravit us- 42
que adeo, ut adversus libidinem[81] animi, arbitrio scorti

tum *Curtius*; sed & *Horat. Od.* I. 17. 26. usus est, dum canit:

Nec metues protervum
Suspecta Cyrum; *ne male dispari*
Incontinentes injiciat manus.

V. si lubet, quoque *Calvin. in Senec. de Clement.* I. 5.

76. *Olim regnasse feminas* n. a Semiramidis temporibus. Arrian. I. 67. *Satrapatum totius Cariæ Adæ tribuit. Hecatomni filia hæc erat*, *Hidriei soror: qui quum frater ejus esset*, *Carum tamen lege eandem & uxorem sibi conjunxit. Hidrieus porro moriens regni administrationem ei reliquerat. Usitatum enim est in Asia*, *jam inde a Semiramide*, *ut & virorum uxores regnent.*

77. *Novum est*, *regnare castratum.* Imo nihil novi secundum Plin. XIII. 4. *Clarissimæ omnium*, *quas regias appellavere ab honore*, *quoniam Regibus tantum Persidis servabantur*, *Babylone natæ in horto Bagoæ. Ita enim vocant spadones: qui apud eos etiam regnavere.* Intelligit, opinor eum, qui Dario regnum dedit VI. 3. 12. V. *Freinshemium.*

78. *Repræsentanda* i. statim irroganda. *Repræsentare* est exsequi, maturare, in effectum adducere Noster VI. 11. 33. Proprie *repræsentare* est præsens, non in diem solvere. Cic. Fam. XVI. 14. *Dies promissorum adest*, *quæ etiam repræsentabo*, *si advenerit.* Senec. Epist. 95. *Petis*, *ut id*, *quod in diem fuum dixeram debere differri*, *repræsentem.* Hinc ad alia transtulerunt. V. *Gronov. de pec. vet. c.* 6.

79. *Ad deteriora credenda.* Arrian. VII. 446. *Porro Alexander pronior jam ad fidem delationibus habendam factus erat.*

80. *Reduxerat* i. restituerat. V. *Freinshemii Indicem.*

81. *Libidinem* i. voluntatem. ut *n.* 41. Ita Justin. II. 7. 3. *Libido Regum pro legibus habeba-*

43 scorti aliis regna daret, aliis adimeret vitam. Iisdem fere diebus literas accepit de rebus in Europa & Asia
44 gestis, dum ipse Indiam subigit. Zopyrio [82] Thraciæ præpositus dum expeditionem in Getas [83] faceret, tempestatibus procellisque subito coortis [84]
45 cum toto exercitu [85] oppressus erat. Qua cognita clade Seuthes [86] Odrysas [87] populares suos ad defectionem compulerat. Amissa propemodum Thracia, ne Græcia quidem *

CAP.

tur, qui *arbitria principum pro legibus erant* 1. 1. 2.

82. *Zopyrio*, quem *Sopyriona* nominant, & *Ponti præfectum* faciunt *Justin.* II. 3. 4. XII. 2. 16. XXXVII. 3. 2. & *Oros.* III. 18.

83. *Getas*, Sarmatiæ Europææ populos, qui ad Pontum in Orientem vergunt. Strab. VII. 539. *Deinde Getarum mox terra copulatur, principio quidem angusta, ad Istrum porrecta, qua plagam spectat australem. Contra vero e regione ad montanam Hercyniæ sylvæ radicem, pars montium in ea continetur. Postmodum extenditur latius ad aquilonem usque ad Tyrrhegetas.* Hi *Romanis Daci dicti* Plin. IV. 12. & *Gotti* Spartian. Carac. c. 10.

84. *Coorti* i. simul ortis. Cic. Verr. III. *Tum subito tempestates coortæ sunt maximæ.*

85. *Cum toto exercitu*, qui fuit triginta millium armatorum. Justin. XII. 2. 16. XXXVII. 3. 2. Oros. III. 18. *Dum hæc aguntur in Italia, Sopyrion quoque præfectus Ponti ab Alexandro Magno relictus, otiosum se ratus, si nihil & ipse gessisset, adunato triginta millium exercitu, Scythis* (quo nomine & *Getas* olim venisse docet Plin. IV. 12. *Ab eo in plenum quidem omnes Scytharum sunt gentes, varia tamen littori apposita tenuere, alias Getæ*, &c.) *bellum intulit: cæsusque cum omnibus copiis, pœnas temere illati belli genti innoxiæ luit.*

86. *Seuthes* Odrysarum Rex, illius opinor *Seuthæ* vel nepos, vel pronepos, cujus plurima mentio est apud Xenoph. Αναβ. VII. cujus pater Mesades fuit regno pulsus. V. *Raderum.*

87. *Odrysæ* gens Thraciæ fuit. Stephanus: *Odrysæ, natio Thracica. Strabo* XVII. *Dicitur & Odrysius, & Odrysia, & Odrysæ, & Odrysiades genere muliebri, & Odrysis. Est & Odrysa civitas illorum, quæ & Odrysia dicitur, & civis Odrysius.* V. *Raderum.*

Trans-

CAP. II.

ARGUMENTUM.

Harpalo trucidato lætus Græcorum exsules, quos finibus prohibuere Athenienses, a Græcorum civitatibus recipi jubet, militum seniores in patriam remittit, illosque ære alieno liberat, & reliquorum seditionem gravi oratione compescit Alexander.

* IGitur triginta navibus Sunium transmittunt [1]. promontorium [2] est Atticæ terræ [3], unde portum urbis petere decreverant. His cognitis Rex Harpalo [4] Athenensibusque juxta

TRansmittunt *militum sex millia stipendio* ab Harpalo *conducta*, ut scribit *Diodor.* XVII. 108. V. *Freinshemium.*

2. *Promontorium* est mons in mare excurrens, *een hooft, kape.* Sunium vero Atticæ *promontorium* esse præter Curtium testimonio est & Scholiastes Callimachi in hymno Deli. Homerus & Aristophanes in nubibus ἄκρον Ἀθηναίων dicunt. *Finit* vero *littus Hellados, quod spectat ad Orientem* Mel. II. 3. V. *Philand. in Vitruv.* IV. 7. & ex illo in Indice *Freinshemium.*

3. *Atticæ terræ.* Strab. IX. 713. *Ideoque apud veteres* ἀκτὴν i. *littus appellatam esse constat, & nomine derivato pro Attica, Atticam esse nuncupatam, quoniam maxima illius pars ad mare est extenta, & angusta, oblonga vero satis, & porrecta usque Sunium subjicitur.*

4. Harpalus, *cujus fidei thesauros Babylonis, & vestigalium asservationem commiserat Alexander, quam primum Rex Indicam expeditionem susceperat, nunquam reversurum sperans, voluptatibus & deliciis se dederat. Amplissimæ namque provinciæ satrapes erat. Ac primum ad feminarum stupra, nefariosque cum barbaris concubitus se convertit, & intemperantissimo voluptatum abusu magnam pecuniæ sibi creditæ vim prodigit. A rubro mari per longissimum intervallum magnam piscium copiam sibi asserendam curabat, tantosque in quotidianum victum sumtus profundebat, ut male apud omnes audiret. Ex Athenis insuper famosissimum scortum, cui Pythonices nomen, acciverat.*

Hanc

ta 5 infestus *classem parari* jubet; Athenas protinus petiturus. Quod consilium dum agitat clam, literæ ei
3 redduntur; *Harpalum intrasse quidem Athenas* 6, *pecunia conciliasse sibi principum animos: mox concilio plebis habito jussum urbe excedere, ad Græcos milites pervenisse, a quibus interceptum & trucidatum a quodam viatore* 7 *per insi-*
4 *dias.* His lætus in Europam trajiciendi consilium omisit: sed *exsules* 8, *præter eos, qui civili sanguine adspersi erant, recipi*

Hanc & dum vixit, regiis muneribus affecit, & mortuam impensis maximis extulit, ac pretiosissimum in Attica monumentum construxit. Postquam aliam ex Attica meretricem, cui Glyceræ nomen, arcessivit cum qua tam molliter & luxuriose vixit, ut ad impendiorum exuberantiam nihil faceret reliquum. Ut vero ad inopinatos fortunæ casus aliquid sibi refugii compararet, populum Athenienſem præcipue sibi demerendum statuit. Quare cum post reditum suum ex India Alexander multos ex satrapis ad se delatos capitis pœna multasset: ipse etiam metu supplicii convasatis quinque millibus talentum argenti, & militum sex millibus stipendio conductis, ex Asia Atticam contendit. V. Diodor. XVII. 108. *Athen.* XIII. 594. *Laert. Vit. Philos.* V. 307. & ex his Popmam & Raderum.

5. *Juxta* i. æque, simul. Plaut. Trin. 1. 2. 160. *Juxta eam curo cum mea.*

6. *Intrasse quidem* Athenas, &c. Plutarch. Demosth. f. 305. *Harpalus fugiens ex Asia Athenas pervenit. Qui quum ad populum se contulisset, & cum navibus & pecuniis eorum arbitrio se submitteret: alii oratores ad pecunias respicientes advocati Harpalo erant, suadebantque populo, ut supplicem reciperet, tutaretur que. At Demosthenes primo repellendum esse hominem, & cavendum, ne per eum bella suscitarent ex minima justa causa suadebat. Paucis vero post diebus quum pecuniæ & vasa inspicerentur, videns eum Harpalus opere barbari cujusdam vasculi delectatum, formamque & artificium diligentissime contemplantem, jussit vas appendi, & cum viginti talentis Demostheni noctu clam mitti. Itaque, quum postea de recipiendo Harpalo agitaretur, lana & vittis collum circumfarciens in concionem processit jussusque dicere renuit, quasi gulæ morbo loqui impediretur. At viri urbani qui aderant, rem intelligentes ridebant, non gulæ morbo, sed auro per noctem constrictum vocem perdidisse Demosthenem clamitantes. Ob eam corruptelam paulo post apud populum patefactam, quum nec excusationem Demosthenis susciperent, nec dicentem audire vellent, Harpalum expulerunt.*

7. Viatore. *Thimbrone uno ex amicis* Diod. XVII. 108. *a servis suis* Pausan. Attic. 11. 36. qui addit: *Sunt tamen, qui dicant Pausaniæ Macedonis dolo interisse.* V. *Freinshemium.*

8. *Exsules*, &c. *recipi jussit.* Diodor.

recipi ab omnibus Græcorum civitatibus, queis pulsi erant, jussit. Et Græci haud ausi imperium aspernari, 5
quamquam solvendarum legum 9 id principium esse censebant; bona quoque, quæ exstarent, restituere damnatis. Soli Athenienses, non suæ modo, 6
sed etiam publicæ vindices libertatis, conluvionem hominum 10, quia ægre ferebant, non regio imperio, sed legibus moribusque patriis Regi adsueti, prohibuere finibus: Omnia potius toleraturi, quam 7
purgamenta quondam urbis suæ, tunc etiam exilii, admitterent. Alexander senioribus militum in pa- 8
triam remissis 11; *tredecim millia peditum, & duo millia equitum, quæ in Asia retineret, eligi* jussit: existimans modico exercitu contineri posse Asiam, quia pluribus locis præsidia disposuisset; nuperque conditas

Diodor. XVII. 109. *Sub hæc Alexander, quum Olympia celebraverntur, præconum voce publice in Olympiis edixit, ut quotquot forent exsules, præter sacrilegos & homicidas, in patriam rediret.* Plutarch. Apophth. Lac. c. 59. addit eximios etiam Thebanos fuisse. Unde Eudamidæ Laconis dictum exstat: *Quum Olympiis præconio jus fecisset omnibus exsulibus in suam cuique patriam redeundi, præterquam Thebanis: Infortunatum quidem, inquit, præconium, sed vobis, o Thebani, gloriosum: solos enim vos metuit Alexander. Etenim qui permittit exsulibus reditum in suam patriam, non metuit, ne moliantur vindictam, a Thebanis igitur solis metuebat.* V. *Raderum*, & ex illo *Freinshemium.*

9. *Solvendarum legum*, nam cum ex senatus, & populi decreto, legibusque in exilium pulsi essent, qui revocat, decreta rescindit, leges violat & *solvit.* V. *Raderum. Solvere* enim est dissolvere, abolere VIII. 8. 18.

10. *Conluvionem hominum* i. homines undique confluentes. Ita *conluviem peregrini*, & *servilis sanguinis* dicit Sueton. August. c. 40. Proprie *conluvies*, five *conluvio*, een vergaderde ontreynigheyd. Non. 11. 102. *Conluvies, labes ex immunditia.* Marc. Tull. de senect. *Quumque ex hac turba, & conluvione discedam.* Unde Festo *Colluviaris porcus dicitur, qui cibo permixto, & conluvione nutritur.*

11. *Senioribus remissis in patriam.* Diodor. XVII. 109. *Ipse habito delectu, ad decies mille circiter ætate maxime provectos militiæ sacramento absolvit.* Justin. XII. 12. 7. vero: *qua modestia obtinuerunt, ut undecim millia militum veteranorum exauctorare:* quod indigne tulerunt dimissi. Arrian. VII. 454. *Opim quum venit, convocatis Macedonibus pronunciavit, se omnes eos, qui vel ætate, vel membrorum*

9 ditas urbes, quas colonis repleſſet [12], res renovare cupientibus obſtare. Cæterum prius, quam ſecerneret, quos erat retenturus, edixit, *ut omnes milites æs alienum* [13] *profiterentur* [14]. Grave [15] plerisque eſſe compererat: & quamquam ipſorum luxu contractum [16] erat, diſſolvere [17] tamen ipſe decreverat. 10 Illi tentari ipſos [18] rati, quo facilius ab integris [19] ſumptuoſos [20] discerneret; prolatando [21] aliquan-

brorum mutilatione inutiles ad pugnam facti eſſent, miſſos ab exercitu facere, & in domos ſuas redeundi poteſtatem dare. Atque hæc quidem Alexander animo gratificandi Macedonibus dicebat: ipſi ita interpretati, ac ſi ab Alexandro deſpicerentur, inutilesque ad res bellicas judicarentur, vehementerque ea oratione commoti ſunt. Noſter *n.* 16.

12. *Urbes, quas colonis repleſſet*, &c. Apud Romanos coloniæ, *tanquam præſidia, partis bello provinciis imponebantur.* Appian. Bell. Civ. I. Et *ſedem ſervitutis coloniam* vocat Tacit. Agric. XVI. 1. Unde *Demetriadem in Theſſalia, Chalcidem in Eubœa, Corinthum in Achaia, non contumelioſius, quam verius compedes Græciæ appellat Philippus* apud Liv. XXXII. 37. & Strab. IX. 781. V. *Freinshemium.*

13. *Æs alienum* i. debitum. Cic. Catil. II. *Sumtibus in ære alieno vacillant.* Noſter *n.* 25. qui *n.* 10. abſque epitheto *æs* pro debito ponit.

14. *Profiteruntur*, ſoudenſe aangeven. Ita *domicilium Archias profeſſus eſt iis tabulis, quæ ſolæ ex illa profeſſione, collegioque prætorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem.* Cic. pro Archia. Noſt. 10. V. VII. 2. 7.

15. *Grave* i. multum. Varr. γεροντιδιδασκάλῳ. *Ubi graves paſcantur, atque alantur pavonum greges.* V. *Non.* qui plura huic addit exempla.

16. *Contractum* i. factum. Cic. Catil. II. *Quorum æs alienum contractum in popinam nullum reipublicæ metum aſſerre poterat.*

17. *Diſſolvere* i. ſolvere. Cic. Tuſc. I. *Ego Lycurgo maximam gratiam habeo, qui me pœna multaverit, quam ſine verſura poſſum diſſolvere.* Proprie *diſſolvere* eſt ligatum ſolvere. Cic. de Off. III. *Fraus conſtringit, non diſſolvit perjurium.*

18. *Ipſos ſe* non minus commode dixiſſet, quam *ipſos*, quaſi de aliis, quum de ipſismet ageretur, qui ſe putabant explorari. Et demonſtrativum pro reciproco poſitum. V. *Raderum.*

19. *Integri* opponuntur ſumptuoſis. Sic *integri* dicuntur nullius criminis rei. Cic. pro dom. *Qui profectus ſum integer.* Tacit. Ann. VI. 26. 3. *Dum integer, dum intentatus, honeſtum finem veluit.* I. 4. de pop. act. *Popularis actio integræ perſonæ permittitur.* V. *Freinshemii Indicem.*

20. *Sumptuoſos* i. immoderatos facientes ſumptus. Nep. Attic. XIII. 2. *Splendidus, non ſumptuoſus.*

21. *Prolatando* i. de die in diem

quantum extraxerant temporis. & Rex ſatis gnarus profeſſione æris pudorem [22], non contumaciam obſtare; *menſas totis caſtris poni* juſſit, *& decem millia talentorum* [23] *proferri.* Tum demum fide facta profeſſi 11 ſunt, nec amplius ex tanta pecunia, quam centum & triginta talenta, ſuperfuere. adeo ille exercitus, tot ditiſſimarum gentium victor, plus tamen victoriæ, quam prædæ deportavit ex Aſia. Cæterum 12 ut cognitum eſt, *alios mitti domum, alios retineri* [24]; perpetuam eum regni ſedem [25] in Aſia habiturum rati, vecordes & diſciplinæ militaris immemores, ſeditioſis vocibus caſtra complent, Regemque ferocius, quam alias, adorti, omnes [26] ſimul *miſſionem* poſtulare cœperunt; deformia ora cicatricibus, canitiemque capitum oſtentantes. Nec aut præfe- 13 ctorum caſtigatione, aut verecundia Regis deterriti, tumultuoſo clamore & militari violentia volentem loqui inhibebant; palam profeſſi *nuſquam inde, niſi*

diem differendo. Saluſt. Catil. c. 43. *Illos dubitando, & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere.*

22. *Pudorem obſtare*, quod intelligas ex his Senec. de Benef. II. 7. *Tiberius Cæſar rogatus a Nepote M. Allio prætorio, ut ejus æri alieno ſuccurreret: edere illum ſibi nomina creditorum juſſit. Hoc non eſt donare, ſed creditores convocare.* V. *Freinshemium.*

23. *Decem millia talentorum* i. ſexagies centena millia Philippeorum. Cum Curtio Diodor. XVII. 109. *Multos ære alieno obſtrictos eſſe edoctus, id totum uno die decem millibus talentum, paulo minus, diſſolvit. Viginti millia talentum* i. duodecies millies centena millia Philippeorum, ſive duodecim milliones, ut hodie loquimur, ponunt Juſtin. XII. II. 3. *Viginti millia talentum in hos ſumptus expenſa.* Arrian. VII. 449. *Ea largitio exercitui facta* XX. M. *talentum fuiſſe dicitur.* V. *Radevum.*

24. *Retinere.* Paulo aliter Arrian. VII. 455. *Qui vere voluntarie manerent, tantum ſe largiturum, ut merito aliis, qui domi deſideant, invidioſi ſint futuri, alioſque Macedones excitaturi, ut libenter una cum eis pericula, & labores adeant.*

25. *Regni ſedem*, ut Flor. I. 7. 9. *Nec dubitavere cuncti, monſtrum pulcherrimum imperii ſedem promittere.*

26. *Omnes*, qui remanſerant, ſive adhuc ſenes, ſed non mutilati, ſive juniores. Juſtin. XII. II. 4: 5: 6. *Dimiſſis veteranis exercitum junioribus ſupplet. Sed retenti veteranorum diſceſſum ægre ferentes, miſſionem & ipſi ſta-*

14 *nisi in patriam, vestigium esse moturos* [27]. Tandem silentio facto, magis quia motum esse credebant, quam quia ipsi moveri poterant; quidnam acturus esset,
15 exspectabant. Ille, *Quid hæc*, inquit, *repens* [28] *consternatio, & tam procax atque effusa licentia denunciat* [29]? *Eloqui timeo, palam certe rupistis imperium, & precario Rex sum: cui non adloquendi, non noscendi monendique,*
16 *aut intuendi vos jus reliquistis. Equidem quum alios dimittere in patriam; alios mecum paulo post deportare* [30] *statuerim: tam illos adclamantes video, qui abituri sunt,*
17 *quam hos, cum quibus præmissos subsequi statui. Quid hoc est rei? dispari in causa idem omnium clamor est! pervelim* [31] *scire, utrum qui discedunt, de me querantur?*
18 Crederes uno ore omnes [32] sustulisse clamorem; ita pariter ex tota concione responsum est, *omnes que-*
91 *ri* [33]. Tum ille, *non hercule*, inquit, *potest fieri, ut adducar* [34], *querendi simul omnibus hanc causam esse, quam ostenditis* [35]; *in qua maior pars exercitus non est, ut pote nimi-*

flagitabant: nec annos, sed stipendia sua numerari jubebant: pariter in militiam lectos, pariter sacramento solvi, æquum censentes, nec jam precibus, sed convicio agebant.

27. *Nisi in patriam vestigium esse moturos.* Non. II. 209. Lucil. XXVI. *Domitionis cupidi, imperium Regis pene imminuimus.*

28. *Repens* pro *repentina.* Liv. IX. 41. *Repens adventus Consulis exterruit Umbros.*

29. *Denunciat* i. sibi vult. Tib. IV. 1. 5. *Quid hoc rei est, quid ira nunciat Deum?* V. *Freinshemii Indicem.*

30. *Deportare* per mare scilicet. Sic Livius sæpissime. V. *Freinshemii Indicem.*

31. *Pervelim* i. magnopere, valde velim. Cicer. Attic. I. 1. *Sed est, quod abs te mihi ignosci pervelim.*

32. *Uno ore omnes.* Ita apud Tacit. Ann. I. 31. 5. *Non unus hæc, sed multa seditionis ora, vocesque.* 32. 7. *Id militares animos altius conjectantibus præcipuum indicium magni, atque implacabilis motus, quod neque dissecti, vel paucorum instinctu, sed pariter ardescerent, pariter silerent.*

33. *Omnes queri*, quia dimittendi putabant, se a Rege contemni, ut ad pugnam inutiles. V. n. 11. retinendi indigne ferebant se detineri.

34. *Adducar* scilicet ad credendum. Cic. Fam. II. 10. *Non possum adduci, ut abs te, postea quam ædilis es factus, nullas putem datas.*

35. *Ostenditis* i. prætexitis. Ita *ostendere metum* Cic. Verr. VI.

36. *Quan-*

quum plures dimiserim, quam retenturus sum. Subest 20
nimirum altius malum, quod omnes avertit a me. quando enim Regem universus exercitus deseruit [36]? *Ne servi quidem uno grege* [37] *profugiunt* [38] *dominos; sed est quidam in illis pudor a cæteris destitutos relinquendi. Verum* 21
ego tam furiosæ [39] *consternationis oblitus remedia insanabilibus* [40] *conor adhibere. Omnem hercule spem, quam ex vobis conceperam, damno; nec ut cum militibus meis, jam enim esse destitistis, sed, ut cum ingratissimis operis* [41], *agere decrevi. Secundis rebus, quæ circumfluunt* 22
vos [42], *insanire cœpistis: obliti status* [43] *ejus, quem beneficio exuistis* [44] *meo. digni hercule, qui in eodem conseneſcatis* [45]; *quoniam facilius est vobis adversam, quam secundam regere fortunam. En tandem? Illyriorum* [46] 23
paulo

36. *Quando Regem universus exercitus deseruit?* Veget. III. 4. *Nunquam enim ad contumaciam pari consensu multitudo prorumpit, sed incitantur a paucis, qui vitiorum, scelerumque impunitatem sperant peccare cum plurimis.*

37. *Uno grege* i. omnes simul.

38. *Profugiunt* i. fugiendo relinquunt.

39. *Furiosæ* i. furorem vos agentis. Cic. Catil. I. *Ibis tandem aliquando, quo te jam pridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat.*

40. *Insanabilibus* metaphora est a morbis immedicabilibus & desperatis, adeoque a medicis conclamatis ducta. Ita eleganter & Cicero hac translatione usus, de republica locutus pro Sestio: *plagam insanabilem reipublicæ impositam* dicit, & Tusc. V. *Morbum insanabilem.* V. *Raderum.*

41. *Ingratissimis operis* i. vilibus mercenariis. *Operarum* vox ignominiam habet, quadratque in eos, qui viles lucello tantum inhiant. Cic. pro Sest. *Erat mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis, & ad diripiendam urbem concitatis.* V. *Freinshemium.*

42. *Circumfluunt vos* i. quibus abundatis. Cicer. Parad. I. *Quum viderem homines rebus his circumfluentes.* Proprie *circumfluere* quid sit, V. VIII. 8. 12. §. 27.

43. *Status*, de paupertate. V. *Freinshemii Indicem.*

44. *Exuistis* i. depositis. Prop. IV. 6. 35. *Et ad placidos exuit arma choros.* Proprie *exuere* est vestes detrahere v. I. 38. VI. 11. 15.

45. *Conseneſcatis* i. senes fiatis. Cic. Attic. II. 23. *Deinde omnes illius partis auctores ac socios nullo adversario conseneſcere.*

46. *Illyriorum*, quod testantur Diod. XVI. 2. *Bello fractus ab Illyriis Amyntas, vectigalia pendere victoribus cogebatur. Hi filium ejus natu minimum Philip-*

paulo ante & Persarum 47 *tributariis* 48 *Asia & tot gentium spolia fastidio sunt. Modo sub Philippo seminudis* 49, *amicula ex purpura sordent; aurum & argentum oculi ferre non possunt* 50: *lignea enim vasa desiderant, & ex cra-*
24 *tibus scuta* 51, *rubiginemque gladiorum. Hoc cultu nitentes vos accepi, & quingenta talenta* 52 *æris alieni: quum omnis regia supellex haud amplius, quam sexaginta talentorum* 53 *esset, meorum operum fundamenta. quibus tamen,*

pum obsidis loco acceptum, Thebanis asservandum tradiderunt: Justin. VII. 5. 1. *Igitur Alexander,* patruus Alexandri M. *inter prima initia regni bellum ab Illyriis pacta mercede, & Philippo fratre,* patre Alexandri M. *dato obside redemit.* V. *Raderum,* & ex illo *Freinshemium.*

47. *Persarum,* quos Macedonibus intulisse docent Justin. VII. 3. 1. *Darius Rex Persarum mittit cum parte copiarum Megabazum ad subigendam Thraciam, cæteraque ejus tractus regna: quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia.* Nostet IV. 1. 10. V. *Raderum.*

48. *Tributarius* est, qui *tributum* solvere debet. Justin. V. 3. 2. *Alcibiades in Asiam contendit & tributarias Athenienſium civitates ad defectionem compellit.*

49. *Seminudis* ut Liv. XXXI. 35. *Pedes concursator, & vagus, & prope seminudus.* Nam ante devictum Darium viliori vestitu sat habuerunt Macedones. Minus enim eleganter, aut male vestitum *nudum* dici dixi IX. 3. 5. §. 9.

50. *Oculi non possunt ferre* i. præ copia illis non delectantur, illa aspicere nolunt.

51. *Ex cratibus scuta* fecerunt alterius materiæ indigi. Flor. II. 20. *E viminibus, pecudumque tegumentis inconditos sibi clypeos fecere.* Frontin. I. 7. *Spartaco, copiisque ejus scuta ex vimine fuerunt, quæ coriis tegebantur.* V. & *Lipſ. Mil. Rom.* III. 2. *Scutum* vero atque *clypeum* interdum nostro idem esse docet hic locus, quum clypeis, non *scutis* usi fuerint Macedones docente Livio IX. 19. *Arma, clypeus, sariſſæque illis: Romano scutum.* Unde toties illis *clypeos* tribuit Nostet III. 2. 13. IV. 4. 11. VIII. 1. 20. & *clypeatos* a *clypeo* dicit milites VII. 9. 2. docet etiam VII. 9. 8. & 9. quum enim priore n. *scuti* meminisset, posteriore *aciem clypeatam consurrexiſſe* dicit. Quid proprie *scutum,* docui III. 2. 5. §. 24.

52. *Quingenta talenta* i. trecenta millia aureorum, quæ Philippus in tabulis, & rationibus creditorum mihi reliquit dissolvenda. Curtio consentit Arrian. VII. 457. *Quamquam ære alieno preſſus, quod mihi pater ad quingenta circiter talenta reliquerat.* A Plutarch. Alex. f. 246. & de fort. Alex. I. 3. *ducenta* duntaxat *talenta* produntur. V. *Raderum & Freinshemium.*

53. *Sexaginta talentorum* i. sex & triginta millia aureorum, seu Phi-

men, abſit invidia 54, *imperium maximæ terrarum partis impoſui* 55. *Asiane pertæsum est, quæ vos gloria rerum* 25
gestarum Diis pares fecit? In Europam ire properatis Rege deserto, quum pluribus vestrum defuturum viaticum fuerit, ni æs alienum luiſſem 56, *nempe* 57 *in Asiatica præda* 58. *Nec pudet profundo ventre devictarum gentium* 26
spolia circumferentes 59, *reverti velle ad liberos conjugesque, quibus pauci præmia victoriæ* 60 *potestis ostendere. Nam caterorum, dum etiam spei vestræ obviam istis* 61, *arma quoque pignori sunt* 62. *Bonis* 63 *vero militibus ca-* 27
ritu-

Philippeorum. Arrian. VII. 457. *Nam ego patri succedens, aurea quædam pauca, argenteaque pocula nactus in patriis thesauris, talenta vero ne sexaginta quidem.*

54. *Abſit invidia,* formula est, qua mitigamus, quæ insolentius dixisse videri possemus. Liv. XXVIII. 39. *Ut non modo nobis, (abſit verbo invidia) ne posteris quidem timenda nostris esset.* Nostet IX. 2 29. X. 9. 6. quod non de hominum tantum *invidia* accipiendum esse, sed sæpius, ut Gentilium erat captus, de *invidia* Deorum, quia veriti fuerint, ne tantis rebus, tantæque gloriæ *invidierent* Dii, si jactantius prædicaretur; & per æmulationem deinde omnia etiam bene consulta in deterius verterent, in Indice docet *Freinshemius.*

55. *Impoſui* tanquam ædificium aliquod.

56. *Luiſſem* i. solviſſem. *Luere æs alienum* eleganter, nec tamen, scio, an apud alios legatur: sicut scelus, stuprum, crimen, pœnas luere apud plerosque omnes. V. *Raderum.*

57. *Nempe,* vim habet insignem inculcandi cum quadam exprobratione personæ, causæve, de qua agitur, meritum. Apud Liv. XXXIV. 5. Valerius abrogari L. Oppiam suadens, pro matronis: *Jam urbe capta a Gallis, quo redemta urbs est? nempe aurum matronæ consensu omnium in publicum contulerunt.* V. *Freinshemium.*

58. *In Asiatica præda,* dictum fuerit, ut apud Senec. Epist. 19. *In aspero & probo accipere.* Locutio hæc ostendit injuria fastidire Asiam, quibus inde tot, tantaque fuissent commoda. V. *Freinshemium.*

59. *Profundo ventre gentium spolia circumferunt,* quorum profundæ libidines prædam ex devictis gentibus partam profuderunt, aut devorarunt. V. *Raderum.*

60. *Præmia victoriæ* i. spolia, prædam tot prælliis, & victoriis quæsitam, quam licet unctam devorastis.

61. *Spei obviam istis* i. spe alia spolia, alia præmia quærendi abjecta. *Obviam ire spei,* est spem retundere, abjicere, præcidere: sicut *obviam* cupiditatibus *ire,* cupiditatibus resistere, cupiditates domare, coercere, frangere. V. *Raderum.*

62. *Pignori sunt* i. propter æs alienum sunt oppignerata, in

riturus 64 *ſum, pellicum* 65 *ſuarum concubinis* 66, *quibus hoc ſolum ex tantis opibus ſupereſt, quod impenditur* 67. *Proinde fugientibus me pateant limites* 68; *faceſſite* 69 *hinc ocius:*

pignus depoſita. V. *Raderum.*

63. *Bonis* i. fortibus, ſtrenuis. Saluſt. Jugurth. c. 53. *Adverſæ res etiam bonos detrectant.* Juſtin. IX. 2. 4. *Neque vindicta Macedonum egere Scythas, quibus meliores forent.* Sed ironia eſt.

64. *Cariturus* i. non habiturus, nec tamen quæſiturus. *Carere* tria ſignificat. I. id, quod habueris, non habere, &, ut id habeas, tamen deſiderare. II. abſtinere, non uti eo, quod habes, vel habere poſſis. III. non habere aliquid, nec tamen, ut habeas, ſtudere. Cic. Tuſc. 1. *Triſte eſt nomen ipſum carendi, quia ſubjicitur hæc vis: habuit, non habet: deſiderat, requirit, indiget. Opinor, hæc incommoda ſunt carentis; caret oculis, odioſa cæcitas: liberis, orbitas. Carere igitur hoc ſignificat, egere eo, quod habere velis. Ineſt enim velle in carendo, niſi cum ſic, tanquam in febri dicitur, alia quadam notione verbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, cum aliquid non habeas, & non habere te ſentias, etiamſi id facile patiare. Carere enim in morte non dicitur, nec enim eſſet dolendum, dicitur illud, bono carere, quod eſt malum. Sed ne vivus quidem bono caret, ſi eo non indiget: ſed in vivo intelligi tamen poteſt, regno carere: dici autem hoc in te ſatis ſubtiliter non poteſt: poſſet in Tarquinio, cum regno eſſet expulſus.*

65. *Pellicum* i. mulierum, quas captivas duxerant, & *pellicum* loco habebant. *Pellex* quænam ſit proprie; docet Feſtus III. 3. 24. §. 94.

66. *Concubinus* eſt, qui cum altero cubat. Feſtus: *Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Jovis concubinus.* Catul. LXI. 128.

Neu nuces pueris neget
Deſertum domini audiens
Concubinus amorem.

67. *In quod impenditur* i. venter.

68. *Pateant limites*, alias enim a cuſtodibus *limitum* retrahi potuiſſent. Quippe magnorum imperiorum clauſi ſunt limites. Unde *limitanei milites* in Cod. Juſtiniani, & apud Suidam. & *limitanei duces*, ut apud Marcellin. XXXI. 471. *Munderichus dux limitis per Arabiam.* A quibus Marchionum, quos *Marckgraven*, quaſi *limitaneos judices* appellarunt majores noſtri, originem repeti fortaſſis haud abſurdum fuerit. V. *Freinshemii Indicem.*

69. *Faceſſite* i. abite, diſcedite. Terent. Phorm. IV. 3. 31. *Hæc hinc faceſſat.* Ubi Donat. *pro hinc ſe faciat, i. abeat. Huc ſe faciat, huc accedat, ſignificat.* Proprie *faceſſere* eſt ad faciendum ire. Virgil. Georg. IV. 548.

Haud mora: continuo matris
præcepta faceſſit.

Ad eundem modum militibus ſuis miſſionem urgentibus Cæſar apud Lucan. V. 325.

Vadite, meque meis ad bella
relinquite fatis:

In-

ocius: ego cum Perſis 70 *abeuntium terga tutabor* 71. *Neminem teneo* 72: *liberate oculos meos* 73 *ingratiſſimi cives. Lati vos excipient parentes liberique ſine veſtro Rege redeun-* 28
tes! obviam ibunt deſertoribus 74 *transfugisque! Trium-* 29
phabo mehercule de fuga veſtra, & ubicumque ero, expetam pœnas; hos, cum quibus me relinquitis, colendo, præferendoque vobis. Jam autem ſcietis, & quantum ſine Rege valeat exercitus 75, *& quid opis in me uno ſit.* De- 30
ſiluit

Invenient hæc arma manus,
vobisque repulſis
Tot reddet fortuna viros, quot
tela vacabunt.

70. *Cum Perſis.* Diod. XVII. 108. *Per id tempus* XXX. *Perſarum millia ætate plane juvenes, & formæ decore, viribusque corporum eximii, Suſa pervenerunt. Hi per tempus bene longum conquiſiti a præfectis & magiſtris res bellicas didicerant: omnesque armis Macedonicis magnifice inſtructi ante urbem caſtra poſuere, &c. Quia enim Gangen transire Macedones detrectarant, & ſubinde in concionibus Regi clamore ſuo obſtrepebant, ortumque ex Hammone ſuggillabant: agmen hoc Perſarum ejuſdem ætatis, quod phalangi Macedonicæ opponi poſſet, ſibi comparavit, atque his tum Alexander vacavit.* Noſter X. 3. 10.

71. *Abeuntium terga tutabor* i. curabo, ne vos abeuntes a tergo quis opprimat. Virg. Aen. VII. 469.

Tutari Italiam, detrudere finibus hoſtem.

72. *Neminem teneo*, ick houde niemant op. Virgil. Aen. IV. 380.

Neque te teneo, neque dicta refello.

73. *Liberate oculos meos*, gaat uyt mijn oogen, *ab oculis concedere* Cic. Catil. 1. *Si te parentes timerent, atque odiſſent tui, opinor, ab eorum oculis aliquo concederes.*

74. *Deſertoribus* i. illis, qui Regem ſuum *deſeruerunt. Deſertor* eſt, qui per prolixum tempus evagatus, ad caſtra reducitur, ut tradit *Modeſtin. in l. deſertorem ff. de re militari.*

75. *Quantum ſine Rege valeat exercitus.* Polyæn. IV. 3. *Mandavit, ut armati Macedones ſeorſim a cæteris ſtarent: e regione vero Perſæ. Qui cum diſceſſiſſent: deligite, inquit, Macedones ducem, quem, volueritis: Ego vero Perſis utar militibus, ſi viceritis, faciam omnia, quæ volueritis: ſin victi fueritis, experiemini vos nihil per voſmet ipſos poſſe quidem.* Unde *Macedones ab Illyriis prælio pulſi*, Rege ſuo *in cunis prolato, & pone aciem poſito, acrius certamen repetivere: tanquam ideo victi fuiſſent antea, quod bellantibus ſibi Regis ſui auſpicia defuiſſent, futuri vel propterea victores, quod ex ſuperſtitione animum vincendi ceperant.* &c. *Conſerto itaque prælio, magna cæde Illyrios fudere, oſtenderuntque hoſtibus ſuis, priore bello Regem Macedo-*

siluit deinde frendens de tribunali [76], & in medium armatorum agmen se immisit; notatos quoque, qui ferocissime oblocuti erant, singulos manu corripuit: nec ausos repugnare, tredecim adservandos custodibus corporis tradidit.

nibus, non virtutem defuisse. Justin. VII. 2. 8-12.

76. *Desiluit de tribunali* inermis. Justin. XII. 11. 8. *Ad postremum quum verbis nihil proficeret, ad corripiendos seditionis auctores, e tribunali in concionem armatam inermis ipse desiliit, & nemine prohibente tredecim correptos manu: sua ipse ad supplicia duxit.* V. & Diodor. XVII. 109. Arrian. VII. 455.

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Deprecantes Macedones non audit, Asiaticos milites laudat, & Persis corporis sui custodiam committit Alexander.

1 QUis crederet sævam paulo ante concionem obtorpuisse subito metu, &, quum ad supplicium videret trahi nihilo ausos graviora,
2 quam cæteros; tam effusam antea licentiam, atque seditiosam militum violentiam ita compressam, ut non modo nullus ex omnibus irruenti Regi restiterit; verum etiam cuncti pavore exanimati adtonitis similes, quid de ipsis quoque Rex statuendum censeret,
3 suspensa mente exspectarent? Itaque, sive nominis [1], quod gentes, quæ sub Regibus sunt, inter Deos colunt; sive propria Ipsius [2] veneratio; sive fiducia tanta vi exercentis imperium conterruit eos:
4 singulare [3] certe ediderunt patientiæ exemplum; adeoque non sunt accensi supplicio commilitonum, quum sub noctem interfectos esse nossent, ut nihil omise-

Nominis n. regii. V. III. 6. 17.

2. *Ipsius* n. Alexandri.

3. *Singulare* i. excellens. Plin. Epist.

omiserint, quod singuli magis obedienter ac pie facerent. Nam quum postero die prohibiti aditu venissent, Asiaticis modo militibus admissis, lugubrem totis castris edidere clamorem [4], denunciantes, *se protinus esse morituros, si Rex perseveraret irasci.* At ille per- 6
vicacis [5] ad omnia, quæ agitasset, animi, *peregrinorum militum concionem advocari* jubet, *Macedonibus intra castra cohibitis*: &, quum frequentes coissent, adhibito interprete talem orationem habuit: *Quum* 7
ex Europa trajicerem in Asiam, multas nobiles gentes, magnam vim hominum imperio meo me additurum [6] *esse sperabam. Nec deceptus sum, quod de his credidi famæ.* 8
Sed ad illa hoc quoque accessit, quod video fortes viros erga Reges suos pietatis invictæ [7]. *Luxu omnia fluere* [8] *credi-* 9
deram; & nimia felicitate mergi in voluptates. at hercule munia militiæ hoc animorum corporumque robore æque impigre

Epist. III. 1. *Mox vehiculum adscendit: adsumit uxorem singularis exempli.*

4. *Lugubrem edidere clamorem.* Arrian. VII. 463. *Non amplius sese continere potuerunt: sed concursu ad regiam facto, arma ante januam projecerunt, quæ Regi libelli supplicis loco essent. Ipsi pro foribus stantes clamorem tollebant, intromitti postulantes, auctores tumultus, quique clamandi initium fecerant, dediturі: neque a janua interdiu, vel noctu discessuri, nisi Alexander coram commiseratione tangeretur.*

5. *Pervicacis*, halstarrigh. Terent. Hec. IV. 1. 17.

Adeone pervicaci esse animo, ut puerum, &c.

Ubi Donat. *Pervicax est perseverans cum quadam vi.* Unde *ira pervicacior* VIII. 6. 1. qua quis *implacabilius irascitur*, ut de Tiberio loquitur *Tacit. Ann.* 1. 13. 5. Noster IX. 9. 1. X. 6. 12. & 18.

6. *Additurum* i. adjecturum. Cic. Fam. III. 12. *Tametsi nihil videbatur ad meum erga te privilinum studium addi posse.*

7. *Fortes viros, pietatis invictæ*; ita n. 9. *Quum fortes viri sitis, non fortitudinem magis, quam fidem colitis.* Tacit. Ann. I. 57. 2. *Nam barbaris, quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus habetur.* Fortis enim honesti & gloriæ causa strenue agit, illam vero contaminat perfidia. Unde allocutionis formula olim ad militem: *fortis esset & fidus.* Marcell. XV. 49. *Quod donatum stipendio militem Constantii nomine adloquutus est, fortis esset & fidus.* V. Loccenium & Lindenbrog. in Marcellin. p. 34.

8. *Fluere* i. minui, deficere. Virg. Aen. II. 169.

Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri.

pigre toleratis: & quum fortes viri, ſitis, non fortitudinem
10 *magis, quam fidem colitis. Hoc ego nunc primum profiteor, ſed olim ſcio. Itaque & delectum e vobis iuniorum habui; & vos meorum militum corpori immiſcui. Idem habitus, eadem arma ſunt vobis: obſequium vero & pa-*
11 *tientia imperii* [9] *longe præſtantior eſt, quam cæteris. Ergo ipſe Oxathris Perſæ filiam mecum in matrimonio junxi, non*
12 *dedignatus ex captiva liberos tollere. Mox deinde quum ſtirpem generis mei latius propagare* [10] *cuperem, uxorem Darii filiam* [11] *duxi, proximisque amicorum* [12] *auctor fui ex captivis generandi liberos: ut hoc ſacro federe* [13] *omne*
13 *discrimen victi & victoris excluderem* [14]. *Proinde genitos eſſe vos mihi, non adſcitos milites credite* [15]. *Aſiæ & Europæ unum atque idem regnum eſt. Macedonum vobis arma do. Inveteravi* [16] *peregrinam novitatem; & cives mei*

Illa enim quæ *fluunt*, quodammodo minuuntur.

9. *Patientia imperii* eſt, qua quis, quod imperatur, jubens patitur, fert, exſequitur. Quanta *patientia imperia* & juſſa ferant Perſæ, pluribus docet *Briſſon.* de *regn. Perſ.* I. 24.

10. *Propagare* i. extendere, proferre. Cic. Verr. VII. *Quum ipſe ſui generis initium, ac nominis ab ſe gigni, & propagari vellet.* Proprie *propagare* eſt vitem vetulam, ut ex una plures fiant, ſupprimere. Cato R. R. c. 32. *Vites propages, in ſulcos rurſum vorſum.*

11. *Darii filiam* natu majorem, *Stateiram.* V. *Juſtin.* XII. 10. 9. *Diodor.* XVII. 107. *Plutarch. Alex.* f. 256, quam *Barſinem* nominat *Arrian.* VII. 447.

12. *Proximis amicorum.* Arrian VII. 447. *Drypetim, Darii filiam, uxoriſque ſuæ ſororem Hephæſtioni dat, Cratero Arimaſtrinem Oxyartis Darii fratris filiam, Perdiccæ Atropatis Medorum ſatrapæ filiam, Ptolomæo corporis cuſtodi, atque Eumeni ſcribæ regio Artabazi filias; illi quidem Artacamam, huic vero Artonim, Nearcho Spitamenis Bactrii filiam dedit, atque ita reliquis etiam amicis Perſarum ac Medorum illuſtrium filias octoginta matrimonio copulavit.*

13. *Sacro federe* i. conjugio:

14. *Excluderem* i. abolerem. V. *Freinshemii Indicem.*

15. *Genitos eſſe vos mihi, non adſcitos milites credite* i. gerite vos pro popularibus, civibusque meis potius, quam pro extraneis: illorumque numero mihi haberi credite. Coaluimus enim nunc velut in unam gentem. V. *Freinshemium.*

16. *Inveteravi* i. quaſi veterem, & conſuetam reddidi. Plin. XXIII. 2. *Aquæ marinæ ſextarios quinque pariter coquebant, decies deferveſcente cortina, atque ita diffundebant, inveterabantque.*

17. *Duc-*

mei eſtis & milites, omnia eundem ducunt colorem [17]. *Nec* 14
Perſis Macedonum morem adumbrare [18]; *nec Macedonibus Perſas imitari indecorum eſt. Ejusdem juris eſſe debent* [19], *qui ſub eodem Rege victuri ſunt.* *

CAP.

17. *Ducunt colorem* i. referunt notam indolem, aut formam rei. Senec. Epiſt. 108. *Quid ergo? non novimus quosdam, qui multis apud Philoſophum annis perſederint, & ne colorem quidem duxerint?* Videtur uterque hoc Maronis ante oculos habuiſſe, quod legitur Ecl. IX. 49.

Duceret apricis in collibus uva colorem.

V. *Loccenii Indicem.* Quomodo & Juven. Stat. II. 41.

Uvaque conſpecta livorem ducit ab uva.

& Lucret. IV. 72-77.

Nam certe jacier ac tergeri multa videmus
Non ſolum ex alto, penitusque, ut diximus ante;
Verum de ſummis ipſum quoque ſæpe colorem:
Et vulgo faciunt id lutea, ruſſaque vela,
Et ferruginea, cum magnis intenta theatris
Per malos vulgata, trabesque trementia fluitant.

Transfertur enim ab illis corporibus, quæ propinquitate alterius *colorem* adſumunt.

18. *Adumbrare* i. effingere, imitari. Cic. de Orat. III. *Id genus ſumus in eorum ſermone adumbrare conati.* Proprie *adumbrare* eſt umbram tegendo facere. Colum. V. 5. *Sub ortu caniculæ paſtineis tegetibus vineas adumbrabat.*

19. *Ejusdem juris eſſe debent* concordiæ firmandæ & æquabilitatis cauſa. Varronis proverbium eſt: *Idem Accii quod Titii.* Liv. VII. *Ne ſub eodem jure ſolum, ſed etiam nomine omnes eſſent.* V. *Loccenium.*





CAP. IV.

ARGUMENTUM.

Macedones seditiosos, & vinctos, unius ex illis oratione audita, in amnem mergi jubet Alexander.

1 *QVousque, inquit, *animo tuo etiam per supplicia, & quidem externi moris*[1] *obsequeris*[2] *? Milites tui, cives tui, incognita*[3] *causa, captivis*[4] *suis ducentibus trahuntur ad pœnam? Si mortem meruisse judi-*
2 *cas, saltem ministros supplicii muta.* Amico animo, si veri patiens fuisset, admonebatur; sed in rabiem ira pervenerat. Itaque rursus (nam parumper, quibus imperatum erat, dubitaverant) *mergi in*
3 *amnem*[5], *sicut vincti erant*, jussit. Nec hoc quidem supplicium seditionem[6] militum movit. Namque copiarum duces atque amicos ejus, manipuli[7] adeunt,

EXterni moris supplicium quod hic, idem apud Liv. I. 51. *novum genus leti* vocatur: *Ut indicta causa, novo genere leti, dejectus ad caput aquæ Ferentinæ, crate insuper injecta, saxisque congestis mergeretur.* V. *Freinshemium.*

2. *Obsequeris* i. indulges. Supr. v. 8. 12. Proprie *obsequi* est alterius voluntati morem gerere. Ter. Heaut. III. 1. 10.

Nos quoque senes est æquum senibus obsequi.

Inde toties *obsequium* apud Nostrum.

3. *Incognita* i. non *cognita*, V. VI. 10. 3. III. 12. 19. §. 60.

4. *Captivis* i. Persis.

5. *Mergi in amnem.* Ita Germani *ignavos & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, injecta insuper crate, mergunt* apud *Tac. Germ.* XII. 2. Sic & Amulius Romulum Remumque spurios *in profluentem abjici* jussit apud *Flor.* I. 1. 2. V. *Freinshemium.*

6. *Seditionem militum movit* i. milites ad *seditionem commovit.* Supr. VIII. 5. 1. Unde bellum civile *motum civium* appellat Horat. Od. II. 1. 1.

7. *Manipuli*, de rotten. *Manipulus* est exigua *militum manus, quæ unum sequitur signum.* Varr. L. L. IV. 16. Terent. Eun. IV. 7. 6. *Ubi est manipulus furum?* Ubi Donat. *Manipulus proprie est militis. Cum Romani & Latini sub uno centurione bellum adgressuri deputabantur, sibi sertum vel coronam ex manipulo herbæ, vel hujusmodi conficiebant, quem pro signo sequebantur.* Ovid. Fast. III. 112.

Illa quidem fœno, sed erat reverentia fœno,
Quantum nunc aquilas cernis habere tuas.
Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Unde maniplaris nomina miles habet.

Quod sub Romulo accidisse narrat Isid. XVIII. 4. *Sub Romulo autem fasciculos fœni pro vexillis, milites habuerunt. Hinc & manipuli appellantur. Manipulos enim dicimus fasces fœni, quod manum impleant.* Ita fœni fascem nominat Plin. XVIII. 28. *Justum est una opera jugerum in die desecari, alligarique manipulos* &c.

8. *Offerre se corpora iræ.* ut apud Lucan. v. 370.

Vicit patientiæ sævi
Spem ducis, & jugulos non tantum præstitit ensi.

eunt, petentes, *ut si quos adhuc pristina noxa judicaret esse contactos, juberet interfici, offerre se corpora iræ*[8], *trucidaret* *

CAP. V.

ARGUMENTUM.

Moribundus exercitum salutat: Perdiccæ annulum tradit, suprema mandata edit, exstinguitur, defletur, & laudatur Alexander.

*INtuentibus lachrymę obortæ præbuere speciem 1
jam non Regem, sed funus ejus vivisentis exercitus. Mœror tamen circumstantium[1] lectum 2
eminebat: quos ut Rex adspexit, *Invenietis*[2], inquit, *quum excessero, dignum talibus viris Regem?* Incredibile dictu audituque. in eodem habitu cor- 3
poris

CIrcumstantium ducum & amicorum.

2. *Invenietis dignum talibus viris regem?* Ita & Justin. XII. 15. 15. Amicos circumstantes percontatur: *Videanturne sibi similem reperturi Regem?* Ad hunc modum Livius Drusus apud Paterc. II. 14. 3. *Quum ultimum redderet spiritum, intuens circumstantium, mœrentiumque frequentiam, effudit vocem, convenientissimam conscientiæ suæ: Et quando, inquit, propinqui, amicique, similem mei civem habebit respublica?* V. *Freinshemium.*

3. *Ta-*

poris [4], in quem se composuerat, quum admissurus milites esset [5], durasse [6], donec a toto exercitu illo ad ultimum persalutatus est [7]: dimissoque [8] vulgo, velut omni vitæ debito liberatus, fatigata membra reje-

3. *Talibus viris*, qui quot milites, tot duces, quot duces, tot reges potuissent esse. Supr. IV. 16. 33.

4. *In eodem habitu corporis*, fuit vero in *cubitum erectus*. Val. Max. V. 1. 1. ext. *Idem non hominum ulli, sed naturæ, fortunæque cedens, quamquam violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus*, &c.

5. *Admissurus esset*. Plutarch. Alex. f. 257. *Unde Macedones mortuum rati, ad fores magno strepitu acceserunt, minisque amicos regis coegerunt, ut admitterentur*. Eadem Arrian. VII. 499.

6. *Durasse* i. mansisse. Plaut. Amph. III. 2. 1.

Durare nequeo in ædibus: ita me probri, &c.

Durare verbum est fullonum. Plaut. Asin. V. 2. 57.

Non queo durare. P A. *Si non didicisti fullonicam*,

Non mirandum est.

Ubi Gronovius: Curabant fullones vestem i. eluebant & interpolabant. Sed inter curandum durabant teterrimum tolerando odorem ex qua fullonica urinis permixta, in qua stabant, & argutabantur pedibus.

7. *Persalutatus est*, ita Cic. pro Flacc. *Qui ita sit ambitiosus, ut omnes vos, nosque quotidie persalutet.* Phæd. IV. 11. 4. *Quum gratulantes per salutasset Deos. Per* in compositione vim habet negotium ad finem perductum esse significandi, *op de ryghe gegroet.* Sic apud Sueton. Aug. c. 35. & Tacit. Hist. IV. 9. 3. *perrogare sententias*: apud eundem Sueton. Aug. c. 38. & Domit. c. 4. *perspectare certamen*, a principio ad finem spectare. V. *Freinshemii Indicem. Foribus apertis tunicatos ad unum omnes præter lectum ejus transisse* narrat Plutarch. Alex. f. 257. *illis singulis dextram præbuisse.* Arrian. VII. 499. *illamque singulos osculatos fuisse* Val. Max. V. 1. 1. ext. & Just. XII. 15. 2. osculo quippe, Græcorum more, regiæ manus perficiebatur ista *salutatio*. Docet hoc Arrian. IV. 264. dum narrat orationem Callisthenis sane gravem, qua Anaxarchum in vino deditum industria disserentem, Alexandrum cœlestibus honoribus esse colendum, retudit; dicit enim: *hominibus siquidem a salutantibus oscula dantur.* Unde apud eundem p. m. 267. *se osculi jactura discedere* dicit Callisthenes, quum *Alexander*, quem *adoratione prætermissa osculari voluisset, ejus osculum non admisisset.*

8. *Dimisso* per aliam januam, quam qua ingressi erant. Lucian. Pseudom. Tom. I. p. 540. *Porro e regione januæ, per quam intrabatur, patefactum erat & aliud ostium, per quod exiretur: cujusmodi quiddam & Macedonas in Babylone fecisse ferunt in Alexandri morbo, quum ille graviter jam ægrotaret, & illi obsessa regia desiderarent eum intueri, ac supremum alloqui.*

9. Re-

rejecit [9]. *Propiusque adire* jussis amicis, nam & vox deficere jam cœperat; detractum [10] annulum digito, Perdiccæ tradidit [11]; adjectis mandatis, *ut corpus suum ad Hammonem* [12] *ferri juberet.* Quærentibus his, *cui relinqueret regnum?* respondit, *ei, qui esset optimus* [13]. *Cæterum providere jam ob id certamen, magnos funebres ludos* [14] *parari sibi.* Rursus Perdicca inter-

9. *Rejecit*, heeft na achteren geleght. *Rejicere* est retrorsum jacere. Cic. pro Mil. *Milo de rheda penula rejecta desiluit.*

10. *Detraxisse* olim morientes digito anulum, & tradidisse uni ex amicis, si quis charior inter extrema oscula præsens adesset, exemplis docemur. Augustus Cæsar II. Consul *cum graviter ægrotavet, desperata salute, cum quædam de republica disseruisset, Agrippæ annulum tradidit* apud Dion. LIII. Tiberium Cæsarem *intellecta defectione exemtum digito annulum quasi alicui traditurum, paruper tenuisse, deinde rursus aptasse digito, & compressa sinistra manu jacuisse diu immobilem* ex Seneca refert Sueton. c. 73. V. *Kirckm. de annul. c.* 22. *Long. de annul. c.* 4.

11. *Perdiccæ tradidisse* annulum, & quare, docebimus X. 6. 17. §. 22.

12. *Hammonem* i. Hammonis templum, Just. XII. 15. 7. *Ad postremum corpus suum in Hammonis templo condi jubet.*

13. *Optimus* n. bello i. fortissimus ut X. 6. 16. Diod. XVII. 117. ἄριστον, Arrian. VII. 500. κράτιστον dicunt. Non enim volebant illud dicere, se hæredem constituere, qui maxime *dignus* imperio esset, unde *dignissimum* vertit Justin. XII. 15. 8. sed regnum suum fore in potestate occupantis, fortioris scilicet. Significat enim ἄριστος non solum solum eum, qui sit *optimus*, sed qui in aliquid perficiendo sit fortissimus. Et ἀρισεῖα ἡ ἐνεργεία. i. efficacia, seu efficax vis, ἀριστεύειν fortiter facere, ἀριστεὺς in bello vincens, ἄριστεῖον præmium ob victoriam datum. Κράτος potentiam significat, seu violentiam, ut ex Aeschyli vincto Prometheo liquet. V. *Loens. Misc. Sciph.* V. 18. & ex illo *Bernegg. ad Justinum.*

14. *Certamen, funebres ludos.* Quod frigidiuscule versum videtur, quando non ob certamen regni funebres ludi Alexandro facti, sed per quandam metaphoram appellat *certamen* de regno post mortem suam *funebres ludos.* Defunctis enim gladiatorum sanguine parentare mos erat, *ludosque funebres* ex antiquissimo ritu fieri. Sicut ex Virgilio de Anchisæ parentalibus, & ex Statio de Archemori exsequiis. Tum etiam ex Homero Patrocli inferias prosequente notum est. Allusit igitur Alexander ad parentalium morem, sicut & Plaut. Most. II. 1. 80.

Ludos ego hodie præsenti hic seni

Fa-

interrogante, *quando cœlestes honores haberi sibi vellet?* dixit: *tum velle, quum ipsi felices essent* [15]. Suprema [16] hæc vox fuit Regis, & paulo post exstinguitur [17].
7 Ac primo ploratu lamentisque & planctibus tota regia personabat: mox, velut in vasta solitudine, omnia tristi silentio muta [18] torpebant; ad cogitationes,
8 quid deinde futurum esset, dolore conversio. Nobiles pueri custodiæ corporis ejus adsueti, nec doloris magnitudinem capere; nec se ipsos intra vestibulum regiæ retinere potuerunt: vagique & furentibus similes totam urbem luctu [19] ac mœrore [20] compleverant; nullis quæstibus omissis, quos in tali casu
9 dolor suggerit [21]. Ergo, qui extra regiam adstiterant, Macedones pariter barbarique concurrunt; nec poterant victi a victoribus in communi dolore discerni. Persæ *justissimum ac mitissimum dominum*; Macedones

Faciam, quod credo mortuo nunquam fore. Elegantissime Arrian. VII. 500. *Sunt, qui illum adposuisse ad hunc sermonem volunt, quod oculis cerneret, magnum sepulchrale certamen ipsi defuncto factum ivi.* V. *Loens. Misc. Epiph.* v. 18. & ex illo *Bernegg. ad Justin.* XII. 15. 6.

15. *Felices essent* i. per felicitatem ad regna essent evecti. Tum enim cogitarent, cujus potissimum beneficio ad eos honores, & regna aspirassent, seseque gratos ostenderent. V. *Raderum.*

16. *Suprema* i. Ultima. Cic. pro Mur. *Q. Maximus P. Africanum supremo ejus die laudavit.* Noster X. 9. 3: 10. 17.

17. *Exstinguitur, quum annos undecim regnavisset.* Gell. N. A. XVII. 21. *duodecim* Macbæor. I. 1. 8. & Tertull. contr. Jud. c. 8. *duodecim & septem menses* Diodor. XVII. 117. & Lamprid. Alex. c. 5. *duodecim & octo menses* Arrian. VII. 502. *tredecim* Nep. Eun. II. 1. Liv. IX. 19. XLV. 9. Salianus ostendit Alexandrum obiisse mundi anno 3730. sextæ ætatis 214. imperii Asiæ 7. regni 13. Jaddi pontificis ultimo, Olymp. CXVI. 1. Archonte Hegosia. U. C. 429. Dictatore L. Papyrio Cursore, Magistro equitum Q. Fabio Maximo Rutiliano, & mox L. Papyrio Crasso sine Coss. ante Christum natum 323. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

18. *Tristi silentio muta.* Justin. XIII. 1. 1. *Triste apud omnes tota Babylone silentium fuit.*

19. *Luctus* est ægritudo ex ejus, qui carus fuerit, interitu acerbo:

20. *Mœror* est *ægritudo flebilis.* Cic. Tusc. Quæst. IV.

21. *Suggerit* i. suppeditat, subministrat. Terent. Adelph. I. 1. 37.

dones *optimum ac fortissimum Regem* invocantes, certamen quoddam mœroris edebant [22]. Nec mœsto- 10
rum solum, sed etiam indignantium voces exaudiebantur; *tam viridem* [23], *& in flore ætatis fortunæque invidia Deum ereptum esse rebus humanis* [24]. Vigor ejus & vultus educentis in prælium milites, obsidentis urbes, evadentis in muros, fortes viros pro concione donantis occurrebant oculis. Tum Macedones 11
divinos honores negasse ei pœnitebat; *impiosque & ingratos fuisse* se confitebantur, *quod aures ejus debita adpellatione fraudassent.* Et quum diu nunc in veneratione, nunc in desiderio Regis hæsissent; in ipsos versa miseratio est [25]. Macedonia profecti ultra Eu- 12
phraten mediis hostibus novum imperium aspernantibus destitutos se esse cernebant; sine certo Regis herede, sine herede regni publicas vires ad se quemque tracturum. Bella deinde civilia, quæ sequuta 13
sunt, mentibus augurabantur: *iterum, non de* [26] *regno*

I. 37. *Cur tu his rebus sumptum suggeris?*

22. *Certamen mœroris edebant* i. inter se, quorum alter altero mœstior esset, contendebant. Aliter Justin. XIII. 1. 4-7. *Ut vero mortis ejus fides adfuit, omnes barbaræ gentes paulo ante ab eo devictæ, non ut hostem, sed ut parentem luxerunt. Contra Macedones versa vice, non ut civem, ac tantæ majestatis Regem, verum ut hostem amissum gaudebant: severitatem nimiam, & assidua belli pericula execrantes.*

23. *Viridem* i. succi plenum, juvenantem, vigore præditum. Colum. præf. *Quum istud opus non solum scientiam, sed viridem ætatem cum robore corporis ad labores sufferendos desideret.* Liv. VI. 22. *Virebatque integris sensibus.* Exempla ex Poetis deprompta tibi suppeditabit *Barth.* XXVIII. 4. Proprie *viridis* est, qui herbidi est coloris, *grasgroen.* Unde *herbescens viriditas* Cic. de Senect. *Tertia semen tepefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem.* Noster VI. 5. 14.

24. *Ereptum rebus humanis* i. mortuum, quem *ereptum & exstinctum* III. 5. 5. & *ereptum* simplicitur VII. 6. 22. dicit.

25. *In ipsos versa miseratio est* i. se ipsos *miserabantur*, suam sortem, & statum futurum ac pericula deplorabant. V. *Raderum.*

26. *De* i. ob, propter. Cic. Verr. III. *Flebat uterque non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius.* pro Arch. *de vita dimicant.*

27. *Vol-*

regno Asiæ, sed de Rege, ipsis sanguinem esse fundendum;
14 *novis vulneribus veteres rumpendas cicatrices, Senes, debiles, modo petita missione a justo Rege, nunc morituros*
15 *pro potentia forsitan satellitis alicujus ignobilis.* Has cogitationes volventibus[27] nox supervenit, terroremque auxit. milites in armis vigilabant: Babylonii alius e muris, alius culmine sui quisque tecti[28]
16 prospectabant, quasi certiora[29] visuri. nec quisquam lumina audebat accendere[30], & quia oculorum cessabat usus; fremitus, vocesque auribus captabant[31]: ac plerumque vano metu territi per obscuras semitas, alius alii occurrantes[32], invicem
17 suspecti & soliciti ferebantur. Persæ[33] comis suo more detonsis, in lugubri veste[34], cum conjugibus ac liberis, non ut victorem & modo hostem, sed ut gentis suæ justissimum Regem vero desiderio lugebant. Adsueti sub Rege vivere, *non alium, qui im-*
18 *peraret ipsis, digniorem fuisse* confitebantur. Nec muris urbis luctus continebatur; sed proximam regionem ab ea, deinde magnam partem Asiæ cis Euphratem

27. *Volventibus* i. animo versantibus. Plaut. Pseud. II. 3. 10. *Cuncta in ordine animo ut volveram.* Noster x. 8. 9.

28. *Culmine tecti* i. summitate ædificii. Plaut. Trin. I. 2. 48. *E Capitolio, quod in culmine astat summo.* Virg. Ecl. I. 69. *Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.*

Ubi Servius: *Culmen, eo quod culmo i. stipula tegitur. Hic prisca rusticanorum ætas habitabat, ideo culmina dicta sunt tecta, quia veteres ædificia de culmo contegebant i. paleis e messibus.*

29. *Certiora* de morte Regis, quam ut solet in ejusmodi affectibus, quia non putaverant tam cito adfuturam, jam etiam cum advenisset, vix poterant credere. V. *Freinshemium.*

30. *Lumina accendere*, quia nocturnus metus omnia suspecta facit militibus. Ne viderentur itaque Babylonii coitiones facere, aut vim occultam parare, & arma alioqui per se furentium in se provocare, maluerunt e tenebris speculari, quid Macedones in luctu Regis molirentur. V. *Raderum.*

31. *Auribus captabant* i. audiebant. Nep. Timol. II. 2. *Ut non solum auribus acciperetur*, &c.

32. *Alii alius occurrantes.* Ita Liv. IX. 5. *Alii alios intueri.* Sallust. Jugurth. c. 87. *Prælia alii aliis locis facere.* Noster v. 3. 20: 5. 12. VII: 9. 12.

33. *Persas detonsis* conjugibus, & liberis corpora extulisse tradit & *Alex. Gen.* III. 7.

tem tanti mali fama pervaserat. Ad Darii quoque 19
matrem celeriter perlata est. abscissa ergo veste, qua induta erat, lugubrem sumpsit; laceratisque crinibus humi corpus abjecit. Adsidebat ei altera ex ne- 20
ptibus[35], nuper amissum[36] Hephæstionem, cui nupserat, lugens; propriasque causas doloris in communi mœstitia retractabat. Sed omnium suorum 21
mala Sisygambis una capiebat. Illa suam, illa neptium vicem flebat. Recens dolor etiam præterita revocaverat. crederes modo amissum Darium, & pariter miseræ duorum filiorum[37] exsequias[38] esse ducendas[39]. Flebat mortuos[40] simul vivosque[41]. *Quem enim puellarum*[42] *acturum esse curam? quem* 22
alium

34. *Lugubrem vestem, lugubria* nominant Senec. ad Helviam c. 16. *Nosti quasdam, quæ amissis filiis, imposita lugubria nunquam exuerunt*, & Prop. IV. 12. 34.

Et bene habet, nunquam mater lugubria sumpsit.

35. *Altera ex neptibus*, Drypetis. V. X. 3. 12. §. 12.

36. *Amissum* i. morte ereptum. Cic. Fam. IX. 9. *Pansa amisso quantum detrimenti respublica acceperit, non te præterit.* Noster *n.* 21. IV. 14. 22. VI 1. 4.

38. *Amisit* illum in Ecbatanis Mediæ, ubi scenica certamina, ad quæ tria histrionum millia ex Græcia missa convenerant, & compotationes assiduas Alexander instituit. Illis forte diebus febricitabat Hephæstion, &, quod crapulæ nimium indulgeret, morbo correptus e vita excessit. V. *Plutarch. Alex. f.* 256. *Arrian.* VII. 470. *Diodor.* XVII. 110. *Aelian. Var. Hist.* VII. 8.

37. *Duorum filiorum*, n. Darii, & Alexandri, qui eam matris loco semper habuit.

38. *Exsequias* i. funebre officium, quo cadaver, quum effertur, viventes id sequuntur: unde *exsequi funus* apud *Gell.* X. 15. dicit Masurius Sabinus. V. *Sciop. Infam. Fam. p.* 29.

39. *Esse ducendas*, ita Plin. VIII. 42. *Propter quæ Rex defuncto ei duxit exsequias. Prosequi exsequias* Cic. pro Cluent. *Mater funeris illius exsequias prosecuta est. Cohonestare exsequias* pro Quint. *Si funus id habendum sit, quo non amici conveniunt ad exsequias cohonestandas*, &c. *Exsequiarum officium obsequio pietatis implere* Justin. XXIII. 2. 8. *Et exsequiarum officium, in quod, profecta se, nemo sit successurus, obsequio debitæ pietatis impleret.* V. *Sciop. Infam. Fam. p.* 29. *Exsequias celebrare* Liv. II. 61.

40. *Mortuos* Darium & Alexandrum.

41. *Vivos* Ochum puerum, Statiram Alexandri, & Drypetim Hephæstionis viduas.

alium futurum Alexandrum? iterum se captas[43], *iterum excidisse*[44] *regno. qui mortuo Dario ipsas tueretur, reperisse; qui post Alexandrum respiceret*[45], *utique non re-*
23 *perturas.* Subibat inter hæc animum, *octoginta fratres suos eodem die ab Ocho sævissimo Regum*[46] *trucidatos, adjectumque stragi tot filiorum patrem: e septem liberis, quos genuisset ipsa, unum*[47] *supereſſe: ipsum Darium flo-*
24 *ruisse paulisper, ut crudelius posset exstingui.* Ad ultimum dolori succumbit[48], obvolutoque[49] capite accidentes[50] genibus suis neptem nepotemque aversata,

42. *Puellarum* i. Darii filiarum, Statiræ, & Drypetis, quæ, licet matrimonio junctæ fuerint, *puellæ* vocantur, ut Phanostrata apud Plaut. Cist. II. 3. 77.

Eam nunc puellam filiam ejus quærimus.

43. *Iterum se captas*, quia, licet nemo illas cepisset, patrono, & Rege tam clemente, cui parem nunquam essent reperturæ, destitutæ erant. V. *Raderum.*

44. *Excidisse* i. orbatas, pulsas. Proprie *excidunt* nobis imprudentibus, quæ vel animo, vel manu tenemus, quum aliud agentes manum remittimus. Cic. Catil. 1. *Quoties tibi sica excidit casu aliquo?*

45. *Respiceret*, die sigh haarer soude aannemen. Cic. Fam. II. 16. *Nam quod rogas: ut respiciam generum meum*, &c. Proprie *respicere* est obtorto collo videre, quæ a tergo sunt. Plaut. Most. II. 2. 90. *Cave respexis, fuge*, &c. Inde *vastitutem Italiæ respicere.* Cic. Fam. X. 33. & *respicere suos* Noster IX. 10. 15. daar na omsien.

46. *Sævissimo Regum.* Val. Max. IX. 2. 7. ext. *Apertior & tetrior alterius Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Ocham sororem, atque eandem socrum vivam capite defodit: & patruum cum centum amplius filiis, ac nepotibus vacua area destitutum, jaculis confixit, nulla injuria lacessitus.* Unde regiam cognatorum cædes, & strage principum repletæ, *nulla non sanguinis, non sexus, non ætatis misericordia permotum* dicit Justin. X. 3. 1. *quam sævitiam prædixerant Magi.* V. *Aelian. Var. Hist.* II. 17.

47. *Unum* Oxathrem.

48. *Succumbit* i. impar deficit. *Succumbimus* impares oneri, cum sub ipso labimur. Ovid. Trist. IV. 2. 1.

Jam fera Cæsaribus Germania, totus ut orbis,
Victa potes flexo succubuisse genu.

49. *Obvoluto*, bewonden. Cic. de Orat. *Quum immolanda Iphigenia tristis Calchas esset, mœstior Ulysses, mœret Menelaus, pictor ille vidit, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari.* V. IV. 10. 33. §. 76.

fata, cibo pariter abstinuit[51] & luce[52]. quinto, postquam mori statuerat, die exstincta. Magnum 25
profecto Alexandro indulgentiæ in eam, justitiæque in omnes captivos, documentum est mors hujus; quæ quum sustinuisset post Darium vivere; Alexandro esse superstes erubuit. Et hercule, juste æsti- 26
mantibus Regem liquet, bona naturæ[53] ejus fuisse; vitia vel Fortunæ, vel ætatis[54]. Vis[55] incre- 27
dibilis animi: laboris patientia propemodum nimia; fortitudo non inter Reges modo excellens, sed inter illos quoque, quorum hæc sola virtus fuit[56] libera- 28
litas[57] sæpe majora[58] tribuentis, quam a Diis petuntur:

50. *Accidentes* i. procidentes ad genua ejus, exorandi scilicet causa, ut ipsorum miserta cibum caperet. Tacit. Ann. XV. 53. 2. *Ut Lateranus deprecabundus, & genibus principis accidens prosterneret incautum.* V. III. 12. 11. §. 26.

51. *Cibo abstinuisse* Sisygambin narrat & Diodor. XVII. 118. *Rege sic exstincto, etiam mater Darii Sisigambris, quum & Alexandri mortem intempestivam, & suam jam ab omnibus desertæ calamitatem lacrymis effusissimis deplorasset, in extrema vitæ (quod dicitur) linea cibum & lucem aversata, die quinto per inediam, magna quidem cum tristitia, sed non minore gloria, vitam sibi abrupit.* Inedia vero finem vitæ facere veteres esse solitos, exemplo suo docet Atticus apud Nep. XXII. 3. *Sic cum biduum cibo se abstinuisset, subito febris decessit, leviorque morbus esse cœpit. Itaque die quinto, postquam id consilium inierat, decessit.*

52. *Abstinuit luce*, sy heeft niet in 't licht gesien.

53. *Naturæ* illi ingenitæ. *Natura* enim interdum ponitur pro ingenita rei alicui virtute & potentia. Terent. Eun. II. 3. 23.

Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas.

54. *Vitia ætatis.* Ita Vopiscus in Tacit. c. 6. *Enimvero si recolere velitis vetusta illa prodigia, Nerones.* &c. *certe non hominum magis vitia illa, quam ætatum fuerunt.*

55. *Vis* i. *vigor*, ut IV. 13. 21. Ita & III. 5. 8.

56. *Quorum hæc sola virtus fuit.* Hieron. Epist. 2. *Ita in singulis virtutibus eminebat, quasi cæteras non haberet.* V. *Freinshemium.*

57. *Liberalitas*, quam hisce aliquoties prædicavit Imperator Julianus: *Alexandrum Magnum, ubi haberet thesauros, interrogatum, apud amicos, benevole respondisse.* V. *Marcellin.* XXV. 315.

58. *Majora, quam a Diis petuntur*, quia non tantum integrarum civitatum census & reditus, ut Phocioni Athenienſium duci apud *Aelian. Var. Hist.* I 25. sed & integra regna, ut Abdolonymo, Taxili, Poro, aliis apud

tuntur: clementia in devictos, tot regna aut reddi-
29 ta, quibus ea dempserat bello, aut dono data: mortis, cujus metus cæteros exanimat, perpetua contemptio [59]: gloriæ laudisque ut justo major cupido [60]; ita ut juveni & in tantis admittenda rebus.
30 jam pietas erga parentes, quorum Olympiada immortalitati consecrare decreverat; Philippum ultus
31 erat: jam in omnes fere amicos benignitas; erga milites benevolentia; consilium par magnitudini animi, & quantam vix poterat ætas ejus capere, so-
32 lertia: modus immodicarum cupiditatum, Veneris intra naturale desiderium usus [61], nec ulla, nisi ex permissu, voluptas, ingentes profecto dotes erant.
33 Illa Fortunæ [62]: Diis æquare se, & cœlestes honores arcessere, & talia suadentibus oraculis credere, & dedignantibus venerari ipsum vehementius, quam par esset, irasci; in externum habitum mutare corporis cultum, imitari devictarum gentium mores, quas
34 ante victoriam spreverat. Nam iracundiam & cupidinem vini sicuti juventa inritaverat, ita senectus
35 mitigare potuisset. Fatendum est tamen, quum plurimum virtuti debuerit, plus debuisse Fortunæ; quam solus omnium mortalium in potestate habuit

Nostrum dispertitus est: illa vero nemo, qui cerebrum habet, a Diis petet.

59. *Contemptio* i. despicientia, contemptu. Cic. Tusc. IV. *Totam vim bene vivendi in omnium rerum humanarum contemtione, ac despicientia ponamus*: qui & *contemtionem mortis* dicit in Hortensio.

60. *Gloriæ justo major cupido*, qua *Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos esse referenti, heu me, inquit, miserum; quod ne uno adhuc potitus sum! Angusta* enim *homini pos-sessio gloriæ fuit, quæ Deorum omnium domicilio sufficit.* V. *Valer. Max.* VIII. 14. 2. *ext. Aelian. Var. Hist.* IV. 29.

61. *Intra naturale desiderium* i. minor, quam natura Venerem desiderare videretur, non quoties natura videretur exigere, cum mulieribus rem habebat. Flor. I. 3. 5. *Facinus intra gloriam fuit.* IV. II. 9. *Pulcritudo intra pudicitiam principis fuit.*

62. *Fortunæ*, quæ *plerumque Naturam corrumpit* III. 2. 17. Liv. IX. 18. *Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intoleran-*

buit [63]. Quoties illum a morte revocavit? quoties temere in pericula vectum perpetua felicitate protexit? Vitæ quoque finem eumdem illi, quem glo- 36
riæ statuit. Exspectavere eum fata, dum Oriente perdomito, aditoque Oceano, quidquid mortalitas capiebat, impleret. Huic Regi ducique succesor 37
quærebatur: sed major moles [64] erat, quam ut unus subire eam posset. Itaque nomen quoque ejus & fama rerum in totum propemodum orbem, Reges ac regna diffudit; clarissimique sunt habiti, qui etiam minimæ parti [65] tantæ fortunæ adhæserunt [66].

CAP.

rantior. V. *Freinshemium.*

63. *Fortunam in potestate habuit*, quod capiendum est de obsequio Fortunæ semper Alexandro promptæ, nunquam adversantis. Supr. III. 6. 18. VIII. 3. 1. Eodem, quo Alexander modo, Timothei in manu fuit Fortuna apud Nepot. III. 4. Cato Vellejo II. 35. 2. *fortunam in potestate habuisse* dicitur, sed notat in Catone æquabilem utriusque fortunæ moderationem, qua fortunam quamcunque & sustinuit & rexit, semper sibi similis, nec inflari gnarus prosperis, neque adversis dejici. V. *Loccenii Indicem* & in *Vellejum Bæclerum.*

64. *Major moles.* Unde Tacit. Ann. I. 11. 2. *Ille varie disserebat de magnitudine imperii, suaque modestia. Solam divi Augusti mentem tantæ molis capacem.* Et Leosthenes imperium Alexandri post ejus mortem comparavit Cyclopi ab Ulysse exoculato, quod huc illuc sine duce ferretur, nec haberet, a quo regeretur. V. *Freinshemium* & *Raderum.*

65. *Minimæ parti.* Plutarch. de Fort. Alex. II. 12. *Demetrius, cui Alexandreæ potentiæ parvam fortunæ portiunculam contulerat, passus est se Catabatem (Jovem Elicium* reddit Turneb. IX. 9.) *tanquam Deum, qui in terras descendisset, appellari.* V. *Freinshemium.*

66. *Adhæserunt* i. eam amplexi sunt, & retinendo velut ab ea pependerunt. V. *Freinshemii Indicem.*

CAP. VI.

ARGUMENTUM.

De Rege, qui Alexandrum exciperet, perorant, sed a se invicem pedibus discessio; nam faciunt Perdicca, Nearchus, Ptolomæus, Aristonus, & Meleager.

1 CÆterum Babylone (inde enim divertit[1] oratio) corporis ejus custodes, in regiam principes amicorum[2], ducesque copiarum advocavere. sequuta est militum turba, cupientium scire, in quem Alexandri fortuna esset transitura.
2 Multi duces frequentia militum exclusi regiam intrare non poterant; quum præco[3], *exceptis, qui nominatim*[4] *citarentur*[5], *adire* prohibuit. sed precarium
3 spernebatur imperium. Ac primum ejulatus ingens, ploratusque renovatus est: deinde futuri exspectatio inhibitis lachrymis silentium fecit. Tunc Perdicca regia sella[6] in conspectum vulgi data, in qua

[1] *Divertit* i. digressa est. Cic. Fam. XII. 25. *Sed redeamus, unde divertimus.*

2. *Principes amicorum.* Diod. XVIII. 2. *Sed qui inter amicos & custodes corporis auctoritate maxima pollebant, senatu habito, cum equitum, qui sodales nominantur, agmen sibi adjunxissent, primum armis*, &c.

3. *Præco* erat, qui jussa magistratuum publice denuntiabat, auctionem faciebat, audientiam in theatro indicebat. Cic. Verr. v. *Si palam præco jussu tuo prædicasset, non decumas frumenti, sed dimidias venire partes.* Plaut. Bacch. IV. 7. 17. *Atque in eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat.*

4. *Nominatim* i. expresso *nomine.* Nep. Milt. I. 3. *His consulentibus nominatim Pythia præcepit, ut*, &c.

5. *Citarentur* i. vocarentur. *Citare* est per præconem vocare. Liv. I. 47. *In regia sede pro curia sedens, Patres in curiam per præconem ad Regem Tarquinium citari jussit.* II. 28. *Citant nominatim juniores.*

6. *Regia sella*, quia, ut *Polyb.* VIII. docet, in illustrium funeribus majorum effigies cum auro radiante toga eburneis *sellis* imponebantur. Unde in veteri

qua diadema vestisque Alexandri cum armis erant; annulum sibi pridie traditum a Rege in eadem sede posuit; quorum adspectu rursus obortæ omnibus lachrymæ, integravere[7] luctum. Et Perdicca, 5
Ego quidem, inquit, *annulum, quo ille regni atque imperii vires obsignare erat solitus, traditum ab ipso mihi, reddo vobis. Caterum quamquam nulla clades huic, qua ad-* 6
fecti sumus, par ab iratis Diis excogitari potest; tamen magnitudinem rerum, quas egit, intuentibus credere licet, tantum virum Deos adcommodasse rebus humanis, quarum sorte completa, cito repeterent eum suæ stirpi. Proinde quoniam nihil aliud ex eo supereste[8], *quam quod* 7
semper ab immortalitate subducitur, corpori nominique quam primum justa solvamus; haud obliti, in qua urbe, inter quos simus, quali Rege ac præside spoliati. Tractan- 8
dum[9] *est, commilitones, cogitandumque, ut victoriam partam inter hos, de quibus parta est, obtinere*[10] *possimus. Capite opus est. hocne uno an pluribus, in vestra potestate est. Illud scire debetis, militarem sine duce turbam corpus esse sine spiritu.*[11]. *Sextus mensis*[12] *est, ex* 9
quo

teri republica in ludis ac theatris, mortuis, ut eximium aliquod honoris insigne, *sellam* curulem positam fuisse, exemplis M. Marcelli, & Pertinacis docent *Lipsius in Tacit. Ann.* II. 83. 1. *Spanhem. de præst. & usu numismatum Dissert.* VI. *Kirchman. de Funer. Roman.* IV. 9.

7. *Integravere* i. innovavere, denuo incepere. Liv. I. 29. *Conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lacrymas.* V. IX. 4. 16. § 42.

8. *Supereste, quod ab immortalitate morti subducitur* i. nomen, gloria, quæ exemta dicuntur morti & quasi fato subducta ab immortalitate. V. *Loccenii Indicem.*

9. *Tractandum* i. disserendum. Cic. de Offic. I. *Quocirca huic quasi materiæ, quam tractet, & in qua versetur, subjecta est veritas. Tractare* dicuntur philosophi, quum scholam habent, ac docent. Cic. Parad. I. *Animadverti, Brute, sæpe Catonem, avunculum tuum, cum in senatu sententiam diceret, locos graves ex philosophia tractare.*

10. *Obtinere* i. retinere, *maintineren.* V. *Freinshemii Indicem.*

11. *Corpus sine spiritu.* Maximus Serm. 9. *Epaminondas cum magnum & pulchrum videret exercitum sine duce; quanta, ait bellua, caput nullum habet.* V. *Freinshemium.*

12. Sextus mensis, *octavum fuisse exactum* dicit *Justin.* XIII. 2. 5.

quo Roxane pregnans est; optamus, ut marem [13] *enitatur* [14]: *ejus regnum Diis adprobantibus* [15] *futurum, quando adoleverit. interim a quibus regi velitis, destinate.* Hæc
10 Perdicca. Tum Nearchus, *Alexandri modo* [16] *sanguinem ac stirpem regiæ majestati convenire neminem* ait
11 *posse mirari. Caterum exspectari nondum ortum Regem, & qui jam sit, præterire, nec animis Macedonum convenire, nec tempori rerum. Esse e Barsine filium Regis* [17],
12 *huic diadema dandum* [18]. Nulli placebat oratio. itaque suo more hastis scuta quatientes [19] obstrepere perseverabant. Jamque prope seditionem [20] pervenerant, Nearcho pervicacius tuente sententiam.
13 Tum Ptolemæus; *digna* [21] *prorsus est soboles*, inquit, *quæ*

13. *Marem* cnixa est Alexandrum. Diodor. XIX. 105. *Cassander equidem, cum Alexandrum Roxanes adolescere videret*, &c.

14. *Enitatur* i. pariat. Tacit. Ann. V. 1. 3. *Adeo properum, ut, ne spatio quidem ad enitendum dato, penetralibus suis gravidam induxerit.*

15. *Adprobantibus* i. volentibus, bene juvantibus. Cic. Fam. X. 22. *In te, & in collega omnis spes est, Diis adprobantibus.*

16. *Modo* i. solum, tantummodo. Liv. I. 23. *Tectis modo dirutis alterius urbis, duo populi in unum confusi sunt.*

17. *Filium Regis* Herculem. Justin. XII. 15. 9. *Tanta illi magnitudo animi fuit, ut cum Herculem filium relinqueret*, &c. Diodor. XX. 20. *Polyperconta e Pergamo Herculem Barsines arcessit. Is Alexandri filius erat, & Pergami educabatur, jam circiter septimodecim annos natus.* Illum, *ne favore paterni nominis in regnum Macedoniæ vocaretur, in quod reducere* conabatur *Polyperchon, occidi eum tacite cum matre Barsine jubet Cassander.* V. Justin. XV. 2. 3. Diod. XX. 28.

18. *Huic diadema dandum* i. huic Regem faciendum, huic *dandum imperium*, ut Nostri VIII. 5. 18. cujus signum est *diadema*. V. III. 3. 19 §. 78. VI. 6 4.

19. *Hastis scuta quatientes.* Sicut acclamatio post orationem militis alacritatem ostendit, V. VIII. 11. 8. §. 25. ita strepitus armorum, quibus inhibere dicentem conantur, seditionem, vel certe animum ab ea re, quam dux vult imperare, alienum; vel cum terrorem aliis incutiebant, ut est apud Livium XXVIII. 29. *Vix dicendi finem fecerat, quum ex præparato simul omnium terror oculis, auribusque est offusus. Exercitus, qui coronam concionem circumdederat, gladiis ad scuta concrepuit. Scuto hic hastis quatiebant*, quod oratio, & petitio non placeret. Ita & X. 7. 14. V. *Raderum*, & *Lindenbr. in Marcellin. p.* 10.

20. *Prope seditionem, juxta seditionem* Tacit. Ann. VI. 13. 1. *pro seditione* Nostri IV. 10. 4. V. *Freinshemii Indicem.*

quæ Macedonum imperet genti, Roxanes vel Barsinæ filius; cujus nomen quoque Europam dicere [22] *pigebit, majore ex parte captivi. Cur Persas vicerimus, ut stirpi eorum ser-* 14
viamus? quod justi [23] *illi Reges Darius & Xerxes tot millium agminibus, tantisque classibus nequidquam petiverunt. Mea sententia hæc est, ut sede Alexandri in regia* 15
posita, qui consilio ejus adhibebantur, coeant, quoties in commune consulto opus fuerit: eoque, quod major pars eorum decreverit, stetur [24]. *duces, præfectique copiarum his pareant.* Ptolemæo quidam, potiores Perdiccæ 16
adsentiebantur. Tum Aristonus orsus est dicere, *Alexandrum consultum, cui relinqueret regnum, voluisse optimum deligi. judicatum autem ab ipso optimum Perdiccam, cui annulum tradidisset. Neque enim unum eum* 17
adsedisse morienti; sed circumferentem oculos, ex turba amicorum delegisse, cui traderet. Placere igitur, summam imperii [25] *ad Perdiccam deferri* [26]. Nec dubitavere, 18
quin

21. *Digna*, non *digna*. Ironia.

22. *Nomen dicere* i. nominare. Causam subnectit: *matres sunt captivæ.*

23. *Justi* i. injusti. Rursus ironia. Græciam enim contra jus & fas armis invaserunt. Alioqui *justi* & legitimi Persidis Reges. V. V. 9. 8. §. 25.

24. *Eo stetur* i. contenti sint, acquiescant, Cicer. pro Cluent. *Nec L. Gellii judicio stetit Lentulus, neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius: & uterque censor censoris opinione standum non putavit.*

25. *Summam imperii* i. summum, maximum imperium. Nep. Eum. III. 4. *Semper habiti sunt fortissimi Macedones, qui summam imperii potirentur.*

26. *Ad Perdiccam deferendum* fuisse imperium, quia illi annulum tradiderat Alexander, censuerunt plures. Justin. XII. 15. 12. *Sexta die præclusa voce, exemptum digito annulum Perdiccæ tradidit: quæ res gliscentem amicorum dissensionem sedavit. Nam etsi non voce nuncupatus heres, judicio tamen electus videbatur.* Nep. Eum. II. 1. *Alexandro Babylone moriuo, cum regna singulis familiaribus dispartirentur, & summa rerum tradita esset tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum suum dederat, Perdiccæ: ex quo omnes conjecerant, eum regnum ei commendasse, quoad liberi ejus in suam tutelam pervenissent.* Nec male ita colligebant. Erat enim annulus signatorius, vel sigillum plerumque dominii, & potestatis symbolum. Ideo quibus reipublicæ, vel regni administratio,

quin vera censeret. itaque universi *procedere in medium, Perdiccam, & Regis annulum tollere* jubebant. Hærebat inter cupiditatem pudoremque, & quo modestius, quod exspectabat, adpeteret, pervica-
19 cius oblaturos esse credebat. Itaque contatus, diuque, quid ageret, incertus; ad ultimum tamen recessit[27], & post eos, qui sederant proximi, con-
20 stitit. At Meleager unus e ducibus confirmato animo, quem Perdiccæ contatio erexerat: *Nec Dii siverint*[28], inquit, *ut Alexandri fortuna*[29], *tantique regni fastigium in istos humeros ruat; homines certe non ferent. Nihil dico de nobilioribus*[30], *quam hic est, sed de viris*[31]
21 *tantum; quibus invitis nihil perpeti necesse est. Nec vero interest, Roxanes filium, quandoque genitus erit, an Perdiccam Regem habeatis; quum iste sub tutelæ specie regnum occupaturus sit. Itaque nemo ei Rex placet, nisi qui nondum natus est: & in tanta omnium festinatione, non justa modo, sed etiam necessaria, exactos*[32] *menses solus exspectat, & jam divinat marem esse conceptum*[33], *quem vos*

eisdem etiam annuli, vel sigilli cura solebat committi. V. *Kirchm. de annul. c. 22.*

27. *Recessit* i. locum, quem proximum sellæ regiæ tenebat, reliquit. V. *Raderum.*

28. *Nec Dii siverint* i. *Dii prohibeant*, quæ est formula, qua dira & tristia aversabantur veteres, cujus exempla prodidit *Brisson. Form.* 1. 94.

29. *Ut Alexandri fortuna*, &c. i. ut Perdicca regnet.

30. *Nobilioribus*, quorum maxime interest, vilioribus non subjici. Tendunt eo verba Augusti ad Cinnam apud Senec. de Clem. 1. 9. *Cedo, sistes tuas Jolus impedio, Paulumne te, & Fabius Maximus, & Cossi & Servilii ferent, tantumque agmen nobilium, non inania nomina præferentium, sed eorum, qui imaginibus suis decori sunt?* Sed quinam amicorum Alexandri nobiliores Perdicca? erat enim *stirpe regia genitus* x. 7. 8. Sed Leonnatus ibidem itidem; & forte proximo gradu Alexandrum hic contigerit. Aridæus autem Alexandri frater erat, Ptolemæus credebatur. Quin & Neoptolemus Alexandri avunculus superat. V. *Freinshemium.*

31. *De viris* i. reliquis cujuscunque conditionis Alexandri commilitonibus: modo viri sint, animosque mares habeant. V. *Freinshemium.*

32. *Exactos* i. circumactos, finitos. Phædr. 1. 19. 2.

Instante partu mulier actis mensibus, &c.

33. *Conceptum* in utero. *Concipere*

vos dubitatis paratum esse vel subdere[34]. *Si medius fi-* 22
dius[35] *Alexander hunc nobis Regem*[36] *pro se reliquisset, id solum ex iis, quæ imperasset, non faciendum*[37] *esse censerem. Quin igitur ad diripiendos thesauros discurritis?* 23
harum enim opum regiarum utique populus est heres. Hæc 24
eloquutus per medios armatos erupit, & qui abeunti viam dederant[38], ipsum ad pronunciatam prædam sequebantur.

CAP.

cipere proprie dicuntur mulieres, quum genitale semen apprehendunt ad fœtum faciendum. Cic. N. D. 11. *Utrum igitur, quum concepit mula, an cum peperit, offentum est? conceptio contra naturam fortasse: sed partus prope necessarius.* Noster x. 7. 10.

34. *Subdere*, in Alexandri & Roxanes filii locum dare, subjicere, supponere. Hoc enim est *subdere*. Ita Plaut. Epid. 1. 2. 37.

Ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum.

Inde puer *subditus*, in veri locum suppositus. Terent. Heaut. v. 3. 12.

Subditum se suspicatur. CH. Subditum? ain tu?

35. *Medius fidius* jurandi est adverbium. Festus: *Medius fidius compositum videtur, & significare Jovis filium i. Herculem, quod Jovem Græci Δία, & nos Jovem: ac fidium pro filio, quod sæpe antea pro L litera D utebantur.* Tertullian. de Idolol. c. 20. *Cæterum consuetudinis vitium est me Hercule dicere, me Dius fidius*, (tres enim esse voces contendit in *Lexico Etymologico* Vossius) *accedente ignorantiæ quorundam, qui ignorant jusjurandum esse per Herculem.* V. *Scalig. ad Festum & Junium ad Tertullianum: Quod Græci jurantes μά, vn proponunt, id Romanis erat Me & E. Mecastor, Medius Fidius, Mehercule*, &c. *Fidius* fuit Romanis inter Deos Indigetes, dictus, quod per eum jurando fieret *fides*. Dicebatur quoque *Sancus & Semo pater.* Ovid. Fast. VI. 213-218.

Quærebam Nonas Sanco Fidioni referrent,
An tibi Semo pater; cum mihi Sancus ait:
Cuicunque ex illis dederis; ego munus habebo,
Nomina trina fero: sic voluere Cures.
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,
Inque Quirinali constituere jugo.

36. *Hunc Regem*, Perdiccam.

37. *Non esse faciendum*, quia indignus est regno.

38. *Viam dederant*, hem lieten passeeren. Plaut. Aulul. III. 1. 2.

Date viam, qua fugere liceat, facite tota platea pateant.

Ita *dare alicui viam per fundum suum* pro Cæcinna dicit Cicero. Fuerunt vero hi ccc. *fere*. V. x. 9. 18.

Armato-

CAP. VII.

ARGUMENTUM.

Aridæum Alexandri fratrem Regem salutat Meleager, filio ex Roxane futuro Perdiccam & Leonnatum tutores destinat Pithon, regiam peditibus stipatus inrupit Aridæus, ex urbe excedere statuunt equitibus comitibus Perdicca & Leonnatus.

1 JAmque armatorum circa Meleagrum frequens globus[1] erat, in seditionem ac discordiam versa concione; quum quidam plerisque Macedonum 2 ignotus ex infima plebe, *Quid opus est*, inquit, *armis, civilique bello habentibus Regem, quem quæritis? Aridæus Philippo genitus*[2], *Alexandri paulo ante Regis frater, sacrorum*[3], *cerimoniarumque*[4] *consors*[5] *modo, nunc*

Armatorum globus 1. multi armati. *Globus* interdum ponitur pro multitudine hominum in unum collecta, & quasi *conglobata*. Tacit. Ann. XIV. 61. 2. *Quum emissi militum globi verberibus & intento ferro turbatis dissecere*. Ita *globus conjurationis* Paterc. II. 58. 1. *globum consensionis* Nep. Attic. VIII. 4. pro multitudine conjuratorum dicunt. Proprie *globus* corpus est solidum, undique rotundum. Cic. N. D. II. *Quumque duæ formæ præstantes sint, ex solida globus: sic enim σφαῖραν interpretari placet*, &c.

2. *Genitus Philippo & Philinna saltatrice*, ut Ptolemæus Soteris filius in Philopatoris historiis, amicas Regum cum recensetur, apud Athen. XIII. 578. *scorto Larissæo*, ut Justin XIII. 2. 11. *ignobili scorto*, ut Plutarch. Alex. f. 257. illam nominant. V. *Popmam* & ex illo *Freinshemium*.

3. *Sacrorum* n. gentilitiorum, qualia habuisse Macedonum Reges, ut credam, inducor vel hoc Arriani loco, qui legitur Exped. Alex. I. 30. *His rebus gestis in Macedoniam reversus Jovi Olympio sacrum fecit jam antea ab Archelao institutum*, &c.

4. *Cerimoniarum* h. religionum. Serv. Aen. IV. 303. *Sane sciendum Orgia apud Græcos dici sacra omnia, sicut apud Latinos cerimoniæ dicuntur.*

5. *Consors* i. particeps. *Sors & patrimonium significat, unde consortes dicimus*. Festus. Qui dicti sunt, ad quos pro indiviso commune aliquod patrimonium venit, sive sint propinqui, sive sint extranei. De propinquis Paterc. I. 10. 6. *Fulvii Censoris frater, & quidem consors Cn. Fulvius*. De extraneis Sueton. Tiber. c. 1. *Romam commigravit auctore Tito Tatio consorte Romuli*. V. Ræverd. Div. reg. jur. 85. Cujac. Observ. V. 10.

6. *Nunc solus heres*, quia Barsinen justæ uxoris loco non habuerat. Porro militis istius, quisquis ille fuit, sententiæ velut data opera contradicit Themist. Orat. 12. *Alexandro apud Babylonem defuncto, Macedones successorem nullum idoneum repererunt: sed Ptolomæo Lagi filio Aridæum stolidum prætulerunt, tanquam pecunias mortui fratris loco superstiti persolverent, non imperium conferrent, cujus heres ille unicus est, qui illud conservare, ac tueri noverit*. V. Freinshemium.

7. *Præteritur a vobis*. Hæc revocant mihi in memoriam ista Tacit. Ann. III. 18. 6. *Mihi quanto plura recentium, seu veterum revolvo, tanto magis ludibria mortalium cunctis in negotiis observantur. Quippe fama, spe, veneratione potius omnes destinabantur imperio, quam quem futurum principem fortuna in occulto tenebat*. Etiam providentiæ id tribuit Senec. de Benef. IV. 31. *Interdum solemus dicere: Quid sibi voluit providentia, quæ Aridæum regno imposuit? Illi putas hoc datum? patri ejus datum est, & fratri*. V. Freinshemium.

8. *Tam bonorum civium militumque fructu, & præsentia fraudatus esset*. i. digno, & apto regni herede, & successore destitutus esset. Nam dum examinis ejus clarissimi, fortissimi, sapientissimi qui sunt, a regni successione repelluntur, illorum *fructu* carere cogitur. V. Raderum.

9. *Nomen & memoriam*, quia Aridæus nihil præter nomen fratris Regis habet, & memoriam patris Philippi renovat. V. Raderum.

10. *Ad cætera*, virtutes inquam

nunc solus heres[6], *præteritur a vobis*[7]. *Quo merito suo? quidve fecit, cur etiam gentium communi jure fraudetur? Si Alexandro similem quæritis, nunquam reperietis; si proximum, hic solus est*. His auditis concio primo si- 3
lentium velut jussa habuit: conclamant deinde pariter, *Aridæum vocandum esse, mortemque meritos, qui concionem sine eo habuissent*. Tum Pithon plenus la- 4
chrymarum orditur dicere, *Nunc vel maxime miserabilem esse Alexandrum, qui tam bonorum civium militumque fructu, & præsentia fraudatus esset*[8]. *Nomen enim memoriamque*[9] *Regis sui tantum intuentes, ad cætera*[10] *caligare*[11] *eos*. * Haud ambigue in juvenem, 5
cui

cui regnum destinabatur, impensa probra[12]; quæ magis ipsi[13] odium, quam Aridæo contemptum adtulerunt: quippe dum miserentur, etiam favere
6 cœperunt[14]. Igitur *non alium se, quam eum, qui ad hanc spem genitus esset, regnare passuros* pertinaci adcla-
7 matione declarant, *vocarique Aridæum* jubent. Quem Meleager infestus invisusque Perdiccæ strenue perducit in regiam; & milites *Philippum* consalutatum[15], *Regem* adpellant. Cæterum hæc vulgi erat vox; principum alia sententia. E quibus Pithon consilium Perdiccæ exsequi cœpit, *tutoresque* destinat *filio ex Roxane futuro, Perdiccam, & Leonnatum stirpe regia genitos.* Adjecit, *ut in Europa Craterus & Antipater*[16] *res administrarent.* Tum jusjurandum a singulis[17] exactum, *futuros in potestate Regis geniti*

quam regias, fortia facta, sapientiam, industriam. Quid enim Aridæus unquam dignum regno, & imperio gessit, fecit, suasit, cogitavit? V. *Raderum.*

11. *Caligare* i. cœcutire, *nieț wel sien.* Plin. xx. 22. *Inunguntquoque scabras genas, aut caligantes oculos cum melle.* Noster x. 9. 4.

12. *Probra*, quæ forte I. *Maternæ sordes*, quas V. §. 2. II. *Valetudo major* i. morbus comitialis, *quam patiebatur.* V. Justin. XIII. 2. 11. *Vitiis quibusdam animi non sanandis adfectum* fuisse dicit Diod. XVIII. 2. *Mentis* fuisse *impotem* non *natura, sed casu* Plutarch. Alex. f. 257. qui illum addit, dum dicit: *verum quum ab ineunte ætate gratiosos admodum, & liberales mores significaret, datis ab Olympiade venenis debilitatus animi vires amiserat.*

13. *Ipsi* Pithoni.

14. *Dum miserentur, favere cœperunt*, quia ex commiseratione nasci solet *favor.* Tacit. Ann. XIV. 59. 5. *Magni nominis miseratione reperturum bonos*, ut ad hunc locum Taciti locum legendum esse putat *Freinshemium.*

15. *Consalutatum* i. nominatum. Justin. XIII. 3. 1. *Aridæum Alexandri fratrem Regem appellant, & nomine Philippi patris vocari jubent. In Philippi nomen adoptatum* dicit Diodor. XVIII. 2. V. IV. 1. 22. §. 84.

16. *Craterus & Antipater*, quia paulo ante interitum Babylonem *Antipatrum cum supplemento tyronum evocaverat in locum Crateri, qui veteranis dimissis præpositus jussus fuit præesse Macedonibus in Antipatri locum. Antipater* vero, *ubi de morte Regis, & satrapiarum divisione cognovit, in Europa subsitit.* V. *Justin.* XII. 12. 9. *Diod.* XVIII. 12.

17. *Singulis* n. principibus.

18. *Sup-*

niti Alexandro. Meleager haud injuria metu supplicii[18] territus, cum suis[19] secesserat. Rursus Philippum[20] trahens[21] secum inrupit regiam, clamitans, *Suffragari reipublicæ de novo Rege paulo ante*[22] *concepto: robur ætatis experirentur*[24]; *modo stirpem Philippi, & filium, ac fratrem Regum duorum*[25] *sibimetipsis potissimum crederent.* Nullum profundum ma-
10 re[26], nullum vastum fretum & procellosum tantos ciet fluctus, quantos multitudo motus habet. utique si nova & brevi duratura libertate luxuriat[27]. Pauci

18. *Supplicii*, ad quod a Perdicca hoste infensissimo, tutore futuri Regis destinato se trahendum sentiebat.

19. *Cum suis*, peditibus.

20. *Philippum* i. Aridæum, ut *n.* 12. x. 8. 16: 9. 18. V. §. 14.

21. *Trahens* i. vi adducens. Cic. pro Manil. *Ut non plures secum in eandem calamitatem trahant.* Noster IV. 10. 3.

22. *Paulo ante* V. x. 6. 9. §. 11.

23. *Concepto* ex Alexandro in Roxanes utero.

24. *Robur ætatis experirentur* i. potius *experimentum* tum corporis, tum animi, & virtutum Aridæi præsentes caperent. V. *Raderum.*

25. *Filium, ac fratrem duorum Regum* i. *filium, & fratrem*, Philippi & Alexandri Regum. Non enim *fratrem* referes ad duos Reges. V. *Raderum.*

26. *Nullum profundum mare*, &c. Elegans comparatio matis & populi, qui ingenium matis imitatur. Quo mare altius, & profundius, hoc majoribus fluctibus, nunc intumescentibus, nunc residentibus, agitatur, ut non immerito dixerit Naso Trist. I. 2. 19.

Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum!
Jam jam tacturos sidera summa putes.
Quantæ diducto subsidunt æquore valles!
Jam jam tacturas tartara nigra putes.

Talis quoque motus est furentis populi, cui ut adsuescerat Demosthenes, *ad fluctum declamare solitus est, ut fremitum voce vinceret*, ut de illo Cic. de Fin. V. qui pro Milon. non immerito *concionum fluctus* appellat: *Et quidem cæteras, inquit, tempestates & procellas in illis duntaxat concionum fluctibus semper putavi Miloni esse subeundas.* V. *Raderum & Calvin. in* Senec. de Clement.

27. *Luxuriat* i. *otio lascivit* ut explicat Liv. II. 52. *Excopia deinde, otioque lascivire rursus animi*; qui *otio luxuriare* dixerat I. 19. *Positis exterorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium, disciplinaque militaris continuerat.*

Pro-

12 Pauci Perdiccæ modo electo[28]; plures Philippo, quam speraverat, imperium dabant. Nec velle, nec nolle quidquam diu poterant; pœnitebatque modo consilii, modo pœnitentiæ[29] ipsius. Ad ultimum tamen in stirpem regiam inclinavere studiis. Cesserat[30] ex concione Aridæus principum
13 auctoritate conterritus; & abeunte illo conticuerat magis, quam languerat militaris favor[31]. Itaque revocatus vestem fratris, eam ipsam, quæ in sella
14 posita fuerat, induitur[32]. Et Meleager thorace sumpto capit arma, novique Regis satelles sequitur.

Proprie *luxuriare* dicuntur plantæ, quæ præ nimia alimenti ubertate, ramos & frondes justo plures emittunt. Plin. XVIII. 22. *Sunt qui in calidis serius seri jubeant, ne ante hyemem luxurient.*

28. *Modo electo* tutori, & regni administratori.

29. *Pœnitebat pœnitentiæ*, quia in rebus adversis nulli consilio acquiescit homo. Modum loquendi fere exprimit Tertullian. de pœnit. c. 5. *Qui per delictorum pœnitentiam instituerat domino satisfacere, diabolo per aliam pœnitentiæ pœnitentiam satisfaciet.* Eodem fere modo alicubi Augustin. in Confess.

30. *Cesserat* i. discesserat, abierat. Simplex pro composito. Cicer. Brut. 15. *Cedebas, Brute, cedebas, quoniam Stoici nostri negant fugere sapientis.*

31. *Favor* i. studium, voluntas. Flor. I. 9. 5. *Brutus vero favori civium velificatus est.* Ciceronis ætate vocabulum fuit novum: quod docere videtur Orat. pro Sext. *Qui rumore, & (ut ipsi loquuntur) favore populi tenetur, & ducitur*, & ad Brutum Epist. VIII. prodente Quintil. Instit. Orat. VIII. 3. *Et eum amorem, & eum, ut hoc verbo utar, favorem in consilium advocabo.* Ejus notio videtur nata in ludis, populo nunc huic, nunc illi histrionum acclamante. Unde Plaut. Amph. prol. v. 78.

Virtute ambire oportet, non favitoribus.

& Phædr. v. 6. 25.

Fit turba major: jam favor mentes tenet.

32. *Vestem fratris induitur*, ut n. ab omnibus ex veste illa Rex salutatus agnosceretur. Macedonum enim Reges suis *vestibus* a reliquis distinguebantur, antequam Alexander a natura sua descisceret. Arrian. IV. 255. *Neque hoc ullo modo probaverim, quod vestem Medicam pro Macedonica ac patria assumpserit, ut neque hoc, quod cidarim Persicam iis, quos prælio vicerat, ademptam cum eo ornatu, quem ipse olim victor gestare solebat, commutare non erubuerit.* Quæ vero, aut qualis hæc fuerit *vestis*, dicat, qui noverit. Noster IV. 4. 11. Ego ἐπέχω.

33. *Thorace*

tur[33]. Phalanx hastis clypeos quatiens, *expleturam*[34] *se sanguine illorum, qui adfectaverant nihil ad ipsos pertinens regnum*[35], minabatur. *in eadem domo familiaque imperii vires remansuras esse* gaudebant; *hereditarium imperium*[36] *stirpem regiam vindicaturam adsuetos se nomen ipsum colere, venerarique, nec quemquam id capere, nisi genitum, ut regnaret.* Igitur Perdicca territus, 16 *conclave*[37], *in quo Alexandri corpus jacebat, observari*[38] jubet. Sexcenti cum ipso erant, spectatæ virtutis: Ptole-

33. *Thorace sumpto novi Regis satelles sequitur*, ex officio procul dubio Regem primo die comitandi. Ita enim de eodem hoc Rege Justin. XIII. 3. 1. *Aridæum Alexandri fratrem Regem appellant, satellitesque illi ex turba sua legunt.* Et de Alexandro Arrian. I. 70. *Erat hic Alexander Heromenis & Arrhabæi frater, qui necis Philippi conscii fuerant. Et tum quidem in culpa quum esset, Alexander eum dimiserat, quod primus amicorum post Philippi obitum ad se venisset, & thorace indutus eum in regiam comitatus esset.*

34. *Expleturam* i. satiaturam, adeoque illos interfecturam. Tacit. Annal. IV. 25. 4. *Se quisque ultione & sanguine explebant*, quum *n.* 3. dixisset: *sed pecorum modo trahi, occidi, capi.*

35. *Illorum, qui affectaverant regnum* i. Perdiccæ, Leonnati, &, qui eos destinaverat filio Alexandri ex Roxane futuro tutores, Pithonis *n.* 8.

36. *Hereditarium imperium*, quia regia apud Macedonas potestas *hereditario* jure propagabatur. Justin. VII. 4. 3. *Per ordinem deinde successionis regnum Macedoniæ ad Amyntam fratris ejus Menelai filium pervenit. 2. 2. Senex moriens*, Perdicca, *Argæo filio monstravit locum quo condi vellet: ibique non sua tantum, sed & successentium sibi Regum ossa poni jussit, præfatus, quoad ibi conditæ posterorum reliquiæ forent, regnum in familia mansurum: credunque hac superstitione exstinctam in Alexandro stirpem, quia locum sepulturæ mutaverit.* Ordinem Macedoniæ Regum sibi succedentium exhibet *Eusebius.*

37. *Conclave* i. locum secretiorem in interioribus ædibus. Terent. Heaut. v. 1. 29.

Est mihi in ultimis conclave ædibus quoddam retro.

Festus: *Conclavia dicuntur loca, quæ una clave clauduntur.* Cicer. de Orat. II. *Hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse.* Quam historiam, sive fabulam dum narrant, *conclave* illud *triclinium* vocant *Valer. Max.* I. 8. 7. *ext. Phædr.* IV. 24. 28. *Quintil. Instit. Orat.* XI. 2.

38. *Observari* i. occludi. Flor. III. 6. 10. *Propontidis fauces sic obditis navibus, quasi portam observavit.* Noster IV. 4. 12. Qui & ideo *claustra perfregisse armatos* dicit n. 17. V. *Palmer. Spicil.* & ex illo *Freinshemium.*

Ptolemæus 39 quoque sē adjunxerat ei, puerorum-
17 que regia cohors. Cæterum haud difficulter a tot millibus armatorum claustra perfracta sunt. Et Rex quoque inruperat stipatus satellitum turba, quo-
18 rum princeps erat Meleager. Iratusque Perdicca, *hos, qui Alexandri corpus tueri vellent*, sevocat 40; sed, qui inruperant, eminus tela in ipsum jaciebant. multisque vulneratis, tandem seniores 41 demptis galeis 42, quo facilius nosci possent, precari, qui cum Perdicca erant, cœpere, *ut abstinerent bello*,
19 *Regique & pluribus cederent*. Primus Perdicca arma deposuit; cæterique idem fecere. Meleagro deinde suadente, *ne a corpore Alexandri discederent*; insidiis locum quæri 43 rati, diversa 44 regiæ parte ad Eu-
20 phratem fugam intendunt. Equitatus, qui ex nobilissimis juvenum constabat, Perdiccam & Leonnatum frequens sequebatur; placebatque *excedere*
22 *urbe, & tendere in campos*. Sed Perdicca ne pedites quidem sequuturos ipsum desperabat: itaque ne abducendo equites abrupisse a cætero exercitu videretur, in urbe substitit.

CAP.

39. *Ptolemæum* etiam, *Alexandro mortuo iis, qui ad Aridæum Philippi filium regnum universum referrent, restitisse, regnumque in plures dividendi auctorem in primis exstitisse* affirmat *in Atticis Pausanias*.

40. *Sevocat* i. nititur *sevocare* i. seorsim vocare. Cicero Philipp. *Quum occideretur Cæsar, te a Trebonio vidimus sevocari*. Putabat vero Perdicca Alexandri præsentis veneratione, & amore plerosque a Meleagro ad se transituros.

41. *Seniores* ex Meleagri agmine.

42. *Demptis galeis* i. nudatis capitibus. Quæ nudaverunt quoque Craterus in prælio, quo occisus est, & Sacrovir apud *Tacit. Annal.* III. 41. 4. V. *Freinshemium*.

43. *Insidiis locum quæri*, quia putabant, se certo loco, velut carceri, includi, ubi, quando inimicis libuisset, injuriæ opportuni forent. V. *Freinshemium*.

44. *Diversa* i. aversa, quam miles Meleagri non obsidebat. V. *Raderum*.

Jus

CAP. VIII.

ARGUMENTUM.

Perdiccam e medio tollere conatur Meleager, Babyloniæ campos occupat, & Babylonem fame premit Perdicca, ad quem de concordia depositis insignibus regiis, sed illa recipere jussus legatos mittit, & per illos, ut tertius dux sit Meleager, impetrat Rex Aridæus.

AT Meleager Regem monere non destitit, *jus* 1
imperii 1 *Perdiccæ morte sanciendum esse: ni occupetur impotens animus, res novaturum. Meminisse eum* 2, *quid de Rege meruisset* 3, *neminem autem ei satis fidum esse, quem metuat* 4. Rex patiebatur ma- 2
gis, quam adsentiebatur 5. Itaque Meleager 6 silentium pro imperio 7 habuit, misitque Regis nomine, qui Perdiccam arcesserent. iisdem mandatum, *ut*

Jus imperii i. imperii fundamentum. *Jura imperii* enim non sunt arcana imperii, sed horum στοιχεῖα atque fundamenta; quæ M. Tullius appellat *jura Majestatis*, Livius *jura summi imperii*, & *imperia Regiæ majestatis*, *jura Consulum*, *jura regni*. Tacitus *sacra regni*. Jcti *sacra sacrorum*, *sacra individua*, *Jura sublimia*. Noster X. 10. 4. V. *Clapmar. de jur. imper.* I. 10.

2. *Eum*, Perdiccam.

3. *Meruisset de Rege*, cui nunquam suffragio suo consultum voluit.

4. *Neminem ei satis fidum esse, quem metuat*. Ita v. 5. 12. *Nemo fideliter diligit, quem fastidit*. Minut. Fel. Octav. p. 31. *Naturale est enim & odisse, quem timeas, & quem metueris, infestare, si possis*.

5. *Patiebatur magis, quam adsentiebatur*, non tam consilio, quam ignavia, & imbecillitate animi, ut in ipsum quoque jure expetat Vitellianum elogium, *non jam imperator, sed tantum belli causa erat*. Tacit. Hist. III. 70. 8. Quantum diversus ab eo frater, qui *mori maluit, quam precario Rex esse*, IX. 2. 34. V. *Freinshemium*.

6. *Meleager*, *Attalo* hoc tribuit *Justin.* XIII. 3. 7.

7. *Silentium pro imperio* i. perinde quasi imperasset Rex, ad

ut occiderent, si venire dubitaret. Perdicca nunciato satellitum adventu, sexdecim omnino pueris regiæ cohortis comitatus in limine domus suæ constitit; castigatosque, & *Meleagri mancipia*[8] idemtidem adpellans, sic animi vultusque constantia terruit, ut 4 vix mentis compotes fugerent. Perdicca pueros *equos* jussit *conscendere*; & cum paucis amicorum ad Leonnatum[9] pervenit; jam firmiore præsidio vim 5 propulsaturus, si quis inferret. Postero die indigna res Macedonibus[10] videbatur, Perdiccam ad mortis periculum adductum[11], & Meleagri temerita- 6 tem armis ultum ire decreverant. atque ille[12] seditione provisa, quum Regem adiisset, interrogare eum cœpit[13], *an Perdiccam comprehendi ipse jussisset.* ille

quod tacuerat. Vulgo enim, qui tacet, consentire videtur, utique si posset contradicere: & sceIus facit, qui non prohibet sceIus.

8. *Meleagri mancipia*, Perdiccæ orationem fusiorem narrat nobis Justin. XIII. 3. 9. *Constantia Perdiccæ tanta fuit, ut ultro ad pedites veniret, & in concionem vocatos edoceret, quod facinus moliruntur: respicerent, contra quos arma sumpsissent: non illos Persas, sed Macedonas; non hostes, sed cives esse; plerosque etiam cognatos eorum, certe commilitones, eorundem castrorum ac periculorum socios: edituros deinde egregium hostibus suis spectaculum, ut quorum armis victos se doleant, eorum mutuis cædibus gaudeant, parentaturosque sanguine suo manibus hostium a se interfectorum.*

9. *Leonnatum*, qui in Babyloniæ campos se receperat, quum interim pedites se pellecturum quoque sperans Perdicca in urbe subsisteret, qui in illa Meleagri insidiis petitus, nunc ad Leonnatum & equites se recipit. V. *Freinshemium.*

10. *Macedonibus*, peditibus, qui indigne ferentes viri tam clari gravem casum, ut est vulgus mutabile subitis, conceptum paulo ante odium in commiserationem viri vertit, & præ se fert velle necem ejus ulcisci. V. *Freinshemium.*

11. *Adductum* i. deductum, ut VI. 8. 5. V. *Freinshemii Indicem.*

12. *Ille*, Meleager seditionem illam in rem suam erupturam prævidens. V. *Freinshemium.*

13. *Interrogare cœpit* coram militibus, sperans confitente Rege omnem invidiam omneque periculum posse declinari. Quo fere fine Tiberius apud Tacit. Ann. I. 8. 5. quærit ex Messala, *num e mandante eam sententiam dixisset?* ad invidiam, inquam, appetitæ dominationis evitandam,

ille, *Meleagri instinctu*[14] *se jussisse*, respondit. *Cæterum non debere tumultuari eos; Perdiccam enim vivere.* Igi- 7 tur concione dimissa Meleager equitum maxime defectione perterritus, inopsque consilii (quippe in ipsum periculum reciderat, quod inimico paulo ante intenderat) triduum fere consumpsit incerta consilia volvendo. Et pristina quidem regiæ species ma- 8 nebat. nam & legati gentium Regem adibant: & copiarum duces aderant: & vestibulum satellites armatique compleverant. Sed ingens sua sponte 9 mœstitia ultimæ desperationis index erat: suspectique invicem non adire propius, non conloqui, secretas cogitationes intra se quoque volventes, & ex comparatione Regis novi, desiderium excitabatur amissi[15]. *Ubi ille esset, cujus imperium, cujus auspi-* 10 *cium sequuti erant*, requirebant. *destitutos se inter infestas indomitasque gentes, expetituras tot cladium suarum pœnas, quandocumque oblata esset occasio.* His cogita- 11 tionibus animos exedebant, quum adnunciatur *equites, qui sub Perdicca essent, occupatis circa Babylonem campis, frumentum, quod in urbem invehebatur, retinuisse*[16]. Itaque inopia primum; deinde fames 12 esse cœpit; & qui in urbe erant, *aut reconciliandam gratiam cum Perdicca*; *aut armis certandum*[17] *esse* censebant.

dam, si ejus sententia alium auctorem, ipso confitente posset ostendere. V. *Freinshemium.*

14. *Instinctu* i. hortatu, impulsu. Tacit. Hist. I. 70. 2. *Instinctu decurionum Vitellio obstricti.* Noster III. 8. 15. X. 9. 16.

15. *Ex comparatione Regis novi, desiderium excitabatur amissi.* Sic apud Sueton. c. 6. *auxit gloriam, desideriumque defuncti* (Germanici) *etiam atrocitas insequentium temporum.* Plutarch. Artaxerx. extr. *Clemens habitus est, & popularium amans, præcipue ob filium Ochum, qui sævitia & atrocitate omnes superavit.* Tacit. Ann. XIV. 51. 3. *Civitati grande desiderium ejus mansit, per memoriam, & successorum alterius segnem innocentiam*, (quod adprime quadrat in Aridæum) *alterius flagrantissima flagitia & adulteria.* V. *Freinshemium.*

16. *Retinuisse*, aangehouden hadde.

17. *Armis certandum* i. pugnandum, quod auget rem, ut *armis dimicare* apud Nep. Milt. 1. 2. Ita Tacit. Hist. II. 47. 3.

sebant. Forte ita acciderat, ut, qui in agris erant, populationem villarum [18] vicorumque veriti, confugerent in urbem: oppidani, quum ipsos alimenta deficerent, urbe excederent: & utrique generi tutior aliena sedes, quam sua videretur [19]. Quorum consternationem Macedones veriti, in regiam coeunt; quæque ipsorum sententia esset, exponunt. Placebat autem, *legatos ad equites mitti de finienda discordia* [20], *armisque ponendis*. Igitur a Rege legatur [21] Pasas Thessalus, & Amissias Megalopolitanus, & Perilaus: qui quum mandata Regis edidissent [22]; *non aliter posituros arma equites; quam si Rex discordiæ auctores* [23] *dedidisset*, tulere responsum. His renunciatis sua sponte milites arma capiunt; quorum tumultu e regia Philippus excitus, *Nihil*, inquit, *seditione est opus, nam inter se certantium præmia, qui quieverint* [24], *occupabunt. Simul mementote rem esse cum civibus; quibus spem gratiæ cito abrumpere* [25] *ad bellum civile*

Et ut de principatu certaremus armis, &c. *Certare* enim pugnare est. Tacit. Hist. II. 50. 4. *Die, quo Bedriaci certabatur*, &c.

18. *Villarum* i. ædificiorum extra urbem, quæ non pecora modo, armentaque recipere possunt, sed etiam familiam, & fructus fundi. V. *Popm. de instrum. fund. p.* 5.

19. *Tutior aliena sedes, quam sua videretur*, uti apud Tacit. Ann. II. 17. 3. *duo hostium agmina diversa fuga, qui sylvam tenuerant, in aperta; qui campis adstiterant, in sylvam ruebant.*

20. *Discordia* i. dissensione. Tacit. Hist. IV. 50. 6. *Mox Ophensium Leptitanorumque discordias componit. discordia* definiente Cicer. Tusc. IV. *est ira acerbior, intimo odio, & corde concepta.*

21. *Legatur* i. *legatus* mittitur. Cic. pro Manil. *Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompejo expetenti.* Noster X. 8. 22. IV. 5. 11.

22. *Edidissent* i. proposuissent. Tacit. Ann. XV. 60. 6. *Tum ipsi cum Pompeja Paulina uxore, & amicis duobus epulanti mandata Imperatoris edidit.*

23. *Discordiæ auctores*, Meleagrum, &c.

24. *Quieverint* i. seditioni se non miscuerint, neutras partes sequuti fuerint. Talis *quietus* Nep. Pelop. IV. 1. *Epaminondas domi quietus fuit.* Et *quies* vocatur, qua quis neutri parti se applicat Nep. Attic. VII. 3. *Attici quies Cæsari fuit grata.*

25. *Abrumpere* i. præcidere. V. V. 4. 23. §. 53.

26. *Al-*

civile properantium est. Altera legatione an mitigari [26] *possint, experiamur: & credo nondum Regis corpore sepulto, ad præstanda ei justa omnes esse coituros. Quod ad* [19] *me adtinet, reddere hoc imperium malo; quam exercere civium sanguine: & si nulla alia concordiæ spes est, oro quæsoque, eligite potiorem.* Obortis deinde lachrymis [20] diadema detrahit capiti; dextram, qua id tenebat, protendens [27], ut, *si quis se digniorem profiteretur, acciperet.* Ingentem spem indolis ante eum diem fratris claritate suppressam, ea moderata excitavit oratio. itaque cuncti instare cœperunt, *ut, quæ agitasset, exsequi vellet.* Eosdem rursus legat petituros, [22] *ut Meleagrum tertium ducem* [28] *acciperent.* Haud ægre id impetratum est. nam & abducere Meleagrum Perdicca a Rege cupiebat; & unum duobus imparem [29] futurum esse censebat. Igitur Meleagro [23] cum phalange obviam egresso, Perdicca equitum turmas antecedens occurrit. Utrumque agmen salutatione facta coit; in perpetuum, ut arbitrabantur, concordia & pace firmata.

CAP.

26. *Altera legatione mitigare.* Hæc enim remedia semel, aut iterum, sed quandocunque res postulat, implorari debent. *Impatiens sensus est*, ait Cassiodor. Var. Epist. III. 4. *ad primam legationem protinus arma movere.* Nec Darius dubitavit tertia legatione Alexandri animum explorare. V. *Paschal. Legat. c.* 6.

27. *Protendens.* V. IV. 10. 34. §. 78.

28. *Tertium ducem*, duo enim erant Perdicca & Leonnatus.

29. *Imparem* i. non suffecturum, debiliorem fore. Flor. III. 10. 21. *quasi imparem se fateretur Oceanus.*

CAP. IX.

ARGUMENTUM.

Romanorum publicam felicitatem contemplatur & prædicat Curtius, exercitum suum patrio more lustrat Aridæus, sive Philippus, Meleagrum & ccc. fere, qui eum ex concione erumpentem sequuti fuerant, dolo opprimit Perdicca.

1 SEd jam fatis admovebantur [1] Macedonum gen-
2 ti bella civilia. Nam & insociabile [2] est regnum; & a pluribus expetebatur. Primum ergo conlegere vires; deinde disperserunt [3]: & quum pluribus corpus [4], quam capiebat, onerassent [5]; cætera membra [6] deficere cœperunt [7]: quodque

Admovebantur i. adpropinquabant. Ita *fatis* adscribere solebat antiquitas seditiones, discordias, bella civilia. Flor. IV. 2. 43. *Sic præcipitantibus fatis, prælio sumpta est Thessalia.* Tacit. Hist. IV. 72. 8. *Fato acta dicitans, quæ militum, ducumque discordia, vel fraude hostium evenissent.*

2. *Insociabile* i. quod socium non admittit. Tacit. Ann. XIII. 17. 1. *Antiquas fratrum discordias, & insociabile regnum existimantes.* Ennius apud Cicer. de Offic.

Nulla sancta societas, nec fides regni est.

Senec. Agamemn. II. 2. 34.

Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt.

Lucan. I. 93.

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
Impatiens consortis erit.

V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium*, *Clapmar. de arcan. imper.* II. 22. *Lipsi. Polit.* II. 2.

3. *Disperserunt* in plura regna seditionibus suis.

4. *Corpus* i. imperium, regnum. Metaphora.

5. *Pluribus, quam capiebat, onerassent* i. majus, quam commode regi posset, effecissent.

6. *Cætera membra* i. reliqui duces, qui, ut ad corpus membra, se ad imperium habebant.

7. *Deficere cœperunt* i. illi fulciendo non amplius sufficiebant, uti corpus supra modum onustum, obsumque redditum cætera membra amplius non sustinent. Petron. de mut. Reip. v. 90.

Ecquid

que imperium sub uno stare potuisset, dum a pluribus sustinetur [8], ruit. Proinde jure meritoque [9] po- 3
pulus Romanus, *salutem se Principi* [10] *suo debere*, profitetur, cui noctis [11], quam pene supremam habuimus [12], novum sidus inluxit [13]. Hujus hercule, 4
non Solis ortus, lucem caliganti reddidit mundo; quum sine suo capite discordia trepidarent [14]. Quot 5
ille tum exstinxit [15] faces [16]? quot condidit gladios? quantam tempestatem [17] subita serenitate [18] discussit?

Ecquid Romano sentis te ponderе victam?
Nec posse ulterius perituram extollere molem?
Ipsa suas vires odit Romana juventus,
Et, quas struxit opes, male sustinet.

Horat. Epod. XVI. 2.

Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Flor. III. 12. 6. *Quam eo magnitudinis crescere, ut viribus suis conficeretur.* V. *Freinshemium.*

8. *Dum a pluribus sustinetur, ruit*, vel arbitro D. Jesu apud Matth. XII. 25. *Omne regnum in se divisum desolabitur.*

9. *Jure meritoque* i. non injuria. Cic. Catil. III. *Deinde L. Flaccus, & C. Pomptinus prætores merito ac jure laudantur.*

10. *Principi* Vespasiano. V. *Rutgers. V. L.* I. 19. *Voss. de Histor. Græc. & Lat.* I. 28. Sententias illorum, qui hunc fuisse putant Julium, vel Augustum, vel Claudium, vel Trajanum, collegerunt *Rader. Prolus.* c. 1. & *Freinshem. Proleg.* c. 1.

11. *Nox* illa, *quam* Romani *pene supremam habuerunt, quaque novum sidus hoc illuxit*, est ea, qua Vespasianus Vitellium profligavit. Id enim prælium noctu commissum esse vel e tertio Historiarum C. Taciti constat. V. *Rutgersium.*

12. *Quam supremam habuimus.* Ita Liv. VI. 17. *Non obversatam esse memoriam noctis illius, quæ pene ultima atque æterna nomini Romano fuerit?*

13. *Sidus inluxit*, ut Senec. de Consol. ad Polyb. c. 32. *Sidus hoc, quod præcipitato in profundum, ac demerso in tenebras orbi refulsit, semper luceat.*

14. *Quum sine suo capite discordia membra trepidarent*, de Galba, Othone & Vitellio dicuntur. Sub illis enim, dum eorum quisque de principatu contendit, respublica sine certo capite fuit. Unde Sueton. Vespas. c. 1. eos motus non bella, velut sub legitimo principe, sed *rebellionem* vocat. V. *Rutgersium.*

15. *Exstinxit* i. oppressit, finivit. Cic. Fam. X. 23. *Quod Lepidum castigare non desiteram, ut exstingueret bellum.*

16. *Faces* i. bella civilia, *quæ omnia*, ut Plinii in præfatione verbis utar, *salutaris exortus Vespasiani principis abolevit.* V. *Rutgersium.*

17. *Tempestatem* i. tempora calamitosa, ærumnas Cic. Attic. X. 4. *Eaque ipsa tempestate*

sit? Non ergo revirescit[19] solum; sed etiam floret
6 imperium. Absit modo invidia, excipiet hujus sæculi tempora, ejusdem domus utinam perpetua,
7 certe diuturna posteritas[20]! Cæterum ut ad ordinem, a quo me contemplatio publicæ felicitatis averterat, redeam; Perdicca unicam spem salutis suæ in Meleagri morte deponebat: *vanum eumdem & infidum, celeriterque res novaturum, & sibi maxime in-*
8 *festum occupandum esse.* Sed alta dissimulatione consilium premebat; ut opprimeret incautum. Ergo clam quosdam ex copiis, quibus præerat, subornavit, *ut, quasi ignoraret ipse, conquererentur palam, Me-*
9 *leagrum æquatum esse*[21] *Perdiccæ.* Quorum sermone Meleager ad se relato, furens ira[22], Perdiccæ, quæ comperisset, exponit. Ille velut nova re exterritus, admirari, queri, dolentisque speciem ostentare ei cœpit; ad ultimum convenit, *ut comprehenderentur tam seditiosæ vocis auctores.* Agit Meleager 10 gratias, amplexusque Perdiccam, *fidem ejus in se, ac benevolentiam* conlaudat. Tum communi consilio 11 rationem opprimendi noxios ineunt. placet *exercitum patrio more lustrari*[23]. & probabilis causa videbatur præterita discordia. Macedonum Reges ita lu- 12 strare soliti erant milites[24], ut discissæ canis viscera ulti-

eversam esse rempublicam, quam ego quatuordecim annis ante prospexeram. V. III. 1. 2. §. 11.

18. *Serenitate* i. tempore jucundiori. Cicer. ad Herenn. IV. *Ita ut hirundines æstivo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt: ita falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt: simulatque hyemem fortunæ viderint, devolant omnes.*

19. *Revirescit* i. vires resumit Flor. Præf. n. 8. *Nisi quod sub Trajano principe movet lacertos, & præter spem omnium senectus imperii, quasi reddita juventute revirescit.* Proprie *revirescere* est denuo *virescere*, ad pristinam viriditatem reverti. Colum. II. 1. *Quum semel invasit senectus, regressum non habet, nec revirescere, nec repubescere potest. Reviruisse* vero rempublicam Romanam sub Vespasiano putat *Rutgersius*, quia per illum *tot Neronesi passa*, ut Vopiscus dicit, *caput extulit.* Vespasianus enim is est, qui post tot, ac tam immanes bellorum furias pacem & tranquillitatem orbi terrarum reddidit. Ejusque beneficii monumentum, & Augustum illud Pacis templum esse voluit, quod eum condidisse scribit Suetonius, & omnis generis nummos, quibus hodieque PACI ORB. TER. inscriptum legitur.

20. *Diuturna posteritas.* Ea dici potuere Vespasiano, non parenti modo, sed jam avo. Sane similis Curtiano isti est locus Silii Italici III. 625. ubi Jupiter sic Vespasiani hujus filium compellat:

Tunc, o nate Deum, divosque dature, beatas
Imperio terras patrio rege, tarda senectam
Hospitia excipient cœli, solioque Quirinus
Concedet, mediumque parens fraterque locabunt.
Siderei juxta radiabunt tempora nati.

Clare Domitianum, non divi modo filium appellat; sed etiam divos daturum ait. V. *Vossium* & ex illo *Freinshemium.*

21. *Æquatum esse* honore, gratia, potentia, cum ante prope fuerit e grege, Perdicca vero e stirpe regia oriundus semper proximum apud Alexandrum locum tenuerit. V. *Raderum.*

22. *Furens ira* i. præ ira a furioso non differens. Ita *furentem audacia L. Catilinam* dicit *Cicer. Catil.* II.

23. *Lustrari* i. purgari, expiari. Serv. Aen. III. 279. *Lustramur i. purgamur, ut Jovi sacra faciamus. Aut certe lustramur i. expiamur. Piaculum enim commissum fuerat tauro in Thracia immolato.* Non. IV. 277. *Lustrare, expiare. Virgil. Ecl.* V. 75.

Et cum solennia vota
Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus agros.

Lucil. Satyr. II. *Lustratus, piatus.* Liv. XL. 13. *Ego, etiamsi quid ante admisissem piaculo dignum, lustratus & expiatus sacro.* V. & *Lomejer. de Lustration. c.* I.

24. *Milites ita lustrare soliti*, quod describit Liv. XL. 6. *Forte lustrandi exercitus venit tempus, cujus solenne est tale: caput mediæ canis præcisæ, & prior pars ad dexteram cum extis, posterior ad lævam viæ ponitur. Inter hanc divisam hostiam copiæ armatæ traducuntur. Præferuntur primo agmini arma insignia omnium ab ultima origine Macedoniæ Regum. Deinde Rex ipse cum liberis sequitur. Proxima est regia cohors, custodesque corporis. Postremum agmen Macedonum cætera multitudo claudit.* & 13. *Volui interdiu eum potesse lustrationem, quum concurrimus, & quidem, si Diis placet, lustrationum die occidere. Quis dies? qualis? quo lustratus exercitus, qui inter divisam victimam prælatis omnium, qui unquam fuere, Macedoniæ Regum armis regiis, duo soli tua tegentes latera, pater, prævecti sumus, & secutum est Macedonum agmen.* Fiebat hæc *lustratio* a. d. VIII. mensis Xanthici, qui nostro Aprili respondet. Hesych. p. 674. Ξανθικὰ, ἑορτὴ Μακεδόνων. Ξανθικὸς μὴν ὁ ἀγόμενος. Ἐστὶ δὲ καθάρσιον τῶν στρατευμάτων. V. *Meurs. Græc. Feriat. p.* 215. ex illo *Raderum Freinshemiumque* & *Lomejer. de Lustrat. c.* 31.

21. *Ulti-*

ultimo in campo [25], in quem deduceretur exercitus, ab utraque abjicerentur parte: intra id spatium armati
13 omnes starent, hinc equites, illinc phalanx. Itaque eo die, quem huic sacro destinaverant, Rex cum equitibus elephantisque constiterat contra pedites [26],
14 queis Meleager præerat. Jam equestre agmen movebatur, & pedites subita formidine ob recentem discordiam, haud sane pacati [27] quidquam exspectantes, parumper addubitavere [28], *an in urbem subducerent* [29]
15 *copias?* quippe pro equitibus planities erat. Cæterum veriti, ne temere commilitonum fidem damnarent; substitere, præparatis ad dimicandum animis, si quis vim inferret. Jam agmina coibant, parvumque intervallum erat, quod aciem utram-
16 que divideret. Itaque Rex cum una ala obequitare peditibus cœpit, *discordiæ auctores* [30], quos tueri ipse debebat, instinctu Perdiccæ *ad supplicia* deposcens: minabaturque, *omnes turmas cum elephantis inducturum*
17 *se in recusantes.* Stupebant improviso [31] malo pedites: nec plus in ipso Meleagro erat aut consilii, aut animi. tutissimum ex præsentibus videbatur, ex-
18 spectare potius, quam movere fortunam. Tum Perdicca, ut torpentes & obnoxios [32] vidit; trecentos

25. *Ultimo campo* i. extremis campi partibus; quia enim exercitus totus collocandus erat intra metas viscerum discissæ canis, partes illæ præcisæ utrinque in ultimis campi illius, in quo lustrabatur exercitus partibus, sive margine ponebatur. V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

26. *Contra pedites*, quod jam suspectum fuit phalangi, quia contra morem receptum, quem V. §. 24.

27. *Pacati* i. reconciliati, quieti. Cicer. VII. Phil. *Huic tali viro poterine pacatus esse Antonius.* Liv. II. 27. *Nec pacatum respondum arma inferentibus dare.*

28. *Addubitavere* i. dubitavere. Cic. Fam. VI. 6. *Habes augurium meum, quo si quid addubitarem*, &c.

29. *Subducerent* i. sensim discedere juberent. Salust. Catil. c. 59. *Præterea ex gregariis militibus optime quemque armatum in primam aciem subducit.* Animadvertebant enim non ludicram decursionem, sed seriam imminere pugnam.

30. *Discordiæ auctores*, pedites n. 17.

31. *Improviso*, quia dilapsi in medios hostes, quos amicos putabant. V. *Raderum.*

32. *Obnoxios* n. metui, ob diffidentiam sui: & propterea aliorum conatibus, audaciæque patentes. IV. 8. 15. V. *Freinshemii Indicem.*

33. *Ejus, quem fecerat Regem* i. Aridæi, sive Philippi.

34. *Abutentes nomine in perniciem suam* i. molientes, struentes exitium sub nominis regii invidia. *Nomen* enim sæpius regium Rex, sed alter vim obtinet. Tacit. Ann. VI. 43. 4. *Tum Hiero pueritiam Tiridatis increpat; neque penes Arsacidem imperium, sed inane nomen apud imbellem externa mollitia, vim in Abdagesis domo.*

35. *Ne loci quidem religione defensus*, quia nihil sacrum, aut religiosum impiis. Sic apud Virg. Aen. II. 560. Pyrrhus Priamum,

altaria ad ipsa trementem
Traxit, & in medio lapsantem sanguine nati
Implicuitque comam læva, dextraque coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.

V. *Raderum* & ex illo *Freinshemium.*

36. *Occiditur.* Diodor. XVIII. 4. *Tum Perdicca turbulentos in exercitu milites, & maxime adversantes numero triginta necavit. Post etiam Meleagrum, qui in seditione legationem obiens, proditor fuerat, privatæ calumniæ, & criminationis occasione, quasi insidias illi struxisset, capite multavit.*

tos fere, qui Meleagrum erumpentem ex concione, quæ prima habita est post mortem Alexandri, sequuti erant, a cæteris discretos, elephantis in conspectu totius exercitus objicit; omnesque belluarum pedibus obtriti sunt, nec prohibente Philippo, nec auctore. adparebatque id modo pro suo vindica- 19
turum, quod adprobasset eventus. Hoc bellorum civilium Macedonibus & omen & principium fuit. Meleager sero intellecta fraude Perdiccæ, tum qui- 20
dem, quia ipsius corpori vis non adferebatur, in agmine quietus stetit: at mox, damnata spe salutis, 21
quum ejus nomine, quem ipse fecerat Regem [33], in perniciem suam abutentes [34] videret inimicos; confugit in templum: ac, ne loci quidem religione defensus [35], occiditur [36].

CAP.

CAP. X.

ARGUMENTUM.

Alexandri imperium copiarum ducibus dividit Perdicca, corpus curatum Memphim, & paucis post annis Alexandriam transferri cura Ptolomæus.

1 PErdicca, perducto in urbem exercitu, consilium principum virorum habuit, in quo *imperium ita dividi* [1] *placuit, ut Rex quidem summam ejus obtineret; satrapes Ptolemæus Aegypti & Africæ gen-*
2 *tium, quæ in ditione erant. Laomedonti Syria cum Phœnice* data est: *Philotæ* [2] *Cilicia* destinata: *Lyciam cum Pamphylia & majore Phrygia obtinere* jussus *Antigonus:*
3 *In Cariam Cassander; Menander in Lydiam missi. Phrygiam minorem Hellesponto adjunctam Leonnati provinciam*
4 *esse* jusserunt. *Cappadocia Eumeni cum Paphlagonia* cessit. Præceptum est, *ut regionem eam usque ad Trapezunta* [3] *defenderet, bellum cum Arbate* [4] *gereret.* solus

Imperium dividunt quoque Diodor. XVIII. 3. *Justin.* XIII. 4. 10-23. *Arrian. apud Photium p.* 85. *Dixipp. apud Photium p.* 116. *Oros.* III. 20. V. &, qui horum divisiones fusius, quam ut chartæ hujus, & propositi nostri ratio addmittere videntur, explicant, *Raderum, Freinshemium* & *Loccenium.*

2. *Philotæ* forte Angæo, de quo V. 2. 5.

3. Trapezus *oppidum est Cappadociæ liberum, vasto monte clausum.* V. *Plin.* VI. 4. *Insulam esse, & continere oppida non obscura* dicit *Marcellin.* XXII. 230. V. & *Strab.* XII. 182.

4. *Arbate*, quem *Ariarathen* vocant *Justin.* XIII. 6. 1. *Plutarch. Eum. f. m.* 184. *Diodor.* XVIII. 16. qui hanc belli causam adfert. *Sub id tempus Perdicca in Ariarathen Cappadociæ regulum expeditionem suscepit. Hic Macedonum imperium non agnoscebat, ab Alexandro certaminibus cum Dario, variisque negotiis distracto præteritus, & dominatum Cappadociæ ad longum tempus quiete retinebat. Cum quo prælio commisso, Perdicca acie victor quatuor millia interfecit, & supra sex millia vivos in potestatem accepit, inter quos ipse etiam Ariarathes fuit. Hunc, omnesque propinquos excarnificatos in crucem egit. Victis autem incolumitate concessa, postquam res in Cappadocia constituisset, satrapiam Eumeni Cardiano, prout in partitione destinatum erat, gubernandam tradit.* Unde *Cappadociam Eumeni* illo *tempore* potius *dictam* i. decretam, destinatam, quam *datam* dicit *Nep. Eum.* II. 2.

lus hic detrectabat imperium. *Pithon Mediam, Lysimachus Thraciam, adpositasque Thraciæ Ponticas gentes obtinere* jussi. *Qui Indiæ, quique Bactris & Sogdianis, cæterisque aut Oceani aut rubri maris accolis præerant, quibus quisque finibus habuisset, imperii etiam jus obtineret.* Decretum est, *ut Perdicca cum Rege esset, copiisque præesset, quæ Regem sequebantur.* Credidere 6 quidam, *testamento Alexandri distributas esse provincias*; sed famam ejus rei, quanquam ab Auctoribus tradita est [5], vanam fuisse comperimus. Et quidem suas 7 quisque opes divisis imperii partibus tuebantur, quas ipsi fundaverant [6], si unquam adversus immodicas cupiditates terminus staret [7]. Quippe paulo ante 8 Regis

Ab Auctoribus tradita est; *tradit* hoc minimum scriptor Macbæor. I. 6. 7. *Postea vero decidens in lectum, quum adgnoscet se in morte esse, arcessivit administros suos glorioso, qui una cum ipso fuerant educati a pueritia, & divisit illis regnum suum, quum adhuc viveret.* Negat vero ipse Alexander apud Lucian. Tom. I. p. 292. *Sed dic mihi, cuinam tam ingens imperium moriens reliquisti?* Alex. *Id equidem ignoro, Diogenes: celerius enim e vita submovebar, quam ut esset otium de illo quicquam statuendi, præter id unum, quod moriens Perdiccæ annulum tradidi. Auctoribus* i. historicis. Tacit. Hist. I. 1. 2. *Nam post conditam urbem* DCC. & XX. *prioris ævi annos multi Auctores retulerunt.* Et *auctorem esse* i. scripsisse Sueton. Jul. c. 6. *Curio, sed & M. Actorius Naso auctores sunt.*

6. *Fundaverant*, quod perquam honeste & perdiserte Ciceronis imitatione scripsit Curtius. Nam Cicero pro Rabirio eodem modo dixit *opes fundatas.* Sic autem eas dici intelligo, quæ firmæ stabilesque sunt, non tantum a *fundamentorum* firmitate notione ducta: sed etiam a *fundo* & solo. Certissimæ enim illæ facultates sunt, quæ in *fundis* constitutæ sunt: non item quæ in nummis, aut rebus moventibus, non in rebus soli. Hinc & illud Flacci Epist. I. 15. 46.

Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

i. in fundis, & villis posita, & constituta. V. *Turneb.* XXVII. 16.

7. *Si adversus cupiditates terminus staret.* Tacit. Ann. XII. 47. 7. *Illi cupido regni fratre & filia potior, animusque sceleribus paratus.* XV. 53. 5. *Nisi se cupido dominandi cunctis adfectibus*

Regis ministri, specie imperii alieni procurandi [8]; singuli ingentia invaserant regna; sublatis certaminum causis, quum & omnes ejusdem gentis essent; & a cæteris sui quisque imperii regione discreti. Sed 9 difficile erat eo contentos esse; quod obtulerat occasio: quippe sordent prima quæque, quum majora sperantur. Itaque omnibus expeditius videbatur augere regna; quam fuisset accipere [9]. Septimus 10 dies [10] erat, ex quo corpus Regis jacebat in solio; curis omnium [11] ad formandum [12] publicum statum [13] a tam solenni munere aversis. Et non aliis, 11 quam Mesopotamiæ regione, fervidior æstus existit, adeo ut pleraque animalia, quæ in nudo solo deprehendit, exstinguat; tantus est vapor Solis & cœli, quo

bus flagrantior est. Senec. Thebaid. IV. 221.

Pro regno velim
Patriam, penates, conjugem
flammis dare.
Imperia pretio quolibet constant bene.

8. *Procurandi* i. administrandi. Cælius apud Cicer. Fam. VIII. 4. *Quo modo regnum illud se habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas.*

9. *Expeditius augere, quam accipere.* Senec. Epist. 101. *Ex tenui principio se ipse promoverat, & jam illi declivis erat cursus ad cætera: facilius enim crescit dignitas, quam incipit.*

10. *Septimus dies.* Aelian. Var. Hist. XII. 64. *Ille triginta diebus inhumatus, carensque sepulcro relictus est.* Biennium extractum fuisse patet ex Diod. XVIII. 28. *Atque sic Arrhidæus biennio in operis structura consumpto, corpus Regis e Babylone in Aegyptum deportavit.* Olympiadis ea super re luctum exponit Aelian. Var. Hist. XIII. 30. *Olympias Alexandri mater quum audivisset, longo jam tempore filium sepulcro carere, graviter ingemiscens, atque acerbissime plorans: O fili, inquit, tu vero quum inter cœlites locari volueris, & id perficere summo studio conatus sis, nunc neque illorum quidem, quorum omnibus mortalibus æquale & par jus est, particeps fieri potes, terræ sepulturæque.* V. Freinshemium.

11. *Curis omnium ad formandum publicum statum aversis.* Lucian. com. I. 293. *Ptolemæus ille fatelles meus, si quando detur otium ab his rerum tumultibus, qui nunc instant, pollicetur in Aegyptum deportaturum me, atque inibi sepulturum.* Aelian. Var. Hist. XII. 64. *Dumque ejus præfecti de regno per seditiones contenderent, ipse sepulturæ expers manebat.*

12. *Formandum.* V. III. 1. 1. §. 8.

13. *Statum publicum* i. reipublicæ constitutionem. V. Freinshemii Indicem.

14. *Fon-*

quo cuncta, velut igne, torrentur. Fontes [14] aquarum & rari sunt; & incolentium fraude celantur: ipsis usus patet; ignotus est advenis. Ut tandem 12 curare [15] corpus exanimum amicis vacavit; nulla tabe [16], ne minimo quidem livore [17] corruptum videre,

14. *Fontes rari.* Strab. XVI. 515. *Mesopotamiæ partes ad meridiem vergentes, & a montibus remotas, siccas & steriles Arabes Scenitæ incolunt.*

15. *Curandorum* | cadaverum modum describit Herod. II. 168. *Ante omnia incurvo ferro cerebrum per nares educunt, ut quamque partem educentes, ita locum ejus medicamentis implentes. Deinde acutissimo lapide Aethiopico circa ilia conscindunt, atque illuc omnem alvum protrahunt: quam ubi repurgarunt, ac vino palmeo eluerunt, rursus odoribus contusis proluunt: tum alvum complentes contusa myrrha pura, & casia, & aliis (excepto thure) odoribus, iterum consuunt. Ubi hæc fecere, saliunt nitro abditum septuaginta dies, nam diutius salire non licet. Exactis septuaginta diebus cadaver ubi abluerunt, fasciis byssinis totum incisis loris involvunt, gummi illinentes: quo Aegyptii glutinis loco plerumque utuntur. Eo deinde recepto, propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in quam mox inferunt mortuum, inclusumque ita reponunt.*

16. *Tabe* exulceratione. *Tabes* est morbus, quo pulmones exulcerantur, & universum corpus sensim colliquatur, *de teeringe.* Serv. Aen. VI. 442. *Tabe, corpore desluente paulatim.* Liv. VII. 22. *Cujus lentæ velut tabis senio vitia utriusque pertinacia populi est: & tabuisse corpora* lanigeri gregis, quæ gravissima, quam describit, pestilentia ursserat, dicit Ovid. Metam. VII. 541.

Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros
Sponte sua lanæque cadunt, & corpora tabent.

De hoc morbo, ejusque speciebus plura *Cels.* III. 2. Proprie nihil aliud est, quam liquefactio. Unde *tabidam nivem* dicit Liv. XXI. 36. quæ liquescit, & *humorem calore tabescentem* Cic. N. D. II. Metaphoram explicat ipse Ovid. Pont. I. 1. 67.

Nil igitur mirum, si mens mihi tabida facta
De nive manantis more liquescit aquæ.

Contrarium asserit tamen apud Lucian. III. 41. Philippus ejus pater: *Potissimum ubi Dei istius cadaver porrectum jacere, turgidum sane, & juxta aliorum corporum morem contactu suo omnia labefactans adspexerit.* Hoc vero videtur confictum ab illis, qui opinionem de veneno illi dato sublatam vellent.

17. *Livor* est color illorum, quorum corpora fuste, aliove duro ictu illato, sine acie ferri contunduntur, *blondigheyt.* Colum. XII. 47. *Quia hæc candidior est oliva, quam ea, quæ contusione livorem contrahit.* Illum vero ut plurimum ducunt cadavera. Cic. ad Herenn. II. *Si tumore aut livore decoloratum est corpus mortui,* utique veneno interemptorum Sueton. Calig. c. 2. *Antiochiæ obiit non sine veneni suspicione. Nam præter livores, qui toto corpore erant,* &c.

dere, qui intraverant. vigor[18] quoque, qui con-
13 stat ex spiritu, non destituerat vultum. Itaque *Aegyptii*[19], *Chaldæique jussi corpus suo more curare*, primo non sunt ausi admovere, velut spiranti, manus: deinde precati, *ut jus fasque esset mortalibus adtrectare*[20] *eum*; purgavere corpus[21], repletumque est odoribus[22] aureum[23] solium, & capiti adjecta for-
14 tunæ ejus insignia[24]. *Veneno necatum esse*[25] credidere plerique: *filium Antipatri inter ministros*[26] *Iollam*[27] *nomine*

18. *Vigor*, nam alioqui spiritu excedente e corpore, statim expalluisset corpus, vultus horret, artus obrigescunt. V. *Raderum.*

19. *Aegyptii*, quorum hoc fuit inventum. Tacit. Hist. v. 5. 7. *Corpora condere, quam cremare, more Aegyptio.* Unde in corporibus condendis *maxime Aegyptiorum curam præcelluisse* ait *Augustin. in Genesim*: illisque *morem esse cadavera asservare medicata* dicit *Plin.* xi. 37.

20. *Adtrectare* i. manibus tractare, tangere. Liv. v. 22. *Religiose admoventes manus, quod id signum more Etrusco, nisi certæ gentis sacerdos, adtrectare non esset solitus.*

21. *Purgavere corpus* i. corporis intestina abstulere. Terent. Adelph. III. 3. 22.

Pisces cæteros purga Dromo.

22. *Repletum est odoribus solium.* Diodor. XVIII. 26. *Principio cadaveri loculus mallei ductura ita fabricatus erat, ut probe quadraret, quem usque ad medium aromatis, quæ & fragrantiam & durationem cadaveri præbere, referserant.* Flor. IV. 11. 11. *In disserto odoribus solio juxta suum se collocavit Antonium.* V. *Freinshemium.*

23. *Aureum*, ex more Persarum. Hoc vero sublegit Ptolemæus Coccos substituto vitreo apud Strab. XVII. 591. *Quod adhuc ibi jacet, sed nequam in eodem alveolo. Nam qui nunc vitreus est, prius aureus erat. Coccos enim, cui cognomento fuit Ptolemæus arcessitus illum rapuit ex Syria profectus.* V. *Freinshemium*, & *Loccenium.*

24. *Fortunæ ejus insignia.* Diod. XVIII. 26. *Supra hoc circumjecta erat chlamys punicea perquam decora, & auro variegata, juxta quam arma defuncti posuerant, eo consilio, ut speciem illam totam rebus ab eo gestis accommodarent.*

25. *Veneno necatum esse* credidere *Justin.* XII. 14. 6. *Ovid. in Ibin* II. 297. *Suidas. Plin.* XXX. 16. *Vitruv.* VIII. 3. *Nonnulli apud Diodor.* XVII. 118: *Plutarch. c.* 129. *Tacit.* II. 73. 2. *Arrian.* VII. 5. *Bassianus Caracalla apud Dionem. Jornand. de reb. Get. c.* 10. *Aelian. Hist. anim.* V. 29. *Oros.* III. 20. *Plutarch. de invidia c.* 5. *Constantinus Manasses. Dio Chrysostomus de fort. Orat.* 74. V. *Freinshemium* & *Popmam.*

26. *Inter ministros*, qui n. Alexandro fuerunt a poculis. *Diodor.* XVII. 118. *Arrian.* VII. 501. *Justin.* XII. 14. 9.

27. *Jollam* pertulisse dicit & *Vitruvius*, quem *minorem Cassandri fratrem* appellat, *eique ab Alexandro paulo ante ejus mortem acerbi aliquid accidisse* vult *Arrianus.* Unde *sexto post anno Olympias cæsis compluribus, Jollæ præmortui cineres dissipasse traditur, quod is venenum temperasse crederetur*, ut addunt Plutarchus & Diodor. XIX. 11. Philippum *Jollæ* addit *Justinus.* A Cassandro illi traditum fuisse scribit Val. Max. l. 7. 2. ext. *Alexander Cassandri pestiferam sibi dexteram somnio prius cognovit, quam exitu sensit: existimavit enim ab illo se interfici, quum eum nunquam vidisset. Interposito deinde tempore, postquam in conspectum venisset, nocturni metus patefacta imagine, ut Antipatri filium esse cognovit, adjecto versu Græco, qui fidem somniorum elevat, præparati jam adversus caput suum veneficii, quo occidisse Cassandri manu creditur, suspicionem animo repulit. Filium* nomine neglecto memorat *Diodorus.*

28. Dedisse, *in aqua frigida dum haberent, prægustatæ potioni supermissum.* V. *Justinum* & *Nostrum n.* 17.

29. *Antipatrum*, quem ab Aristotele edoctum fuisse scribit Plutarch. Alex. f. 257. *Quidam Aristotelem perhibent ejus facinoris consilium Antipatro dedisse, & omnino illius afferendi veneni auctorem exstitisse, Alexandrum ob Callisthenis necem metuentem.* V. *Arrian.* VII. 500. & quidem *magna Aristotelis infamia.* V. *Plin.* XXX. 16.

30. *Regium fastigium.* Arrian. VII. 467. *Olympias incusabat Antipatrum, ut insolentem, ex imperio, & popularium observantia, neque jam amplius meminisse ejus, a quo tantam potestatem accepisset: sed dignum se judicare, qui inter Macedones & Græcos primas obineat. Atqui Alexandri fides magis in eam partem inclinabat, quæ ad Antipatri calumniam pertinebat, utpote quod regno magis extimescendum erat.*

31. *Spartanæ victoriæ*, quam V. VI. 1. 18.

32. *Eum*, Antipatrum.

33. *In Macedonia* illum liquorem scaturire memoriæ, uti opinor, lapsu dicit Curtius. Ab illo enim maxima pars Auctorum dissentit, qui ex petra quadam prærupta in Arcadia juxta Nonacrin civitatem exstillare scribunt. Vitruv. VIII. 3. *Est in Arcadia Nonacris nominata terræ regio, quæ habet in montibus e saxo stillantes frigidissimos humores.* Plutarch. Alex. f. 257. *Venenum autem hoc*

nomine patris jussu dedisse[28]. Sæpe certe audita erat vox Alexandri, *Antipatrum*[29] *regium adfectare fastigium*[30]; *majoremque esse præfecti opibus, ac titulo Spartanæ victoriæ*[31] *inflatum, omnia a se data adserentem sibi.* Credebant etiam, *Craterum cum veterum militum manu* 15
ad interficiendum eum[32] *missum.* Vim autem veneni, quod in Macedonia[33] gignitur, talem esse constat, ut

ut ferrum [34] quoque exurat [35], ungulæ [36] jumenti [37] duntaxat patiens. *Stygem* [38] adpellant fontem, ex

17 *frigidam quandam & congelascentem aquam e petra quadam Nonacridis manantem fuisse, quam in roris tenuissimi morem excipientes*, &c. Plin. II. 103. *Juxta Nonacrim Arcadiæ Styx, nec odore differens, nec colore, epota illico necat.* Pausan. in Arcad. p. 212. *Aqua sane illa, quæ ex prærupta rupe ad Nonacrim Arcadum oppidulum, cui nomen Lycaonis filia dederat, guttatim in præcelsum saxum cadit, inde permeato saxo in Crathin fluvium delabitur, mortifera illa quidem est cum homini, tum cuivis alii animantium generi.* Potest tamen fieri, ut & Curtius hac in re suos sit Auctores sequutus. Nam & in Thessalia, quæ olim *Macedoniæ* etiam est adtributa, certe illi vicina Senec. N. Q. III. 25. hujusmodi quoque venenatam aquam fuisse commemorat. *Est*, inquit, *noxia aqua in Thessalia circa Tempe, quam & feræ, & pecus omne devitat: per ferrum & es exit: tanta vis illi inest, etiam dura molliendi: nec arbusta quidem ulla alit, & herbas necat.* De hac itaque sensisse videtur Curtius. V. *Loens. Misc. Epiphyll.* III. 10. *Leopard. Emend.* IV. 8.

34. *Ferrum* non tantum, sed quamvis aliam materiam. Plin. XXX. 16. *Neque ullam aliam materiam repertam, quæ non perroderetur a veneno Stygis aquæ; quum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret.* Justin. XII. 14. 7. *Cujus veneni tanta vis fuit, ut non ære, non ferro, non testa contineretur.* Pausanias: *Accedit & aliud ejus aquæ miraculum. Vasa, & pocula omnia, sive vitrea, sive crystallina, sive myrrhina, sive e lapide, aut testa sint fictili, aquæ illius vi franguntur: quin etiam cornea & ossea vasa, ferrum item, æs, plumbum, stannum, argentum, & electrum ea aqua infusa solvuntur. Ipsum quoque aurum, quod neque situ, neque rubigine vitiari, & Lesbia poetria testatur, & res ipsa indicio est, aquæ tamen hujus virus non sustinet.*

35. *Exurere* dicit Curtius hoc venenum; sed *ob vim frigoris* corrumpi. Plutarchus: *Nullum cæterorum vasorum eum liquorem perferre, quin ob tanti vim frigoris ilia diffundantur, & dissipentur.*

36. *Ungulæ*, sed *cornu asini Scythici*, Aelian. de anim. X. 40. *In Scythia asini cornibus præditi nascuntur, quorum cornua Arcadiæ fluminis Stygis aquam continent, quæ transmittit vasa omnia, etiamsi sint ex ferro. Hæc cornua a Sopatro adportata fuisse ajunt Alexandro Macedoni, & illum admiratum misisse Delphos, ut dedicarentur Pythio, cum hisce carminibus:*

Hoc tibi Alexander Macedo mirabile cornu
Dedicat, o Pæan, ex asino Scythico,
Illæsum quod aquam Stygis est potet claudere solum,
Invictamque alias vincere vim laticis.

37. *Jumenti ungulam* dicit, & rem in medio relinquit Curtius; sed asini Plutarch. Alex. f. 257. &

ex quo pestiferum [39] virus emanat. *Hoc per Cassandrum adlatum, traditumque fratri Jollæ, & ab eo supremæ Regis potioni inditum.* Hæc, utcumque sunt tradita, eorum, quos rumor adsperserat [40], mox potentia exstinxit [41]. Regnum enim Macedoniæ Antipater; & Græciam quoque invasit [42]. Suboles [43] deinde excepit [44]; interfectis omnibus, quicumque Alexandrum etiam longinqua cognatione contigerant [45]. Cæterum corpus ejus a Ptolemæo [46], cui Aegyptus

18 19

& de prim. frigid. c. 25. *equi* Justinus & Pausanias, *mulæ ungulam* Arrianus, Plinius, & Vitruvius fuisse volunt.

38. *Stygem.* Pausanias: *Ex ea aqua stillatim desluit, quam Stygis aquam Græci nuncupant.* Vitruvius: *Hæc autem aqua σύγος ὕδωρ* nominatur.

39. *Pestiferum* i. pestem i. mortem adferens. *Pestis* est, quicquid noxium est & letale. V. IV. 3. 26. §. 99. hinc *pestiferum* omne id, quod mortem, aut exitium adfert. Ita *viperam pestiferam* de aruspicio resp. *pestiferum bellum* ad Attic. VIII. 22. *pestiferum tribunatum* pro domo dicit *Cicero.*

40. *Adsperserat* n. suspicione, aut infamia criminis. Eleganter dictum. Ita Cicer. pro Cœl. *Istius facti non modo suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus.* V. *Freinshemii Indicem.*

41. *Eorum potentia exstinxit.* Diod. XVII. 118. *Sed quia summa ejus* Antipatri *in Europa post Alexandri obitum fuit potentia, & Cassander in regno successit, plerosque scriptores, veneni mentionem in monumentis suis facere non fuisse ausos.* V. & *Justin.* XII. 13. 10.

42. *Invasisse* Macedoniam & Græciam Curtius dicit Antipatrum, quem in provinciarum partitione utrique ab Aridæo & Perdicca præpositum fuisse dicunt *Diod.* XVIII. 3. & *Justin.* XIII. 4. 5.

43. *Suboles* n. Antipatri, i. Cassander.

44. *Deinde excepit*, postquam Macedoniæ regno post Alexandrum potitus esset sex annis, & sex mensibus Aridæus cum uxore Eurydice interemtus ab Olympiade Alexandri matre, & post illum Olympias non diu regnavit. V. *Justin.* XIV. 5. 10: 6. 1. & *Diod.* XIX. 11. & 52.

45. *Interfectis, quicumque Alexandrum cognatione contigerant.* Justin. XVI. 2. 5. *Atque ita universa Cassandri domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis exstinctæ pœnas luit.* Interfecit enim Olympiadem Alexandri matrem apud *Diodor.* XIX. 51. & *Justin.* XIV. 6. 11. Roxanem, ejusque ex Alexandro filium Alexandrum apud *Diodor.* XIX. 115. Barsinem, ejusque ex Alexandro filium Herculem apud *Diodor.* XX. 28. *Justin.* XV. 2. 3. Unde Pausan. in Bœotic. p. 243. *Alexandri domum totam fundius* ever-

Aegyptus cesserat, Memphim; & inde paucis post annis Alexandriam [47] translatum [48] est: omnisque memoriæ ac nomini honos habetur [49].

evertere contendit Cassander. Nam & Olympiadem Alexandri matrem iis Macedonum, qui in eam acerrimis flagrabant odiis, lapidibus obruendam tradidit: & Alexandri filios Herculem ex Barsine, Alexandrum ex Roxane susceptos veneno peremit.

46. A Ptolemæo, quem Alexandri corpus Alexandriam detulisse Perdiccæ ablatum dicit Strab. XVII. 591. quum Arisander Telmissensis, seu divino numine percitus, seu alio quodam casu correptus, in medios Macedones progressus est, & ad eos locutus: omnes, inquit, omnium seculorum Reges Alexandrum felicitate superasse, tam vivum, quam mortuum: Deos ergo immortales sibi notum fecisse, futurum, ut quæcunque terra corpus ejus exciperet, in quo primum ejus anima habitavit, felicissima, & ab hostium incursionibus in perpetuum libera foret. Hæc quum audivissent, pro se quisque summo studio, diligentiaque annitebantur, ut in suum regnum singuli transferrent, & thesaurum possiderent, quasi obsidem firmitudinis imperii, & immobilitatis. Tunc enim Ptolemæus, si credere par est, corpus ejus requisivit, & maxima festinatione in urbem Alexandri sitam in Aegypto deportavit. V. Aelian. Var. Hist. XII. 64. Ab Aridæo e Babylone in Aegyptum deportatum esse, illicque Ptolemæum in honorem Regis, cum exercitu ad Syriam usque processisse, & acceptum corpus maxima cura prosecutum esse prodidit Diod. XVIII. 28.

47. *Alexandriam*, cum ad Hammonem illud ferri moribundus jusserit. Justin. XII. 15. 7. & Noster x. 5. 4. & Aridæus Rex illud eo deducere jussus fuerit. Justin. XIII. 4. 6. Illud in præsenti ad Hammonem non transvehere, sed in condita ab illo urbe, omnium fere per totum orbem clarissima, deponere secum constituerat Ptolemæus. V. Diodor. XVIII. 28.

48. *Translationis* pompam satis fuse describit Diodor. XVIII. 26. & 27.

49. *Honos memoriæ ac nomini habetur* varius atque multiplex, præsertim gesta ejus extollendo: de qua re Julian. Orat. 1. haud inepte judicasse videtur, omina illa, & responsa, aut per visum objectas species, de Alexandro vulgata, a poetica licentia non multum recedere. Cæterum quantus ejus memoriæ sit honor habitus ex subjectis passim cognosces. Dicuntur juvari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestitant, vel argento, idque Macrianorum familiam observasse Trigint. Tyrann. c. 14. Pollio tradit. Ejus effigie Augustus signavit, Sueton. August. c. 50. ejus corpus honore affecit, & sepulcrum curiose inspexit, Sueton. Aug. c. 18. Magnus est cognominatus, quod cognomen externorum nulli verius, justiusque contigit judicio Sabellici exempl. VI. 3. Creditus est in somnis apparere, & quæ agenda essent, præcipere, quam

quam famam commento suo firmavit Eumenes, item Antiochus Soter, qui cum Gallis pugnaturus, militibus hoc somnio audaciam fecit, Alexandrum adstitisse sibi, utque tesseram daret ὑγιάζειν jussisse, ita victoria potiturum. Jam æra Alexandri in Orientis partibus observata, haud levis honor est. V. *Freinshemium*.

Eccles. I. 2. *Vanitas vanissima, vanitas vanissima; ista omnia sunt vanitas.*

Genes. XLIX. 18. *In salutem tuam exspecto Domine.*

FINIS.



ALEXANDRI MAGNI

GENEALOGIA.

Alexander Magnus *ex* Barsine *Artabazi filia genuit* Herculem, *qui postea anno ætatis decimo sexto a Polyperchonte occisus est: ex* Roxane *Oxyartæ filia* Alexandrum *posthumum, quem Cassander interfecit: ex Cleophide Regina Indica* Alexandrum, *qui postea matris imperium tenuit.*

Alexander *porro* Magnus *originem suam hinc ad Herculem, inde ad Achillem retulit, per has successiones, quarum dextræ Paternam ejus stirpem, lævæ Maternam exhibent.*

I. *Philippus* Macedoniæ Rex, occisus a Pausania, anno ætatis 46. sustulit ex Olympiade *Alexandrum Magnum*, & *Cleopatram*, Alexandro Epirotæ avunculo suo nuptam: ex *Audata* Illyria *Cynam*, collocatam a patre Amyntæ patrueli, postea ab Alceta Perdiccæ fratre interemptam: ex *Nicæipolide* Pheræa *Thessalodicam*, quam Cassander duxit: ex *Cleopatra* sorore Attali *Europam*, quam in gremio matris necasse dicitur Olympias; & *Caranum*, quem & ipsum crudeliter interfecit eadem novercа: ex *Arsinoe*, quam imprægnatam Lago tradidit, *Ptolemæum* Aegypti Regem: ex *Philinna* saltatrice Larissæa *Aridæum*, qui exstincto fratre Alexandro imperii simulacrum per sexennium tenuit, deinde Olympiadi proditus, & immaniter excarnificatus, vitam & stirpem Regum Macedonicorum ex Herculis posteris finiit. Hujus pater fuit

II. *Amyntas* Macedonum Rex bis

I. *Olympias* post Alexandri filii mortem, cum multa diu ambitiosissime, atque crudelissime fecisset, Pydnæ a Cassandro capta, atque interfecta est. Hujus pater fuit

II. *Neoptolemus* Epiri Rex cum Arybba fratre regnum partitus, liberos habuit *Alexandrum*, qui *Magni* sororem Cleopatram in matrimonio habuit: & bello in Italia gesto occubuit; *Neoptolemum*, qui Alexandrum in Asiam secutus, in expugnatione urbis Gazæ primus muros conscendit; postea Epiri regno aliquamdiu potitus, a Pyrrho interfectus est; *Arybbam*, qui societatem cum Leosthene adversus Macedonas initam turpiter deseruit; *Troadem* Arybbæ patruo nuptam; *Olympiadem* Alexandri matrem; & *Cadmiam*, quæ insidias a Neoptolemo fratre in Pyrrhum conflatas prodidit.

III. *Alcetas* Epiri Rex, qui a suis pulsus, post exilium apud Dionysium Siciliæ tyrannum, ad bis regno dejectus, bis restitutus, genuit ex *Eurydice* Illyria Alexandrum, secundum hoc nomine Macedonum Regem: *Perdiccam* tertium; cujus filius *Amyntas* ex *Cyna* Philippi filia *Eurydicen* Aridæi conjugem procreavit: *Philippum* secundum Alexandri Magni patrem, & *Euryonem* filiam, quæ scelesta matris consilia patri detexit: ex *Cygæa*, vel, ut, ut alii scribunt, *Cygnæa*, *Archelaum*, *Argæum*, *Menelaum*: ex pellice anonyma *Ptolemæum* cognomento *Aloritem*, qui *Philoxenum* genuit, cujus posteritas non proditur.

III. *Philippus* cognomento βαρβαλέος parte Macedoniæ, quam tenebat, a Perdicca fratre pulsus, in exilio obiit, unico filio relicto.

IV. *Alexander* Rex Macedoniæ, Dives, & Philellen cognominatus, qui bello Xerxis cum Persis fuit, genuit *Perdiccam* alterum nomine Macedoniæ Regem; *Alcetam* interfectum postea ab *Archelao* Rege Perdiccæ spurio, & Philippum, de quo supra.

V. *Amyntas* I. Rex Macedonio, Darii Hystaspis filii jussu a Megabazo Persarum imperio subditus reliquit *Alexandrum* divitem; *Bocrum*, cujus filius *Meleager* *Arsinoen Ptolemæi* Regis matrem procreavit; & *Gygæam*, quæ ex Bubare Persa suscepit *Amyntam*, cui Xerxes Alabanda Phrygiæ dono dedit.

VI. *Alcetas* Rex Macedoniæ regnavit annis 29. reliquit successorem *Amyntam*.

VII. *Aeropus Rex* Macedoniæ cum infans adhuc esset, a Macedonibus, qui ab Illyriis premebantur, ut erat in cunis, in aciem est prolatus, felici ipsis consilio.

VIII. *Philippus* hujus nominis primus, Rex Macedoniæ, ad regnum rediit, procreavit *Neoptolemum* Olympiadis patrem; & *Arybbam*, qui fratrem bello petens, dividere secum regnum coegit: deinde ducta in uxorem *Troade* fratris filia suscepit *Alcetam*, qui postea regnavit, & *Aeacidem* Pyrrhi patrem.

IV. *Arymbas*, qui Athenis eruditus, posteaquam ad regnum pervenit, leges & senatum, annuosque magistratus & Reipub. formam composuit. Vocatur & *Tharymbas*, & *Tharrytas*, & *Tharyps*, & *Tharypus*.

V. *Admetus* Epiri Rex, ad quem Themistocles confugit, suscepit e *Phthia* conjuge *Arymbam*, de quo modo dictum est.

VI. *Aeon* procatus Agaristam, Clisthenis Sicyonii filiam. Hujus progenitores ignorantur, nisi quod constat eum fuisse ex Pieli posteris, quem ideo statim in proximo collocavimus.

VII. *Pielus*, qui & *Pylades*, quos liberos genuerit, non reperitur: habuisse autem certum est ex eo, quod Pausanias scribit, Pyrrhum, qui cum Romanis bellum gessit, originem suam ad hunc retulisse.

VIII. *Pyrrhus* Achillis ex *Lanassa* Cleodæi Heraclidæ filia tulit *Pyrrhum*, quem in puritia, exstinctum fuisse suspicio est; *Alevam*, a quo propagata *Alevadarum* domus; *Ethaestum*, a quo genti *Ethnestarum* nomen; & fœminellas quinque: ex *Andromacha* Hectoris vidua *Molossum*, a quo *Molossi* appellati Epirotæ; *Pielum*, de quo diximus; & *Amphialum* cognomento Pergamum hucusque *Stirps Materna*.

Arge-

IX. *Argæus* Rex Macedoniæ repressit Illyrios, bellum tum primum Macedonibus facientes, decepto hoste virginum Bacchārum apparatu.

X. *Perdiccas* 1. Rex Macedoniæ moriturus filio locum monstravit, in quo se & successores suos condi vellet, pollicitus regnum in familia mansurum, quoad id fieret: qua superstitione credunt exstinctam in Alexandro stirpem, quod is alibi sepultus esset.

XI. *Tyrimas* regnavit annos 38. reliquit successorem *Perdiccam* filium.

XII. *Cœnus* Carani filius, *Tyrimæ* pater regnavit in Macedonia annos 12.

XIII. *Caranus* patria Argivus, ex familia Temenidarum, qui diu regnum Argis obtinuerunt, regni Macedonici conditor, quibus parentibus ortus sit, non proditur, præter quod originem a Temeno Herculis filio habuisse inter Auctores constat. huc usque *Paterna Stirps.*



Q. CUR-

Q. CURTII SYNOPSIS CHRONOLGICA

LIBER PRIMUS.

Ante CHRIST.	Urbis Cond.		Olymp.	Alex. Aetat.
356	398	INgressus ad Historiam Alexandri Magni: ejus prosapia: omina, quæ ortum præcesserunt, aut comitata sunt. Corporis ejus atque animi dotes: colloquia cum Persarum satrapis & legatis. Traditur Aristoteli erudiendus: quid gratiæ rependerit: Sub Anaximene eloquentiæ studet. Quas artes contempserit: quam amaverit. Ejus amor in Homerum. Ut Bucephalum equum ferocem domuerit.	cvi.	1
341	413	Absente patre Macedoniæ præpositus Medaros domat, Alexandropolim condit, evocatur a Philippo Byzantium obsidente.	cix 4	16
340	414	Cum eo in Scythas movet: in reditu vulneratum apud Triballos periculo eripit: Illyrios rebellantes subigit.	cx	17
338	416	Belli semina inter Philippum & Athenienses: utriusque partis legati ad Thebanos, eorumque orationes. Pugnatur ad Chæroneam: vincit Philippus adjuvante Alexandro: tum Græcorum Imperator adversus Persas eligitur. Alexandri cum Attalo, cumque Philippo jurgium: Secessio ad Illyrios: reditus, novaque jurgia. Cædes Philippi.	3	19
336	418	Quis rerum status Alexandro regnum auspicante. Philippi interfectores, suosque inimicos interficit: Thessaliam invadit: Imperator Græciæ creatur.	cxi 1	Aetat. 21 Regn. 1
335	419	In Thraciam movet: Hæmum montem superat: Triballis frustra oppugnatis, Getas trans Istrum colentes vincit: Triballis, aliisque pacem annuit. Celtarum legationem audit; Illyrios rebellantes aggreditur. Thebæ deficiunt: obsidentur ab	2	Aetat. 22 Regn. 2

Ante CHRIST.	Urb. Cond.		Olymp.	Alex.
		Alexandro, ac delentur. Timocleæ matronæ facinus: Gesta inter Alexandrum & Athenienses, ac cæteros Græcos.	CXI. 3.	
		LIBER SECUNDUS.		
334	420	Imperii Persici status ad id temporis: Darii apparatus ad bellum: Memnonis Rhodii expeditio adversus Cyzicum irrita: ducum Alexandri res gestæ.		
		Deliberatio ejus de bello suscipiendo: iter in Asiam: copiarum numerus. Ut Macedoniæ, Græciæque prospexerit, tum sibi, suis amicis, rebusque domesticis. Hellespontum trajicit: Achillis tumulum honorat: arma ex Minervæ templo sumit, varias urbes capit. Memnonis consilium a Persarum satrapis rejicitur: Pugna ad Granicum, & Persarum clades: honores mortuis Macedonibus redditi: Sardes proditione deduntur: Ephesus a Persis deserta occupatur: popularis administratio in urbes Asiæ reducitur.		
		Smyrnam instaurat: Miletum obsidet, ac tandem expugnat: classem suam dimittit: Cariam subigit: Adæ Mausoli viduæ regnum restituit: Halicarnassum obsidet: varia utriusque partis fortuna. Post longam obsidionem Persæ urbem incensam deserunt, & in duas arces sese recipiunt; quæ ab Alexandri ducibus postea captæ.	CXI. 3	Aetat. 23 Regn. 3
335	421	Lyciam ingreditur: Alexandri Lynceste insidias cognoscit: in Pamphyliam per vadosum maris littus progreditur. Quomodo cum Judæis alias egerit. Sidem & Alpendum occupat. Selgenses, aliosque vincit: Memnon Rhodius Macedoniam aggredi cogitat: multas urbes & insulas in Aegæo capit: & Mitylenen obsidens morbo perit.		
		LIBER TERTIUS.		
		Celænæ Alexandro deduntur: Atheniensibus respondet: Gordium nodum gladio rumpit: in Darium movet:		

Ante CHRIST.	Urb. Cond.		Olymp.	Alex.
		vet: Darii copiarum numerus: Charidemi ad illum oratio: Ordo agminis Persici: Alexandri iter in Ciliciam: Descriptio Ciliciæ, Pylarum, Pyrami & Cydni fluminum.		
		Alexander in Cydno lotus acri morbo corripitur: diversa solicitudo Macedonum & ipsius Regis: literæ Parmenionis: Paratum a Philippo medico pharmacum haurit, & sanatur: Solos, Mallon, Castabala, Iscon capit: Sisenis mors. Græcorum militum consilium Darius rejicit: Ciliciam intrat: prætergressos Macedonas insequitur: Hi redeunt obviam: acies utrinque disponitur. Alexandri ad suos adhortatio, & pugna: Darius fugit, Alexandro persequente: Persarum castra cum Darii matre, uxore, liberis capta: Cæsorum utrinque numerus: Captivarum luctus ex errore: invisuntur ab Alexandro: hujus moderatio: Parmenio Damascum præmittitur, eaque potitur, Satrapa prodente: captorum numerus, & prædæ copia.	4	Aetat. 24 Regn. 3.
		LIBER QUARTUS.		
		Darius Mesopotamiam attingit: Alexander Syriæ Cœlæ potitur: Darii literis superbe scriptis respondet: Sidonem venit: Abdolominum Regem facit. Amyntas transfuga Aegyptum attingit: Memphim obsidet: interficitur. Alexandri duces Darii Satrapas vincunt: Pharnabazi expeditio, & Spartanorum molitiones.		
332	422	Tyrii introitum in urbem Alexandro negant: obsidionem parat: agger inchoatur. Tyrii Macedonum operibus ignem injiciunt: moles subruitur: nova inchoatur. Terra marique Tyrum obsidet: tempestas supervenit: prodigia Tyriis adversa, clades eorum navalis.		
		Urbis expugnatio: interfectorum numerus. Tyri claritas, coloniæ, variaque fortuna. Secundæ Darii literæ ad	CXII 1	Aetat. 25 Regn.

Ante CHRIST.	Urb. Cond.		Olymp.	Alex.
		ad Alexandrum modestiores: hic nullas pacis conditiones admittit: multas urbes per præfectos occupat. Darius copias Babylonem convocat: Macedo Gazam obsidet: vulneratur a transfuga: urbem expugnans iterum vulneratur: de Beti supplicium sumit. Aegyptum intrat: Memphi potitur.	cxii. 1.	Aetat. 25. Regn. 5.
331	423	Jovis Hammonis templum petit. Itineris descriptio. Hammonis nemus, effigies, responsa Alexandro data. Reversus Alexandriam exstruit: præfectos Aegypto imponit. Mors Hectoris & Andromachi. Samaritanorum pœna. Legati Græcorum audiuntur. Persæ & Spartani Creta ejiciuntur. Darius Babylone copias movet: earum apparatus: iter & castrametatio ad Arbela.		
		Alexander Euphratem ponte, Tigrim vado transit. Militum pavor ob eclipsin Lunæ Aegyptiorum responso discutitur. Uxor Darii moritur. Alexandri luctus. Darii mœror & zelotypia: nova hujus legatio de pace, quam suadet Parmenio, & ab Alexandro increpatur. Aciei Persicæ descriptio, & numerus. Macedonum subitus pavor. Alexandri anxietas. Consilium Parmenionis. Utriusque exercitus solicitudo. Alexandri somnus in multam lucem: Ut aciem disposuerit, & milites allocutus sit. Darii ad suos oratio. Pugna committitur. Barbari Macedonum impedimenta capiunt. Falcati currus ferme irriti. Utriusque Regis periculum. Darii fuga, tum Mazæi. Alexander Darium frustra persequutus in reditu periclitatur. Cæsorum ab utraque parte numerus.	2	Aetat. 26 Regn. 6

LIBER QUINTUS.

Ex Arbelis Darius in Mediam fugit. Alexander Babylonem contendit, quam Mazæus tradit. Urbis, arcis, pontis, hortorum Semiramidis descriptio. Supplementa Alexandro adducta:

Ante CHRIST.	Urb. Cond.		Olymp.	Alex.
		ducta: variis præfecturæ data: mutata in disciplina militari. Susa cum thesauris recepta. Uxii domiti. Alexander Pylis Persicis frustra tentatis per aliud iter Persidem ingreditur. Persepolim tendenti captivi Græci occurrunt: horum deliberatio de reditu in patriam.		
		Persepolis diripitur. Persagada conduntur.		
330	424	Expeditio in Marsos Persidis: regia Persarum incenditur. Darius suos ad constantiam hortatur. Bessi & Nabarzanis conjuratio, quam Patron Græcorum dux aperit. Proditorum artes. Darii desperatio: conjicitur in vincula, & abducitur. His auditis insequitur Alexander, & multorum indiciis subinde edoctus, tandem parricidas assequitur.		
		Darius ab his vulneratus, ac semianimis reperitur, & ante Alexandri adventum moritur.	3	Aetat. 27 Regn. 7 Imp. 1.

LIBER SEXTUS.

Agidis Spartanorum Regis bellum adversus Macedonas: Antipatri Macedoniæ præfecti prudentia: pugna ad Megalopolim: Agis vulneratur: post longum ac cruentum prælium Lacones pelluntur: Agidis mors heroica: victoriæ fructus. Alexander in voluptates declinat: Oxathrem inter corporis custodes adsciscit. De Parthia, Scythis, Tanai: Macedones patriam cogitant, Regis oratione deterrentur.

329	425	Iter in Hyrcaniam. Amnis Zioberis miracula. Nabarzanes in fidem accipitur. Caspii maris, vicinarumque regionum descriptio. Artabazus cum Græcis militibus occurrens benigne accipitur. Græcorum legati deduntur. Mardi Hyrcaniæ populi domantur. Bucephalus ab his captus restituitur. Amazonum Regina Alexandrum adit: denuo in voluptates peregrinas se effundit.		

In

Ante CHRIST. | Urb. Cond. | Olymp. | Alex. Aetat. 8 Regn. 7 Imp. 2

In Bactrianam movens ad Satibarzanis defectionem comprimendam divertit in Arios. Rupis obsidendæ descriptio, tum expugnatio: nova supplementa. Insidiæ in Regem detectæ apud Drangas. Philotas delatum ad se indicium a Cebalino supprimit: fit reus: purgat se, & veniam in speciem impetrat. Consilium a Rege cum amicis habitum de Philota: comprehenditur, conjicitur in vincula, accusatur a Rege apud milites: causam dicit: tormentis victus crimen fatetur, an fingit? cum reliquis conjurationis reis occiditur.

LIBER SEPTIMUS.

Macedonum in Philotam, & Parmenionem miseratio. Alexandri Lyncestæ supplicium. Amyntas cum fratribus conjurationis postulatus purgat se, & veniam impetrat. Polydamas Regis mandata in Mediam defert ad Cleandrum, quibus ille acceptis Parmenionem trucidat: hujus elogium. Alexander ad Euergetas venit: copias in Satibarzanem mittit: Arachosios subigit: Parapamisadas ingreditur magno labore, ac periculo. Caucasi montis descriptio. Alexandria ad Caucasum. Bessi ferocia: salubre Cobaris consilium spernit: in Sogdianam fugit.

328 | 426

Alexander Bactrianam petit. Bactrianæ descriptio. Erigyus Satibarzanem occidit. Iter Alexandri in Sogdianam, magna aquarum penuria. Bessus a Spitamene proditus. Branchidarum excidium. Alexander vulneratur: ad Maracanda legationem Scytharum primam excipit. Spitamenes & Catenes deficiunt. Alexander novo ex vulnere periclitatur: Alexandriam ad Tanaim condit. Tanais & Scythiæ descriptio. Alexandri superstitio & anxietas. Clades in Sogdianis accepta. Novi Scytharum legati: eorum oratio. Alexandri responsum.

Trans-

Ante CHRIST. | Urb. Cond. | Olymp. | Alex. Aetat. 29. Regn. 9. Imp. 3

Transmisso Tanai Scythas profligat, secutus victoriam. Polytimetus Sogdianæ fluvius. Sogdianorum captivorum magnanimitas. Bessi supplicium. Nova supplementa. Fons prope Oxum flumen repertus. Urbes in Bactriana conditæ, Arimazis petra obsidetur, ac deditione capitur.

LIBER OCTAVUS.

Varia in defectores certamina. Scytharum legationes & postulata. Periculosa Alexandri venatio. Cliti cædes in convivio: Alexandri pœnitentia. Iter ad Xenippa. Syssimithris petra in Nautis, ejusque deditio. Philippi adolescentis præclara mors. Spitamenes ab uxore necatur. Dahæ se dedunt. Satrapæ variis provinciis mutati. | CXIII. 1

327 | 427

Gravis tempestas apud Gabaza. Alexandri nuptiæ cum Roxane. Apparatus ad bellum Indicum. Alexander divinos sibi honores expetit: Macedones repugnant: Callisthenis oratio. Hermolai conjuratio ut detecta sit: ejus oratio in Alexandrum: Regis responsio: conjuratorum supplicium. Indiæ descriptio: ejus flumina: rubrum mare: mores Indorum: Regum luxuria: Indici Philosophi: mensium, & anni apud illos ratio. Nysa deditione capitur. Macedonum bacchatio in monte Mero. Variæ inde urbes captæ. Alexandri vulnus ad Mazagas Assacani regiam Aornos petra describitur: quomodo Indis deferentibus capta sit. Indus trajicitur ab Alexandro.

Omphis Taxilorum Rex amicus occurrit: munera ultro citroque data. Iter ad Hydaspem. Pori copiæ: levia utrinque certamina: Alexandri stratagema: procellæ opportuna occasio ad trajiciendum Hydaspem: pugnæ præludium: Pori acies: Macedonum in eam incursus: Indorum perturbatio & fuga: Macedonum terror ab Elephantis, quos deinde vulneribus irritatos fugant: Porus egregia edita pugna fugit: insequentem Alexandrum Bucephalus morieus

 desti-

Ante CHRIST.	Urbis Cond.		Olymp.	Alex. Aetat.
		deſtituit: tandem Porus capitur: regium illius reſponſum: Alexandri in eum humanitas.		
		LIBER NONUS.		
326	428	Duabus urbibus ad Hydaſpem conditis, Alexander ad interiora Indiæ pergit. Aceſinem urbibus & Hyarotim transit. Sophitis regnum: gentis mores: Regis deditio voluntaria: canum mira vis. Macedones Hypaſim fluvium trajicere recuſant. Alexandri ad eos oratio irrita: Cœni reſponſio. Rex poſito expeditionis ſuæ monumento ad Aceſinem revertitur.	CXIII 2	Aetat. 31 Regn. 10 Imp. 4
		Per Hydaſpem in Aceſinem deſcendit: ad confluentes periclitatur: in Mallos & Drangas pervenit. In urbem Oxydracarum ſolus ex muro deſilit, ac tamen non occiditur. Magno vitæ periculo defunctus per Indum devehitur in Sabracas, Muſicanos, Præſtos, Oxicani & Sabi regna. Ptolemæi vulnus ex venenato gladio, ejusque oratio prodigioſa.		
		Pervenitur in Pathaliam inſulam: inde Oceanum verſus progreſſos maris æſtus occupat ſemel atque iterum. Tandem Oceanum ſubit: Pathaliam revertitur: urbes & portus condit. Claſſem Nearcho & Oneſicrito tradit per Oceanum deducendam ad Euphratem: ipſe terreſtri itinere per Arabitas, Gedroſios & Oritas proficiſcitur. Magnis incommodis in Carmaniam pervenit: Bacchi triumphum imitatur.	3	Aetat. 31 Regn. 11 Imp. 5
325	429	*LIBER DECIMUS.*		
		Prætores a provincialibus accuſatos in vincula conjicit.	4	Aetat. 32 Regn. 12 Imp. 6
		Nearchum & Oneſicritum reverſos ad continuandam navigationem remittit: claſſem ædificari jubet ad Africam & Europam reliquam ſubigendam. Orſines Satrapa Bagoæ calumniis circumventus perit. Zopyrionis clades apud Getas: Harpali fuga in Græciam, & exitus. Seniores milites demiſſi: reliqui miſſionem ſeditioſe poſtulant: Alexandri ad eos oratio, & conſtantia in plectendis rebellibus. Perſas milites & corporis cuſtodes adſciſcit. Macedonum pœnitentia mitigatus, cum iis redit in gratiam: tum veteranos in patriam remittit Cratero duce. Iter Alexandri in Mediam. Mors Hephæſtionis, & immoderatus ex ea luctus Regis, immenſique exſequiarum ſumptus. Coſſæos domat.		
323	431	Contemptis Chaldæorum monitis Babylonem ingreſſus legationes ferme omnium gentium audit. Per Euphraten in Arabiæ fines navigat: inde Babylonem adverſis ominibus revertitur.	CXIV	Aetat. 33 Regn. 13 Imp. 7
		Ex longa comeſſatione in morbum incidit, & intra ſextum diem moritur. Ingens Macedonum ac Perſarum luctus, tum formido. Syſigambis voluntaria ex inedia moritur. Alexandri virtutes, vitia & felicitas: Procerum deliberatio de ſucceſſore deligendo. Arideæus auctore Meleagro Rex ſalutatur, & Philippi nomen accipit: exortæ inde turbæ: ficta Meleagri & Perdiccæ reconciliatio: mors Meleagri voluntaria: diviſio imperii inter Principes. Alexander ſepelitur, & in Aegyptum defertur. Sparſus de veneno per Antipatrum ei propinato rumor.		



AUCTORUM,

Quibus in *Commentario* hoc adornando usi sumus,

SYLLABUS.

Acro.
Actius.
Aelianus.
Aeschines.
Agrætius.
Alardus.
Alciatus.
Alexander ab Alexandro.
Ammianus Marcellinus.
Apollodorus.
Appianus.
Apulejus.
Aristophanes.
Aristoteles.
Arnobius.
Arrianus.
Asconius.
Athenæus.
Augustinus.
Ausonius.
Axenius.
Balduinus.
Barrientus.
Barthius.
Bartholinus.
Bayfius.
Beemanus.
Behotius.
Bernartius.
Berneggerus.
Beroaldus.
Blanckardus.
Boxhornius.
Brissonius.
Brodæus.
Budæus.
Bulengerus.
Cæsar.
Calvinus Theologus.
Calvinus Jctus.
Camerarius.
Canterus.
Carrio.
Casaubonus.
Cassiodorus.
Castalio.
Cato.
Catullus.
Celsus.
Censorinus.
Cicero.
Clapmarius.
Cluverius.
Columella.
Conimbricenses.
Corasius.
Cragius.
Cruquius.
Ctesias.
Cujacius.
Cuperus.
Cuspinianus.
Dalechampius.
Demosthenes.
Demsterus.
Dio.
Diodorus.
Diomedes.
Dionysius Halicarnasseus.
Dodonæus.
Donatus (*Aelius.*)
Donatus (*Marcellus.*)
Douza F.
Drusus.
Durantius.
Egnatius.
Elmenhorstius.
Emmius.
Ennius.
Epictetus.

Erasmus.
Ernstius.
Esdras.
Esthera.
Euripides.
Eusebius.
Eustathius.
Eutropius.
Faber (*Petrus.*)
Faber (*Tanaquillus.*)
Fabritius.
Ferrarius.
Festus.
Florus.
Forerius.
Freinshemius.
Frontinus.
Fronto.
Fulgentius.
Fulgosius.
Fullerus.
Funccius.
Gallonius.
Gebhardus.
Gellius.
Gesnerus.
Gifanius.
Glareanus.
Goclenius.
Grævius.
Gronovius.
Grotius.
Gruterus.
Guilielmus.
Gutherius.
Gyraldus.
Heinsius.
Heraldus.
Herodianus.
Herodotus.
Hesychius.
Homerus.
Horatius.
Hotmannus.
Hyginus.
Josephus.
Isidorus.
Isocrates.
Juditha.
Junius (*Hadrianus.*)
Junius (*Franciscus.*)
Justinianus.
Justinus.
Juvenalis.
Keckermannus.
Kimchi.
Kirchmannus.
Lacerda.
Lactantius.
Laertius.
Lambinus.
Lampridius.
Laurembergius.
Leunclavius.
Lindenbrogius.
Lipsius.
Livius.
Loccenius.
Loensis.
Lomejerus.
Longus.
Lonicerus.
Lucanus.
Lucianus.
Lucretius.
Luctatius.
Macchabæi.
Macrobius.
Magius.
Manilius.
Manutius.
Martialis.
Meibomius.
Mela.
Mercurialis.
Merula.
Meursius.
Modius.
Moyses.
Muretus.
Nannius.
Natalis Comes.
Nepos.
Nigronius.

SYLLABUS

Nonius Marcellus.
Obsequens.
Orosius.
Ortelius.
Ovidius.
Ouzelius.
Palæphatus.
Palmerius.
Parrhasius.
Parthenius.
Paschalius.
Passeratius.
Paulus Apostolus.
Paulus Jctus.
Paulus Venetus.
Pausanias.
Petronius.
Phædrus.
Philander.
Philo.
Philostratus.
Phornutus.
Pichena.
Pierius.
Pignorius.
Pius.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Politianus.
Polletus.
Polus.
Polyænus.
Polybius.
Polydorus.
Pomponius.
Pontanus.
Popma (*Ausonius.*)
Popma (*Titus.*)
Porphyrio.
Priscianus.
Procopius.
Propertius.
Psalmi.
Ptolemæus.
Quintilianus.
Raderus.
Rævardus.
Regum liber.
Reinesius.
Rhellicanus.
Rhodiginus.
Rittershusius.
Rubenius.
Rutgersius.
Sabinus.
Salmasius.
Salustius.
Samuel.
Scaliger (*Julius Cæsar.*)
Scaliger (*Josephus.*)
Schefferus.
Schegkius.
Schelius.
Scholiastes Callimachi.
Scholiastes Juvenalis.
Scholiastes Persii.
Schottus.
Scioppius.
Schickardus.
Seneca.
Servius.
Sidonius Apollinaris.
Simlerus.
Silius Italicus.
Socrates.
Solerius.
Solinus.
Spanhemius.
Spartianus.
Spiegelius.
Stephanus.
Stewechius.
Stobæus.
Strabo.
Stuckius.
Suetonius.
Tacitus.
Taubmannus.
Tennulius.
Terentius.
Tertullianus.
Theodoretus.
Tibullus.

AUCTORUM,

Tiraquellus.
Titius.
Torrentius.
Turnebus.
Valerius Maximus.
Valla.
Varro.
Vechnerus.
Vegetius.
Vellejus Paterculus.
Victorius.
Vinetus.
Virgilius.
Vitruvius.
Vives.
Vlietius.
Ulpianus.
Voetius.
Vopiscus.
Vorstius.
Vossius (*Johannes Gerardus.*)
Vossius (*Isaacus.*)
Wendelinus.
Wissembachius.
Xenophon.

INDEX

In

Q. CURTIUM RUFUM

LOCUPLETISSIMUS & CERTISSIMUS,

In quo

Ternorum numerorum primus librum, secundus libri caput, tertius capitis sectiunculam notant.

A

A tergo relinqueret tuta III. 1. 19. latere hostis III. 5. 15. fronte, tergo III. 8. 27: II, 6. IV. 15, 22. jugo, mari III. 9. 5. Gaza IV. 7. 2. Memphi IV. 7. 5. fronte IV. 13. 31. VII. 9. 3. superstitione V. 4. 1. Persepoli V, 6. 19. rogo digredi V. 9. 8. defectione VI. 1. 20. fronte, tergo, lateribus VII. 7. 33.

Abacta esse jumenta V. 13. 25.

Abdicari patrem IV. 10. 3.

Abdiderant se in saltum VIII. 2. 37.

Abdita tecta in saltum VIII. 4. 13.

Abdolomini ex sermone cepit specimen IV. 1. 26.

Abdolomino res somnio similis IV. 1. 23.

Abdolominum esse potiorem IV. 1. 19.

Abdolominus repurgabat hortum IV. 1. 21.

Abducere Persas V. 9. 16. equos VII. 1. 34. Clitum VIII. 1. 40. Meleagrum a Rege X. 8. 22.

abduci jussit jumenta Alexander VI. 6. 15.

abducitur Philotas VI. 10. 37.

Abegere equos VII. 9. 16.

Aberant oraculi fede IV. 7. 15. a Perside IX. 10. 23.

aberat ab aditu regio III. 4. 2. dolor IV. 15. 17. a Dario V. 8. 2.

abesse Darium III. 8. 24. IV. 10. 15. hostem IV. 9. 7. Persas V. 13. 9. Bessum V. 13. 11. Saribarzanem VI. 6. 25. se castris VII. 5. 13. Scythas VII. 8. 23. Oceanum IX. 9. 3.

abessent turres jactu teli IV. 3. 8.

abesset montibus III. 9. 10. Thalestris VI. 5. 25. mare IX. 9. 2: 6.

abest istud IV. 10. 21. judex IV. 10. 3. Rex VIII. 5. 15.

Abeunt domos conjurati VIII. 6. 20.

abeunte Aridæo conticuerat X. 7. 13.

abeuntem dixisse IV. 16. 9. sequi IV. 16. 18.

abeunti occurrit mulier VIII. 6. 16. viam dederunt X. 6. 24.

abeuntium agmen V. 13. 13. terga X. 2. 27.

Abfuerit invidia IX. 2. 29.

abfuisse curam, fortunam III. 2. 1. Ptolemæum IX. 5. 21.

Abhorrens cultu a vulgatis III. 1. 14. a privato III. 6. 19. auribus VI. 2. 5.

abhorrent moribus VII. 8. 11.

abhorrentem a cæteris V. 6. 17. a facinore VI. 7. 11.

abhorrentes a colore maris VIII. 9. 4.

abhorrentia a ministeriis VIII. 6. 2.

abhorrentibus a luxu IV. 6. 3.

abhorrere a more VI. 9. 36.

abhorret a fuga V. 8. 10. colore a cæteris VIII. 9. 14.

Abi, nuncia Parmenioni IV. 15. 7.

Abjecerat amiculum Darius III. 12. 5.

abjecit corpus Darius V. 12. 8. Darii mater X. 5. 19.

abjectis insignibus III. 11. 11. poculis VIII. 1. 44.

abjectos recessisse VI. 2. 21.

Abierant cæteri VIII. 1. 50.

abiere Barbari IV. 16. 25.

Abjicerentur viscera canis X. 9. 12.

Abiorum legati IV. 16. 25.

Abire ut liceret IV. 5. 22. VII. 11. 26. Cophan jubet VII. 11. 23. jusso Lysimacho VIII. 1. 14. conspectu VIII. 3. 5. cum gloria VIII. 13. 15.

abiret retro Darius III. 8. 2.

Abisarę legati adiere Regem VIII. 13. 1.

Abisarem adventare credebat VI. 1. 14. 1. morbo interiisse X. 1. 20.

Abisares mittit legatos IX. 1. 7.

Abisaris regnum attribuit filio X. 1. 21.

Abistamene præposito Cappadociæ III. 4. 1.

Abituri qui sunt in patriam X. 2. 16.

Ablata hasta vigili VIII. 1. 49.

ablati impetu amnis VIII. 13. 16.

Ablue corpus IV. 1. 22.

abluentem corpus ereptum esse III. 5. 5.

ablueret corpus calidum III. 5. 2.

ablutus est squallor IV. 1. 23.

Abnuens convenire fortunæ deprecationem V. 3. 13. sibi quicquam in Regem cogitatum esse VI. 11. 35.

abnuit se fidem dedisse VI. 7. 7.

Abominor quod VII. 4. 12.

Abripi a se Regem III. 5. 8.

Abrumpere partem viscerum VI. 9. 19. spem X. 8. 17.

abruperant iter V. 5. 1.

abrupisse se equites abducendo X. 7. 21.

abrupta agmina IV. 15. 22. membra V. 6. 5. petra VII. 11. 2. rupes VIII. 11. 3.

abrupti a cæteris III. 11. 18.

Abscindunt lignum IX. 5. 22.

abscissa veste III. 11. 25. X. 5. 19. petra VII. 11. 2.

abscissas rupes V. 3. 17.

abscissum caput VIII. 3. 9.

Absconderant paucitatem IV. 14. 14.

absconderat cœlum VI. 6. 30.

abscondere pedites VIII. 13. 17.

abscondi juvenes in domo matris VII. 1. 37.

abscondito Cebalino VI. 7. 23.

absconditur caligine VII. 4. 29.

abscondunt miserias V. 5. 11. siros VII. 4. 24.

Absens popularetur urbes IV. 1. 11. diceret causam VI. 9. 27.

Absistere ab oppugnatione VIII. 11. 2.

Absit calamitas V. 5. 22. invidia X. 2. 24: 9. 6.

Absolvere cognita causa VI. 10. 3.

absolverentur tecta urbis VII. 6. 26.

absolvi neminem posse VII. 2. 9. reos X. 1. 41.

absolvi Amyntam VII. 2. 8.

Absordebat, quicquid ingeritur IV. 2. 19.

absorbet humorem siccitas VII. 5. 5.

Abstergeri remos IX. 9. 16.

absterso lacrymis V. 5. 8. oculis VI. 9. 33.

Abstinebant armis VII. 6. 11. equis IX. 10. 12.

abstineo nominibus VI. 9. 3.
abstinere corporibus V. 6. 8. latratu IX. 1. 31.
abstinerent lacrymis V. 4. 24. bello X. 7. 18.
abstineret consilio VIII. 3. 6.
abstineretur cædibus V. 13. 19. VIII. 10. 10.
abstinuerant sacris X. 1. 3.
abstinuissent cædibus III. 12. 19.
abstinuit cibo Alexander IV. 10. 22. Sysigambis X. 5. 24.
Abstraheretur Clitus VIII. 1. 41.
abstrahi Charidemum III. 2. 17.
Abstulerant lanceam VIII. 1. 46. aurium usum IX. 9. 14.
abstulerat fuga omnes III. 11. 13: 26. nubes prospectum IV. 15. 32. alienus terror VII. 2. 4.
abstuli faciem caligo IV. 12. 20.
Absum a fine mundi XI. 6. 20.
Absumpta sunt duodecim millia VI. 2. 10.
absumpti sunt dies VI. 5. 31. VIII. 6. 11.
absumpto biduo III. 6. 8.
absumptum est quatriduum IV. 7. 15.
